

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01240474 5

HANDBOUND  
AT THE



UNIVERSITY OF  
TORONTO PRESS









LE  
P4975B11

5710

T I T I

A R B I T R I

Cum integris Doctorum Virorum Commentariis;  
& N O T I S

antea ineditis;

*Quibus additae DVPEYRATII & auctiores BOVRDELOTII ac REINESII notae.*

Adjiciuntur

*Variae DISSERTATIONES & PRAEFATIONES,*  
quarum Index post praefationem exhibetur.

*Curante*

*Cujus accedunt curae secundae.*

T O M V S   S E C V N D V S.



A M S T E L A E D A M I,

c l o l o c c x x x i i i.

2000

14A10

PA

6552

A2

1743

v.2



# INDEX CONTENTORUM

## TOMI SECUNDI.

- JANI DOUZAE Praecidanea p. 1.  
 GONSALII DESALAS Praecludia. 65.  
 Ejusdem Commenta. 86.  
 SAMBUCI praefatio & vita Petronii. 293.  
 TORNAESII praefatio. 294.  
 LILIUS GREGORIUS GYRALDUS de Petronii vita. *ibid.*  
 P. GUIRANDI ALOSIANI Epistola ad Arnaudum. 295.  
 EX ROBERTI TITII praelectione superiori Epistolae opponenda. 296.  
 PATISSONII praefatio. 297.  
 De Petronio & ejus scriptis veteres auctorum loci. *ibid.*  
 PETRI DANIELIS praefatio. 298.  
 CLAUDII BINETI praefatio. 299.  
 GOLDASTI prolegomena. 300.  
 JOANNIS A WOUWEREN dedicatio Josepho Scaligero. 310.  
 Ejusdem praefatio. 312.  
 Ejusdem praefatio in observationes variorum a se digestas. 313.  
 BARTHII vita Petronii. *ibid.*  
 MICHAELIS CASPARIS LUNDORPII ὁΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ. 314.  
 Testimonia in Lundorpianis omissa. 322.  
 CASPARIS BARTHII dissertatio de Petronio. 327.  
 Praefatio HADRIANIDAE, male Bourdelotio adscripta. 333.  
 Patavina praefatio. 337.  
 BLAEUII Epist. ad Principem Condaeum. 338.  
 JOANNIS LUCII Epistola ad Blaeuios. 339.  
 JO. CAJI TILBOMENI (id est JACOBI MENDELII) judicium de fragmento Traguriano. 340.  
 JOH. CHR. WAGENSEILII dissertatio de cena Trimalcionis. 341.  
 HADRIANI VALESII dissertatio de cena Trimalcionis. 353.  
 MARINI STATILEI responsio ad superiores dissertationes. 359.  
 --- --- apologia ad patres conscriptos reipub. literariae. 379.  
 JO. SCHEFFERI dissertatio de fragmenti Traguriani vero auctore. 394.  
 THO. REINESII dedicatio. 398.  
 --- --- praefatio. 399.  
 Epistolae variorum de fragmento Traguriano ad Chr. Arnoldum. 403.  
 JOANNIS BOSCHII praefatio. 408.  
 MANTISSA anecdotorum & aliorum. 409

## I N D I C E S

1. omnium vocum & phrasium in ipso corpore Satyrici Petroniani occurrentium, prout a Scioppio aut Gonfatio confectus & editus sub titulo *Sirenis Latinae*, postea ex Traguriense fragmento auctus fuit ab Arnolde Drakenburgio.
2. phrasium ex fragmentis.
3. eorum quae in notis textui subiectis notantur.
4. vocum Graecarum, quae ibidem explicantur.
5. auctorum qui in iisdem emendantur.

JANI DOUZÆ NORDOVICIS

P R O

S A T Y R I C O

P E T R O N I I A R B I T R I

P R Æ C I D A N E O R U M

*L I B R I T R E S.*

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΛΛΟΓΙΜΟΥΣ ΚΑΙ ΠΕΡΙΦΑ-  
ΝΕΙΣ ΠΕΤΡ. ΑΡΒΙΤΡΟΝ ΚΑΙ  
ΙΑΝΟΝ ΤΟΝ ΔΟΥΣΑ

Ἐπίγραμμα διαλογισικόν.

- α. Ἐνεπε, ξεῖνε, τίς ἐσσί; β. Πέλωμι⊕, ὃν πρὸς Ῥώμην  
Τίμιον ὑπαίκτην βλέψεν ἐν ἀγλαΐα.
- α. Οἶδ' ἀπὸ Μασσαλίας τὸν ῥήτορα, τὸν σιχαιοδὸν  
Διζυγὸς εὐεπτίας ῥυθμῷ ἀγαλλόμενον.  
Πῶς δ' ἔλαθες συγερῆ τόσσον χρόνον εἵνοχ⊕ ὄρβην,  
Ἐλλογιμοῖς ἐδ' αὐ γνώριμ⊕ ὑμνοπόλοις;
- β. Δήϊος, ἐσπερίης ἀπελάσας παλρίδ⊕ αἴης,  
Δῆρον Βαρβαρκαῖς ἐγκαλιέρξε πέδαις.  
Ὅψέ δ' ἐδή με φιλόφρονες εἰς Φῶς Φῶτες ἔνεγκον,  
Καίρια δελοσύνης λύτρα χαρισσάμενοι.  
Δηθὰ δ' ἐλυτρωθεῖς, κεκολζυμέν⊕ αἴαν ἀμείβων  
Πλάγχθην, ἐτιδανὸν λώπιον ἐσσάμεν⊕  
Ἐισότε Δῶσα μ' εἰς φιλίως μεγάρουσι κομίσσας,  
(Τῆνεκεν οἱ δοῖεν χάσματα πολλὰ θεοί)  
Ῥωμαλέον προτέρην μετενέγκατ' ἐς ἀξιότητα,  
Τὴν δ' ἐμέ λαμπροτάτην τήβενον ἀμφιέσας.
- α. Ὡς εἰεὸν γ' ἔπος ἐσιν, ὁμοῖον ὡς τὸν ὁμοῖον  
Προσπελάειν μεγάλων αἰὲν ἔκῃσι θεῶν.  
Μεσοπόλοι ξείνω συγχαίρειε, Δασιάδῃ τε  
Ἄμφοτερον, ξείνω σπένδειε, καὶ λογίω.



JANUS DOUSA

DANIELI ROBERTI  
S U O

S. D.



annos abhinc, ni fallor, jam factum est septem, quum tibi meane, an publica felicitas dicam nescio, eam cogitationem immisit, ut Bataviam nostram crebro revivendo de praesentia nobis tua gratiam facere & vel-

les & posses, mi suavissime DANIEL, quam rem studiorum meorum rationi opportunissimam feliciter aliquamdiu atque ex sententia nobis sub manus successam, cupientissimisque adeo ac lubentissimis animis utrinque porro continuatam ac cultam, in ipsa pene (ut sic dicam) epitali inopinatus reviviscentium armorum civilium clangor, patriaeque infaelicis fortuna mediis peregrinationibus istis tuis ex transverso incurrens desubito abruptit atque exstinxit; summo adeo meo bonorumque omnium cum dolore, tum illorum hominum flagitio, qui tumultus hos nobis tragoediaeque concivere. Me miserum, tene (o ROBERTS) animo meo carissime: tene inquam ista doctrina, comitate, industriaeque indole, & (quod rei caput est) ista benevolentia dico, tantum temporis, tam multa adeo millia à LIPSTO ac DOUSA tuo discretum, se-junctum, & quasi abalienatum in externo solo vitam degere? Musaeque ac studia nostra, ex-cujus consuetudinis solatio tantas voluptates haurire ac participare solitas, ex ejus distractio-ne ac dissidio tantos percipere lucus? Atqui paullo etiam praesentiae tuae desiderium tolera-

rem facilius, si modo id ipsum mutua scriben-di assiduitate lenire ac committigare possemus. Nunc illi malo hoc insuper adjunctum est incommodi, quod ne per literas quidem interpretes colloqui inter nos confabularique liceat, ita undique & terra & mari interceptus est com-meatus,

*Nec quicquam in Clario nomine praesidii est.*

Nae jam ego reapse nimis quam verum esse ex-prior Plautinum illud:

*Tum denique homines nostra intelligimus bona,*

*Cum quae in potestate habuimus, ea amisimus.*

Itaque nec te mihi succensere aequum arbitror, nec causae dictionem exspectare, quod biennium prope jam totum literarum officio defuerim. Tantum rogo quaequoque, ut satisfactionem quam dico animo, quo decet, accipias, flectasque mehtem justissima deprecatione lenitam, ea lege, ut bona fide poenitentiam emendem, hoc est, superiorem temporum veterum nova ac succidanea diligentiae usura farciam porro atque compensem, simulatque primum per illos licuerit, quibus est ea res in manu. qua in re si tuae fortunae successus opinioni ac votis responderit meis,

*rex sum: regem autem quid loquor? imo deus.*

Ac ne me judices gratis aut sine mercede haecce noxa exsolvi velle; en tibi, mi Patrone, PETRONIUM hunc nostrum, qui caduceatoris more inducias faciat tecum: ac ROBERTEM DOUSAE tranquillet suo, reducemque, ut antea, propitium concinet nobis. Quid ni (inquies) eum

donec

## JANI DOUSAE P. PRAECIDANEA.

Senes scriptorem mihi, cujus quidem à capite ad calcem curatissime descripti meo solius beneficio exemplar indeptus primitus? jam tum, quum patriae nomine ad Britannos meos legatus missus publicae auctoritatis munus sustinebas. Pater, ac prae me fero. Itaque redit (ut vides) ad te depositum tandem tuum: non quidem farum testum, hoc est, inviolatum modo; sed vero, practer haud paenitentiam literarii foenoris accessionem, nova insuper politura resictum, ac DOUSIANIS denique COMMENTARIIS illustratum, & quidem post geminatas (ut scis) SATYRICI illius editiones multo electissimas, LUGDUNENSEM ac LUTETIANAM inquit, quae res in causa fuit, ut publicationis istius propositum in hac usque tempora differre fuerim coactus. Accipies proinde (ut dixi) hanc PRAECIDANEORUM TRIGAM: quibus hercule aliud nihil obfuturum intelligo magis, quam quod ARBITRUM auctorem habent. Nosti hoc facculum quibus moribus sit;

*Pergula pictorum: veri nihil, omnia ficta.*

Id DOUSA curat scilicet. Et tamen ita res abit, nisi mihi praesidium ipse contra occupare propero in tempore, quod ne ab ipso PETRONIO petam, ecqua causa est, istiusmodi nobis sic quasi ex tripode oraculum suggerente? *Nihil esse hominum inepta persuasione falsius, nec ficta severitate ineptius.* Quod te per practextatae amicitiae memoriam, per communia Musarum sacra, ac studiorum nostrorum societatem obsecro obtestorque; ut salinarum Arbitri possessionem, tanquam legitimum procurator, defendendam suscipias: neu contra fas legemque civem patricium, & (quae ratio maximae est) consularem insubulari, multo minus evirari, ulla porro ratione patiaris, quem non tralaticia aedepol deformitate insignitum, ac vix Massiliensibus suis cognitum MEMMIANA munificentia primitus à fatali adeo meta revocavit ad lucem. Nam quod ad me attinet, nullam recuso invidiam, quae spem salutis modo aliquam ARBITRO nostro ostendat. Quod si utique facinore opus est, cur non (quia bellissi-

ma est occasio) ipsimet intestabiles fiant potius, qui tam severa tristitia violari aures suas obsceco fermone palam ac publicitus assimulantes, suae atque alienae lubricitati nihil non in secreto condonant? Scis, quos dicam. Quo majore opere ex parte tua adnitendum, ut & sectores omnes frustra sint, & SATYRICUS noster in patrocinio tuo ac fide tuto audeat conquirere, ALBIMONTANI GENII perennitate securus: utique adversus istos, qui novam nobis histrioniam commenti, aliorum simpliciter dicta in crimen raptare non cessant; ipsi adeo factorum innocentes, ut in eodem plane contubernio cum EUMOLPIO PETRONIANO stipendia jam olim factitasse videri possint, cui generi ipse hercule jampridem advocatus venire cupio, si qui mea opera citius addici possint, MORBONIAM porro ut abeant recta via. *Vale ocelle noster, imo ocelle MUSARUM. LUGDUNO BATAVORUM.*

## JUSTUS LIPSIUS.

ad Juventutem.

*En PETRONIUS, arbiter leporum,  
Et falsus pater & salax jocorum:  
Quos novit Latium, vetusque Roma,  
Paedore oblitus impolitique  
Dudum, nunc melior politiorque  
In novam properat venire lucem.  
Non quidem magica recoctus arte,  
Sed DOUSAE medica recoctus arte.  
DOUSAE, qui veterum arbiter leporum est.  
DOUSAE, qui pater elegantiarum est.  
At tu nostra fave & cave juvenus.  
Merum mel latet hic, latet venenum.  
Probis mel merum, at improbis venenum.*

Idem Cent. I. Epist. LXX.

*Dusa noster Commentarios ad Petronium scripserat,  
nunc totus in Historia concinnanda suae gentis.*

JANI DOUSAE NORDOVICIS

PRO

SATYRICO

PETRONII ARBITRI

VIRI CONSULARIS

PRAECIDANEORUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Satyram Petronianam haud unius quidem, sed vero complurium librorum opus fuisse. Dictorum factorumque quasi papavere & sesamo sparforum ad joci Plautini similitudinem accommodatio. Fricam nucem, pro cocta, sive testa potius, tam apud Horatium, quam Plautum, Juni oportere. Madidum, seu tepidum cicer, pro frido in Martiali. Dictionis Petronianae cum Ostoriano eloquendi genere conlatio; adjecta suspensoris insuper alterius loci emendationes.



atyricon istud Petronii Arbitri in libros plures distributum, tributum ac dispartitum fuisse, satis magno argumento est nobis veteris Glossarii fiducia, quod apud literatissimum antiquae fidei custodem Petrum Danielem nostrum

in publicos potius, quam privatos usus adservari intelligo. Inde enim sic quasi ex amalo de prompta festiva ille ablectissimorum Fragmentorum symbola, de qua post omnes omnium collectas novissime ac recens nobis gratiam fecit is, qui Lutetianae Editionis architectus eluit. Ibi igitur inter cactera & hoc exemplum sub Satyrici illius spicilegii exodium Petronianis amatoribus occurrit: *Excellentissimus dicitur à Petronio in 1. Satyrarum.* Unde manifestum, hoc opus certo librorum ordine (ut dixi) à compositore suo distinctum & quasi interjunctum fuisse, quod quoniam in tanto ejus scriptorum defectu compertioribus argumentis praestare haud facile est, ambagibus ac diverticulis relictis, de semita in viam me sistere approperebo, hoc est, in rem praesentem venire pergam: non ut oeconomiam novam hic ullam instituiam scilicet, sed vero ut ordinem mihi ab ipso auctore praescriptum ac praesentatum conservem, studiose utique ac sedulo. Proinde ab Eucolpianae Declamationis fragmento telam hancee auspiciato orfuri, post *remum amorem, & sententiarum vanissimum strepitum* in Arbitri nostri arbitrio conquirere cogitamus, scaevam perversamque hujus (an illius?) saeculi eloquentiam junctis in unum copiis, omnibusque pariter cachinnis flagellaturi. nec mellitos verborum globulos, &

omnia dicta factaque quasi papavere & sesamo sparsa vel unius assis aestimaturi: imo minoris etiam, quam vitrea fracta & somniorum interpretamenta Aescylos.

Cap. I. Et quoniam papaveris ac sesami nos in memoriam induxit Arbitr, haud alienum instituto nostro videtur Satyricam Petronianae metaphoraе similitudinem Comico Plautinae urbanitatis suffragio ad utrumque porro ire atque defensum. Id exibat Poenulo in joco non absimili *εὐκωπῶς* usurpatum, cui etiam utrumque tam *sesamum* istud, quam *papaver* asperitum reperitabis. verbi caussa, Act. 1. sc. 11. vers. 112.

AG. *Objecro hercle ut malsa loquitur? MI. Nihil nisi laterculos,*

*Sesamum, papaveremque, triticum, & frictas nucas.* Ad exemplum Plautinum etiam Horatii illud ipetate videtur ex Arte, vers. 249.

*Nec si quid fricti ciceris probat, & nucis centor.* Neque enim *frictum* istud ad *cicer* modo, quod praecedat, sed vero etiam ad *nucis* mentionem, quae porro sequitur, pertinere autumo, hoc Plautino potissimum testimonio persuasus; interpretorque, *coctum*, seu *toctum cicer*, ad stipulante nobis Martialis loco, quem libro primo Epigr. 1. reperias hujusmodi:

----- *Quod ostias*

*Vendit qui madidum cicer coronas.*

Item ibidem Epigr. 104.

*Ajse cicer tepidum constat, & ass: Verus.*

*Madidum* enim, seu *tepidum* Martiali, quod Horatio *frictum*, & scimus *madidum* pro cocto usurpatum antiquis, item Comico nostro non semel; sed & Vergilio:

*Et quamvis igni exiguo proferata mad. rent.*

Unde liquido dilucet error eorum hominum, qui *frictum* pro novello & recenti in Horatio positum sunt interpretati. Sequitur deinceps in eaple Declamatione illa, quam contra umbraticos & praeposteros saeculi sui Declamatores in nescio qua *porticu* ab Eucolpio habitam palam deprehendimus, argutissima haec similitudo.

Cap. II. *Qui inter haec nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant* V. C. uno verbo auctior, tantum interpositum habebat, hoc modo: *Qui inter haec ta tunc nutriuntur.* neque id abhorret sententia. Legitur

porro ex ordine.

*Pace vestra liceat dixisse, primi omnem eloquentiam perdidistis. Levibus enim atque inanibus sonis ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur & caderet.] Idem hoc ipsum de Asiatica ista solutiloquentia Octavianus Caesar, cujus (quantum quidem ex ejusdem Fragmentis est conjectare) universam prorsus dictionis imaginem à Petronio nostro possideri, jampridem satis acceptum est mihi. Scribit igitur ille in quadam ad M. Antonium epistola, (Sactonium auctorem sequor) ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus: *Taque dubitas, Cimmerne Annius, an Terrius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, quae C. Sallustius excerpfit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiarum verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?* Quibus mox item succinit Arbitrator porro hic noster, inquit: *Nuper ventosa istaec & enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit, animosque juvenum ad magna surgentes veluti pestilentiam quodam sidere efflavit.* Ceterum, quod dixi Petronianum scribendi genus ad Octavianae dictionis similitudinem examulsum mihi conformatum videri, neminem demiraturum arbitror, qui quidem bona animi mente, hoc est, iudicio ac ratione utatur; denique Suetonianum illud ejusdem loci de Augusto Principe testimonium memoriter commemoravit satis: *Genus eloquendi sequutus est elegans & temperatum, citatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (ut ipse dicit) factoribus, praecipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere. quod quo facillius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque praepositiones verbis addere, neque conjunctiones saepius iterare dubitavit, quae detractae adferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent.* Quae quidem omnia ita graphice, & quasi ad verum Petronianam nobis orationem ob oculos repraesentant, ut, nisi de Augusto ea memorata esse constaret nobis ex Historicae fidei auctoritate, in alium potius neminem, quam in Arbitrum nostrum convenire ex animi sententia jurati asseverare possimus. Ita velut uno in ludulo erudituli ambo sirempse prorsus mihi, nec quicquam minus, quam publici saporis sermonem habere videntur. Habes inter ejusdem porro indignationis argumenta.*

*Nondum juvenes declamationibus continebantur, quam Sophocles aut Euripides invenerunt verba, quibus deberent legi.] Placet legi, contrebantur, Metaphora vere Petroniana.*

## CAPUT II.

*Interrupta argumentorum aliquot recensio carptim & quasi per Satyram facta; rerumque sub uno aspectu positarum veluti Breviarium quoddam, earum dico,*

*quarum perpetuae in Petronio narrationes (quantum quidem ex centunculis ejus superstitionibus exsculpere atque exterebrare potuimus) hac tempestate nequicquam desiderantur. Graecae urbis appellatione baud aliam, quam Neapolim significari. Id Corneliano quoque testimonio firmatum. Lutetianae lectionis assertio. Verba atroci stilo effodere, quomodo intelligendum. Quendam Arbitri nostri sententiam de Horatio adumbratam videri.*

**E**ucolpicae declamationem Agamemnonis interpellatione abruptam fuisse fidem nobis faciunt haec verba.

*Cap. III. Non est passus Agamemnon me diutius declamare in porticu, quam ipse in schola judicaret.] Porticum quam dicat nescio, praesertim quum nec pes nec caput Eucolpicae dissertationis, in tanta tamque deformi Satyrici istius decurtatione, utpote gentium compareat hodie. Nam nec de Agamemnonis suaviora reliquum nobis quicquam fugitiva oblivio fecit. Quid? quod majorem insuper ac meliorem superioris Declamationis partem Petronio, imo vero nobis, amatoribus inquam eius, deperisse credibiliter augurari possumus. Jam de *Affrica illa, modisque omnibus flagitiosa Eucolpii Jurejurato, eodemque ad arenam (sicuti apparet) condemnato; de fuga ejus, ac judicio deluso; de nocturna hospitii caede, de uxore Lyciae corrupta, tum injuriis eidem illatis, expilatoque contumeliosa migratione navigio, nec vola, nec velligium, quod ajunt. Quid de damnatione Tryphaenae, de exilio ac dignitate ejus in concione proscripta; de Lycurgi vilis despoliata, ac rapinis communibus; de Menelao antiphetico loquar? quid vero aliud, nisi horum omnium nobis ac doctis omnibus nihil praeter inanimatum desiderium restare? Sed & de profudiosa illa, quamque stupro emeruerat, Gitionis munum sione, deque pinis impudicitiae ejusdem tyrocinitis, praeposteraeque ac nefariae cum Eucolpio consuetudine; de Aesclyto infamiae notis coopto, qui ne vir esset à matre perjusus, ipso virilis togae die stola assumpta in mulieris patientiae scortum transferat, opus etiam muliebri in ergastulo fecerat: omnia haec inquam in perpetuum evanuerunt, haud radicitus quidem, verum hercule eradicatus. Taceo conturbationem Aesclyti, sedique personam multo perditissimam: taceo fratrem cum Eucolpio sub praecceptoris umbra initam societatem, & viridarium foedissimis utriusque voluptatibus inquinatum: postremo, quod ex turpissima lite in risum surgentes converterat, laudationem Poetae, cujus adeo subidissimae recitationi cum auritis, imo vero dentatis plagis interfuerant ambo, neque ill frustra: quippe quam vocatio etiam fuerit subsequuta, ex utriusque captatoris sententia, parafitici potius, quam scholasticis artibus quaesita. Neque minor jactura facta in argumentorum sequentium amissione, de pallio loquor per latrocinium barpagato, de tunica Aesclyti intactis aureis plena de-**



perdita, eademque porro mox à rustico quodam in solitudine inventa: de sacro Priapi ante cryptam turbato, de nocturnis in jacello magni illius Dei religionibus inspectis, proditiisque. Ex quibus tum universis, tum singulis facile est adfirmare, ipsa haec tantula, quae reliqua etiamnum possidemus, fragmenta vix mehercules in decima ejus Satyrae parte censerì posse, quam non sola carminum varietate mistam condidit Petronius noster, Varro nis (uti arbitror) Menippaeas sequutus. Atqui essent omnia faciliora, si vel in his ipsis, quae de tanto corpore superfunt, reliquis aliqui libellarum cohaerentia, serietque continuatae porro historiae appareret. nunc protasi quasi, atque epitati amissa, quarum potiore ad eam partem argumenta, quae posui, olim occupasse videntur; catastrophem insuper centonis in morem virgatis undique veluti pannis consultam, pessimeque sane ac discorditer conciliatam habemus. Ita interrupta omnia, ac passim lacunis deformati, quarum vicem expient asterisci, quibus hercule ego lumbos adeo omnes defraetos vellem, ut vel novissimum Aetum integrum saltem involatamque haberemus, cujus nunc, sicuti Aululariae Plautinae, nequiquam atque irritis votis exodium mihi desideramus. Caeterum de *esse porticu* habere aliquanto etiam post, capite vi. Nam ne de *porticu Herculis Romae à Philiippo quondam extructa* dictum credam, cuius meminit cap. cvi. obstat Graecae urbis mentio, in cuius divergorio se deservum jacere immutatam Eumolpius postea. Addidisset saltem urbis appellationem, caetera porro comperiora haberemus. Ut ut est, gnarum hoc saltem nobis, situm ejus proximam littori fuisse, & fortassis haec fuerit, quem Satyricus ipse cap. cxv. *infulam M. Manicii* indigitat, unde ductore Eumolpo navi aliquando conscensa Tarentum cogitantes, facto per tempestatem naufragio, Crotona adpulsi de credula Coranorum ac haeredipetrum turba, hoc est, de praedonibus ipsis praedam capturi, felicitate pleni, ne dicam ebrii, prioris fortunae statim facile porro obliviscantur, nisi forte tamen *insula* id loci, pro domo publico privatove circuitu cincta, eaque quae parietum communione careat, positam interpretentur, qua notione nomen illud accipi haud raro solere, ex Cicrone nobis, Tranquilloque, tum Petronianae aetatis scriptoribus clarum. Commodum haec sic scripseram, quam mihi hujusce controversiae causa ad commune Academiae nostrae oraculum profecto ac vix primam dum hercule Graecae urbis syllabam eloquuto, *Lippus autem*

*Vellit, & admonuit* de loco Cornelii Taciti, unde scitior factus sum tandem, *nobilem illam Cumanorum coloniam, ac primariam Magnae Graeciae civitatem, (Parthenopen, seu Neapolim dico)* peculiari Graecae urbis appellatione insignitam antiquitus, credo, ob *Gymnecos ludos* maxime, tum *Musycam*

*illud quinquennale certamen* magna Graecarum urbium frequentia ibidem solitum celebrari: vel (quod vero propius videtur) ob vetustissimam Graecae profapiae tam inde ab ipso usque Thucydo ac praeceis Atheniensibus (quorum coloni Casleidentefes cluebant) repetitae altius originacionem. Locus, quem dico, Taciti lib. xv. Annalium hisce verbis conceptus exstat, etique sermo omnis de Cl. Nerone contra decus Imperatorum fenatariante, vel Bacchanal faciente verius: *Non adhuc per domos aut hortos eccubant juvenaliter Ludis, quos ut parum celeres & totae voci angulos spernebat. Nam terram Romae lascere scenas a jus, Neapolim quasi Graecam urbem delegit. Ad illa Argam mironiae differationis verba aliquando venimus.*

Cap. IV. *Quod si faterentur laborum gradus fieri, & studii si juvenes lectione severa mitigarentur* Ita lego, proboque hanc lectionem prae veteri ac Lugdunensi illa, *irrigarentur*. Perfluit enim in metaphora noster, & maturitatem istam, quam per verbum *mitigari* exprimit, opponit *studiorum crudelitati*, qua juventutem de parentum consilio obnoxiam laborare quetus fuerat antea, verbis illis: *Deinde quem ad vota properant, cruda adhuc studia in seron propellunt, & eloquentiam, qua nihil esse majus confitentur, juris induunt adhuc noscentibus.* Mitigari ergo pro *mitificari* (quo vocabulo usus Gellius) hoc est, maturefcere, positum accipiemus. Sequitur exinde.

*Ut sapientiae praeceptis animos componerent, ut verba atroci stilo effoderent* Idem cum Horatiano illo penissime:

*Saepe stylum veritas, iterum quae digna legi sint  
Scripsurus, &c.*

Stilo enim (id quod à Turnebo, magno illo doctinarum ac leporum omnium parente, sagacissime indagatum) in ceratis tabellis literas faciebant, vel pangebant potius: cujus adeo stili cusps, qua aequor illud crecum inarabatur, acumen cluebat, unde & M. Tullius: *Omnia sub acumen stili subeant necesse est*: Altera pars rectusa erat, qua veluti tranverso calamo jugulabant, id est, inducebant, eradebantque obliterantes, si quae minus ex sententia videbantur: ipsamque ceram illam denuo complanabant, sicutam (uti prius) acquabilemque concinnantes ad novam scripturam supponendam quasi succidaneam, veteri ac fugitiva illa expuncta scilicet. *Stilum* ergo *vertere*, est interpolare atque emendare, quod scripseris: nec macronem (ut antea) sed vero alteram stili partem, inversam dico, atque ideo oblitio rem ad delendum adhibere. Praecipit proinde cum Horatius, tum Arbitrè frequentes in scribendo lituras faciundas, verbaque (*quamvis incita recedant*) *atroci stilo effodienda*, hoc est, crebro invertendum graphium, nec stilo, aut cerac parcendum, si quis digna modo posteritatis

auribus conscribillare postulat sese. Vide exemplum Prudentii prudentissime apud Turnebum illum Adversar. suorum lib. XIV. cap. 24. interpretatum in hanc, quam posuimus, sententiam. Pergit narrare porro apud Petronium Agamemnon.

*Nunc pueri in scholis ludunt, juvenes videntur in foro, & quod utroque turpius est, quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult.* Expressimere videtur voluisse dictum Horatianum, cujus quantopere studiosus fuerit Arbitrator, testis est elogium illud multo liberalissimum, quo *curiosam* in Poëta isto bisformi *felicitatem* idem admiraturus postea. Illud igitur Horatianum (ut dixi) exprimere voluisse videtur hic Noster, ex lib. II. Ep. I. v. 83.

*Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt:*

*Vel quia turpe putant parere minoribus, & quae Imberbes dillicere, se res perdenda fateri.*

### CAPUT III.

Licinianae improbitatis (an humilitatis potius?) in privam, hoc est, in veterem suam sedem reductio. Improbitate illa Luciana, seu Lucilliana etiam humilitate, una cum Turnebi Imperatoris sui praesidio ac propugnaculis, tam hic, quam in proximi Seazonis constitutione, de statu dejecta, infirmata, ne dicam subversa funditus. Contra, Lucillianum nomen postliminium Sodoniano carmini restitutum, Calvo, qui alienum temere usurpaverat, pariter cum titulis gentilitis injusta possessione pulso denique ac deturcato. Perditi, quod genus vocitentur. Addictus Histrioniae. Salisberiensis exempli integratio. Mittere habenas.

Cap. IV. *Sed ne me putes improbasse schedium Lucillianae improbitatis, quod sentio & ipse carmine effingam.* Ita nobis refert curatissima illa, ac Parisiensis Editio.

*Turnebus, pater eruditionum,*

*Idemque ARBITRATOR omnium Leporum;*

*Non horum modo, sed quot aut fuerunt,*

*Aut pestbae aliis erunt in annis,*

priorum exemplariorum fidem sequutus non improbitatis, verum humilitatis, rescribat. idque Petronianae etiam sententiae haud paullo accommodatius visum. Nam (sicuti idem argute subjicit) *Lucillius in Satyris interdum se ad humilitatem famulorum demittebat: hodieque in Grammaticis quidam ejus famuli reperuntur.* Alii non *Lucillianae*, sed vero *Lucianae improbitatis* potius maluerunt, & ita in contextu posuerunt, haud quidem suo, verum hercle communi vitio in errorem imprudentes compulsi, inficitia aetatis maxime, qua Petronium hunc nostrum Luciano posteriorem credere; quare venia digni. Et fuit tempus, quum & ipse scripturae eorundem vestigiis insi-

stens ex *Lucianae, Lucinianae* concinnandum hariolarer. atque comhercules audacius, quoniam in codice quodam membranaceo *Lucinianae* deprehenderam jam antea; quamquam quid grave, si de *dijerto illo Catulli Salicippio*, seu *Salaputio* dictum accipiamus? Licinio, inquam, Calvo cognomine, qui multum & diu cum ipso Cicerone, & quidem ambiguo certamine, de Eloquentiae principatu contentiones exercuit, & cujus *dilecti versiculi* passim à Catullo, familiari suo, de meliore sane nota commendantur. quippe qui & oratione summum illum Oratorem (uti dictum est) aemulus, & Poëta insuper non humillimi spiritus fuit. Nam (ut testis est Seneca) *carmina quoque ejus, quavis jocosu sint, plena sunt ingenii animi.* Proinde improbitatis istud non improbo; quam etiam in Poëmatibus ejus agnovisse Ovidius videtur, quum scribit:

*Par fuit exigui similisque licentia Calvi,*

*Detexit variis qui sua furta modis.*

Hoc est, variis modorum, seu numerorum generibus Epigrammati convenientibus ad exemplum Catulli scilicet. Quod si quis *humilitatis* mordicus retinendum contenderit, ad Liciniani stili mediocritatem & oratorium dicendi genus verbum illud accommodare debebit. quod an humile fuerit, haud facile dixerim: hoc compertum habeo tamen, Ciceroni ipsi & accuratum & exquisitum visum oppido: & cujusmodi non nisi abs summo Atticisimo cultore manare potuisse est verisimile. eundemque & *violentum & incitatum* in dicendo à Seneca perhiberi, etiam scio. neque aliter sane de Orationibus ejus Plinius Nepos. Sed enim *humilitatem* hanc potius in Poëmata Calvi convenire crediderim, in quibus & prae caetera illius Latinitatis imaginem examullam expressam, & simplicitatem Catullianae aemulam, (cujus aetati suppar vixit) ad vivum oppido enituisse, & Epigrammatum ipsius Fragmenta, & residua de eo veterum testimonia fidem nobis abunde facere atque adstruere possunt. Caeterum, ut hic *Lucillius* pro *Licinio* perperam objectus nobis, ita in versu quodam Sodoniano, quem Petronii Editor producit, contrarius admissus error, hoc modo:

*Non Licinius hic, Lucretiusque est.*

Quin eo loci haud dubie *Lucillii* nomen reponendum, tum ipsius sententiae ratio, tum legitima Phaleuciorum dimensio commonefacere nos possint.

Cap. V. Hic porro Seazon se prodit:

*Clionsque coenas impotentium captet.* Examullum optime. Neque enim Turnebi commentum probare possum, *Ne potentium* audacissime referentis. Et vero *Impotentium* valde potentium interpretor. qua significatione hoc verbum Horatio alias familiare. Sequitur;

v. 6. *Nec perditis addictus obruat vino*

*Mentis*

*Mentis calorem.] Perditis, id est, nequam & dissolutis hominibus, & quos *Ajutorum*, ac *Nepotum* cognominibus pro dignitate insignire possis. Eo dico, quod animadvertam hanc etiam lectionem in controversiam à Petronianis correctoribus vocatam fuisse, imo adeo praeter omne meritum suum mala manu sollicitatum. Sequitur etiam:*

v. 7. ----- *Neve plausor in scena*

*Sedeat redemptus Ilystrioniae additus.]* Quorum versusum explicationem Praecidaneis nostris Plautinis reservabimus, Amphitruonis Prologo id omne, cujuscunque modi videtur, de nostro gratificaturi, intem hocce pro tempore admonuisse contenti, ne quis porro Turnebo insitit credere, et *histrionis* hunc in locum magna cum fiducia inducenti; atque adeo *additus* istud non participationem, sed vocabulum esse adseveranti: haereti praepotera, nec tanti viri acumine condigna. Quam *histrioniam facere* apud Plautum etiam iteratum ostendas, & ipse Arbitr eadem voce alibi praeterea usis reperitur, non quidem in his Fragmentorum ruderibus, sed vero in exemplo quodam, quod à Joanne nescio quo Salisberienfi depravate productum ita corrigendum plusquam Turnebica fiducia pronunciamus: *Non duco contentionis furem, dum consistit inter nos, quod fero totus mundus, juxta Petronium, exerceat histrioniam.* Nam & illic, & in postrema Lutetiana Editione, *histrionem*, perperam hodie publicatum legitur.

v. 13. *Mox & Socratico plenus grege mittat habenas*

*Liber, &c.) Mittere habenas* Petronio & Propertio idem, quod Ovidio *immittere*, aliis *permittere*, seu *mittere*, i. e. laxare, ac concedere habenas. Hinc patet hoc loco *mittat*, non *mittat* retinendum, quod tantopere tamen quibusdam complacitum. Et tamen Stat. Silv. III.

*Et semel incertas (reicribo injertas, sc. ori) non mutaturus habenas.*

Neque hoc a sententia alienum.

#### C A P U T I V .

*Notare sibi. Petronii complures loci aut correcti, aut novo interpretamento illustrati. Mos in re trepida ac subitanea capitis operiundi. Novariarum cellae distingui titulis quaeque suis solitae. Eas adeo (cellas dico) meretricias, staque ac certa mercede, hoc est, a se uno, parabilis fuisse. Res quasi per nebulam, seu caliginem videre. Omnes Gitionis mores ad subdolam ac fucatam venilitatem facti oppido.*

**C**Ap. VI. *Dum haec diligentius audio, non notavi Aegypti fugam.]* Phrasis Petroniana, quamque hic idem scriptor

*Tantum non in delictis habuisse videtur:*

bis utique usurpatam postea, primum cap. ciii. *Notavit sibi ad lunam tensorem intempestivo inhaerentem ministerio.* Iterum deinde cap. cxl. *Proxima ergo nocte quam miles notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, &c.* Servandum itaque Pronomen, neque de hoc dictionis genere delibandum quidpiam. Habes deinceps.

*Et aum in hoc didorum aestu motus incedo.]* Propositionem in inducendam arbitror, at caetera retinenda: mirorque, quid eos moverit, qui *re motus*, loco movere sunt ausi. Sequitur porro;

*Ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemperali declamatione nescio cujus, qui Agamemnonis Suasoriam exceperat.]* *Suasoriam* accipito, quam Agamemnon nescio quis in Schola exsudaverat supra, cap. III. interim dum in Porticu declamat Eucolpius ejus, quam ibidem habuimus, Declamationis particulam. Porro igitur:

*Sed nec etiam diligenter tenbam, quia nec quo stabulum esset sciebam.]* Videtur aliquantillum desiderari; & nescio, an interponendum hujuscemodi quidpiam: *Quia nec, quo iter ad stabulum esset, sciebam.* Vel certe adjectandum loco: hoc modo: *Quia nec, quo loco stabulum esset, &c.* Sic enim idem cap. viii. *Cum errorem per totam civitatem, nec invenirem quo loco stabulum reliquissim.*

Cap. VII. *Tarde, imo jam sero intellexi, me in fornitem esse deductum.]* In veteri Codice erat *tandem*, non *tarde*. Sequitur mox.

*Exsecratus itaque aniculae insidias, operni caput: & per medium lupanar fugere coepi in aliam partem.]* De more operiendi capitis in re crepera & subita antiquitus frequentato, diximus quiddam in Notulis nostris ad Horatium; plura (uti spero) dicturi suo loco ad Mostellariam Plautinam, quo etiam referendum exemplum illud cap. xx. in hoc ipso Petronio: *Operuerat Aegyptos pallio caput, admonitus scilicet, periculosum alienis intervenire secretis.* Neque alio trahendum Ovidii illud de Anna naufraga Fast. III.

*Factatur tumidas exsul Phoeissa per undas,*

*Humidaque opposita lumina velle tegit.*

Sed tamen neque illud pigebit adseribere, quod apud Fabium lectum nobis huic loco illustrando mirabiliter facit, libro v. c. 1. *Ita neque illum probaverim, qui, quum esset cruentus gladius ejus ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum, subito ex subsessis ut territus fugit, & capite ex parte velato, quum ad agentem ex turba prospexisset, interrogavit, an jam ille cum gladio recessisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit.*

Cap. VIII. *Jam pro cella meretricis astem exceperat.]* Locum liberum designat, in quo homines venerici ac voluptuarii nequam faciebant clam (ut inquit Comicus) remotis arbitris. Hoc enim genus cellae dicebantur: easque à Lenis, sive etiam

Lenonibus conducī mos erat, assis unius (sicuti hinc patet) pretio. In ejusmodi ergo secretum se à patrefamilias perducitū commemorare pergit Aescylos; & , absque pertinacia sua fuisset, daturum poenas: & quidem *penitas*, parato praesertim, imo prompto peculio in rem praesentem. Facit eodem quoque Senecae patris locus II. Controversiarum: *Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium est constitutum, titulus inscriptus est.* Quo loco *titulum* intellige, quem plantus expressum reperias Satyra illa Juvenalis, ubi de indomita Messalinae *Induperatricis rabie, an tentigine dicam?* agit gravissimus publicae luxuriae castigato Sa tyricus, quem dixi, his verbis:

*Intravit calidum veteri centone lupanar,  
Et cellam vacuam atque suam, tum nuda papillis  
Constitit auratis, titulum mentita Lyceiae.*

Adiice & Martialis ista:

*Intraſti quoties inscriptae limina cellae,  
Seu puer arriſit, sive puella tibi, &c.*

Pergit porro Petronius:

\* *Junctis viribus moleſtum contempſimus*] \* Ego, & Aescylos scilicet. Intelligit autem pullipremorem, vel subulorem illum potius, patrefamilias dico, qui Aescylo paullo ante hillas cadere voluerat: eundem porro obſtinatè etiam persequutus, frustra; quippe *valentiorè* nactus adversarium; jamque insuper occurſu & quasi interceſſione Eucolpii fratris novis succenturiatum copis, animisque ac viribus solidissime confirmatum.

Cap. IX. \* *Quasi per caliginem vidi Gitona in crepidine semitae stantem*] Plautus nosſer *per nebulam* dixisset.

*Et in eundem locum me conjeci*] Sic dictum, quomodo ab eodem alibi; *In armarium memet conjeci.*

*Confedit puer super lectum, & manantes lacrymas pollice expressit*] Ergo simulatas, atque ad ostentationem doloris comparatas modo, & velut vi quadam extritas; neque dissidentaneas nimium illis Ovidianis, quas lib. I. de Arte, amatorum deliciis unicus ille Venerarum rerum magister praecivit hoc praeecepto suo;

*Si lacrymae (neque enim veniunt in tempore semper)*

*Deficiunt, uda lumina tange manu.*

Unde perspicere est, quam condigne aedepol, atque ex disciplinae pullariae regula personae feriat Giton: quem nusquam non sui similem, hoc est, nequam malumque ac versipellem, (& ut uno verbo absolvam) pathicum & quasi Comœdicum inducit Petronius: prorsus, rota figulina voratiorè, & in quem meritissimo Horatianum istud convenire putandum,

*Terma ministeriis ad nutus aptus beriles:*

& reliqua, quae de argillae udae imitatione ibidem ordine deinceps operae pretium sit lectitare.

## C A P U T V.

Intentare, *sive*, intendere manus alicui, *vel* in aliquem. Inhorrescere. Nocturnus percussor, grassator, advocatus. Fortiter facere. Cum pura muliere pugnare, *quo sensu accipienda*. Fratris nomen in obſcoenis ubique apud Petronium. Vitrea fracta solidata, ac pristinae suae integritati restituta. Eiusdem loci per se obscuri liquidissima declaratio.

CAP. IX. *Quibus ego auditis, intentavi in oculos Aescyli manus*] Ex hac nota est, quod ab eodem iteratur cap. VIII. *Nec quicquam pro me deprecabar, sed intentans in oculos Tryphana manus.* cap. xcv. *Alius veru extis stridentibus plenum in oculos ejus intentat.* Uti quoque eadem phrasi Tacitus haud semel. Martius, Livius, ipse Cicero denique. neque aliorum trahenda digitorum *intentatio* apud Senecam. Habes haud multo post.

*Inhorrescere se finxit Aescylos*] Idem cap. cxxxv. *inborru ego tam fabulosa pollicitatione conterritus.* Item alias plus vice simplici, pro *coborrescere*, & quasi mente tota atque omnibus artibus contemiscere,

*Quod sit, ubi subito correpsit membra pavore,  
Arrectaeque horrore comae, & vox faucibus haeret:*

*Genua tremunt, gelidusque coit formidine sanguis.*

Legitur mox ibidem:

*Non taces nocturne percussor?*] *Nocturnus grassator*, cap. lxxxii. Etiam *Advocati* penè nocturni, c. xv. Quod vero idem mox subdit;

*Qui ne tum quidem, quum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti*] Novo, neque usitato more dictum videtur, utique mihi, qui *fortiter facere* hac sententia nullus alibi, quod sciam, memini lectitare: positum (ut apparet) pro *muliebri arcum conferere*, armisque virilibus agere res mariti: atque in robusta (ut idem loquuturus postea) hoc est, in mascula hercule, non autem pathica voluptate deditum esse. *Pura vero mulier*, libera est, immunisque à faeditate morbi Campani, ac luxu illo capitali, quem Nolanis assignat Aufonius, Lesbiis usurpatum antiquitus: unde & *νεβελίζω*, quod dissimulanter innuere volentes Latini illi veteres Plautus, Varro, Seneca, Tranquillus denique: *comprimere linguam; offendere buccam; ori seu capiti cuiuspiam illudere* (quibus respondent, *mergere caput; comprimere; ore alicui morigerari*) periphrasi multo honestissima circumscripte. Martialis lib. IX. Epigr. 69.

*Improbis quiddam ridensque rubensque rogavi,*

*Pollicita est nulla luxuriosa mora.*

*Sed mihi pura fuit.*

Ubi hoc quoque observabis, non de nihilo esse, quod

quod *luxuriosae* Epithetum attribuerit fellatrici. Item alia hujus generis passim; at non eadem circuitione semper. Quo etiam referendum id, quod ante Aescylo tacite exprobaverat Eucolpius dictis illis; *Cujus nec spiritus purus est*. Eodem quoque honestatis velamento in divertio \* *Ligurium* genere, hoc est, Varronianis *Ladis* notandis usa Latinorum verecundia; Exempli gratia; *occurrente se demisso capite, perdere caput in aliqua, molas ligere, obligurire*; cujus rei infamia Tiberio quoque hircoso ac olido seni clare & publicitus *Attellano exordio* exprobrata apud Suetonium hisce verbis:

*Hircus vetulus naturam capreis liguriri.*

Veniamus ad Petronianum illud cap. cod.

*Cujus eodem ratione in viridario frater fui, quae nunc in diversorio puer est*] Unde apparet non Gitiona modo, sed vero & Aescylo puerili morigeratione, id est, pygmaeo obsequio, quod Eucolpio jam olim in viridario officiosissime praestiterat, *Fratri* appellationem iure quodam suo ex pathica disciplina indeptum antea. Quam rem in priori hujusce narrationis serie (quae nunc ab stirpe interit planissime) pluribus haud dubie Petronius noster fuerat exsequutus. *Sed haec prius fuerit &c.* Legitur.

Cap. X. *Quid ergo homo stultissime facere debuit, quod sane mireror? an videlicet audire sententiam, ut est, vitream fractam (lego vitrea fracta) & somnium interpretamenta?* Agamemnonis dissertationem intelligit de causis corruptae eloquentiae, paulo ante eam Eucolpio habitam. Unde quum se praeter opinionem fratris, vel praeceptoris potius, nam & hanc (quoque appellationem ipse sibi Eucolpius attribuerat modo) ad Gitionem inforandum, itabulum versus, hoc est, in diversorium, furtim & quidem curriculo volubundus subduxisset, ut hoc saltem colore aliquo probabili fecisse videretur, dentes suos dentientes, ac lippientes fame fauces, ventrisque esturitoris inanis callide, nec non nec minus rationabiliter, obtendit, cui jampridem latranti expientium quaeritare majus operae pretium fuisse cavillatur sibi, quam taedium illud scholasticae auditionis devorare diutius, in excipienda primum praeceptoris sui (Eucolpii inquam) Declamatione, deinde campse mox consequutis Agamemnonis sermonibus, soluta partim, partim vincita oratione, bisariam puta conceptis. Unde & *vitrea fracta, & somnium interpretamenta* appellat, multo urbanissime: ut quasi *scopas solutas* dicas,

*Isanes inquam Praeficarum naenias,  
Plautique Mortualia.*

## C A P U T VI.

*Ad uberiorem Petroniani loci intelligentiam curiosa*

\* *Cunniiogorum.*

*felicitate evasum. De more locupletum Poëmarum sui recitantium culto antiquitas, indidemque pulatae ac famosae multitudinis assensum atque approbationem aucupantium & quasi eminentium sibi; non quidem ulla Poëticae facultatis virtute, aut scientiarum meritis, sed vero gratuita cibi ac vestimenti praebitione, Conlectanea accuratissima.*

Ordinem continuare pergamus porro. Subjungit igitur Petronius c. eodem x.

*Multo me turpior es tu hercule, qui, ut foris coenares, Poëtam laudasti*] Odiosum aliquem recitatore intelligit, cui frequentem aurium operam locaverat Eucolpius: non quidem carminum (quibus hercle nihil inveniustis) sed vero multo validius Genio ipsius coenae illectus, secundum illud Martialis nostri:

*Quod tam grande Sophos clamat tibi turba togata,*

*Non tu Pomponi, coena diserta tua est.*

Cujus adipiscendae gratia a semet ipse impetraverat idem ille, quem dico, frater Aescyli, ut praeter animi sui sententiam inculta & male nata Poëmata plausu etiam immeritissimo prosequeretur, *Sophocles ex Eucolpio, ex audire Laudicoenus factus* subito. Haec enim nomina in *Coenae* vulgo detorquebant, id est, in coenarum captatores, eosque, qui (ut Catullus loquitur)

*Quarunt in triculis vocationes:*

& qui deterius nihil, quam *domicoenia* odere. Cuiusmodi a Martiali plurimos adeo in Epigrammate graphice prorsus, omnibusque suis coloribus depictos videmus: praeque caeteris *Selium* quendam, familiam eo in genere strenuissime ducentem. Quid mirum vero? quum non decissent his temporibus homines lauti ac locupletes, qui re nulla alia, quam carmina sua ut recitarent, assidua coenarum praebitione auditorum studia emerent: interdum lacernarum etiam, vel similibus rerum largitionibus gratiam eorundem ac faventiam aucupantes. Exemplo fuerit nobis unicas pro omnibus *Ligurinus* ille Martialis, de quo ita falsissimus Poëta.

*Haec tibi, non alia, est ad coenam causa vocandi,*

*Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.*

Neque omittenda illa Horatii, de semet in Epistola praedicantis;

*Non ego ventis fac plebis suffragia venor*

*Impensis coenarum, & tritice munere vestis.*

Qui mos etiam Persio non intactus, ineptum ac divitem recitorem his dictis Satyricè compellanti:

*----- Calidum scis tenere fumen;*

*Scis comitem horridulum trita donare lacerna.*

Quibus insuper alterum quoque ab Horatio locum appingas licebit, qui in *Arte* legitur istiusmodi:

*Ut praeco, ad merces turbam qui cogit emendas,*

*Assentatores jubet ad lucrum ire Poëta*

*Dives agris, dives passis in foenore mummis.*

*Si vero est, unctum qui recte ponere possit.*

& cætera, quae sequuntur eodem pertinentia, in Notis nostris Horatium plus uno in loco liberalissime explicata. Hujus proinde laudationis turpitudinem, sive indignitatem verius, etiam hic Eucolpio objicit Ascyltus. Neque alio me hercule referendum, quod idem haud multo sane post: *Hodie (inquit) quia tanquam scholastici ad coenam promissum, non perdamus noctem. Ad coenam, Poëtae illius, scilicet, ab Eucolpio (uti diximus) coenae gratia collaudati. Cujus haud dico versus, sed vero & nomen pariter cum meliore hujusdem Satyrici parte (id quod ex superioribus argumentis satis superque antea nobis ostensum) ubi sint, utrum sint, an non sint, id id vero Lethen scire oportet scilicet. Nam ne de Trimalcionis coena, qui & ipse Poëta videri volebat, aut perbelle certe amorem carminum simulabat, dictum credam, obstat temporum ratio. Haec enim, qua de agitur, coena in hodiernam vesperam condita; at altera illa triduo, an quadriduo post. Indicio fiat (praeter ea quae ab ipsa usque stirpe intercederunt) tot interjectae in medio festivissimae narratiunculae, in quibus dies, vespere, noctesque aliquot assumptas, superflites etiamnum reliquiae attestantur. Arguta porro, atque oppido prudens comonitiuncula illa.*

*Non perdamus noctem*] Eam vero & Martialis noster scitissime aliquoties expressit. Ut lib. xi. 57.

*Et nihil ex tota perdere luce voles.*

Item lib. x. 63.

*Et nihil extremos perdidit ante rogos.*

Postremo lib. vii. 46.

*Perdidit nullum vixta reversa diem.*

Quo etiam respexit Plautus noster, quum scribit: *Diem perdididi optimum.*

## C A P U T VII.

*Phraeos Plautinae cum Petroniana conlatio. Quae- sticuli in Arbitro, depulso Quaectionum frigore, certo potius, quam arbitrario jure repositi. Collidere cum aliquo, & consilire. absolute positum in Seneca, Rumoribus differre. Habitationem ac sedem prospicere sibi. Fraternitas Eucolpiana quousque debeat extendi. Collusio in re voluptatum. Vestae contubernium, pro Vestae contubernali, felicitis conjecturae alite in Petronio repositum. Addita & alterius loci emendatio. Divisionis manus inter nequitiae vocabula, atque ad eos, qui Sectiones ambiturijunt, ablegandum.*

Uterius in Petronio progrediamur. Cap. eodem decimo.

\* *Rursus in memoriam revocatus injuriae, &c.] Phraesis vetus, & qua Plautus etiam usus in Perfa:*

*Ne suarum se miseriarum in memoriam in lucas.* Pergit Petronius.

*Ac paupertatem nostram privatis quaeilibus conenur expellee*] Ita novissima illa Parisiensis Editio. Aliae, atque in his Lugdunensis, *Quaestio- nibus*. Quae lectionum diversitas me adigit, ut *Quaestio* referendum harioler, voce examus- sim probissima, & qua Lucillius, Varro, ipse Cicero usus denique. Probare *quaestibus*, nisi idem vocabulum in proxima etiam linea repeti- tum viderem. Quae iteratio an Arbitrum nostrum concedat satis, doctioribus arbitris arbitrandum porro ac discutendum relinquimus. Est in eodem capite.

*Alioqui mille causae nos quotidie collident, & per totam urbem rumoribus deferent.]* Sic Silius:

--- *Concurfusque viros colliserat acer.*

nec non Papinius:

*Gloria collidit fratres. ---*

Absolute vero Seneca lib. de Div. Providentia, quo loco de Catone disserit, Uticense dico: *Quem sibi verum natura delegit, cum quo metuenda collideret. Quod superest, malim inibi differant, quam deferant, uti hodie vulgo legitur. Idque paullo (meo quidem animo) significantius efficaciusque. Ad sequentia gradum porro capellamus:*

*Cras autem, quia hoc libet & habitationem mihi prospiciam, & aliquem fratrem*] Proba, & Romana loquutio, quam nec refugit Livius, *Qui Ierlem (iniciens) senectuti vestrae prospiciunt. Fratris vero cognominatorem cum germana cognatione confundas, cave. Nihil enim absurdus. Et docuit jampridem, tertio Antiquarum suarum, unico magis unicus Lipsius noster, nomen illud inter vocabula nequitiae passim à veteribus celebratum. Et haud scio, an fraternitatem istam ab Arbitro positam alio significato uspiam in hoc opere sis reperiturus.*

Cap. XI. *Discussisque fortissimo claustris invenit me cum fratre ludentem*] Honesta sane rei turpiculae periphrasis ex ejus saeculi consuetudine (ut apparet) nata, indidemque porro in vulgum recepta. Quam in Seneca etiam Patre deprehendas lib. ii. Controvers. xi. *Omnes infamaverunt raptore patrem quasi cum colludentem. Item sub ejusdem Controversiae finem: Heronagos solebat interdum diu schemata persequi, interdum breviter & fortius attingere, sicuti in hac sententia fecit, cum suspicionem facere vellet inter raptae patrem & raptorem collusionis.*

*Et quid agebas, inquit, frater sanctissime? quid vesticontubernium facis?*] Quod quidem Turnebus verbo juncto venuste de iis dictum autumat, qui sub eadem veste cubant. Mihi non fit verisimile, suspi-

suspicioque duobus potius verbis referendum *Vestae contubernium*, ut ironiam semel institutum continuare perpetuet porro, & *Vestae contubernium* per irrisum appellet eum, quem videri vult à Vestalium castimonia quam longissime abesse.

*Et me coepit non perfunditorie verberare, adjectis etiam petulantibus dictis: Sic dividere cum fratre nolito*] Ita Editiones, quas quidem mihi usque adhuc inspectare contigit. Caeterum haud placet haec clausula, & pro *nolito*, perlubenter hercule cogito legerim. Latet autem spurcicies, ne ipsi quidem Petronio dissimulata. Addit enim *petulantibus dictis*. Quamobrem autem? Id vero non jam meis, verum hercule Ciceronis ipsius verbis enucleare conabor tibi. Sic enim libro IX. ad Paetum suum Ep. 22. *Ergo in verbis honestis obnoxiu ponimus. Quid enim? non honestum verbum est Divisio? At inest obnoxiu. Cui respondet Intercepto.* Unde & Plautus *Aulularia*:

*Me tu quidem hercle, hic tam palan, non dividet.*

Hinc etiam *Divisores* dicti *Hillicidae*, qui Pullariam facerent scilicet.

Cap. XII. *Nec diu moratus rusticus quidam familiaris oculis meis, &c.*] Id est, quem vidisse alias videbar mihi, quique (cum Plauto dicam) oculis meis haud sane ignorabilis objiciebatur. Invenias idem loquendi genus infra cap. c. *Vox penz auribus meis familiaris*. Hoc est (uti dictum modo) auribus antehac meis compluribus usurpata.

### C A P U T V I I I.

*De metus, an motus, praerogativa disputatum. Alterius loci enarratio. Mos prius fures, seu latrones etiam deprehensos flagitandi, ab holiceni saeculi consuetudine non abhorrens. Inspicere querelam, morbum. In controversiam esse. Manuse. Codicis lectio representata. Fragmenti alterius Petroniani cum hujus ipsius loci argumento conciliatio, per causam Cryptae Neapolitanae; unde Lipsiana quoque de Graeca urbe suspicio validissime confirmetur. In sacrum Quartillae ante cryptam turbatum inquisitio paullo curiosior. Manus inter se usque ad articulorum strepitum contritae praefens animi stomachantis indicium. A Scaligeri sententia in Propertium discessum.*

Ventum ad Cap. XII. Id vero & quaedam ordinem consequentia tralaticia opera, hoc est, perfunditorie, & quasi ulterius properantes percursitabimus. Pergit casus proinde suos commemorare Encolpius:

*Ac ne ipse quidem sine aliquo metu hominem conspexi.*] Ita est in editione nuperima. Et fortasse probe. in altera, *motu*. Quod si recipimus, quid restat aliud, quam ut pro levi animi commocioncula, de subito objecta, positum interpretemur?

Cap. XIII. *Exhilaratus ego, non tantum quia praedem videbam, sed etiam quod Fortuna me a turpissima suspicione dimiserat, &c.*] Id est, liberaverat, exsolveratque Unde patet, Aescylum jam antea *tuniculam istam intactis aureis plenam* sibi non à Praemiatore aliquo ignoto, sed vero abs Eucolpio ipso actu manticulatam, manique improba sublectam, falso sane persuasum habuisse, neque misero profuisse *fraternum illud sanctum ac venerabile nomen*, quo minus in suspicione furti apud carissimum commilitonem, ac contubernalem suum immeritissimo poneretur.

Cap. XIV. *Injocit utramque lacinae manum, magna vociferatione latrones tenere clamavit*] Si tenere retineamus, subaudiendum videtur *se*; ut manifesta in noxa latrones sese tenere significet, tanquam deprehensos. Alii tamen, tenete malunt potius. idque ad nostri hujus saeculi consuetudinem referre haud absurde possis, quoties trium literarum homines in ipso furto deprehensos persequimur ac relligamus, altiore voce conclamantes: *Hout den dief*. Cui opinioni ipse quoque Arbitrator hic noster succenturus postea cap. cxxxviii. ubi scribit: *Aniculae, quamvis solutae macro ac libidine essent, eandem viam tentant, & per aliquos vicos sequitae fugientem, Prebende furem, clamant.*

Cap. XV. *Ac postero die judex querelam inspiceret. Neque enim res tantum, quae videtur, in controversia esse, &c.*] Eadem ratione dictum, qua apud Plautum: *morbum inspiceret*. Quod reliquum est, utraque manu Turnebi emendationem amplector, accutiandi casum Petronio redonantis, referentisque, *in controversiam esse*, hoc ioco, more loquendi Plauto, Ciceroni, ac veteribus illis perquam usitato, qui, *in mente fuit*, non vero *in mente*, consimiliter dicebantur.

Cap. XVI. *Et me derisisse, inquit, vos putabitis? Ego sum ancilla Quartillae, cujus vos sacrum (lege, sacrum) ante cryptam turbastis*] In veteri Codice: *Et derisisse, inquit, vos me putatis?* plane & probe exaratum videbatur. Caeterum hoc leve: illud aliquanto pensius magisque (ut quod res est dicam) *εξόρσι* de *Crypta*: quod quidem ego de nulla sane alia, quam Neapolitana illa, accipiendum habeo persuasum mihi, veteri P. Danielis Glossario inductus maxime hujuscemodi nobis fragmentum subministrante ex i. Satyrarum Petronii: *Satis constaret eos nisi inclinatos non solere transire cryptam Neapolitanam*. ad cujus ipsissimum loci argumentum haec ipsa quoque pertinuisse evidens suspicio est mihi. Unde magis etiam interpretationis ejus auctoritas suffulcitur de Petroniana Graecae urbis commemoratione, quam campse utique cum Neapoli fuisse, antiquissima, id quod supra ostensum, Graeci generis colonia, (ubi haecce omnia, quae Protasi continentur, gesta ac patrata) nec Lipsianum nobis, nec Corneli-

nelianum oraculum mentitur. *Sacrum* vero nocturnum & penetrare in Sacello Priapi, (cujus *Genio Perovigilium deberi* monet Quartilla postea) à sequiore sexu ex ritu & disciplina patrum intellige. Ejus enim Dei sanctuarium ac religionem *juvenes isti urbani* interventu suo vitaverant scilicet. qui non contenti tanti Semonis mysteria, ceremonias, totque annorum secreta oculis profanis usurpata indignissimè contaminasse, etiam ante *Cryptam Neapolitanam* (ut diximus) turbellas dare sustinerant insuper: alienissimo & loco & tempore vias publicas grassatura sua infestas habere ausi: nec fecus quam *Praemiatores nocturni* viatorum loculis ac vestimentis insidias facere. Cujus rei testis *pallium* fuerit, mala manu, hoc est, nefario latrocinio, ne sacrilegio dicam, ab iis ipsis harpagitum antea. Quo item referendum, quod Eucolpio & Aescyto mox ab eadem Quartilla objectari videmus; *Quaenam est, inquit, haec audacia? aut ubi fabulas (rapinas, lego,) & antecessura latrocinia dedicisti? Praecesserat.*

Cap. XVII. *Ut ergo tam ambitiosus detoruit imber, rexit superbum pallio caput, & manibus inter se usque ad articularum strepitum contritis: Quaenam est, inquit, haec audacia? Hoc ipsum inter alia commoti vehementius animi indicia recenset quoque Seneca lib. III. de Ira his verbis: Adjice articularum crepitum, quum se ipsae manus frangunt. Item ibidem cap. I. lib. I. Horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articularum se ipsos torquentium sonus, gemitus, mugitusque? &c. Unde liquet illustrissimi viri error, qui ad Propterianum illud l. IV. El. VII. VI. II.*

*Spirantisque animas, & vocem misit, at illi*

*Pollicibus fragiles increpue manus:*

interpretamenti vicem adjecit, eum proculdubio gestum fuisse componentium se ad dicendum, more etiamnum hodie plerisque familiari.

*Protendo igitur ad genua vestra supinas manus*] Imitatio Horatiani illius:

*Coelo supinas si tuleris manus.*

## C A P U T IX.

*Turnebicae correctioni assensum. In certamine gladiatorio, qui non jugulat, victorem abire, quam potissimum ob causam censuerit Arbitr. neque aliunde natam emendationem illam, quam corruptissimo Martialis loco nos adolescentuli imputavimus jam olim, pro conjunctione causali disjunctivam negationis particulam primitus substituisse ausi. Te-tioris sententiae exploratio. Emendatus Petronii locus, non sine exemplorem tam à Plauto, quam Martiali, festivissima conlatione. Mutare equum, quid? quid Horribilis secreti enunciatio?*

Cap. XVIII. *Nam sane & sapiens, cum tempus, jurgia stetit;* (ita enim haud dubie cum doctis-

simo Turnebo locus ille rescribendus) *Et qui non jugulat, victor abire solet.*] Alludere autem videtur ad morem ac disciplinam gladiatorum, quorum solertiae industriae, peritiacque vis omnis, ac praecipuum porro ad victoriae consequutionem momentum, non feriendo, aut etiam jugulando; sed vero habili quadam membrorum agilitate potius, modicoque corporis inflexu ac declinatione, adversarii petitiones, hoc est, ictus impetusque contra objectos eludendo, exeundoque; atque ita tractim ac sedato nisu par suum dilassando fatigandoque & quasi ad languorem dando positum id temporis putabatur. Unde & recte inter alia gladiatorii artificii encomia illud etiam à Martiali haudquaquam praeteritum, vel dissimulatum;

*Hermes vincere, nec ferire doctus.*

Probandum ex Seneca ita scribente lib. II. de Ira 14. *Nec est difficile vincere animum, cum Athletae quoque in vilissima sui parte occupati tamen ictus dolereque patiuntur, ut vires cadentis exhauriant, nec, quod ira suadet, ferunt, sed quod occasio.* Quamquam apud Martialem eo loci perperam in omnibus vulgatis exemplaribus nullo sensu, sed ferire, jam inde ab antiquo typis publicatum existet. Unam Junianam editionem excipio modo, quae correctiunculam hanc nostram, ex Petroniani loci conlatione & conceptam mihi & edolam jam olim, paginarum margini adtextam praefert. Neque id adeo mirandum; quippe in qua adstruenda vivus ille bono sane atque obsequenti chirographo usus fuerat exemplari, sed tum denique, posteaquam eidem antea de fugitiva haec, quam dico, lectione primulum certe aurem vellissim, quam ille porro tanti aestimasse visus, ut eam fastidiose etiam pro sua publici juris facere neutiquam sit dedignatus. Impetrabilis porro ac clemens illa sequens supplicatio, qua non quidem mortem, sed (quae morte ipsa intolerabiliora) tormenta à se, cruciatuque corporis deprecatur Eucolpius noiter.

Cap. XX. *Rogo, inquam, domina, si quid tristius paras, celerius confice. Neque enim tam magnum facinus admittimus, ut debeamus torti perire.*] Ita enim legendum. cui scripturae Curtianum quoque illud adstipulari videmus: *Callisthenes quoque ante tortus invenit.*

*Operuerat Aescytos pallio caput, admonitus scilicet, periculosum alienis intervenire secretis*] Hoc enim & ipse suo & Eucolpii periculo perdoctus fuerat jam antea, ob inexpressibile scelus, nec consilio, sed casu ab imprudentibus admittum, id est, ob sacrum Quartillae in honorem Priapi institutum, (id quod supra planius ostensum nobis) nimum alieno tempore, adde oculis profanis, indignissime usurpatum. Itaque jam inde cautiore sacre placuit operire caput porro, ne quid in oculos denuo fortuitum incurreret, unde periculum



Item aliquod sibi in posterum crearetur. Prudenter utique, atque ex disciplina praecepti eius, cuius Quartilla ipsam commonefecerat prius: *Neque enim impune quisquam, quod non licuit, adspexit.*

Cap. XXI. *Ultimo cinactus supervenit, myrtea subornatus gausapina, cinguloque subcinctus modo extortis nos clunibus cecidit, modo hastis olidissimis inquinavit.*] Huic consentaneum quod habes infra cap. XXIV. *Ab hac voce equum cinactus mutavit, transiitque ad comitem meum facto, clunibus eum hastisque distrivit.* Sed videtur legendum potius in Fragmento illo priore: *Modo extortis nos clunibus cecidit, ad exemplum Martialis scribentis:*

*Cuius tritor Haedili lacernis.*

Item Plauti, ex Fragmentis amissarum Fabularum: *Cum extortis talis, cum todiliis crustulis.*

Quod si quispiam extortis malit, referendum erit ad pygae ejusdem macritudinem, ita porro à Martiali meo quasi penicillo expressam:

*Illyre amicam nolo, Flacce, subtilem,  
Quae clune nudo radat, & goni pungat:  
Cui ferra lumbis, cussis eminet culo.*

Cacterum quod equum *muta*que cinactum praedicat, ea vero metaphora à Vertumnis, hoc est, equorum defultoribus, & (quod Propertius ait)

*Trahitit aeterno qui leve pondus equo,*

desumpta videri potest. De re taceo, quippe flagitiosa, & quam nostri pudoris non est explicare.

*Uterque nostrum religiosissimis juravit veris, inter duos periturum esse tam horribile secretum.*] *Horribile*, id est, sacrum, verendum, & quod hominum mentibus tacitam quandam a se religionem incutiat. Unde & Catullus *ergo. &c.* scilicet:

*Di magni, horribilem & sacrum libellum.*

Sic & Petronius postea cap. LXXXIII. *Et Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia non sine horrore tradaxi.* Id est, non sine religione, metu, ac reverentia, quae rebus sacris potissimum ac divinis debetur. Florus lib. II. de Gestis Rom. cap. 17. de Decimo Bruto. *Pera-gratoque viâ. r Oceani litore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria jolem, obrutumque (obbrutumque) aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu & horrore deprehendit.* & lib. III. cap. 21. *Redit ab Africa Marius, cladem major, si quidem carcer, catenae, fuga, exsilium horrificaverant dignitatem.* Idem est, auxerant quadam divinitatis opinione. talis enim de Mario fuit, Sallustio teste, qui de Bello Jug. scribit. *Interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio suis, quos pelli jam acceperat. Denique hostes jam undique susti. tum spectaculum horribile in campis patentibus: sequi, fugere: occidi, capi: equi atque viri afflicti.* adde exemplum de Cimbro illo ad captivi necem submisso a Sylla. Quid quod non indelectati hujusmodi verborum formationibus antiqui, apud quos non modo horifico istud, verum & terrifico & perterricerum reperias haud semel, ex quibus omnibus dispalescit error eorum

hominum, qui in Floro *honorificaverant* suppositum nobis ire non veriti sunt. Sic *horrifico*, pro *reverende* apud Lucretium: item *religionem* pro *meta*, & contra, plus semel positum invenias idque ipsum non sine acmulo ac rivali, Vergilio primum, cuius hoc de lauro exemplum occurrit modo,

----- *multosque metu servata per annos.*

id est, religionis ergo. deinde & Valerio Flacco libro 11. vers. 440. de Sacris Bonae Deae in Sa-mothracia institutis primum:

----- *Mane sacrique metum serventus operis.*

C A P U T X.

Veteris ludi mos, quo dormientibus ora fuligine oblinebantur, ad Plauti, ac Patronii plenam solidamque exemplorum intelligentiam nunc primum Noniano indicio patefactus; accommodatusque ad ritus aevi praesentis, & Regiam nostrorum festivitates.

Cap. XXII. *Cum Aeschylos gravatus tot malis in somnum laboratur, illa, quae infuria depulsa fuerat, ancilla totam faciem ejus fuligine longa perficit, & non sentientis labra hum rosque sopitionibus pinxit.*] Spero me gratiam a Lectore non nimium ingrato initurum, si ex confragosa planam fecero loci huiusce interpretationem, retracto fugitivo ludi veteris more, neque id medius fidius Petroniani magis, quam Plautini honoris gratia, meretricem Adelphasium inducentis in Poenulo, forma ferocem, eoque nomine plus aequo blandientem sibi; non sine contemnitiâ sane, plenissimaque fastidii gloriatione: quam hujusmodi castigatiuncula retundit demum Antherastilis soror:

*Stulta, soror, es magis quam volo, an vera pulcra videre, obsecro.*

*Si tibi illic non os oblitum est fuligine?*

Cacterum huiusdem loci sententiam ad Petroniani exempli illustramentum mirifice faciuntem, fuliginæ somniorum suorum nube solens nobis oblevit Lambinus, quam Marcelliana tandem spongia absterfurus, Grammaticam ejusdem observationem huic chartae illincere non gravabor: *Sublevit, significat illudit, & pro ridiculo habuit, tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur.* Unde peripicue dilucet, hoc pigmenti genus per joculum & ludum iis allini solere, quos aliis deridendos propinare volebant. idque turpulis puellis potissimum, quas hoc contumeliae genere a procaci juventute affici mos erat: credo, ut hac quasi censurae monitae, deformitatis suae in memoriam revocarentur. Confirmat opinionem hanc nostram Adelphasium, quam ibidem ob amabilitatis successum haec de semet factis gloriose praedicantem Comicus induxerat modo in Poenulo, Actu quinto scena quarta vers. 8.

----- *Certo enim, quod quidem ad nos duas*

*Attinuit, praepotentes, pulchrae, pacisque potentes, soror, fuimus.*

*Neque ab iuventute ibi irridiculo habitae, quod pol,*

*Soror, caeteris omnibus factum est.*

Hinc mos ille, quasi per manus jam inde ab antiquo traditus nobis, dimanasse videri potest, quem in joco & vino pridie Regalium, *optimo dierum* scilicet, usurpare consuevimus etiamnum hodie, Morionem fortito ex omni numero creandi ac deligendi, cui inter caetera veraene, an simulatae, stultitiae commoda, etiam haec quasi praerogativa data, ut triclinio in orbem lustrato, oculisque quaqua vorsum circumactis, si quidpiam forte ab incurioso, maleque sedulo conviva contra communis Regis (Dialis inquit) edicta vel dicto, vel facto per incogitantiam (ut sit) titubatum animadverterit, ei vero homini multam imponat illico; hoc est, carbone aliquo teterrimo, seu fuligineo potius medicamine (ut in Plauto & Petronio sit) eos ei totum faciemque perfricatum denigret, cum ingenti accubantium plausu: quibus tamen pariter delinquentibus, legesque communibus suffragiis latas migrantibus eadem porro decoloratio impendit, solo Rege excepto modo, quippe exlege & quasi sacro. Atque haec ipsa ad fuliginem fatis. Restat, ut *Sopitionibus*, quae sequuntur, manum applicem: quas lubenter eundem *Scipionibus* commutarim, si tamen, quid id esse verbi dicam *Scipionibus*, fatis pro comperto haberem. Nam in Catullo auxilium quae specula, gravissimam adeo hanc poenam puellae suae depraedatoribus interminante?

----- *Namque totius vobis*

*Frontem tabernae scipionibus scribam.*

Qua enim ratione *frons tabernae scipionibus* conscribillari possit, non video: non utique magis, quam condignus ille doctissimo Poeta Interpres, Scaliger nosster, cui secundas agere, & mendum potius tam hic, quam in Catullo, latere suspicari mavolo, quam enarrare, quae non intelligo.

## C A P U T X I.

Concrepare aera. Cymbaliftria. Crotaliftria. *Horatii ac Martialis locorum ad sententiam Petronianam adcommoatio. Urbanitatis vernulae vera ac luctulenta enarratio, correctusque Arbitor, eademque opera Seneca locis duobus. Mancipiorum id genus in probris meditate funditandis liberrimi atque injuriosissima dicacitas. Alia quaedam notae laud proletariae.*

Cap. XXII. *Cum intrans cymbaliftria, & concrepans aera omnes excitavit* Eadem fere loquutio apud Propertium lib. III. El. XVII. vers. 6.

*Cymbala Thebano concrepante Deo.*

Item Ovidium:

----- *Themefaeaque concrepat aera,*

Quod & Martialis sequutus:

*Et Tarpejiaca concrepat aera manu.*

*Cymbala* proinde ex aere, quemadmodum & *Crotala*, (unde *Crotaliftria* simili modo conformatum) sed & *Sistra*, instrumentum tinnulum, concavum, Matris Deorum sacris consuetum adhiberi antiquitus.

Cap. XXIII. *Perfluebant per frontem sudantis aetiae rivi, & inter rugas malarum tantum erat cretae, ut putares detectum parietem nimbo laborare.* Similitudo aptissima, quo aptari etiam haud incommode sane poterit Horatianum illud ex Epod. XII. vers. 7. de vetula huic Cinoedo non nimium dissimili,

*Quis liquor vietis, & quam malus undique membris*

*Crescit odor, quum pene soluto*

*Indomitam properat rabiem sedare: nec illi*

*Jam manet humida creta, colorque*

*Stercore fuerat crocodili.*

Item Martialis:

*Quam cretata timet Fabulla nimbium.*

deque eadem alibi:

*Craffior in facie vetulae stat creta Fabullae.*

Plura qui volet, succidancas ad Horatium notas nostras consulito.

Cap. XXIV. *Complofit illa tenerius manus, & O (inquit) hominem acutum, & urbanitatis vernulae fontem* Ego, *Frontem*, malim: *ἰζωυκῶς*. neque aliter sane fuerat in manuscripto. Caeteram *vernula urbanitas* quae sit, video quaeri posse. Ego eam interpretor, quae *salibus* (uti est apud Juvenalem) *natis intra pomeria constat*: quaeque proprie, auctore Fabio, *urbanitas* perhibetur, qua idem notari vult sermonem praesertentem in verbis, & sono, & usu proprium gustum *urbis*, &c. cui contraria sit *rusticitas*. Nisi potius tamen ad *vernarum dicacitatem* allusum, quibus impunitissime etiam in dominos jocularia funditare jus erat. sicuti & Morionibus quoque, Cineaedisque, ac mancipiis denique cum in usum practicantis conciliatisque, quo initium videlicet ab ipso convivii praebitore facientes in convivas porro singulos scommata ac disteria viritum vibrarent. quibus tamen abest, ut perfricti offendentur, ut etiam risu ea ipsa proferebantur ac plausu; in joco quippe & vino vernaliter, hoc est, argute ac ridiculariter profusa. Probo illuc ipsum ex Seneca ita lib. II. de Tranquillitate vitae disserente: *Eadem causa est, cur nos mancipiorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in convivas jus facit, si coepit a domino. Ut quisque contemptissimus, & ut maxime ludibrio est, ita solutissimae linguae est. Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acunt, & sub magistro habent, qui probra meditate effundant. Nec has contumelias vocamus,*

camus, sed argutias. item Statio Silv. 11.

*Non te Barbaricae versabat verna catastaes,  
Nec mixtus Phariis venalis mercibus infans,  
Compositosque sales, meditataque verba loquutus,  
Quaestisti lascivus herum, tardeque parasti.*

Adde istuc ex eisdem Senecae de Divina Providentia libro: *Itaque quum videris bonos viros, acceptosque Diis, laborare, iudare, per arduum conscendere, malos autem lascivire, & voluptatibus fluere, cogita filiorum hos (emendo, nos) modestia delectari, venularum licentia. Illos disciplina tristiori contineri, horum ali audacia (malim, audaciam.) Idem tibi de Deo liqueat. Haecenus liquidissime Seneca. Neque enim genus istud laxo imperio modo, verum soluto quoque: imo etiam sub magistro (uti ex eodem Seneca demonstratum modo) habebatur: quo videlicet praecunte, nequitiae omni, ac scurrilibus cavillis, Mimicisque dictis jam inde a prima ac tenella aetate affueverent strenue. Unde arbitror planum fieri, cur scripserit Martialis lib. x.*

*Urnaculum dicta, sordidum dentem,  
Et sorda linguae probra circulatoricis.*

Item 1.

*Urbanus tibi, Carcelli, videris.  
Non es, crede mihi, quid ergo? verria es.*

Neque omittendum id hominum genus, *Vernas Equites*, joculari, imo Satyrico convicio indigitatos, eodem Martiali, ac Juvenali auctoribus, verbi causa.

*Certe modico contentus agebas  
Vernam equitem, conciva joco mordente factus  
Et salibus velemens intra pectoris ratis.*

cui affine istud Martialis de Ancillariolo loquens.

--- --- *Fatuus ancillas  
Domumque & agros inplet equitibus vernis.*

Proinde haud insecite Horatius:

----- *Vernasque proceres  
Pesci libatis dapibus.*

nec non Tibullus:

*Confusset numerare pecus, confusset amantis  
Garrulus in dominiae ludere veria sinu.*

Ad Petronium denuo convertamur:

*Per fidem, inquam, nostram, Asylus in hoc triclino solus serias agit*] Sententia colligitur videtur, ut vestram referibamus.

*Hodie enim post asellum diaria non sumus*] Id est: Quoniam quidem ex sententia per diem totum robusta me voluptate explevi: ipsaque adeo usque ad satietatem quinta Venerei nectaris parte, lepidissimo inquam illo Ithyphalli flore, a molitoribus meis onusta ac plena navi discessi, ultra igitur promissidi locus non est, in satura praesertim ac saburrata probe, cras vero primo cum diluculo, simulatque integram famem ad ovum atulero, tum igitur gustatione haec matutina primum, sic quasi *rude* aliqua velitari, satis pol in tempore more porro meo initiabor solens.

## C A P U T X I I.

Rima improbe diducta unde, quomodoque interpretandum. Acus cognomento lascivae ex Martiali & Tertulliano declaratio. Valgia Petroniana fusa ac dilucide explicata. Turnebi expositio defensa; alia rejecta, una cum suffragatore suo Monstro Juliensis. Valgia favia non meretricia collabellandi actione (uti volunt alii) sed vero pro ore ac labellis ipsis valgiter, hoc est, ad irrijum conformatis in Plautino Milite accipienda. Aliquem labiis ductare.

Cap. XXVI. *Itaque, cum inclusi* (Sic & Persius: *Scribimus inclusi numeros ille, &c.*) *jaceret, confedimus ante limen thalami, & imprimis Quartilla per rimam improbe deductam applicuerat oculum curiosum, huiusque puerilem libidinosam speculabatur diligentia*] Placet lectio orae Lugdunensis Editionis praetexta, in qua per rimam improbe diductam legitur. Atque istuc facit exemplum illud a Martiali lib. xi.

*Oblinitur minimae, siqua est suspicio, rimae,  
Punctaque lasciva quae terebrantur acni.*

Ubi, cur lasciva acus cognominata Martiali, in controversiam vocari posse video. Mihi vero iam id ex Christianissimo scriptore Tertulliano planum facere est benignitas, in opusculo de Virginibus velandis praecunte nobis in haec verba: *Simulque se mulieres intellexerunt, vertunt capillum, & acu lasciviore comam sibi inserunt, crinibus a fronte divisis apertam professae mulieritatem.*

*Et quia considerantium haerent cultus,* (simile apud Ovidiam: *Haesit, & in vultu consistit usque tuo*) *quicquid a spectaculo vacabat, commovebat valgiter labra, & me tanquam furtivis subinde oculis verberabat*] Hoc est: Quoniam reliqui qui aderant alioversum mentes oculosque diviserant suos, totique adeo in Gytonis ac novae nuptiae automatis per rimam libidinosam curiositate inspicendis, iusuque puerili exigendo dediti videbantur, Quartilla interim, quicquid temporis nuptiarum spectaculo clanculum suffurari poterat, id porro omne oculissima in me contemplatione injecta avidè & quasi catillatim consumebat, oris habitu in lasciviam conformato, hoc est, *oculis valgiter labellis, & quod Catallus micantibus amat dicere, semihulcum favium lingula leniter leviterque protensa eminus amatori suo obiectans.* Neque aliorum spectat illud Aquinatis Satyrici, Sat. iv. vers. 18.

*Blandaque de venas jactaret basia rhodae.*

De motu oris ad foedillimam patientiam comparato etiam Martialis lib. i.

*Una laxamur: aspicit nihil furjum.*

*Sed spectat oculis devorantibus draucos:*

*Nec otiosis mentulas videt labris.*

Denique idem Juvenalis Satyra IX.

*Quamvis te nudum spumanti Ferro labello  
Viderit, &c.*

Locum fulius enarravi, mollium exemplorum collatione uti coactus, probiorum inopia. eo magis, quod videam in *Valgiis* hîc Petronianis explicandis valgitè nimis hallucinatum amicum quendam nostrum, qui rem se factam habere est arbitratus, si lapsè illa cum *valgis* Plauti *javiis* confunderet; non sine gravissima Turnebi reprehensione, quasi valgitè, id est, prave Interpretis hîc officio functi. At ego aio, rectè, & Turnebum ab iniquissima calumnia libero, hæcenus quidem, quod ad furtivas illas Quartillae osculationes scilicet. Nam de *Valgiis* Plautinarum meretricum prudentius consuli potuisse, quis vero est, qui dubitet? qui quidem hæc viri illius verba aliquanto præsentiore animo ruminetur, VII. Adversar. libro lectitata: *Valga javia, obtortiones sunt oris ad derisionem. Nam suavium interdum est conformatio oris & labrorum ad jucundandum. Sapienter sane usque adhuc illa, quæ sequuntur, non item: Meretrices autem, dum gloriosum Militem ductabant atque captabant, per illusionem tamen inter osculandum os obtorquebant, valgumque rotdebant, eum ex animo non basiantes, atque ludificantes.* Neque movet me sententia ejusdem succidamens Lambinus, quam hoc ipso etiam Petronii exemplo confirmare admittitur. perperam, uti dictum ac doctum est modo. *Suavia* enim non pro suaviationibus (proinde ut vulgo solet) verum potius pro *labiis* ipsis accipi oportere ipsa sententia clamat. idque divinitus (ut omnia) a principe illo Scaligero animadversum. Non igitur de *Valgiis* inter basiandum militem a meretricum turba per irrisum & contumeliam conformatis, sed vero de *posticis jamis* intelligendum, sine basiatione: quibus fastidiosæ illæ ac contemnitiæ Militem absentem, seu præsentem etiam, sed aversum tamen, atque (ut fieri solet) a tergo lados faciebant assidue. quas quidem (*Sannas* dico) oris obtortione lascivum morem adumbrare mos erat indidemque interpretandum id quod antecesserat modo.

*Itaque meretrices labiis dum ductant eum.*

Quod proverbialiter dictum aliud significare videtur mihi, quam quod ipse mox porro explicat Comicus, *Valgiis javiis*, hoc est, prave distorto ore Militem subsannant scilicet, habentque miserum & Gloriosum illum omnibus modis ludibrio ac despiciatui.

### CAPUT XIII.

Priscæ beatulorum delitiæ, solo nutu, vel digitorum certe crepitu, si quid vellent, poscendi ac significandi. *Eam in rem Martialis, Tocitus illustrati.* Aquariæ provincie Præfectura ad

Eunuchos. De Linteorum in balneis usu: nonnulla item de Mappis, bodiærne consuetudini penitus adverbantia. Sellæ ac Lecticæ discrimen. Cursores falcrati. Locus Tranquilli cum cura dicitur, imò (ut spero) cum fructu. Ministri Cathedralitii, quod genus? *Foj. Scaligeri conjecturæ in Arcuma Festi, Chiromaxio Petronii interpretando subscriptum.*

Cap. XXVII. *Trimalcio lautissimus homo digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti supposuit*] *Concrepuit digitos*, sic dictum, ut supra; *Concrepare aera*, &, quod nos vulgo dicitare consuemus, *Op zijn vingeren knippen.* Mos utique ex Martialis dilicho libri XIV. planissimo planior, cui Lemma, *Matella fidilis*:

*Dum poscor crepitu digitorum, ac vernæ moratur,*

*O quoties pellex calcita facta mea est!*

Unde & alterum ejusdem Poëtæ locum in promptu sit expedire:

*Cum peteret seram media jam nocte matellam*

*Arguto madidus pollice Panaretus.*

A lautioribus porro Eunuchos in delitiis habitos quis nescit? atque id genus Aquariæ provincie præfulum potissimum, ejusdem quoque Epigrammatarii testimonio adstruere posse videor, in re & persona huic prorsus consimili, imò etiam cognomini ita more suo delicias.

*Digitis crepantis signa novit Euruchus,*

*Et delicatæ suscitator urinae*

*Domini bibentis ebrium regit penem.*

Huc accommodandum illud Taciti de superbia Pallantis lib. XIII. *Respondit, nihil unquam se domi, nisi nutu, aut manu significasse.*

Cap. XXVIII. *Jam Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis*] A lavatione enim tenuiores oleo, ditiores contra unguento perfusos, pro re puta atque opibus unosquosque, carbassis velis, id est, linteis sudariisque fetabis detergeri mos erat, quemadmodum & hodie, non autem palliis laneis. unde hoc ipsum quoque inter quaesitissimas Trimalcionis elegantias lautitiasque ponit Arbiter noster. De linteis balneariis, quod dixi, confirmat Martialis lib. X.

*Linteæ ferret Apro vacuus cum vermula nuper,*

*Et supra togulam luscæ sederet anus.*

Item alibi:

*Linteæ si sumas, nive candidiora loquetur,*

*Sint licet infantis sordidiora sinu.*

Unde hanc quoque ducere est conjecturam, eos, qui lavandi causa balnea publica ingrediebantur, linteæ, quibus extergenterent, secum prius domo adportare consuevissent, ne quis ea forte a balneatore subministrata opinetur. Quod mirum nemini videri debet, quando alienas etiam epulas adituri mappam quisque suam abs se ad mensam adferre

frre cogebantur. Ejus moris testem facio eundem Epigrammatarium meum:

*Ad coenam Hermogenes massam non attulit unquam.*

*A coena semper rettulit Hermogenes.*

Nec massam modo, sed vero & lagenam, indicio ejusdem:

*Sed massa quum jam milis rumbetur furis,  
Rosos tepenti spondilos sinu condit, &c.*

Et mox:

*Nec esculenta sufficit gulae praeda,  
Misto lagenam replens ad pedes vino.*

*Hae per ducertas quon: domuntulit scalas, &c.*

Addatur fidei insuper causa ex Lapithis Luciani de mappa, seu mantili, in rem praefentem testimonium multo apertissimum.

*Και ἀμα λογών, την οσσην π:οισπών επισπ:ίρα, ἢν ὁ παῖς ἔχει ἔ Ζηροτέμιδ' ὁ, μισόν ὄσαν τ:αιτοδ:απών κ:αῖν. κ: ἔμαρ, λογας ἀστυν μιν, ἀτοῖσι τ:αιν ἀστυν ἔς τὸ ἔδαδος, ἀλλ' ὁ παῖς δ:α ἀνέκ:α, κα: τ:αῖς ἀπ:εσ:β:οινοσ.*

*Hinc involutus cecina garrula lecticae impositus est.* Sicut hic lecticae solius, ita sella quoque mentio lecticae conjuncta legitur apud Senecam libro de Brevitate vitae: *Nec illis quidem inter otiosos numeraveris, qui sella se & lecticae huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat, Eras occurrunt, quos & quando lavari debeant, &c.* Et mox: *Audio quendam ex delicatis (si moris delicatae vocandae sunt, vitam & consuetudinem humanam dediscere) quon ex balneo inter manus elatus, & in sella positus esset, dixisse interrogando: Jam sedes? Unde in sellis fessitare, in lecticis vero resupinos gestari cubantium in morem solitos, profusus pertulium est mihi. De caeteris Lipianum oraculum adeunto, cuius Lectica non compilo. Subiungit deinceps Arbiter:*

*Praecedentibus faleratis cursoribus IIII. & Chiramaxio, in quo dicitur ejus ferebantur, puer vetulas, lippus, domino Trimalcione deformior.] De Cursoribus quidem (sicuti hic) faleratis meminit etiam Tranquillus in vita Neroniana: Nunquam carrucis minus minus iter fecisse traditur, felleis mularum argentatis, emulantis malionibus, armillata & phalerata cum Mazacum turba, atque cursorum. Qui locus praeter Ignatium & Glarenum etiam Phoenicem illum Europae, Turnebum dico, miserimis modis exercitum, & quasi in equuleo tortam habuit. Idque adeo haud mirandum, in tanto chirographorum Codicum dissidio, ac varietate: quorum alii phalerata coazacum: alii phalerata hamaxiorum: sunt etiam, qui phalerata cum amaxiorum nobis repraesentant: nec desuere, qui Cynazacum praeferebant. Ex quorum omnium pariter lectionum farragine, hujusce Petroniani loci fiducia maxime ac subsidio fretus, in Suetonio referendum praestare nullus dubitem, phalerata chiramaxiorum turba, vel certe, Chir-*

*maxiorum, &c.* ut Rhedarios, Effedariosque intelligamus (ἀμαξεδος enim quidnam aliud, quam Effedarius? Eos dico, qui Chiramaxis cum herili praerant imperio, & caelatorum vehiculis aurigationi quasi Praefecti euebant: in quibus infelicium catamorum Paedagogia (quos Martialis meus Cathedralitios ministros indigitat, oblita facie vectari consueverant: ut ne sol videret, aut frigus teneram ac delicatam cuticulam perfringeret, ejus eximia cautionis commonefecit nos Seneca, neque aliena adeo visa, quae huc per crullum infarciretur. Sic igitur ille Epistola cxxiiii. *Omnis jam sic peregrinantur, ut illos Numidarum praerurat equitatus, ut agmen cursum antecedit.* Et mox lineis aliquot interjectis: *Omnium paedagogia oblita facie cubantur, re sol, ne frigus teneram cutem laedat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius facies medicamentum desideret.* Sed enim hoc nihil ad pompam & comitatum Trimalcionis, quem haud longius sane, quam e balneo ad triclinium proficiscentem inducit Petronius, uno exoleto contentum modo, qui non Lectica, aut Rheda, sed vero Chiramaxio feratur. Atque equidem quid id esse dicam verbum Chiramaxium, nescio, & poenitet expositionis, qua id genus gestatorii cum Rheda aut Rhedo confundibile videor prius, tametsi non ignorem Egedis etiam in gestatione locum fuisse aevo veteri: & Gestatores nominatos ejusmodi generis vestores: indicium nobis praeeunte Martiali versiculis illis libri i.

*Illic Amiliae, Salariaeque*

*Gestator patet effedo tacente.*

Sed multo etiam certius, magisque historica ex fide, Suetonio Tranquillo, cuius narratio ista de Claudio mihi commodum hercule succurrit modo: *Solitus etiam in gestatione ludere, in effedo atqueque alaptatis, ne hujus confunderetur.* Quocirca Scalligero Principi hic nostro satius esse duco subscribere: qui Festi Arcuonem, Chiramaxii vocabulo interpretatur, pro molici plautri genere, neque plurimum, quam unius hominis capaci: adde, a cervis, non a mannis trahi, ac provehi solito: unde & causa nomini.

C A P U T X I V.

*Agamemnon quishum opud Petronium? Picae Variac consideratio. De adoptivo Trimalcionis Praenomine haud languide sane fidei conjectura. Coenatoria cujus modi fuerint: & an eadem cum vestimentis cubitorii, quaesitum. Cautum Romanis olim legibus fuisse, ne Quaestoribus, vel Provinciam sortitis munera porro ulla accipere a Provincialibus liceret. Trimalcionis Petroniani cum Martialis Malchione affinitas. Illicus utrumque, ornatusque in persona Mazacenatis a Seneca tanquam penicillo expressus. Armilla-*

millarum mollities à foeminis paulatim ad viros quoque traduci coepta. Cochlearia quid, & cui potissimum usui apud Romanos. Easpe comestorum ororum, cum Cochlearum maxime (unde & etymon rei) calycibus perterebrandis, superstitionis ergo, servasse antiquitus. Ponderis eorundem in Petronio expensum. Dubius & controversus Martialis locus Lucilliani testimonii similitudine defensus pariter, ac declaratus.

Eodem cap. XXVIII. Sequimur nos jam admiratione saturi, & cum Agamemnone ad ostium pervenimus.] Agamemnon hic Trimalcio non est, sed is, quem Suasoriam in schola habuisse nobis narraverat antea, addita ejusdem insuper de causis corruptae Floquentiae Dissertatione: quam Eucolpianae declamationi consequam ac subiectam ibidem huius operis invenias.

Super limen autem cavea pendeat aurea, in qua pica varia intrantes salutabat.] De hoc genere Plinius lib. x. cap. 29. Nusquam, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad Urbem versus cerni coepere picarum genera, quae longa insignis cauda variae appellantur. Nos patrio sermone, Bonte exters, nominamus, famosa garrulitate ambiles. nec mentitus Martialis lib. xiv.

Pica loquax certa dominum te voce saluto  
Si me non videas, esse negabis avem.

Cap. XXX. G. POMPEIO. TRIMALCIONI. VI. VIRO. AUGUSTALI. CINNAMVS. DISPENSATOR.] Neque multo post: III. ET PRIDIE KAL. IAN. G. NOSTER FORAS COENAT. Repono utrobique GX, ut Gnaeus fiat denique, quem cognomentum etiam Pompeji ferre videmus. nec vero mirum cuiquam videri debet de Praenomine, cujus solius nota in hac novissima Inscriptione Petronianus iste Trimalcio insignitur. In eo enim ingenuorum dignitas posita antiquitus, credo, quod servi generis homines inopiam praenominum paterentur & cognomine honestiores appellare familiaris, quam pro dignitate habebatur: contra ac nos hodie facitamus. Qua de re plura ac compertiora nosse qui volet, cum porro ego Adversaria magni illius Turnebi accedere jubeo, lib. II. cap. 19. ad huncce Horatii locum:

Quinte puta, aut Publi (gaudent praenomine molles

Auriculae,) &c. -----

Testimenta mea cubitoria perdidit, quae mihi natali meo donaverat cliens quidam Tyria, &c.] Coenatoria appellitaverat supra: cujusmodi patroni locupletiores, vel etiam advocati ab anteaambuloribus & clientulis suis quotannis muneris accipiebant diebus Natalitiis, ex more & disciplina munificentiae Romanae. Martial. lib. x.

Pugnorum reus, ebriaque noctis

Coenatoria mittat advocato.

Vide, quae notavimus ad illum Horatii locum:

Natales grate numeras, ignoscis amicis.

Quibus tamen & haec quoque ex Plinio Junio adjici oportuerat insuper, per incogitantiam (ut fit) silentio nobis praetervecta id temporis, quae libro Epistolarum ejusdem IV. de Julio Basso, qui Bithyniam fortitus repetundarum reus redierat, ad hoc exemplum leguntur: *Multis enim, atque etiam Principi dixerat, sola se munuscula, dumtaxat Natali suo aut Saturnalibus, accepisse, & plerisque misisse.* Item paullo antea de eodem: *Hoc illum onerabat, quod homo simplex & incautus quaedam & Provincialibus, ut amicis (male enim in II. Stephani Editione ut amicis proculum exilat) acceperat, nam fuerat in provincia eadem Quaestor. Haec accusatores furta ac rapinas, ipse munera vocabat. sed Lex munera quoque accipi vetat.* Unde hoc quoque praeter alia docemur, Praesidibus, seu Procuratoribus Provincialibus istud juris utique non fuisse, ut à Provincialibus suis, quibus non cum Principis, aut cum Populi praeerant potestate, aliqua porro munera acceptarent; ne Natali quidem suo, aut Saturnalibus, optimo dierum: ab amicis tamen & familiaribus licuisse. Sed nos ad Petronium nostrum reveniamus denique: in quo credo fore, qui vestimenta ista cubitoria diversa à coenatoriis fuisse asseveravit, & illa quidem cubicularibus, haec vero triclinariis lectis convenisse ex utriusque vocis etymo fidem hand dubie sunt facturi. neque ego huic sententiae repugno. Sed quid diutius trico? quasi vero lis ista non abs Lipsio nostro in Saturnalibus suis publicitus decisa jam pridem! Fateor: &, *Accubitoria*, literula in Petronio retracta, pro *Cubitoriis* reponenti meritissimo utique ac lubens suffragarium addo calculum.

Cap. XXXII. *Positusque in cervicalia minutissima, (nostrarum Puerperarum in morem) expressit imprudentibus risum. Pallio enim cocineo adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervicis laticlaviam immiserat mappam.]* Huc spectat Martialis illud de Malchionis huius, pene dixeram, germano, & quidem gemino;

Facet occupato galbanatus in lecto,

Suffultus ostro, sericisque pulvinis.

Caput vero pallio inclusum Maccenatico cultui respondet penissime; qui tamen non risum, sed justam indignationem potius Senecae stomachanti expressisse videtur. Testes haecce ipsissima ejus verba, Epist. cxiv. *Hunc esse, qui in tribunali, in rostris, in omni publico coetu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrinque auribus, non aliter, quam in Mimo Divites fugitivi solent.* Hinc non immerito risum convivis suis imprudentibus, id est, istiusmodi habitum spectandi insolentibus atque propter insolentiam insuetis. spectaculique novitate commotis, expressisse Trimalchionem ait Arbiter. simili fere cum hoc Maccenatico cultu, non tamen in publico, perinde uti ille, sed domi

domi atque intra privatos parietes, immo vero in triclinio suo ornatum. *Laticlaviam* etiam *mapam* inter munuscula alia Saturnalia, & quidem vilissima, pretiis minimi, à Piceno clientemunerari missam Sabello Caussidico commemorat falsissimus Poëtarum Martialis, lib. iv. Epigram. 46.

*Et lato variata mappa clavo.*

*Et ne has tantum ostenderet divitias, dexterum nudavit lacertum armilla aurca cultum, & eboreo circulo lamina splendens conexum.] Armilla: sequiori sexui antiquitus in usu tantum, mox etiam gliscente luxuria ad virorum ornamenta traducta. Vide Plinium lib. xxxiii. cap. 3. Historiae Natural. Eadem mollities in Caligula quoque notata à Suetonio scribente: Saepe depictas gemmatasque indutus penulas, manuleatas & armillatus in publicum processit. Nec non à Seneca lib. 11. In sapientem non cadere injuriam: Chaerae Tribuno militum Cujus signam potenti, modo Veneris, modo Priapi dabat, aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hoc ipse pellucidus, crispidatus, armillatus &c. Quo loco, Aliter atque aliter, utraque Venere rustiosum, hoc est, modo agentem, modo patientem, interpretor. Per Priapum enim divitorem, sive admittentem, per Venerem & mollem & impudicum designari res ipsa vociferatur.*

Cap. XXXIII. *Accipimus nos cochlearia, non minus sex libras pendentia, oraque ex farina pingui figurata pertundimus.] Hinc cochlearium usum, apud veteres qui fuerit, planissime deprehendimus. Neque hinc modo, verum etiam ex Martiali, ita lib. xiv. sub Lemmate cochlearis disputante:*

*Sum cochleis habitis, sed nec minus utilis ovis.*

*Numquid seis potius, cur cochleari vocer?*

Facit eodemque & locus Plinii ex libro xxviii. cap. 2. *Desigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet ovorum, ut exsorbuerit quisque calyces cochlearumque protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari. Cujus superstitionis manifestissima vestigia nostrarum etiamnum muliercularum animis firmissime impressa hodie est animadvertere, quibus prima hujus rei cautio esse consuevit, usque adeo, ut quodvis Venerium etiam vadimonium deserere praecoptaturae videantur prius, quam non post ovorum exsorbitionem tetras eorundem sive adeo putamina pertusum ire protinus, imo vero frustillatim comminere, ne diris illis Plinianis scilicet, id est, carminibus devotoriis Thyestaco ritu conceptis obnoxiae factae desigi, aut linguae malignantis execrationibus fascinari porro ab invidis, vel malevolis, possint. Caeterum omnis cochlearium virtus pro ratione ponderis, & argenti modo aestimata, atque in hoc ipso quoque pars aliqua elegantiae posita fuisse videtur, non quod singulari apud Trimalcionem cochlearia singulas sex libras pendisse autem, (apud istam ponderis im-*

manitatem, tudiculae, seu truae alicui magis, quam cochleari convenientem) sed quod de plurium potius cochlearium struae, non autem de singulis, Petronium fabulari persuasum sit mihi. Et tamen malum cochlearis pondus Saturnalibus, optimo dictum, dono missi sibi in Posthumiano exagitat Martialis, lib. viii.

*Octavus (s. annus) ligulam misit Jexante minorem.*

*Nonus acu levius vix cochleari tulit.*

Sic enim legendum autumo, quasi diceret Poëta; vix dignum esse, quod cochlearis nomine cenfeatur, ad exemplum (sicuti opinor) Lucillii, ita in re dissimilima *vix Cochlearis* arguantis:

*---- Vix vixum hominem, ac monogrammm.*

Unde additum ab Epigrammatario, *acu levius*: ad rei vilitatem more suo, hoc est, Poëtico magis magisque etiam elevandam. Ad Lucillianae quoque Hyperbolae imitationem Ovidianum illud non inulse comparatum iudices:

*Si pasta est, Veneri similis: si flava, Minerva:*

*Sit gracilis, macie quae male vix sua est.*

Ita enim postrema Pentametri ejus particula reconcinnanda: neque iis assensus commodandus, quibus novae loquutionis gratia ex hujus loci interpolatione ingeniose potius, quam verisimiliter quae sita, *nisa*, pro *vix*, ausis rescribiller, deceptis (opinor) proletariae illius scripturae vanitudine, quae majorem fere ac meliorem exemplarium nostrarum partem, impune & vindice nullo, ad hoc usque tempus peperam insedit, exemplo: *macie quae male vix sua est*. Nam (ut meus est animus) absque illa lectione fuisset, conjectura ista nata non foret. Lucretianum quoque illud appingas licet: *vixere non quit prae macie*: tanquam sententiae meae interpretamentum.

## C A P U T X V.

Promullis, unde dicta. Gustatoria. *In veterum coenarum legibus fuisse, ut conviviarum nemo ferculi sui parte fraudaretur: quam baud modo in profundum condere, sed domum etiam asportare jus erat. Eam in rem Martialis pro testimonio adducta auctoritas. Rectae coenae observatio. Erasmus in Lucianici loci versione notatus. De festivissima Epigrammatis cujusdam, in fine laborantis, enarratione Martialis Genio gratificatum.*

Cap. XXXIV. *Jam Trimalcio eadem omnia lusu intermissio poposcerat, feceratque potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet nullum sumere.] Hinc patet etymon promullidis, & curnam ita dicta prior pars coenae. Sequitur enim è vestigio de gustatoris à choro cantante pariter raptim sublati. Quo etiam respicit Horatius noster, ex disciplina Catiana conviviorum strategis hoc quo-*

que inter caetera nepotinum praeceptum Satyrice instillans :

----- *Vacuis committere venis*  
*Nil nisi lenis decet. leni praecordia mulsio*  
*Prohæris melius. -- --*

Nec minus Seneca Epist. cxxii. de Sp. Papinio quodam è genere Lucifugarum, proflus contra consuetudinem, ordinemque naturae, sic quasi ex professo viventium, ideoque non ab octava hora vespertina, sed à prima luce auspicantium coenas: *Circa lucem discurrunt, pueri vocantur, cellarii, coqui tumultuantur. Quæro, quid sit? Dicitur mulsio & alicam poposcisse, a balneo exisse.* Postremo etiam Plinius Junior, lib. I. Epistol. 15. de eadem ista gustatione, sive adeo promulsio verba faciens: *Paratae erant lactucæ singulas, coehleae ternae, ova bina, alia cum mulsio & nico.* Quo etiam pertinebit illud à Martiali Diithon :

*Nos alicam: mulsio poterit tibi mittere dices.*  
*Si tibi noluerit mittere dices, eme.*

Ad superiorem Arbitri locum aliquando reveniamus: è quo etiam ille mos declaratur, non ita vulgo vulgatus, lautiores olim dominos convivis suis voce clara potestatem facere solitos, in coenarum, praesertim rectorum, exhibitione, potescendi quae vellent, interdum etiam iterati. idque priusquam gustatione sublata novum mensae ferculum inferretur. *Quædam enim singulis, partemque suam palam flagitare jus erat: eamque non in ventrem ablatam modo, verum mappa madente conditam domum quoque asportare, si vellent.* Clara omnia de Martiali, exempli gratia:

*Nihil est miserius, nec guliosius Santra:*  
*Rectam vocatus quum recurrit ad coenam,*  
*Quam tot diebus noctibusque capterit,*  
*Tæter pascit apri glandulas, quæter humdum,*  
*Nec erubescit pejerare de turdo.*

& reliqua ad finem usque. Coenam porro rectam eandem esse suspicor, quam Graeci homines, τὸ ἰστὲλὲς ἢ ποδὲ τὴλὲς δὲ πινον appellitant: in qua nihil desideres scilicet mensae apparatus necessarium. Colligo ex Luciano narrante: *Καὶ αὐτοὶ οὐκ ἀπολείπουσιν τὸ ἰστὲλὲς ὀνομαζόμενον δὲ πινον.* Quo loco Erasmus tamen, dum vim vocabuli Graeci nequicquam exprimere satigit, *absolutam coenam* reddidit infestissime. Ex his vero, quae dicere oecoperam prius, alterius quoque in Martiali meo Epigrammatis sententia illustratur, quod lib. II. in Caecilianum quendam exstat hujusmodi:

*Quicquid ponitur hinc & inde verris,*  
*Mammæ suminis, imbricemque porci;*  
*Communemque duobus attagenam,*  
*Mullum dimidium, lupumque totum,*  
*Murenæque latus, femurque pulli,*  
*Stillantemque alicæ sua palumbum:*

*Hæc, quum condita sunt madente mappa,*  
*Traduntur puero domum ferenda.*  
*Nos accumbimus otiosa turba.*  
*Ullus si pudor est, respone coenam.*  
*Cras te, Caeciliane, non vocavi.*

Exemplum integrum adscripsi, non tam joci facia inductus, quam Julianæ Editionis pravitæ: ubi postrema hæec clausula, in qua totius Epigrammatis consilium lepos, infestissime concepta legitur, præterito in futurum perperam commutato, hanc ad faciem:

*Cras te, Caeciliane, non vocabo.*

Nihili enim istuc; nec tanto minus Exhibitore, quam Poëta ipso, lectio indigna, cujus hæc sententia fuerat jam olim: Si quando à nobis vocatus es ad coenam forte, nullum ita nec facetum, nec lepidum mensae nostrae ferculum inferri potest, quod non vixdum appositum ad te trahas illico, atque in mappam istam tuam harpagatim converras, domum porro à puero è vestigio auferendum, haud secus, quam si non in commune obsonatum, sed vero quantum in lancibus est epularum ac feitantorum, uni & soli tibi antepositum foret. Unde relinquatur, ut ipse convivator ego, ac parochus, caeterique item, quantum est, convivæ mei dentibus denticibus, Tantali in morem, ringentes ac famelici, maleque fricti accumbamus; quam tu unas omnium nostrum pariter munus iniquissime fungaris; haud quidem ambabus malis expletis tubercinans modo, verum etiam catillans insuper, mappaque ac manibus pariter gypsatissimis circumverrens universa; oblitus juris humani, imo adeo contra communes leges coenaticæ disciplinae, quæ jubent partem cuique suam assignari ex æquo, ut sint Trimalcionis illud: *Aequum Mars amat.* Quare, si quid ingenii etiamnum pudoris est tibi, coenam istam, non tibi solum, sed vero mihi quoque in partem, reliquisque item convivis meis destinatam atque instruatam, fac de manibus tuis reglutines ac remittas aliquando: ut & nos de ea non minus, quam tu, ô Caeciliane, bene esse possimus in commune. Quid enim? non in crastinum etiam, verum in hodiernam vesperam tantum esse te volui, atque expectivi convivam mihi. Salse, arguteque, quasi dicat; O bone Caeciliane, si hanc tecum rationem pergis instituire in posterum, ut mappam usque tuam, ita unctam effertamque ab alienis epulis, redux domum porro comportare pertendas, faxo cras in totum etiam diem de obsonio abunde ampliterque cautum ac provisum sit tibi, hoc est, ut ipse haud de vespere hoc meo prandæ modo, verum laute adeo, atque opipare insuper coenam facias postridie. Atqui te (si necis) ego, non ut posterum in diem ventrem etiam domi fagnares tuæ, faburræque de meo, verum uti hoc vespere apud me pari cum caeteris jure hilarem convivam ages.



res, familiariter vocitavi. Quid hac quaeso urbanitate urbanus?

## C A P U T X V I.

Signum ministrantibus symphonia davi solitum ad infertendam coenam. Obiurgare colaphis. Lecticarius de convivio abdicatus, suae Supellectilario dignitas restituta. Arditer correptus. Carptores, Structores, Scitiores, Chironomantes, singuli pro Cibicidis. Petronii cum Juvenali, ac Martiali meo super structoris munere controversia. Structurae hujusce magistros, & quasi Professores Publicos, in pergulis fragilar. solitis Romae, compluribus ac luculentis testimoniis demonstratum. Eadem Juvenali larga diffusae lucis claritas de Senecae luminaribus accessit. Longe arcessere. Nummos metiri modio. Abire in coelum.

[odem cap. XXXIV. Con subito signum symphonia datur. & gustatoria spiritus a choro cantante ratiocantur] Res omnis manifesta ex Seneca, lib. de Brevitate vitae: Convictio moderata coenam non querit inter carantia tempora, quam vilem quam facile argutum videtur, quam diligenter excoctorem suorum tunicas succidant: (quod postremum expressit Flaccus:

--- Ut omnes

Præcincti recte fueri, contique ministrant) quae suspensi sint, quoniam do aper a coco caesus exeat, quanta celeritate ligno dato gabri ad ministria decurrant. Idem in epist. Traxeris piscum turbam, traxeris ministratorem, per quos signo dato ad infertendam coenam discurrunt.

Colaphisque obiurgare fuerim, ac proficere rursus parophidem iussit] Utus eodem loquendi genere & Persius:

--- Solea puri obiurgabere rubra.

Nec non Tarquillus: serulis obiurgari. Sequitur deinceps:

Insequutusque est Lecticarius, argentumque inter reliqua purgantia scopis coepit verrere] Inter tot res convivii multo electissimas Lecticario quis locus? Et certe (ut, quod res est, fabuler:) poterat coena esse sine illo. Sed deformatus haud dubie locus, & quem in decore pristinum non aliter sane reponi posse arbitror, quam si in lecticarii vicem suppellectilium succedat, cum dico, istiusmodi suppellectilem qui curet, quique provinciae adeo mandulae praefectus jure optimo, suoque ipsius meritissimo, eluat. ne videlicet abs Eucolpio & cacteris injuria laudatus ob elegantiam dominus existimetur, lecticarium argento admovere ausus, ὄνον (quod dicitur) πῶς λυγρον, quo quid absurdius? Referribatur proinde: Insequutusque est suppellectilium. Quam vocem & Pandectae Veteres pro Romana identidem agnoscunt; asseritque praeterea probae & antiquae fidei monetaeque

Glossarium illud multo elegantissimum, quod rei nostrae literariae in commune, praesertim antiquariae, gratificatus est non ita pridem industriosissimus Typographorum Henricus Stephanus.

Heu, heu, nos miseris, quam totus hominibus nil est!

(In V. C. pro totus, coecus exaratum legebatur:)

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orus:

Ergo vivamus, dum licet esse bene.]

Versus intulissimi. nihil adeo minus, quam Genii Petroniani. Itaque suspicatus aliquando sui. Pentametri clausulam hoc modo interpolari posse, haud paullo concinnius:

Ergo vivamus, dum licet, estque bene.

id est, dum per occasionem, perque valetudinem licet: dumque virent genia. Nunc & me frustra & Petronium Trimalcionis, hoc est, hominis omnium subtilissimi luras, quisquillas, ineptiasque in joco & vino exprimere voluisse, video demum atque intelligo, hercle vero serio. Itaque recepta scriptura servetur.

Cup. XXXVI. Non minus & Trimalcio ejusmodi in tabularum: ut Methodium, ut Exodium, pro Methodo, id est, sitione, seu ludificatione. eo dico, ne quis de Editione Lugdunensis sententia protran tu porro interpretari pertendat. Clara explicatio haec nostra ex narrationis superioris argumento. Sequitur:

Carpe, inquit, praecessit statim scilicet, & ad symphoniam ita gesticulatus lacerauit obsonium, ut putaretur Darum. (quid si, Darum, vel Daretia, legamus?) hydrantibus cantante fugrare. Ingerbat nihilominus Trimalcio lenissima coce, Carpe] Proprie, atque oppido Latine Trimalcio. Ab ejusmodi enim munere carptores hoc genus dicitabantur. Juvenalis: Litrarius, archimagiri, carptores. Carpere enim nihil aliud, quam quod Petronius, lacere, dixerat antea. neque aliter sane antiquissimos illos Romuli nepotes loquutos scio. argumento utique est illud XII. Tabularum: MULIER FACIEM NE CARPITO. Eo dico, uti ab errore infubido eos aliquando in viam reducam, quibus carpere, & lacere, tantum non contraria esse persuasum video jampridem, Ovidiano illo testimonio subnixis: Carpe cibum digitis. Quos potius ad verbi istius composita mentem atque animum convertere oportebat, puta concerpere ac discerpere, eadem cum τῶς lacere significantia. Notandum porro, quem scilicet hoc loco indigitat Petronius, eundem a Juvenali non carptorem (ut diximus modo) sed vero & structorem simul, & chironomanta Graeco nomine perhiberi. quomodo & Martiali versu illo:

Et quae non egeant ferro structoris ossellae.

contra mentem Petronii nostri, qui paulo prius structoris memincens, cum non pro Cibicida Luculliano, aut obsoniorum divitore, sed pro Archimagi-

*magiro*, & penes quem *patinariarum struicium* concinnatio, quo scilicet rite omnia ordineque fierent, gabatis & lancibus singulis apte ac suo loco dispositis, hoc est, pro artificio ferculorum men-  
sae imponendorum ordinatore, instructore, & quasi arbitro visus accipere. idque (sicuti apparet) non sine ratione, & quidem (uti animus meus est) cum primis probabili, si modo verbi ipsius etymon pressius aliquanto investigare velimus. Verum ad Juvenalem revolvamur, quo mos gesticulatoriae illius, inter tam anxias rerum electissimarum lanienas, planior atque illustrior fiat. Scribit igitur ille Sat. v. vers. 120.

*Strudorem interea (ne qua indignatio desit)  
Saltantem species, & chironomanta volanti  
Cultello, donec peragat dictata magistri  
Omnia. nec minimo sane discrimine refert,  
Quo gestu lepores, & qua gallina secetur.*

Item Sat. xi. vers. 136.

*Sed nec structor erit, cui cedere debeat unius  
Pergula, discipulos Trypberi doctoris, apud  
quem  
Summe cum magno lepus, atque aper, & py-  
gargus,  
Et Scythicae volucres, & Phoenicopterus in-  
gens,  
Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro  
Caeditur, & tota sonat ulmea coena Sabura.*

Quae tum universa, tum singula lumen desiderant, alioqui per se nebulosa oppido, & (absque Seneca interprete foret) Platonis numeris obscuriora. Proinde parentem illum Philosophiae Romanae audiamus, in Epistol. in has nobis explanationes praeceuntem: *Cum ad coenandum discumbimus, alius sputa detergit, alius pretiosas aves scindit per pectus & chutes certis (forte certisque ductibus circumferens eruditam manum in frustra excutit. Infelix, qui huic uni rei vivit, ut altitia decenter secet, nisi quod miscior est, qui hoc voluptatis causa docet, quam qui necessitatis discit.* Unde liquido edocemur, inter caeteras Romae conturbantis lautitias, seu luxuriae verius probra, etiam doctores in pergulis prostitisse, qui daedalae hujusce structurae scientiam profiterentur. ad quam item decuriam pertinere videntur *popinae praefecti*, tum *culinariae artis magistri*. de quibus idem Seneca Epistol. xcv. *Innumerabiles esse morbos non miraberis, coquos numeris. Cessat omne studium, & liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis praesident. In Rhetorum ac Philosophorum scholis solitudo est. At quam celebres (id est, frequentes) culinae sunt! quanta circa nepotum focos juvenus premit. Emendo, quanto circo, vel certe, circolo, id est, quam spissa, ac frequente corona. Sic Martialis:*

*Nec calculator, nec notarius velox  
Mijore quisquam circolo coronetur.*

Rufus de structoribus alibi Seneca: *Quare ars est*

*apud te ministrare, nec temere, & ut libet, collocatur argentum, sed perite servatur* (corrige *struitur*, vel *mea*, vel *Lipiana fiducia potius*) *& est aliquis scindendi obsonii magister.* Idem de brevitate vitae loco antea laudato: *Quum videam quem suspensi sint, quomodo aper a coco caesus exeat, quanta celeritate signo dato glabri ad ministeria decurrant, quanta arte scindantur aves in frustra non enormia. His superaddatur Plinianum illud, de gallinis arte secandis: postea culinarum artes inveniunt, ut chune sedentur, ut dividantur in tergora, ut à pede uno dilatatae repostoria occupent. Ad Eulopii narrationem regrediamur denuo.*

Cap. XXXVII. *Non potui amplius quicquam gulfare, sed conversus ad eum, ut plurima exciperem, longe arcessere fabulas coepi.* Idem loquutionis genus usurpatum à Seneca Patre Controversiarum VIII. *Hoc ut aliquando faciendum est, quum res patitur, ita ineptissimum est luctari cum materia, & longe arcessere. Nec non ipse Petronius postea quoque cap. xcv. Eumolpus autem, dum Epigramma mortuo facit, oculos ad arcessendos sensus longius mittit.*

*Uxor inquit, Trimalcionis Fortunata appellatur, quae nummos modio metitur.* Ad hoc exemplum scriperat Horatius antea: *dives, ut metiretur nummos.* Ibidem paulo post de eadem Trimalcionis uxore:

*Nunc nec quid, nec quare, in coelum abiit.* Id est, ut rem ipsam vernaculo sermone strictim attingam modo: *Zy en kent baer selven niet.* Cui loquutioni adfinis quoque illa Seneca philosophantis: *subsilire in coelum ex angulo licet.* Vide an & hinc Dialogi Fabiani de Oratoribus defectus farciri possit hujusmodi explemento: *Tum mihi supra tribunatus & praeturas & consulatus ascendere vidcor, tum in coelum abire.* Nam in libris nostris lacuna est id loci asterisco insignita.

## C A P U T XVII.

*In M. Tulli cum Publio Syro comparatione Trimalcionis judicium suis, hoc est, Petronianis, ponderibus examinatum. Ejusdem Mimici ingenii acrimonia cum Senecae, tum duorum Fulliorum, & quidem Caesarum, Caji inquam dictatoris, ac Scaligeri nostri aeternis praeconiis cobonestata. Ejus rei luculentissimum specimen praebitum à Petronio. Publiani genii elegantia, & eruditus luxus.*

Cap. LV. *Et Poëtarum coepit esse mentio, diuque summa carminis penes Mopsium Thracem immorata est, (ita enim Lipsius noster) donec Trimalcio, Rogo, inquit, magister, quid putes inter Cicero- & Publum intercesse. Ego alterum puto disertorem fuisse, alterum honestorem. Quid enim bis melius dici potest?* Vide, & ride (mi Lector) praeposterum inficitissimi convivatoris judicium: nec vero

Arbitrum nostrum, sed Trimalcionem nugas blattentem te audire existimes, velim, quem quidem modis omnibus ridiculum ex professo ut faceret, Poëtarum commemoratione abrupta, novum profus atque inexpectatum de M. Tullio sermonem subito injectantem inducit, ut *florem* scilicet

*Delibatum illum populi, suadaeque medullam cum Mimicis fordibus, & Publiana tolutiloquentia contenderet. quo quid ineptius, vel absurdius fingi possit, haud video sane; nisi (ut meus est animus) fieri non posse arbitror. At tu fortasse novum istud atque insolens comparationis genus non ad prosam Tullii dictionem, verum potius ad Poësin ejusdem, haud perinde quo merebatur plausu à posteris exceptam, pertinere contendes. cuius hercle sententia me subscriptorem minime es habiturus. Et tamen Trimalcioni nostro etiam advocatus ut veniam, nullam mihi linguam esse fateor, qua horundem Publici Jamborum argutias, ac felicem verborum compositionem satis pro virtute praedicare possim. Nam (ut ne à Petronii imitatione recedam) *quicquid dixero, minus erit.* Ita publici saporis nihil, itaque novo urbanitatis sale sparsa omnia, atque ad praestantem elegii ejus, quod de Syro hoc nostro testatum reliquit sanctissimus Romani theatri censor Seneca libro 1. de Tranquillitate vitae, his verbis: *Publius tragicis comicisque vehementior ingenii, quoties Mimicas ineptias & verba ad summum caveam spectantia reliquit; inter multa alia coturno, non tantum spariis, fortiora & hoc ait:**

*Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.*

Ubi tamen, *spario*, ad marginem adscriptum legitur, idque verius. Est enim *sparium* genus veti, quo in scena Mimi utuntur, teste Pompejo. Credo te jam expectare, uti & alteram quoque magni illius J. Caesaris Scaligeri laudationem hic imputem referamque expensam tibi. Merito. Neque enim decere, aut ullo modo convenire videtur nobis, ut tanti Herois censuram minoris, quam ipsius Senecae iudicium faciamus. Sic igitur ille libri primi Poëtices sive cap. 10. de Mimographo hoc nostro, Equitis Romani, Laberii dico, haud quidem acmulo solum, sed & victore: idque de Divi ipsius Julii liberalissima sententia: *Translata in Italiam argumenta adeo salibus, ac dicitate aucta sunt, ut unus Publius universam Graeciam ea laude spoliavit.* Sed jam tempus, ejus rei specimen aliquod ut speciamus, Arbitri nostri beneficio maxime. Nam absque illo foret, quid reliquum erat, quam ut ita lepidi ac venusti Poëmatum inopiam in perpetuum porro pateremur?

*Luxuriae victu Martis marcent moenia:*

*Tuo palato clausus pavo nascitur, (forte pascur)*

*Plumato amictus aureo Babylonico:*

*Galina tibi Numidica, tibi gallus spado;*

*Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,*

*Pietaticulatrix, gracilipes, crocatalistria,*

*Avi exul biemis, titulus tepidi temporis,*

*Nequitiae nidum in cacabo fecit mzo.]*

Video Publico isti idem, quod & Scauris nostris hodie, usu venisse propemodum, qui, gravissimi alienae nequitiae objurgatores in propatulo visi, sibi suaeque lubrici nihil non in secreto condonant: nec cito, aut temere cuiquam, nisi scelerum suorum administro, vel conscio, gratiam offensae alicujus facturi. Huic enim generi flagitium quodvis impune, modo occultum, ac sine arbitris: nam *testibus* non audeo dicere. credo, illam ut Plinianam sententiam nobis verisimilem faciant scilicet: *multifamam conscientiam pauci verentur.* De Publiana vero insolentia, (Ciceroniano more me loqui scito, seu verius elegantia) quam in aliis potius quam semetipso Mimus ille tanto dictorum acumine exagitasse videtur, ita Plinius: *Publii (inquit) Mimorum Poëtae coena, postquam servitutem exuerat (malim, servitute exierat. Sic enim & Cicero: exire aerumna, pro liberari) nulla memoratur sine abdomine, vocabulo etiam suminis ab eo imposito.* Ut mirum non sit, eum etiam *ciconiarum* meminisse; quas id primum temporis edules factas, novamque ex earundem conditura *ἰσοπολιαν* Romae institutam didicerat de Sempronio Ruso, auctoritatem eam haudquaquam utique defugiente, & quidem Praetoriam. quo cognomento insignem ipsum Horatius facit. ad quem locum consule observatiunculas nostras. Adjice Fragmentum quoddam Cornelianum, Nepotis dico, apud Plinium majorem, ita lib. x. cap. 33. differentem. *Cornelius Nepos, qui Divi Augusti principatu obiit, cum scriberet. turbos paullo ante coeptos saginari, addidit ciconias magis placere, quam gruas, &c.* Caeterum *Thrax Poëta* iste qui fuerit, cui *summa carminis* in Trimalcionis convivio delata, divinare non est meum. & seipsum, quid veear, ne pro *Eumolpo* scilicet praeposita sciolorum diligentia *Motsum* objectaverit nobis. *Eumolpo* inquam, de quo non infrequentem sane, nec infestivam in posteriore hujus Satyrici parte mentionem habituri postea. qui an *Thrax* etiam fuerit, ignoro: hoc scio, non indignum, qui in principum Poëtarum lustro haud postremus censetur.

## CAPUT XVIII.

Margaritum inter faleras pelagias. Pedes tollere. Indomita. Stratum extraneum. Carbunculi, unde Carchedontiorum cognomento famigerati potissimum. *Eorum fragrantia, & quasi ignitur fulgor. Septuaginta cujusdam loci in Publiano versu dissertatio.*

**P**ergamus auscultare Mimum porro publicae luxuriae accufatorem:

Cap. eodem LV. *Quo margarita, cara, tribacca, Indica?*

*An, ut matrona onerata faleris pelagiis  
Tollat pedes indomita in strato extraneo?*]

*Margarita* numero plurali posita accipio, utpote generis neutri, quando *margaritum* in singulari quoque veteres extulisse constat. Vel Maecenatis Fragmentum specta, in nuperis ad Horatium Notis integritati suae primitus à nobis restitutum. In eo enim ita scriptum deprehendes:

*Lugens te, mea vita, nec smaragdus,  
Nec percaudida margarita quæro, &c.*

Adde quod eisdem casus continuatio deinceps sequatur. argumento sunt ista:

*Smaragulum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?*

Caeterum ubi idem:

*Tollat pedes indomita in strato extraneo?*

dixerat modo, Mimica quaedam sententiae obsecenitas subesse videtur: ut, *indomita* significet, necdum domita, vel futuri saltem tot ac tam affiduis libidinibus; haud quidem in lecto maritali, sed vero in strato extraneo. id est, apud adulterum, vel adulteros verius. quorum (id quod de Clodia sua Catullus)

*Nullum amat vere, sed identidem omnium  
Illa rumpit.*

Nam *tollere pedes* quid sit, operam interpretando si pergam sumere, nugas egero. Itaque, Scriptorum aliquot exemplis contentus, pausam facere appropinabo. Nonius in Atellanarum Fragmentis:

*Mammæ tencas, pedes extollas, congenues, faviæ.*

Cicer. Epistolæ. II. ad Atticum: *Noli, inquam, de uno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas.* Quibus addas, si votes, illa à Martiali:

*Tollunturque pedes. ô medicina gravis.*

Item -

*---- Ille pedem sustulit, hic tunicam.*

Idem porro Græcis *αἰρεῖν τὰ σκέλη* valere, facete ab eruditissimo omnium Victorio observatum, hocce Aristophanis exemplo, ex Fabula, quam *Ἐκκλησιάζουσι* vocavit, cum in rem producto examissim scitissime:

*Ἐκείνο δ' εἰ τερροῦ τινος, ὅτῳ πρόσωπον  
τὰς χεῖρας αἰρεῖν μημοισώσομεν τότε.  
Ἐπιτιθήσει γὰρ ἔσθην αἰρεῖν τὰ σκέλη.*

Pergit Publius Romanus delitas flagellare porro huiusmodi castigatione:

*Quo Carchedonios optas ignes lapideos,  
Nisi ut scintillent? Probitas est carbunculus.]*

Horum Senariorum nemo (quod sciam) clarius, quam Plinius, illustrationem praeiverit tibi. Ita enim ille lib. xxxvii. cap. 7. *Principatum habent*

*carbunculi, à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyrois vocati. Horum genera Indici, & Garamantici, quos & Carchedonios vocavere, propter opulentiam Carthaginis magnæ: & reliqua, quæ deinceps ibidem sequuntur. Quod vero subjungit Mimographus noster, probitas est carbunculus, omnibus credo modis obscurum plerisque visum iri. Videor tamen facile à memet ipsis impetrare posse, ut probitatem pro pudore, sive adeo pudicitia matronali, positam existimem. cui innuere videtur, scintillantibus gemmis exoticis, aut lapidibus pretiosis opus non esse: ut quæ, nullis etiam externis adminiculis adjuncta, ipsa per se carbunculi in morem flagret, atque scintillet tamen,*

*Purpureum toto fundens de corpore lumen.*

Sed monendus Lector, perperam nimis in nupera ac postrema illa, quam politissimæ Lutetiae debemus, Petronii Editione, *carbunculos*, impressum residere. nisi tamen *carbunculos* id loci recto casu *αυτοῦ* & *carbunculus* antiqua declinandi forma positum existimemus.

## C A P U T XIX.

*Ternæ in Petronium correctiones.* Gradum ad praeliandum, sive statam praeliantis componere. Eucolpius, ac Atelytus non fortunæ modo, sed & vitiorum similitudine, par inter sese quam bene compositum. *Ex Luciani exempli conlacione clarum Satyrico nostro lumen accensum: simul mendum sublatum. Brevis Eucolpiorum scelerum enumeratio, quasi tu Elenchum dicas. De eiusdem ab arena liberatione, ducta ex argumentorum fugientium signis non aliena sane, neque incredibile conjectura.*

Cap. LXXIX. *Itaque quum hora pene tota per omnes scirpos, gastrarumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, &c.]* Vidi oculis, vidi ipse meis, exemplar membranaceum, in quo liquido scriptis expressum legebatur. Unde ipsus, *scirpos*, concinnavi illico: arbitrorque porro pro *gastrarumque, glarearumque* reponendum, ut terræ petrosæ scruposæque calculi, seu lapilli intelligantur, cuiusmodi in ripis nostris spectare ac littoribus est frequentes, iter facientibus molestos. *Carices* aliorum nullus moror.

*Et forsitan pernoctassemus in limine, ni tabellarius Trimalcionis invenisset x. vehiculis dives.]* Restituo, *intervenisset*: ita postulante sententia, manca alioqui, ac imperfecta. Et vidi librum, qui fidem faceret, haud aliter verba hæc ab auctore concepta. Porro *x. vehiculis dives*, sic dictum, ut:

*Dives agris, dives postis in foenore mummis.*

Cap. LXXX. *Idem ego ex altera parte feci, & intorto circa brachium pallio, composui ad praeliandum*

dum gradum.] Simile illi, quod habituri postea cap. lxxv. *Alius furca de carnario rasta statum praecipientis componit.* Utrique etiam contentaneum Plautinum illud in Milite:

----- In statu stat senex,

Ut adoratur moechum manifestarium.

Quod quidem prudentissimae translationis genus ab gladiatorum pugnaturientium positura ductum qui nescit, nae illi Lipsianis Saturnalibus quantum potest conventis, imo vero intellectis potius, quam plectetis, est opus, in quibus omnia, maxima, minima, ad statum itum quae faciant, non Poena, sed Graeca fide, vel Romana potius, sigillatim tridita atque excussa.

Egreditur superbus cum praemia (id est praeda) Aescylos, & paulo ante charissimum sibi commilitonem, fortunaeque etiam similitudine sarem in loco peregrino destituit abjectum.] Recte, atque ex argumento. Uterque enim fugitivus, hic (Eucolpius scilicet) obsecrus gladiator, arenarius & homicida. Alter (puta Aescylos) ergastularius, infidus, tum conurbator. Quae omnia ex infrequenti Eucolpii querimonia atque indignatione, in iis, quae priore Satyrici hujus parte desiderantur, Petronium nostrum persequutum, satis acceptum est mihi, idque à nobis etiam superius indicatum. Quod vero subiecit Eucolpius, in loco peregrino destitutum se & quae abjectum ab Aescylo, id vero aliquanto etiam planius explicat nobis postea, ubi eisdem Aescyli, tum Gyttonis opera potissimum, mundicium se atque exsulum in diversorio Graecae urbis descriptum facere Imitatur. Cui loquendi modo consonat Propertianum illud:

Desertum Eoa passis jacere domo est.

Grex agit in scena mimam, pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Mox, ubi videndas includit pagina partes, Vera redit facies, dissimulata sorit.]

Grex, proprie. Et enim gregem histricum (ut Plautus meus loqui consuevit) hoc est, & Chorum & ceteram histricionam facientium, designat. Quod superest, videor fidem meam hoc loco obstringere quamvis audeat posse, atque asseverare legendum: *assimulata*, non *dissimulata*. Et sententiam ipsius Epigrammatis appello. Quam etiam in Necromantia sua expressit Lucianus, haud alia sane usus similitudine. Sic enim inibi: Οἶμαι ὃ καὶ τῶν ἐπι τῆς σκηνῆς πολλὰ κίς ἐωρακέναι τῆς τραγῶδης ὑποκριτῆς, τῆτος αἰὼς τῆς χρείας τῶν θεαμάτων ἀπὸ Κρείττας, ἐνίσθη ὃ Πρωταγωγὸς γιγνόμενος, ἢ Ἀγαμέμνωνος. Καὶ ὁ αὐτός, εἰ τύχοι, μικρὸν ἐμπροσθεν μάλα σμνάς τὸ Ἔ Κέρκοπος, ἢ Ἐρεχθίδας σκῆμα μικροτάτος, μετ' ἄλλων οἰκίτης πρῶτῳ ἐπὶ Ἐ ποιητῆ κικλίστατος, ἡδὴ ὃ πρῶτος ἔχεται τῶ θεαμάτων, ἀπὸ τῆς αἰτίας ἐκαστος αὐτῶν τὴν χρυσόπασσιν εὐαίμων ἰσθῆτα καὶ τὸ αἰσθητικῶν ἀπὸ τῆς αἰτίας, κατὰ τὰς ἀπὸ τῶν ἐμῶν πόντος

ἢ ταπεινὸς ἀπὸ τῆς αἰτίας, ὅτι ἔστι Ἀγαμέμνων ὁ Ἀπολλῶν, ὁ δὲ Κρέτων ὁ Μενοικίως, ἀπὸ τῆς Πύλλος Χασακλῆος Σκηνῆς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάκτιος ὁ Θεοδωτῆτος Μαργαθῆνιος.

Cap. LXXXI. *Aufugi, judicium barenae imposui, hostem occidi, ut inter audaciae nomina mendicis, esyd, in diversorio Graecae urbis jecerem desertus.* Eleganter nomina audaciae appellat, *aufugisse a domino, operam arenae inter gladiatores, & quidem obsecrus* (id quod Eucolpio cap. ix. supra obiectaverat Aescylos) *aucloratum localse, hostem per fidem necasse.* Unde ibidem quoque *nocturnus percussor* ab eodem commilitone suo, jure optimo indigitatus. Ceterum subdubito, an locum totum describere potius, atque interpungere ausim hoc modo: *Effugi judicium, barenae imposui, hostem occidi &c.* Quid enim? an non ita Horatius quoque? *Sed tamen admiror, quo pacto judicium illud Fugerit.*

Ut ut est, aqua mihi haeret utrobique. Et videtur haud obscure significare, seu suam illam ad gladios locationem, seu casu fortuito (Deo scilicet, id quod in Proverbio est, *κατὰ ἀρχαίης* opitulante sibi) seu calido, callidoque nescio quo commento, atque effugio ludificatum, incolumem ac sine noxa evasisse; eaque ratione salutem peperisse insperatam sibi. Quo etiam spectat, quod idem successus ipse suos miseratus fuerat modo querimonia hujusmodi? *Ergo me non ruina terrae potuit haurire?* Item exprobratio illa Aescylica, cap. ix. *Non taces gladiator obsecrus, quem de ruina arena dimisit?* Quamquam haec ex Lipsii Epistolice jam nota. Ut videatur ruina fortasse pensilis nescio cujus Theatri, momento aliquo luxatis machinis, arena elapsus sega porro confuississe sibi Eucolpius, & (quod Plautus inquit) exercuisse se protenus ad curiuram. eodemque forte pertinuerit Fragmentum illud extra operis hujus ordinem, è veteri doctissimi P. Danielis Glossario, Satyrico nostro attributum: & inter alia Petroniana exempla sub Lutecianae Editionis finem ab eruditissimo Collectore relatum hujusmodi: *Petauroque jubente (jucante, malim) modo superior.* Nec non alterum quoque illud à Turnebo emanatum ad hanc faciem: *In automatum (aumarium est in exemplaribus nostris) me conject.* quod quidem τὸ *petauri* mentionem antecessisse sane verisimile facit mihi. Scin', quid suspicer: ad *Automati* forte alicujus, sive *Pegmatis* ruinam, coagmentis inter se nimio machinamentorum ponderis elisis ac solutis scilicet, hanc Eucolpiani effugii imposturam quam dicit, pro argumenti ratione probaliter accommodari posse. unde turbella aliquanta, novaque (uti in re subita solet) concurrentis, invicemque se collidentis exorta populi spectatoris trepidatione, versipellis ille, atque in omnes furtorum occasiones intentus, (ne dicam ipsis pene mechanicis ac scambilibus illis, in

in quae impositus fuerat, tabulatis versatillior) lubricitate sua, quasi anguilla, ac pressantis (ut dixi) multitudinis beneficio, per urbem tacite, ac latenter, ut fit, invisus atque ignorabilis dilapsus, hoc est, fugitivus imitatus inflexa pedum pernecitate salutem porro peperit sibi. Ad hanc classem pertinere videntur *gladiatores pugnantes* apud Suetonium.

## CAPUT XX.

*Mocula una, altera, eluta è Petronio. Mutuis libidinibus attriti. Inter Sicyonia ac Phocæasia discrimen, & utriusque generis aestimatio. Quæstioni acceptus Seneca. Additum nonnihil præterea de colore calceatus Romani.*

Eodem cap. LXXXI. *Et quis hanc mihi solitudinem imposuit? Adolevens omni libidine impurus, & sua quoque confessione dignus exilio.* Apagè exilium istud. Levius hoc enim, quam pro delicto Gytonis, vel etiam iusta ac serâ Eucolpii indignatione. Itaque nihil dubito, quin, *exilio*, scriperit Arbitr. Hoc enim est illud quod cap. LXXX. manifestè pro noxia commertum semet Gyton ipse professus fuerat prius, Fratrum duorum fatali rixae intercedere ausus, atque ita sese quasi medium facere, hac personata deprecatione proclamans: *Quod si utique facinore opus est, nudo ecce jugulum, convertite huc manus, imprimè mucrones. ego mori debeo, qui amicitie sacramentum delevi.* Quae deprecatio non *exilii*, sed *exilii*, & quidem præsentarij res erat. neque alio utique Gytonis hæc confessio referenda.

*Quid ille alter? die qui tanquam togæ virilis stolam sumsit; qui, ne vir esset, à matre persuasus est; qui opus muliebri in ergastulo fecit.* Scriptura non dubie transposita, & vide, an hujusmodi additamento spes sit restitui posse concinnius: *Quid ille alter? qui in isto inquam togæ virilis die stolam sumsit, &c.* Nisi si cui forte læsionem hanc Lipsianam potius animatum est sequi: *Quid ille alter, ô Dii! qui tanquam togæ virilis, &c.* Videtur proinde Ascylto idem quod *Graecorum primo* (ut cum Crispo hoc dicam) Achilli evenisse, quem parens fati præscia, quod filium ad Pergamam, *Trojae sub moenibus altis*, oppetiturum prædidiçisset, periculi hujus declinandi ergo, aegre ab eodem vixque maternis tandem precibus obtinuerat, ut assumto habitu virginali in Scyro insula tantisper inter laniças occultatus falleret, dum decennale bellum cum Trojanis obsessis positum esset denique. Sed ille virum se esse masculo facinore Deidamiae serio aliquando approbavit: Ascyltos contra, accepta femel muliebris patientia lege, intercutibus probris usque & usque flagitatus porro, post foedissimas adeo divisiones, ne capite quidem suo injuriam abstinuisse videtur.

Scires & aversum & adversum pariter impudicum fuisse: hoc est, *per cautas corporis omnes* (uti apud Carum est) libidinem alienam sine ulla exceptione excepisse. Patet hoc ex superiore quoque illa Eucolpii increpatione, qua eumpe in clamaverat prius: *Quid dicis, inquam, muliebris patientiæ scortum, cuius nec spiritus purus est?* Pergit secum porro Eucolpius stomachari.

*Facent nunc amatores obligati noctibus totis, & forsitan mutuis libidinibus attriti derident solitudinem meam.* Eandem in suspiciosissimo amore sollicitudinem, multis magnisque experimentis perconitam, etiam exprelit Propertius, Cynthiam suam probri, stupri, dedecoris manifestè visus insinulare:

*Quin etiam multis duxisti (i. duxistis Douz. MS.) pocula risu,*

*Forsitan & de me verba facere mala.*

Adumbravit & popularis noster, delitiæ meae, nulli Poëtarum secundus, tenerissimo hocce diiticho?

*Forsitan & de me teneros motura cackimos*

*Miscecur vestris fabulæ nequitias.*

Notanda porro phrasis illa: *mutuis libidinibus attriti*, etiam Propertio familiaris, de virosissima Cleopatra istiusmodi nobis elogium perhibenti;

*Et famulos inter foemina trita suos.*

Denique ipsi quoque Petronio infra cap. LXXXVII. *Utamque igitur inter anhelitus sudoreque tritus, quod voluerat, accepit.* Ad anhelitus istos etiam referendum Juvencalis illud:

----- *Nec queritur, quod*

*Et lateri parcas, nec quantum iussit anheles.*

Cap. LXXXII. *Age ergo (inquit ille) in exercitu vestro Phocæsiati milites ambulant?* Ita enim princeps nobis hunc locum restituit Turnebus. Rite, atque ex disciplina Romana. *Militem* enim non *Phocæsiatum*, sed *caligatum* esse conveniebat. Neque iis assentior tamen, qui *Phocæsia*, muliebri calceamenti, seu solearum, genus fuisse volunt, ac tantum non cum Sicyoniis confundunt. Perperam. *Sicyonia* enim levioris pretii, tamen si Lucretius reclamare videatur, ac duarum drachmarum opus: *Phocæsia* vero bis tanti. Et illud quidem doceo ex Dialogis meretriciis Luciani: *Δα. Εὐγε, ὦ Μυρτάλη, λογισάμεθα. ἰποδήματα ἐκ Σικυῶνος τὸ πρῶτον δύο δραχμῶν.* Alterum ex Seneca de Beneficiis VII. cap. 21. ita rem istam computante: *Pythagoricus quidam emerat à futuro Phocæsia (rem magnam) non præsentibus nummis.* Et paullo post de eodem ad tabernam futoris interdiu oclusam nominis expediendi gratia nequicquam revorso: *At Philosophus noster tres, aut quatuor denarios (non invita manu) domum retulit, subinde concutiens.* Rem magnam, subdit Seneca, *εἰρωνικῶς*, & suo more argutias faciens. credo, quia

quia pretiosiores fortasse, quam pro persona Philosophi videbantur; quem *crepulis* potius, vel *baxeis* calcatum incedere conveniebat. Et tamen idem ille, quem dico, Romanae sapientiae antistes, in epistolis ipse à se hanc quidem in re seorsum mihi sentire videtur, quo loco monet: *Puto quaedam esse, quas decent phocaetatum, palliatum.* Unde in communi etiam omnium philosophantium usu fuisse videri possunt, haud aliter, quam amictui *pallium*, peculiare huic generi gestamen: cum quo *Phocaetia* conjunxit (ut videt) Seneca. Ut ut est, Graecanicum genus, ex Plutarcho; ex Appiano coloris etiam candidi fuisse condiscimus. *At* his certe *calceis* Romanos quoque in publico usos de Martiali cognoscas, ita in Cinnam quendam ludente, more suo:

*Sordidior coeno quam sit toga, calceus autem  
Candidior prima sit tibi, Cinnia, nive &c.*

Et fortasse Phocaetatum voluit dicere.

## CAPUT XXI.

Insuperata ex traverso fieri. Vita truditur. Protogenis rudimenta cum naturae ipsius varietate certantia. Lycurgus *quisquam fuerit, de cujus crudelissima societate Eucolpius secum & cum animo suo conquiritur.* Literarum studia & odio & molestiae semper jam inde ab antiquo fuisse epum ac divitiarum studiis. *Mendum è Petronio submotum. Aitia haud pauca explanata. De Pinacothecarum positura quiddam non protritum.*

Cap. LXXXII. *Nemo coelum putat, nemo jusjurandum servat, sed omnes operis oculis bona sua computant.* Frequens haec apud probos omnes tam veteres, quam novos scriptores querimonia, neque dissentanea Ovidianae illi ex libris Tristium.

*At reditus jam quisque suos amat; & sibi quid sit*

*Utile, sollicitis computat articulis.*

Et deinceps interposita lacuna Arbitet:

*Quod hodie non est, cras erit: sic vita truditur.]* Ad exemplum credo istius Horatiani: *Truditur dies die, &c.* Sententio lae porro istae, interjectis passim asteriscis, lacunaeque explentibus, dispositae usque ad postremam illam: *Non multum oportet consilio credere, &c.* ad Eucolpii derelicti personam pertinere videntur, semetipsum demum consolantis de vi atque iniuriis, imo contumeliis ab Aescylo illatis sibi, deque perfidia ac dissidio pulli sui, Gytonis. Habes ibidem.

*Quod non expectas, ex transverso fit, & super nos Fortuna negotium curat.]* Sic & Seneca quoque loquutus deprehenditur lib. de vita beata: *Morbos dico, funera, debilitates, & caetera ex transverso in vitam humanam incurrentia.* Est itidem apud Plautum: *Ex transverso incedere.*

Cap. LXXXIII. *In Pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem.]* De *Pinacothecis* consulendus Plinius lib. xxxv. cap. 2.

*Et Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia non sine quodam horrore tractavi.]* Quamvis *et veritate* non alienum huic loco, ego tamen assentationem in eam partem flecto, ut *varietate* potius referendum existimem. Consule eundem Plinium super Protogene, statuarum non minus, quam picturae, artibus famigerato.

*Et hos fabulas quoque habuerunt sine aemulo complexus.]* Non, ut ego, invenustus, infelix, desertusque, cujus amores ad se per summum injuriam translatos aemulus Aescylos intervertit. Unde abs eodem subjungitur statim.

*At ego in societatem recepi Lycurgo crudeliorem.]* Atque hic *Lycurgus* ille fuisse videtur, de quo mentio cap. cxvii. cuiusque adeo *villam à se dispositam, vestesque latrocinio harpagatas*, ipsius apud Eumolpum postea indicium professurus Eucolpius. eo dico, ne quis temerarium Thracem illum Dryantis filium, Liberi patris osorem,

*Vesatumque nova nequicquam in vite Lycurgum; aut legum etiam Lacedaemoniarum latorem ex transverso somniet nobis.*

*Sed cultu non proinde speciosus, ut facile apparet, eum hac nota literatum esse, quos odisse divites solent.]* Confer cum his sententiam illam multo argutissimam Epistolae Plinianae libri vii. de Cornelio Minutiano: *Natus splendide, abundat facultatibus, amat studia, ut pauperes solent.* Unde apparet, jam inde à Plinianis temporibus, humanitatem ac literas odio semper divitiarum amatoribus fuisse. proinde non esse, quod nostri modo saeculi fastidium ac contemtum tantopere miremur. nec quicquam expediendo huic loco accommodatius invenies. qui tamen ad veterem hanc formam interpolandus videtur. *Ut facile apparet eum ex hac nota literatum esse, &c.* Quae phraisi itidem infra usurus, capite cxvii. *Ex hac nota domina mea est, &c.* Igitur Eumolpum interrogare properat Eucolpius.

*Quare ergo, inquit, tam male vestitus est?] Sic* Martialis quoque in re prorsus huic simili, ne dicam gemina, & quidem ipse de se.

*Cur ergo, inquit, habes malas lacernas, &c.* Nec Satyrice minus magnus ille Auruncae alumnus.

*Sicut ποικίλον esse, videt tunicam, & toga quid sit.*

Quae sequuntur porro, cum iis desiderantur, in quorum vicem asterisci vacuas lacunas explentes successere, ea vero omnia partim astricta numeris, partim soluta oratione concepta, ex persona Eumolpi prolata videntur, fortunam casusque suos Eucolpio commemorantis. in quibus exsequendis binas propemodum horas infumtas, ex castigatio-  
ne illa Eucolpiana, quam habituri sumus infra cap.

xc. ducere audere videor conjecturam. Sic enim inibi: *Minus quam duobus horis necum moraris, & saepius poetice, quam humane loquutus es.* Ubi humane, pro, hominum more ac ritu, simpliciterque capiendum, & quod nos patrio sermone dictamus, *Menschelyker wgs.* quasi vero duo ista, humane inquit & poetice loqui, contraria inter se ac pugnantia forent. Ridicule. & jocus omnis (ut vides) ex novitate dicti atque insolentia quaesitus. Ex quibus tum singulis, tum universis apparet, Eumolpum istum Petronianum narrationem institutam longius insuper producturum fuisse, nisi eampe abruptisset subito hominum in porticibus spatiantium, nec verba, verum lapides loquentium, odiosa interpellatio. qua ille adventitia, interim dum *Halosim Trojae* recitat, exceptus, plausu ingenii sui cognito, caput operuisse, extraque templum curricula sese proripuisse inibi invenitur. Unde item manifesto docemur, Pinacothecas templis fere ac porticibus publicis annexas, seu continuatas fuisse. crede, quo augustiores intransitibus scilicet, majoremque adeo religionis speciem habere viderentur: simul, ad frigus in umbra captandum, animi causa (ut sit) sub iisdem inambulare volentibus, aestivis praefertim caloribus.

## C A P U T XXII.

Leonum in Lenones commutatio. Locorum aliquot expositorum. Indelectatus. Illustramentum sententiae Pliniana. Tropica Petronii dilucide enarrata. De verbo audere, pro velle, tam Arbitro, quam Plauto novi interpretamenti gratia facta.

Cap. LXXXIV. Deinde, qui solas exstruere divitias curant, &c.] Proprie, & antiquae. id quod ad illud Horatii planum fecimus, l. II. od. III. v. 19.

- - - Et exstructis in altum  
Divitiis potietur haeres.

Vide Festum in dictione *Struere*.

Nunc veteranus est latro, & ipsis leonibus doctior] Quid si, leonibus, legas? genus quod improbissimum est, siquidem Plauto credimus.

Cap. LXXXV. Jam ergo coeperam ephebum in gymnasium deducere, ego studia ejus ordinare, ego docere ac praecipere, &c.] Ex oeconomia sequentium fati superque apparet legendum *Jam ego coeperam*, &c. Ita enim haud paulo concinnior fuerit ter iterata pronominiis repetitio.

Cap. LXXXVI. Ut tertia nox licentiam dedit, confurrexi ad aurem male dormientis] Idem, *Irreprehensibilis*, & male repugnanti gaudium extorsit. Id est, simulate repugnanti, sive obluentanti potius, idque ex disciplina adeo puellari, cui respondet Ovidianum istud lib. I. Am. El. v. vers. 15.

*Quae, cum ita pugnaret, tanquam quae vincere nollet,*

*Victa est non aegre prodicione sua.*

Etiam Horatii illud libro primo Od. IX. vers. 23.

*Pignusve dereptum lacertis,*

*Aut digito male pertinaci.*

Et praeter hoc etiam timebam, ne tam grande minus suspectam faceret humanitatem meam] Hoc est, ne me munificentia largitasque tam profusa in aliqua probri poneret suspicione apud pathicissimi pueri, mei inquam discipuli, parentes. Adhuc illi, quod jam inde ab initio fuerat professus cap. LXXXV. excogitasse se novam rationem scilicet, quo non esset patrifamiliae suspectus amator.

Cap. LXXXVII. At ille non indelectatus nequitia mea, &c.] Nota novitatem verbi, *Indelectari*. Nec enim apud alium scriptorem Romanum temere compositionem eam reperias, condignam mehercule venustissimo ingenio Arbitri nostri.

Cap. LXXXVIII. Simulque causam desidia praesentis excutere, quum pulcherrimas artes perisset, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset] Eadem fere de insipientia saeculi sui atque insicetia apud Plinium conquestio lib. xxx. cap. II. & quidem paene toto: *Ita est profecto, artes desidia perdidit, & quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum. Animorum imagines, id est, quoniam omnes, qui nunc sunt, homines communi hac divinae aerae particula ad ignaviam & voluptates corporis praepostere abutentes, animorum veluti inopiam pati, sensusque prorsus ac rationis expertes videntur; Nil nisi Cecropidae, &c.*

*Pecuniae, inquit, cupiditas haec tropica instituit]* Hoc est, umbras rerum atque imagines tantum, & simulacra quaedam inania, surdo figurarum discrimine. Qua de re superius Plinii caput, qui volet, consulto. Non. monogrammi dicti sunt homines, macie tenuis ac decolores, tractum a pictura, quae prius, quam coloribus corporatur, umbra fingitur, &c. [Vide an non pertineat ad p. 17. locum Lucilii?]

At nos vino, scortisque demersi, ne paratas quidem artes avemus cognoscere] In pervulgatis hoc loco, *audemus*, antea lestitabatur, quo magis subit admirari eorum hominum audaciam, ne imperitiam dicam, qui principes illud in acemus commutare insisterunt. Quo in numero Burrum nostrum nollem equidem fuisse frustra: quippe sero, ac depugnato jam pridem proelio. Sed hoc beat saltem, quod ita conjectura ductum de ingenio (quo supra Sicambrium praeditus) ipse se restituisse insicias non eat. Nam (ita me Deus amet) à blattariis Codicibus male metuebam miser. Quos ille, quoties videtur, perpetuos auctores habet, & quidem in mundo; ne apud Parthos, aut Armenios censeas. Caeterum in rem praesentem. Au-

de.



demus, inquam, revocandum cenſeo, & retrahendum è fuga. Atque eo audacius, quo compertius mihi, verbum illud notione longe diverſa prifeis illis, quam nobis hodie, in uſu atque in conſuetudine fuiſſe. Argumento, quod dico, abunde fuerit Plautinum illud Monachmi :

*Ecquid audes de tuo illuc addere ?*

Hoc eſt, nunquid ſullines addere illuc inſuper aliquid de tuo ? vel, nunquidnam abs te impetrare potes, ut praeterea de tuo illuc vel collararii vicem addas quidpiam ? Item alibi,

*Nunquid audes gratiam mihi aliquam facere hic*  
(ſcribo hinc) *argenti ?*

Sic *fodes* eidem, pro *ſi audes*, Comico more toties celebratum, an vero aliud, quam *ſis* notare cenſeas, quod pro *ſi vis* antiquae poſitum capiunt Literatores ?

*Ipſe Senatus, recti bonique praeceptor, mille pondo auri Capitolio promittere ſolet*] *Promittere* in votis, id eſt, addicere, ſeu vovere. Sic Tibullus :

*Interea nigras pecudes promittite Diti.*

Ceterum de ſolenni promiſſionis huius ritu, quem tangit Arbitr, nihil aliunde extrico, haecenus quidem, quod ad Senatum ; nam ad Imperatores ipſos, non auſum dicere, inter quos Auguſtum memorat Suetonius ; in *cellam Capitolinam Jovis* XVI. *milia pondo auri ; gemmaſque ac margaritas quingentis LLS. una donatione contulijſe*. Quo item referri poterit Horatianum illud ex lib. Carm. III. Oda XXIV.

*Vel nos in Capitolium,*

*Quo clamor vocat & turba faventium :*

*Vel nos in mare proximum*

*Gemmas, & lapides, aurum & inutile*

*Mittamus, &c.*

### C A P U T XXIII.

Ialofis Ilii. Suſpectiorum aliquot locorum *reſtitutio, partim ab ingenio, partim à Manuſcriptis*. *Ferus, pro equo poſitum, ſubſtantive ; indidemque & Semiferus, pro Lapitha ac Centauro conſtatus, etiam Semifer. JANI PANNONII, & Pontificis, & Poetae Quinqueſcientiſſimum encomium. Fugitivae nonnullae lectiones retractatae, retractatae aliae. Correctionum triga, vel quadriga verius.*

Cap. LXXXIX. *Sed video te totum in illa haerere tabula, quae Trojae baloſin oſtendit*] *Etiam baloſin Ilii dixit Suetonius in Nerone.*

----- *Caefi vertices*

*Idae trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt*

*Robora*] Vidi Manuſcriptum, in quo *ſpiſſaque*, non *ſciſſaque* plane & probe exaratum habebatur. Et dubitamus adhuc, utri ſcripturae ad-

haeremus potius ? Legimus ibidem :

*Huc decenni proelio Irata virtus abditur*] *Mihi valdius arridet, jurata virtus, id eſt conjurata, ſimplex pro composito. Nec multo poſt :*

*Hoc titulus ſero*

*Incipſus, hoc a ſta compoſitus Sinon*

*Firmabat, & mendacium in damnum potens.]*

Ita enim ablectiſſima illa Pariſienſis Editio, quomodo & nos ante decennium emendaveramus jam olim : examuſim optime. Ut ſit ſenſus : *Hoc titulus equo Dario inſcriptus, hoc inſum & Sinon, Trojae prolixior, confirmabat*. Itaque pro *haec*, quod eſt in aliis, *hoc* repetendum ; tum vero poſtrema copula ante *et mendacium* inducenda : eiuſque vicem, *hei*, ſive etiam, *heu*, referribundum cum hac interpunctioe :

*Firmabat, hei mendacium in damnum potens :*

Id eſt, detrimentoſum Hiensibus, imo calamitoſum oppido : ſenſu maniſeſto, atque etiam per-eleganti, quod cur de noſtro alius adſcriberet ſibi, cauſa non erat. Sed tamen credo fore, qui *mendacium* iſtud accuſandi caſu poſitum interpretabuntur, conjuncteque cum ſuperioribus conſtrudendum ; ut intellexerit Arbitr, Sinonem tum ad *fata*, hoc eſt, ad implendum ſaturn, (*noxiſſimum illud de vitus dico, quo portae Scaevae linen ſuperum ſcinderetur*) tum ad *mendacium* pariter *in damnum potens*, id eſt, Trojanis (ut diximus) calamitoſum, ſive exitiale & funeſtum potius, doctè meditateque inſtrudum atque compoſitam fuiſſe. Neque ego ſane huic ſententiae repugno. Pax ſit potius : & ſequi ipſe malo adeo, quam tuihi, vel rei tantillae cauſa contentioſis funem ducere, cum adverſario praefertim valentiore. Et quoniam in mentionem *ſeri*, pro *equo* poſiti, occasione oblata potius, quam queſiti, incidimus, etiam ad partes vocitetur Prudentii locus è libro *de ſermonibus*, Hymno XI. qui Hippolyto Martyri inſcriptus legitur :

*Postquam composito ſatis inſtruxera paratu*

*Martyris ad poenam verbera, vincla, ſeros*

*Inſtigant ſubitis clamoribus atque flagellis.*

Sic enim hunc locum ex Vet. Cod. doctiſſimi Giſclini primitus reſtituit Giſianus noſter, quam *ſeros* antea in Prudentio imprudenter excuſum ſerio cum Antiquariis ſtomacharemur. Quod ut ita eſſe mihi cum amico conveniat meo, ita ſerorum rurius ab eodem ſentire neceſſitas ſubigit me, in verborum ſimul ipſorumque verſuum conſtrudione. Quam quidem continenter ipſus atque conjunctim conſtituendam cenſeo, eodemque huncce in modum interpungendos :

*Martyris ad poenam verbera, vincla, ſeros*

*Inſtigant ſubitis clamoribus atque flagellis.*

*Feros* enim pro *equis* antiquitus uſurpatos haud Caulli modo, Virgiliique auctoritatibus confirmare poſſis ; ſed & liquidius multo ejus Epithe-

ti contemplatione, quod Hippocentauris Laphithisque omnes uno ore contribuunt Poëtae. Et enim genus istud *Semiferus* indigitant, non quidem à *feritate* vocabuli ejus etymologia petita, sed vero à forma ipsa, qua *feros* (ut diximus) hoc est, equos dimidiata sui parte assimilasse finguntur. Unde illorum hominum error castigandus pariter, quibus in compositione ista, *ro ferus*, adjectivum potius, quam substantivum esse, falso quidem haecenus, sed tamen serio, fuerat persuasum, quorum offensa tamen non minus tolerabilis, quam felix illorum hominum audacia laudanda, qui rectum ejus verbi casum admittentes novissimae syllabae detruncatione bimembre hoc genus *curio* Horatii *mulo* profus ad simile reddiderunt, ita ut *Apellae* prope modum videantur, *Semifer*, pro *Semiferus*, nobis trisyllabum nominativum commentari Architecti. [Frustra me fuisse culpamque admisisse humanitas video, qui *ro Semifer* reprehendere ac furcillare ausus fuerim, neque cogitaverim, cum ea commentarer, usum ea voce Ovid. II. Met. de Chirone:

*Semifer interea divinae stirpis alumno  
Laetus erat.]*

Utque non mendice, sed plena manu, tecum porro agere perseverem, mi Lector, etiam recens quoddam superioris saeculi exemplum ituc pertinens in commune hoc loco proponam, à Poëta uno omnium elegantissimo, JANO PANNONIO, petitum, in cujus Elegiarum opere versus istiusmodi extare invenitur:

*Nec nisi duratum Lambro thoraca volebam,  
Nec nisi ferrato ferreus ire fero.*

*Ecce alia monstra, celsa qua Tenedos mare  
Dorso repellit, &c.]* Lectio & proba & plana; at in Lutetiana Editione, *replevit*, legitur, non recte, neque ad disertissimi Poëtae genus.

De geminis Lacoontis filii in Vergiliano illo angulum totidem improbo atque inexplicabili nexu fatagentibus laborantibusque:

----- *Neuter auxilio sibi,  
Uterque fratri transfudit pius vices.]*

Ita Editiones Gallicanae. Mihi tamen, nescio quo pacto, Antverpiensis scripturae interpunctio arridet impensius, ea ipsa inquam, quam Clarissimi Sambuci Bibliothecae debemus, in qua ita haec distincta observavimus jam olim:

----- *Neuter auxilio sibi,  
Uterque fratri, transfudit pietas vices.*

*Tenant in armis se duces, ceu ubi solet  
Nudo remissus Thessali quadrupes jugo  
Cervicem, & altis quatere ad excursum jubar.]*

Placet scriptura libri veteris, in quo diserte calamo exaratum legebatur:

*Tenant in armis se duces, seu solet ubi.*

Neque istud satis, nisi versus item proximus in pristinum tandem decorem me porro conjectore reponatur hoc modo:

*Nudo remissus Thessali quadrupes jugi  
Cervicem, &c.*

Nam & haec quoque correctio à nobis erat; verum antevortit nescio quis, qui campse in rationum suarum tabulas referre sustinuit non ita pridem, expenti, haud excepti, inquit, *oblitus juris humani.*

----- *Ilic groves alius mero*

*Obruncat, & continuat in mortem ultimam  
Somnos.]*

Sic & paulo prius cap. LXXIX. *Et dubitavi, an utrumque trajicerem gladio, somnumque morti jungerem.* Malim tamen in Petroniana Trojae Halosi, *noctem*, legi. Nam, quanti obsecro est illud, *mortem ultimam*? An vero mors ulla (naturalis inquit) homini evenire possit, quae ultima non sit?

[Cap. XC. *Timui ego, ne me Poëtam vocarent.*] Ita enim malo, quam (quod omnes usque adhuc Editiones infedit) *vocaret* legere, ut ad Eumolpi lapidatores referatur, non ad Eumolpum ipsum, eo quod in comitatu ejus Encolpium vidissent antea, ex persuasione Paroemiaci illius conjecturam ducentes, qua vulgo discitare consuevimus, *Aves concolores una fere volitare sollicit.*

*Rogo inquam, quid tibi vis cum isto morbo? Minus quam duabus horis mecum moraris, & jaeptius poetice, quam humane, loquutus es.]* *Humane* & *Poëtice* opponit. Facete, ad exemplum opinor sententiae illius Horatianae:

*Surge, & inhumanae senium depone Camoenae.* Qui locus, quantus est, huic Petroniano explicando mirabiliter facit. Vide Notulas nostras in biforem Poëtam illum Venufinum. Habes ibidem:

*Ino quoties theatrum, ut recitem aliquid, intravi, haec me adventitia excipere frequentia solet.]* Referibe: *Hac me adventitia, &c.* Argute. Et enim ad coenae praebitionem quacsita allusio, quae *adventoria* Martiali, Plauto *viatica* indigitatur, & persistit in Metaphora semel instituta Eumolpus subjctans porro è vestigio: *Ceterum ne & tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab hoc cibo abstinerebo.*

## C A P U T XXIV.

*Illustramentum historiae Petronianae. De linteis, ac strigilibus balneariis cum cura & fide disserteram. Tergeri, fricari, item destringi, peculiaribus istae rebus vocabula. Gyton quid Aescylyto? De Gutto, atque Ampulla nominibus. Vestimentis aservandis cautio cujusmodi in balneis publicis adhiberi solita antiquitus. Capere experimen-*

rimentum. *Obscurioris argumenti declaratio. Hominum quorundam importunitas, nulla, aut loci, aut temporis, habita ratione, frequentes, imo offiduas, alienis auribus Poëmatum suorum recitatione argutias, hoc est, molestias exhibentium. Idonea ejusce rei exempla ab Horatio, & Martiali. Ambigua alterius loci interpolatio.*

Cap. XCI. *Idem Gytona cum linteis & strigilibus parieti applicitum, tristem confusumque. Scires non libenter ferere] scilicet Aescylo. Ergo in balneo erat Gyton, quum haec acciderent; unde statim ab Eucolpio extractus, atque inde in hospitium porro, interim dum carminum suorum recitationi intentus Eumolpus, corporis vero lavationi Aescylo dans operam, non notat sibi fugitivam fratris harpacticem. Quae mox causa etiam fuisse videtur, cur ostreotus ille palam vestimentis circumductus magna clamoris indignatione reflagitatum puerum vestigiis fuerit persequutus: cujus dilapsu ac perfugio tantam porro jacturam fecisset miser, quam aequiore animo tamen laturus videbatur, siquidem pro veste modo inventem sibi pullum recipere contingeret. Facit hoc locus Juvenalis Satyrae III. vers. 262.*

----- *Et jorat unctis*

*Strigilibus, panno com'omit linteae gutto.*

Item Persii Flacci Sat. v. vers. 126.

*I, puer, & strigiles Crispini ad balnea deser.*

Denique Epigrammaticum illud:

*Linteae ferret Afro vacuus quem verrula miser,*

*Et supra togulam lufca sederet anus.*

Illustris enim strigilium, linteorumque, ad desquamandum, fricandum, exsaniandum, purgandumque corpus, in balneis usus temporibus illis, haud paulo illustrior futurus tamen Pliniani huius loci commendatione, libro III. Ep. 5. de Plinio avunculo: *Secessu solum balinei tempus studiis exinebatur. Cum dico balinei, de interioribus (id est, quae in secreto sine arbitris fieri solent) loquor. Nam dum destringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dicebat.* Ubi discrete rem utramque sic quasi indice digito designari videmus. *Destringitur enim ad strigilium (unde & etymon nomini) frictionem; tergitur vero ad linteae, & sudariorum post balnea abstersionem referendum.* Adde, fidei causa, ex magni illius Turneb. Adversar. lib. XXVI. cap. o. *Apud Senecam lib. xxii. Epist. 13. elegantissime, Destringere, est sudorem strigilibus siccare & detergere. Ut (inquit) sudorem, quem moverunt potionibus crebris & serventibus, subinde destringant. Et apud Plinium lib. xxxiv. cap. 8. Se destringentem, est Ἀτῶν μ. Ⓞ, qui strigilibus se defricat, & sudorem sordisque deterget.* Et haecenus quidem ille. Nunc ad Gytona invite atque ingratis (quae quidem somnia de nihilo si-

bi fingit Eucolpius) hero suo servientem remigremus denuo: qui utrique utique huic ministerio ab Aescylo (cui etiam pro euleitella erat, omnibus & horis & locis officium faciundo suum) praefectus fuisse à nobis existimatur, quo videlicet lavanti domino praesto esse posset, pleno gutto, (id quod ex Juvenali doctumus supra) hoc est, ampulla, vase olearione, an aquario potius? ad ablucendas infusione sordes; linteis componendis, strigilibusque, ad detergendum delicatissimum sudorem prompte parateque, quum usus posceret, expediendis: simul, uti malas balneariorum furuncolorum finitras vestimentis herilibus (quomodo anus illa Martialis, quam *Cinnana in togula praesidentem* induimus prius) curiosa observatione prohibitum iret ac defensum. Quae tamen omnia, perfidia ejusdem & transfugio maxime, Aescylo contraria, ac praeter omnem expectationem etiam flagitiose, evenerant. Sequitur in Petronio.

*Itaque ut experimentum oculorum caperem, &c.] Eadem loquendi ratione non indelectatus Plinius: sed & Seneca Remed. fortuit. Aegrotos venit tempus, quo experimentum meo caperem. Habes deinceps ex ordine Petroniano:*

*Convertit ille solutum gaudio exitum, & miserere, inquit, frater: ubi arma non sunt, libere loquor] Blanda & amatoria praeteriti metus simulatio. Hoc enim dicit Gyton, se tandem sine cura ac corde libero contra consistere, cominusque & ex propinquo magis Eucolpium compellere audere, quoniam inermem cum ac sine telo obvium oecessisse videt sibi, quem armatum ac districto gladio ferocem pueriliter nimis expaverat antea. Vel referendum certe ad delinimenta illa satisfactionis Gytonicae, quam hoc capite habituri, idque verius puto: cacterum rem vide: *Equidem fator, & prae me fero, quum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi.* Ut significet Gyton, se jam primum denique, remoto armorum metu, atque Aescylo maxime, fidem amoremque suum adversus Eucolpium libere atque ex animo depromere audere scilicet: quem praesente, & (quae ratio maxima) armato Aescylo, nimis hercule praeter animi sui sententiam dissimulare fuerat coactus, seque in fidem ejusce patroni tradere, quem minime voluisset, praesertim fortioris *Delitiae pueri.**

*Relictoque Eumolpo (nam in balneo carmen recitabat) per tenebrosam, &c.] Adverte mirificam observationem decori in homine nimis Poëta, & quem ita lotum recitandi cocoëthes, vel morbus potius, penissime occupatum tenet, ut nullo non & loco & tempore hominum auribus molestias argutiasque, vel ad fastidium usque, ne languorem dicam, versusum suorum praedlectione exhibeat. Quod genus etiam à Flacco urbanissime perstrictum lib. 1. Sat. iv. vers. 73.*

*Non recito cuiquam nisi amicis, idque coactus:  
Nam ubicis, coramve quibuslibet. In medio qui  
Scripta foro recitens, sunt multi, quique lavan-  
tes.*

*Suave locus vocis resonat conclusus; inanes  
Hoc jurat, haud illud quaerentes, num sine  
sensu,*

*Tempore num faciant alieno.*

*Lavantes, inquit, hoc est, in balneo ac circa fo-  
lium sedentibus carmina sua vel ingratiis ad nau-  
seam usque ingerentes, ad exemplum credo Eu-  
molpi Petroniani, cui etiam in vicinia mortis, le-  
thique modo non limine in ipso carmen facere vaca-  
bat, sicuti narrabitur postea: item Ligurini il-  
lius, de quo apud Martialem meum festiva men-  
tio lib. III. Epigram. 44. Eius tibi hic etiam gu-  
stum aliquantum dabo.*

*Et stanti legis, & legis sedenti;*

*Currenti legis, & legis cacanti;*

*In thermas fugio, sonas ad aurem:*

*Pisciniam peto, non licet natare:*

*At coenam propero, tenes euntem:*

*Ad coenam venio, fugas sedentem:*

*Lassus dormio, fuscitas jacentem, &c.*

Vide praeterea, mi Lector, ea, quae ad supe-  
riorem Horatii locum suo in loco adnotavimus.  
Petronius porro:

*Invado pectus amplexibus, & perfusum os lachry-  
mis vultu meo contero.] Quid si vero nobiscum leg-  
gas? contergo, tametii cum recepta lectione faciat  
locus superior, quem retro habes cap. xxiv. de  
uno exoletorum omnium insultillimo Embasicoeta:  
Transituque ad comitem meum (scilicet Afcyltum)  
facto, clunibus eum halsijque distinxit. Nec non ven-  
ustissimus ille Venerum omnium ac leporum pa-  
ter Aristaeetus in Epitolis suis vere Eroticis l.  
I. Ep. cxvi. Τοῖ γὰρ ἐν ἐκὼν κενύσεια τῶ ἔρωτι,  
ἀνέλασέ τε πρὸς ἐκντῆ τοῦ ἀυχίνο, καὶ πείλη εν, ἔτω  
καὶ τῶσαι μαικῶν, ὡς μάλισ ἀποτῶται τὰ χίλη, καὶ  
κατέριψε μὲ τὸ σόια.*

## JANI DOUSÆ NORDOVICIS

P R O

# SATYRICO PETRONII ARBITRI,

V I R I C O N S U L A R I S,

Præcidancorum

LIBER SECUNDUS.

### C A P U T I.

*Draucos, hoc est, grandioris peculii homines, in  
balneis publicis communi pariter lavantium plausu  
exceptari solitos, & Petronii & Martialis iudiciis  
patefactum: eadem alter ejusdem Epigrammaticarii  
locus per causam explicavit. Lucillii versus ten-  
tati; correctusque Arbitr.*



**L**T nuptis & praetextatis verbis u-  
surus hoc capite, veniam hercu-  
le (prudenter simul, ut puto, ac  
pudemer) antea praefabor mihi:  
Socratemque imitatus, in re mol-  
liculo & parum severa, caput ope-  
rire insistam, Arbitri nostri arbi-  
tratu maxime, ita scriptitantis.

Cap. XCII. *Illum autem frequentia ingens circum-  
venit cum plausu & admiratione timidissima, &c.]*  
Afcyltum refert plausu & admiratione secundissima

à favente undique circumstantium corona exce-  
ptum, quos commendata supellestilis ejus bonitas  
ad gravissimum sibi spectaculum (Romane loqui  
me scito) in rem praesentem porro frequentesque  
ac conglobatos exciverat, nemine non votorum  
conceptione tacita, hoc est, timidissimo murmu-  
re (quae illius saeculi mollities fuit) rutabulum  
istiusmodi in postfurnum suum oculis devoranti-  
bus muliebriter exoptante, frustra: quandoquidem  
non nisi in Equestribus sedere solitus Afcyltos,  
omnes porro à se admissarios spernere ac segre-  
gare quam longissime: neque quenquam tanta  
fortuna dignum iudicare, praeter Equitem Ro-  
manum istum, ordinis sui deonestamentum; qui  
eumpse veste dispoliatum, tunicaque & pallio  
circumductum, simulque improbitissima clamoris  
indignatione Gytona flagitantem miseratus, suis  
sibi ipse exuviis nudum destitutum circumdedit;  
atque in penates, imo in cubile transtulit suum;  
credo, ne diutius sine integumento circa balneas

ex-

expalliatu erraret miser, homo Equestri tantum eulcitra dignus, quippe à peculio ac penilibus ita ballice opipareque instructus, ut non cum sui saeculi Draconis modo, sed & cum Hercule illo Goropiano de vasorum luculentitate in ambiguum certamen descendere posset. Atque hinc, veluti de plano, cuius illud jam tandem factum confido, in quam sententiam à Celtibero Poëta scriptum fuerit:

*Aulicis in quo, Flacce, balneo plausum,  
Mithoris illic esse mentulam scito.*

Neque aliunde, quam ex hocce Arbitri loco versuum istorum explicationem commodius peti posse existimo, mire alioqui frigentium. Quanquam quissam adeo in re Antiquaria hospes, obsecro, ut nesciat, Equites illiutmodi festorem pati solitos, hocque morbo usque ad infamiam laborantes. Magis, vel *Sallis* potius domesticis non contentos, emiliarios insuper habuisse, qui impensa mercede ostreos undique, ac bene vasatos conquirent sibi, ad se è vestigio domum perducendos suam; quo videlicet fortuna tam magna soli porro, ac sine aemulo, potirentur. Atque is delectus, etque censio in balineis publicis exigebatur potissimum, ubi loturos omnes, quasi venales, inspicere, palamque ac cominus, & veluti oculato die pretium pro virtute, atque ad mensuram inguinitis (uti apud Iuvenalem est) unicuique facere erat copia. Probo ex Seneca lib. 1. Natural. Quaest. de dicitur nescio quo obscenitatis usque in scenam productae, & per utramque cavernam (id quod Antonius ait) molli confuto. Sic enim inibi; *In omnibus quidem balneis agebat ille delectum, & aperta mensura legebat viros.* Et reliqua, quae sequuntur. Etenim pudet ac piget adscribere. Quod vero subdit Arbitr:

*Habebat enim inguicium pondus tam grande, &c. cum illa Martialis loquutione germanitus consentit, qui ait lib. VII. Epigr. 35.*

*Sed meus, (ut de me taceam) Lecania, servus  
Judaeum nulla sub cute pondus habet.*

Ubi carnam Judaeum pondus dicat, in controversiam vocari posse video. nec quicquam à Domitio auxilii; qui inguina Judaea, id est, circumcisa & aperta, (ut Judaeus est) Erithetum illud ponderis interpretatur. quasi intellexerit Martialis, servum suum Judaicae superstitioni additum; ideoque, quavis ex gentis illius lege praesentis circumcisis, sine scortico tamen subligaculo, multo minus theca aliqua (quam sculam appellabant) abenea munitum palam atque in publico lacari. Seu cum gutto potius, & linteo ad herilem sudorem desfringendum extergendamque, strigitesque (uti docuimus) expediendos domino coram lavanti adstiteri, media etiam parte corporis nuda. Neque enim aliam sententiam ullam commodiorem ex ipsius verbis elicere possum. Ut ut est, *saemnia insanit Domitius, & quidem solens.* Non enim hoc vult Poëta

noster: sed *Judaeum pondus* vocat falsissime partem eam, qua viri sumas, non quidem *testis Saemia circumcisam*, tanquam hominis recutiti, & cui Sabbatarium in morem decorticata fuerit pellicula illa verendorum scilicet; verum glandem potius praeputio suo vi tentiginis resectam, suaque sponte magis, quam Judaicae circumcissionis adminiculo denudatam. unde & vocabuli *Verpae* originatione deducta, & τὸ *Verpus*, nunc contumeliose pro Apella, id est, curto ac recutito Judaeo, nunc vicissim pro eo, cui ἀπὸ τῶν ἀπεψαλλομένων, καὶ ἰσκολομύμων, quasi τοὺς δειρομῶν dicas, usurpatum antiquitus. eadem nimirum ratione, qua apud Catullum Lesbia

*Glubit magnanimos Remi nepotes.*

Quaque Poemum illum Plautinum in Fabula sibi cognomine, inter alia militaria opprobramenta, *Degluptae* quoque *Maenae* cognomento insigniri videmus. Quo etiam *Ψαλδ*: & ἀπεψαλλομένων Aristophanis; tum delicatissimi illi Lucillii versus pertinere iudicandi, à Junio nostro apud Marcellum restituti primitus ad hanc faciem:

*Cum poclo bibo eodem, amplector labra, labellas  
Fidrices compono, hoc est, tum (lego, cum)*

*Ψυλοκοπέμαι.*

Malim tamen, ita ut antea legebatur, priorem partem relinquere, huiusmodi interpunctione scilicet:

*Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis  
Fingers, (forte figens) compono, hoc est, cum  
Ψυλοκοπέμαι.*

Idque haud paulo simplicius ut novissimum *O, τὸ compono* dico, in numerorum dimensione nullum exteratur. Caeterum deinceps, quo loco in Petronio legitur,

*Eaque statim invenit auxilium, nescio quis enim Eques Romanus, ut ajbat. infamis, &c.]* Equus vero homo tam macula, qui hic statim, *ajebat*, rescribendum non videtur: uti subaudiat, vulgo, atque in turba scilicet. Neque enim ad Hellenicum, illum Catullianum apud satis accommodari posse opinor, quo idem in Pnaesii usas dedicatione,

*Ait fuisse navium celerissimus.*

#### CAPUT II.

*Officium Petronio factum in nova, imo vere vetiqua, τὸ Officium enarratione. Vestimentorum in balneis depositorum custodia cuiusmodi hominum fidei delegata antiquitus. Notores eorum quoque in rem cautionis loco dari atque adhiberi solitos. Et generi fulcimentum, fidei causa, à Seneca petatum, atque impetratum: Junii, tum Rhenani conjecturis (tam licet, quam in voce Juratores apud eundem Senecam) in perpetuum porro explosis, atque ejuratis denique.*

*Cap. XCII. At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem, &c.]* *Officiosum* qua notione hoc in loco accipi velit, nec

necdum fatis etiam liquere mihi pronuncio lubens, nisi hillas abs se caecas fortasse significat ei, apud quem, tantisper dum lavatur, vestimenta sua deposuerat Eumolpus. Hoc enim cognomentum, paullo ante Petronii aetatem, primitus impudicus atque inforari solitis inditum qui nescit, is certe Senecae Patris Controversias vel nullus legisse; vel, si oblitus, legisse quasi per nebulam modo, caliginemque mentis potius, quam corporis luminibus infestam habuisse videtur. Loquitur autem de Aterio Declamatore libro carundem controversiarum IV. hisce verbis: *Memini illum (quam Libertinum rem defenderet, cui obiciebatur quod patroni concubinus fuisset) dixisse: Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium. Res in jocos abiit: Non facis mihi officium; & Multum ille, vel hic in officiis versatur. Ex eo impudici, & obsceni aliquandiu Officiosi vocati sunt.* Caeterum hoc verisimile non est: videor-que potius eam in partem assentationem flectere debere, ut *servum Casparium* hic notari exilitem, penes quam erat vestimentorum custodia, eorum videlicet, qui in balneis publicis calida macerabant sese; quo elixi potius, quam assi suaviores existerent scilicet. At hoc ipsum haud sine mercedula, inquit aliquis. Fateor; atque ideo tenuiores notae homines vernam ad pedes, vel vetulam certe aliquam peculiarem secum ductabant: quibus ejus rei cura potissima incumbabat, operam observationis ut darent, ne quis rursus gravior aut propensior, quam advenisset, domum è balneo se receptaret, Corniculæ illius Æsopi-  
caæ in morem, furtivis lavantium plumis haud decore exornatus, fures balnearii ut consuevere, ejus cautionis etiam ex Rudente sua noster commemorat Comicus II. sc. 3.

*Etiam qui it lavatum,*

*In balneas, ibi cum sedulo sua vestimenta servat,  
Tamen surripiuntur, quippe qui, quem illorum  
observet falsus est,*

*Fur facile quem observet vides. custos, qui fur  
sit, nescit.*

Martialis supra:

*Linteæ ferret Apro vacuus quem vernula nuper,*

*Et supra togulam lusea sederet anus.*

Quo magis demiror, Eumolpum istum non Coracem mercenarium suum huic negotio praefuisse. verum is fortasse, quum haec fierent, alio quopiam ablegatus fuerat antea, nisi eum se autem tamen in frigidibus, linteis, atque olei stilla, hero, seu potius conductori suo, subministrandis deditum atque occupatum fuisse, quod non arbitrator, & patet ex sequentibus, Eumolpum solum postea sine assecla aliquo, aut pedissequo, ad hospitium Eucolpii, cui coenulam condixerat, plena se demum nocte recepisse, quoniam ob importunam recitationem de balneo, tanquam de theatro, ejectus fuisset. Unde & no-

bis insuper, quorsum lavatio ista pertinerit, clare ac perspicue dilucet, nimirum ad morem illum tam Graeciensibus, quam Italicis hominibus, frequentatum, quo non nisi munditer prius eloti, ac lixati probe ad coenas itare condidicerant, jam inde ab antiquo. Quod vero addiderat Eumolpus, *nisi notorem dedissem*, nihil potuit festivus: significatque, omnes jam pridem sese surum balneariorum mores experimentis certissimis provisos probe antea atque exploratos habuisse, ac propterea de vestimento suis sollicitum, priusquam caipia exuta *officioso* illi asservanda concederet, cautionem istam consulto adhibuisse, ut *notorem* deposito apponeret suo: hoc est, praesentium aliquem testem, & quidem oculatum ut faceret, qui porro sese postea (siquidem usus veniret) & Eumolpum res suas vindicantem probe cognitum habere assereretur: eidemque, quantum pote, suffragio suo adversus vestirapos omnes, tricones nempe, atque inficiatores lentissimos, in partem praesto foret illico; convinceretque causâ utique liberali, Eumolpi esse spolia, quae Harpax ille balnearius possideret. Hoc adeo genus hominum *Notores* dicebantur. cui rei firmandae *notorem* quoque à me Senecam Philosophum dabo; ita in ludo de morte Claudiana, ex ejusdem conclamati persona Herculis fidem appellantis, jocosè & lepide cavillantem: *Ego te, fortissime Deorum Hercules, speravi mihi adiuturum apud alios; & si quis à me notorem petisset, te sui nominaturus, qui optime nosti.* Quid igitur? vincone jam jam argumentis *notorem* retinendum in Seneca? neque Junium nostrum audiendum, qui Petroniani *notare* delitutus, ac singulari vocabulo non contentus binas ex una nobis dictiones exculpsit, in quas, si in alias ullas, Plautinum illud conveniat penitissime: *nec pes, nec caput.* Sic enim vult legi: *& si qui à me noto rem petisset* &c. Descensurus alioqui (id quod ipse de se fatetur) in multo absurdiorum Rhenani sententiam: & cum eodem quamvis audacter auxilium etiam à Graecis petiturus hujusmodi: *& si quis à nobis petisset*, &c. Nodum in scirpo. Quanquam utriusque Manibus ignoscendo, qui abs se pro *juratores* exigi veteres: quos una cum *notoribus*, quos dixi, ab eodem Senecae ludo exclusissimos fecerunt: *à vobis & juratores* castigationem multo infestissimam, ac parissimam priori illi, quem posuimus modo, à se substituire ausi ad hoc exemplum: *quis unquam ab historico jurato res exegit?* Nec satis, accessit etiam tertius, qui, nescio quo jure (more tamen correctionibus nostris non insolito; qui, si quid ignorant, statim de vicino mutuauerunt) *jure auctores*, in Seneca scriptitandum pronuntiavit, quasi vero *juratores* omni Romanae civitatis jure expertes, imo extra numerum Quiritibus illis fuerint. Vides, Plautinae latinitatis inficitia scriptoribus prius quantum detrahat gratiae: quantum denique

emendandi rationi nova haec, qua vulgo uti confuemus. Hypercritici acuminis insolentia: quicquid auribus nostris minus familiare obijcitur statim extra Romanam decuriam exigentes, quasi aut Barbarum, aut exoletum, ut nunc quidem antiquitati facimus nomina. Neque post advortimus, nobis id ipsis vitium haerere, cuius alios infimulamus: imperitiamque ac sordes nostras causam esse, quo minus munditas illas germanas, ac meras Latinae linguae veneres (quibus architectus Plautus) fugaciter odorari ac perferentescere valeamus. Nam nisi à Plautinae scenae facietis ac festivitatibus homines, quos dixi, manum sic quasi jurati abstinentissent, nunquam aedepol ita madida memoria, adeoque sublesto iudicio fuissent, ut non meminissent *juratores* hosce, pro *juratis testibus* accipi oportere: quos *sacramento adligi* solenne etiam hodie.

## C A P U T III.

*Emaculatus Arbitrator. Idem enarratus. Exhibita veteris libri scriptura. Formosis olim pueris torquarium quoque ministerium ab havis imperitum, ex Petronii, & Martialis auctoritatibus fides facta. Pavoris proprietas excussa. Mendum exlirpatum. Coctores, pro cocis. Mulcare a multare diversum. Confidit, pro confedit repositum. Petronianae metaphorae illustratio à Plauto. Rixa, ex definitione Juvenalis. Unius, alterius loci de Manu scripti codicis sententia restituta. Scrutatores.*

Cap. XCII. *Tanto magis impedit inguina, quam ingenia fricare.*] Elegans in re turpicula *αζ-ετ' αζ-ετ'*, si tamen expedit, pro impedit referatur. Enimvero hocce colliculi genus frictionibus vel ad ruptionis periculum usque grandiri ajunt, qui ferunt eo impensus, siquidem tractatrix accedat. *scin'*, cujusmodi? haud dico amplius.

Cap. XCIII. *Alies Pbasiacis petita Colcbis, Atque Afrae volucres placent palato, Quod non sunt faciles, &c.*

Hoc est, facili, vili, seu minuto pretio parabiles: eodemque plane sensu, quo Horatius ipse de se praedicat, lib. 1. Sat. 11. vers. 119.

----- *Namque parabilem amo Venerem, facillimamque.*

Ex persona pathicissimi Gytonis sequitur.

Cap. XCIV. *Ego, si te non invenissem, periturus per praecipitia fui.*] Ita in Gallicanis Editionibus, at in manuscripto, quod mihi oculis usurpare contigit, *periturus praecipitia fui*, diserte exaratum legere memini jam olim.

*Rudis enim novacula, & in hoc retusa, ut pueris descendibus audaciam tonsoris daret, instruxerat thecam.*] Mollitiam saeculi illius perditissimi considera. Homines enim elegantes haud contenti

olim Catamitis ad pocula, calonibus ad lecticam, forma & patientia conspicuis, ex lubricitate sua ad omne ludibrium ac flagitium impunissime abuti, etiam tonsores insuper in ministeriis, imo in delitiis, habebant, quorum frequentia opera non in tendenda coma, pilisque vellendis modo, aut barba rasitanda, acquandisque simul atque expungendis generis, sed vero & pygiacis sacris cinaedice, ne nefarie dicam, de nocte administrandis utebantur. Caeterum, quoniam *mortalium nemo* (ut in Proverbio est) *artifex nascitur*, antequam artis experimentum caperent collamque novaculae submitterent, stricium, aut per pecuniam attondendi, impuratos istos veteranis tonsoribus in magisterium prius ac disciplinam tradebant; qui eosdem & praeceptis suis, & quotidiano operae ejus usu exercitatos porro, idoneosque in posterum redderent herili occipit radundo. videlicet, ne quid per imperitiam (ut solet) titubarent, *tantum circum tonderent.* Martialis lib. VIII.

*Tonsorem puerum, sed arte talem,*

*Qualis nec Tbalimus (Lipsianam correctionem sequimur) fuit Neroris, (malim Neroni)*

*Drygorum cui contingere barbae, &c.*

Proinde, quam res ea à periculo non abesset, tyrocinium artis acie novacularum retusa auspicabantur, (id cum ex hocce Petronii loco, tum vero ex sequentibus manifesto docemur) quo videlicet audaciores redderentur: nec ad stricium ferramenti mucronem, animo non minus, quam corpore effoeminati (pueriliter, an muliebriter dicam?) de nihilo expavescerent. Unde non incite ex argumento subtexitur porro:

*Itaque nec mercenarius ad raptum ferramentum expaverat, nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam.*] Proprie expaverat. Pavor enim (ut quidem Fronto interpretatur) *puerilis est.* Sic Horatius lib. 1. od. xxvii. vers. 21. de Cleopatra virilis audaciae Herosina differens:

---- *Quae generosus*

*Perire quarens, nec muliebriter*

*Expavit ensim, &c.*

Item Suetonius de muliebris ignaviae Imperatore Claudio, *quosdam insidias temere delatas adeo expavit, ut desonere imperium tentaverit.*

Cap. XCV. *Fit concursus familiae, hostiumque ebriorum frequentia.*] Rescribo, *hostium ebriorum*; commate, copulaque inductis. aberatque eadem etiam à MS. ut *frequentia auferendi casu accipiat.*

*Interim coctores, insulariisque mulcant exclusum.] Coctores, coquos interpretor, ac pro eo hominum genere, qui (ut nosse fabulatur Comicus) non machaera ad legionem, sed vero veru in culina acres bellatores eluunt. Etiam mulcant (unde Muiciburi quoque appellationem derivant Grammatici) significantissime usurpavit: uti idem Comicus saepe, item Livius, Tacitus, denique ipsemet in-*

fra: cap. cxxxiv. *Et harundinem ab ostio rapuit, iterumque nihil respondentem mulceat.* Quod propterea visum est ponere, ne quis verbum istud cum *multare* confundere de comitanti porro sententia inſitat. Habes

Cap. XCVI. *Et ille stens quidem confedit in lecto.* Lectum habebat V. C. unde sit, legendum ut suspicer, sed suspicer tantum, haud certa inquam, verum arbitraria sententia potius: *confedit in lectum*, praeteritum istud verbi perfectum non à *confideo*, verum à *confido* descedens. Idem eodem:

*Injuriamque Eumolpi, advectionemque commendavam, & veluti quodam cibo me replebam.* Saepe est apud Plautum, *istuc mihi cilus est, quod fabulare*. Item: *Qui pro cibo habeas te verberarier, & alia talia*. Sequitur:

*A duobus lecticariis in mediam rixam perfertur.* Proprie, ac signate *rixam* usurpat: siquidem *rixa* est, ex Satyrica illa Juvenalis definitione,

----- *Ubi tu pulsas, ego capulo tantum.*

Quod tamen non ex mea, sed ipsius persona dictum postulo. Nihil enim est tanti. Sequitur subinde:

*Contubernalis mea mihi fastum facit. Ita, si me amas, maledic illum versibus, ut habeat pudorem.* Nota verbum *male dicere*, cum accusandi casu conjunctum. cui respondet *bene dicere*, eidem casui à Tibullo copulatum versu illo:

*Sed bene Messallam sua quisque ad pocula dicat.*

Cap. XCVII. *Intrat stabulum praeco cum serco publico, aliaque sane modica frequentia.* Concinnior sane veteris libri lectio, quae negationem interpositam ostendit, hoc modo: *Aliaque sane non modica frequentia.*

*Extentus infra grabatum scrutantium eluderet rixus.* Huc refer *scrutatorum* nomen apud Tranquillum in Claudio.

*Publicus vero sercus infertans connisuris secures, claustrorum infirmitatem laxavit.* Firmitatem erat in Chirographo, idque haud paulo opportunius ad sententiae concinnitatem facere nobis visum.

#### CAPUT IV.

*De pertica ostiarii, sive harundine soribus praefigi solita, quaedam monetae non protritae. indidemque Propertiani loci obscuritas in partem discussa, atque illustrata.* Ritus bene sternutantibus dicendi, solennem nobis etiamnum hodie, multo vetustiore esse, quam vulgo existimetur: neque abunde, quam à religiosa illa Gentilium consuetudine natum primitus, propagatumque in haec tempora. Ad superstitionibus tam Plinianis, quam Petronianis, testimoniis liquidissime demonstratum.

Cap. XCVIII. *At non servus publicus tam languide agit, sed raptam cauponi harundinem subterbeolum mittit, omniaque etiam foramina parietum scruta-*

*tatur.*] Harundinem ostio appensam affixamque intellige; de qua planius idem infra quoque cap. cxxxiv. *Et harundinem ab ostio rapuit, iterumque nihil respondentem mulceat; ac nisi primo ictu harundo quassata verberantis impetum minuisse, forsitan etiam brachia mea, caputque fregisset.* Ea virga appellatur Senecae, janitoris, sive ostiarii, gestamen lib. 11. de Tranquillitate vitae: *ille pusilli animi est, qui sibi placet, quod hostiario libere respondit, & virgam ejus fregit.* Vide, quae cultissimo Poëtarum Tibullo in Praecidancis nostris imputavimus nuper. Neque aliovorsum Propertianum illud attinere facile ipsus persuaserim mihi, quod libro iv. ex persona Cynthiae defunctae Poëtae amatori objectum legitur:

*Nec crepuit fissa me propter arundine cistos,  
Laesit & objectum tegula curta caput.*

*Dum haec ego jam credenti persuadeo, Gyton, collectione spiritus plenus, continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conversus, salvere Gytona jubet.* Unde disertissime apparet, etiam haec in usa antiquitus fuisse morem, ut *sternutantibus*, si qui in re praesenti forent, bene comprecarentur, ac salutem subinde ingererent, conceptissima illa voti formula dicentes, *Salve*. [adde citata a Brillonio in Formulis ex Apulejo & Epigr. Graecis.] Qui ritus à Paganis ac Gentilibus illis ad nos, qui Christiani eluimus, devolutus, & quasi per continuas successorum manus traditus porro, utque in hunc etiam diem sanctissime simul, ac religiosissime custoditur. Argumento est solenne illud, quò vulgo *sternutantes* afficere consuevimus, bene omniatis verbis vernaculam phrasim usurpantes: *De Heere wil u zegenen.* quasi si Latine dicas: *servet, aut sospitet, te Deus.* quod quid quaeso aliud fuerit, quam *salutatio* ista praecorum: *servari* enim, item *salvere*, germana inter se, ne dicam paene gemella. utranque in Deo positum, salutis omnis ac conservationis auctore. Unde & ab Arnobio verissime juxta, ac augustissime *sospitatoris* cognomento insignitus. Neque vero sublesta illorum fidei fides habenda, qui precationis istius gloriam praecis illis Latinis adimentes, cum in nuperos ac novitios auctores transfulerunt; antiqui moris inscitia maxime, quibus propterea errationem istam, ut caetera quoque, haud gravatim condonamus. tantum pervicaces esse desinant, amentque condiscere aliquando, quod nesciunt, quo in numero etiam Plinianum illud esse comperient, ad hanc ipsam (quam dico) consuetudinem, si quod aliud, accommodatum cumprimis, è lib. xxviii. cap. 11. Histor. Natur. *Cur sternutamentis salutamur? Quod etiam Tiberium Caesarem, tristissimum (ut constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et aliqui nomine quoque consalutare, religiosus putant.* Haëtenus ille. Nec abhorret à vero hujus item religio-



ligionis (ne superstitionis dicam) ceremoniam in sternente Gytone salutando adhibuisse callentissimum sane Eumolpum; eundemque nomine etiam suo caute consultoque ac meditate compellitasse scilicet; & quidem ad hoc exemplum: SALVE GYTON. Quod & ipsum consequi Petroniana narratio aperte ac palam indicare videtur, qua scribitur: *salvere Gytona jubet, &c.*

## C A P U T V.

*Veteris cujusdam medicinae observatio ad praesentis aevi consuetudinem accommodata. Copulae Indulio. Periphrasis zelotypiae. Auxilium Petronio opportune latum: ealemque tam Tibulliano quam Juvenalis loco,*

Per causam, lucis copia facta novae.

*Trium, quatuor mendorum purgatus Arbitrator. Idem variis interpretamentis illustratus. Circumamictus somnio. Iterum emendatus Satyricus noster. Adducere lacinum. Constratum puppis, quid? Fulminatus. Macula, quae Patissioni Editionem insuperaverat, deleta, non sine nebulosioris loci declaratione.*

Cap. XXVIII. *Gyton longe blandior, quam ego, primum araneis oleo maderitulis vulnus, quod in supercilio erat, coartavit.] Araneas, pro textricibus ipsis, cave interpreteris hoc loco: potius est, ut Vescas earundem telas quam vietam aranei vestem indigitat Lucretius Arbitrum intellexisse credamus. Et vero, quum recogito, eandem quoque & nos medicinam vulgo facitare consuevimus, si quando digitalum forte, aliudve quod membrum temere (ut fit) atque imprudenter incidimus nobis.*

*Utinam me solum inibnicus ignis bauriret, & utinam hibernum incaderit mare.] Hibernum placet, prae eo, quod in Parisiensi editione legitur, hiberum, tantum copula inducenda ante secundum, utinam. neque aliter Patissionus.*

Cap. XCIX. *Neque enim in amantium esse potestate furiosam emulationem.] Eleganter amentium potius, quam amantium, zelotypiam hacce circuitione describit, seu potius circumloquitur.*

*Ut scias, inquit Eumolpus, verum esse, quod dicit, ecce etiam osculo iram finio.] Ex prisca amoris post offensumculas (ut solet) integrandi consuetudine. quo idem quoque respecturus postea cap. CIX. Et ne residua in animis etiam post jusjurandum ira remaneret, praeterita abolere osculis placet.*

*Haud mora, omnes confurgimus.] In Rogertiano Codice hac, pro baud, visitabatur. cacterum quum copulam negativam flagitet sententia, labor, ut nec, ex hac, concinnandum hariolet.*

Cap. C. *Unus, & senex non erit gravis: etiam, quum voluerit aliquid sumere, osus anhelitu perdet.]*

Placet legi: *prodet. neque id sine auctore sane, editione inquam Lugdunensi, nec non MS. Codice toties a nobis laudato, quibus etiam sententiae ipsius ratio atipulari videtur cumprimis. Senes enim (ut scimus) asthmatici, hoc est, anhelii. Spiritus autem timide reducendus, tam in reddendo, quam recipiendo anhelitu, illud recipiendo voluit dicere: praesertim si furti res fuerit. Unde de semet cautissime multis magnisque experimentis hac quoque in parte firmus ac prudens cognitus Tibullus noster:*

*Nota Venus furtiva mihi est, ut lenis agatur Spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum.*

Aliter Juvenalis Satyra VI. quum scribit:

- - - Nec queritur, quod

*Et lateri parcas, nec, quantum jussit, anhelos.*

Ibi enim de obstinatione ac perseverantia in re voluptatum est sermo. hic vero de collectione spiritus tantum, quem, nisi intra pulmones penitissimos suspensum retro pertinaciter inhibeas, cum sonitu erumpere necesse sit, teque ipsum manifesta in noxia, veluti foricem, tuopte indicio deprehensum perire.

*Hoc ut infra fiduciam posui, fraudavique animum dissidentem.] Quid si dissidentem scribas? Sequitur:*

*Coepti somnum obruto tunicula capite muniti.] Obruto non placet, & fortasse obrupto legendum, hoc est, velato, obtectoque. antique*

*Ergo me derisit?] Licet sermo abruptus de injuria Eucolpii, tanquam absentis (quippe quem in navi, hoc est, in potestate sua esse nesciebat) apud Tryphaenam cum justissima indignatione conquerentis. Et mox:*

*Et, si quis Deus manibus meis, inquit, Gytona imponeret, quam bene exsulem exciperet!] Scilicet me Tryphaenam: Recte ergo crit, exciperet: nisi si quis acciperet malit, ac Plautum sequi potius. Item mox:*

*Ego praecipue, quasi somnio quodam turbulento circumamictus, diu vocem collegi.] Loquutio vere Poëtica, atque ad exemplum (uti apparet) illius Tibullianae:*

*Et cum te fusco somnus velavit amictu,*

*Vanam nocturnis fallit imaginibus.*

Atque hujuscemodi translationibus efferti fere omnia Poëtarum volamina. Sequitur è vestigio:

*Tremulisque manibus Eumolpi jam in soporem labentis laciniam duxi.] Ambigo de lectionis veritate; eo magis, quod in Editione Lugdunensi asteriscus ad postremam vocem adjectus, & credo reponendum adduxi, id est, verius me attraxi adprehensam laciniam. proprie, ac significanter.*

*Et, Hoc, inquit, placuerat tibi, ut super constratum navis occupavimus secretissimum locum, &c.]*

Sic idem quoque eloquitur antea: *Ejusmodi vox super constratum puppis congemuit.* Videtur autem foros, seu tabulata potius intelligere. Unde *constratae, & coniectae naves* dicitur scilicet.

(E 2)

Cap.

Cap. CI. *Intremui post hoc fulmen attonitus*] Eodem Metaphorae genere usus fuerat & supra: *Fulminatus hac pronuntiatione.* Sequitur deinceps:

*Aliquando, inquam, totum me Fortuna vicisti.] Aliquando, pro tandem: quomodo & Plautus Rudente: Aliquando uolucando, uxor, melius est pau- sam facere.* Item M. Tullius: *Collegi me aliquando.* Compluribus tamen haec duo in unum conjuncta, & quasi inter se conciliata reperias: puta, *tandem aliquando, vel, aliquando tandem.*

*Quae autem hic insidiae sunt? inquit, aut quis nobis Hannibal navigat?]* Emendabis de Lugdunen- sis Editionis sententia: *aut quis nobiscum Hannibal navigat?* Videtur ad Punicam calliditatem Hannibal- is allusum à Petronio: qua veteranus Imperator ille, *omnibus Poenis Poenior*, insidias thesauris suis furtim comparatas uasserrimo commento traditur elusisse, non quidem ex *Harpacum thesaurariorum* manibus elapsus modo, sed vero eos ipsos etiam probe atque ex animi sui sententia ultus oppido. Vitam uide, resque ejusdem gestas ac paratas, apud Plutarchum & AEmilium Probum.

## CAPUT VI.

*Petroniani exempli integratio. Alia explicata.* Crura in orbem pandere, ex *Martiali meo interpretatio.* Quatuor plus minus locorum restitutio, partim ex *chirographa fide*, partim ex *conjectura.* Manus literalis.

Cap. CII. *Practerea illud miror, Eucolpi, tibi non succurrisse, unum nautam stationis peretuae interdiu noctisque jacere in scauba.]* Quis tam stipes, vel plumbeus, qui non uideat referribendum esse? *interdiu noctisque, &c.*

*Nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nul- lum recessu periculum]* Novo more dictum, vel perantiquo potius, pro societate, seu communio- nis periculi mei cum uestro. Cicero: *societas & comitatus alicujus.* Item alibi: *Abstrahere se ex comitatu amplissimorum virorum.* Ibidem mox:

*An tanquam eos, qui sternutare non soleamus, nec stertere? an quia hoc genus furti semel mihi feliciter cessit?]* De sternutamento Gytonis, cuius indicio proditus fuerat Eumolpo, subter grabatum absconditus, diximus antea ad cap. xcviij.

*Age, nunquid & labra possumus tumore teterrimo implere?]* In Chirographo exemplari haec postrema transposita legebantur hunc in morem: *teter- rimo implere tumore?* Et paulo post:

*Nunquid & crura in orbem pandere? nunquid & talos ad terram deducere?]* Poplite divaricatos, cruraque, Lunae dividuae in morem, sic ueluti in cornua extrorsum sinuata intellige, intra *coerun- tibus talis*: vitium Aethiopum genti (ad eos enim

spectat haec oratio) proprium ac genuinum, qui maximam fere partem diversas, seu displicatas ha- bent furas, pravis & vitiosis talis subnixi. quo fit, ut cancos, sive etiam lacertos, in incessu imitari videantur. cujusmodi genus hominum *Val- gos* Plauto indigitatos reperimus. Talem & Phoe- bunc quendam omnibus Poeticis coloribus depic- tum proposuit Epigrammatarius nobis lib. 11.

*Cum sint crura tibi, simulent quae cornua Lu- nae,*

*In Rhythio poterat, Phoebe, lavare pedes.*

*Rhythium* enim uasis genus pandum, incurvum, ac simillimum cornui, unde & à nonnullis *negus*, hoc est, *cornu* uocitatum. Quod quidem Martialis Epigrammatione loco huic explicando uniter uniceque comparatum uidetur.

*Audite, quid timenti succurrerit]* Chirographae membranae manifesto *dementi* repraesentabant: neque aliena merchures ab hoc loco sententia, si quidem ad loquendi rationem popularibus nostris in contumilibus rebus usitatum respicere nos postulemus, qua uulgo dicitare soliti: *Segget, dat bet u een dwaes geseft beeft.* quum tamen di- versum prorsus, & contra quam uerba haec son- ant, intelligi uolumus.

Cap. CIII. *Sequar ego, frontes notans inscriptione solerti, ut uideamini stigmatum esse puniti]* Puto restituum, *stigmatum esse puniti.* neque aliter Cicero, *notis conspunctum*, pro *stigmatico* usurpans. Sequitur exinde:

*Ita eadem literae & suspensionem declinabunt quae- rentium, & uultus umbra supplicii tegent]* Quid si *supplicii* legamus?

*Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus li- teris, & notum fugitivorum Epigrammi per totam faciem liberali manu duxit.]* Epigramma, quod di- cit, reperies infra, inter reliquias eas, quae ex- tra opusculi istius ordinem leguntur in lectissima illa Patissoni Editione, quam uni omnium erudi- tissimo Pithoco memores sane ac grati acceptam sermus meritissimo. Caeterum commonendus Lector, exemplar manuscriptum hoc loco non *liberali*, sed *literali*, diserte ac sine ulla adeo li- tura, repraesentasse. neque aliter sane Petronium scripsisse, animus induci potest. *Literalis* ergo, ut *virginalis*, *verbalis*, alii apud unum Plautum infinita, ad eandem speciem conformata atque composita. Unde & *litteratus*, pro *inscripto*, ac *stigmatoso* apud eundem Comicum, ad quod ipsum Arbitr etiam noster haud dissimulanter alluisse uideri debet.

## CAPUT VII.

*Bini Petronii loci (quorum alter interpunctionis, alter superfluae negationis vitio laborabat) opinione cor- recti.* Facere sibi auspiciam. Plagas imponere cupiam. Mille hominum. Tutelae navalis ex- pia-

piatio. *Invisita Laconicae juventutis ad flagello-  
lorum idus suffrendos fortitudo. Facile, quod  
quisque vult credit. Alterius loci castigatio. Por-  
ticus Herculis, ubi gentium? Aliorum exem-  
plorum collatione Petronianae hyloriae lumen accen-  
sum.*

Cap. CII. *Non dissimulata nauseantis devotio ad  
ordinem tristitiae redimus*] Emendo, Nos *dissi-  
mulata*, mecum faciente sententia, ac receptam  
lectionem contumaciter repudiante. Legitur sub-  
inde.

Cap. CIV. *Udebatur mihi secundum quietem Pria-  
pus dicere: Eucolpium, quem quaeris, scito à me in  
navem tuam esse perductum*] Itatenim haec legenda,  
ac distinguenda: credoque esse verba Licæ fo-  
mnium suum Tryphaenæ ac Eucolpo narrantis.

Cap. CV. *Ego, inquit Eucolpus, hoc jussi; nec  
non eodem futurus navigio auspiciam mihi feci*] Sic  
Horatius:

- - - Cui si vitiosa libido  
Fecerit auspiciam, &c.

*Itaque, ut tutela necis explaretur, placuit quæ-  
dragenas utrisque plagas imponi*] Antiquus & verus  
loquendi modus, quippe à Lucillio, in cuius Fra-  
gmentis hic Senarius invenitur:

*Cui saepe imposui mille plagarum in diem.*

Appone ex Propertio:

*Imponit pæ notam collo.*

*Mille vero plagarum, sic dictum, quomodo mille  
hominum apud Quadrigarium: nec non apud Ho-  
ratium, mille eorum. Vide Agellium libro I.  
Noct. Att. cap. 16.*

*Aggrediuntur nos furentes navitæ cum funibus,  
tentant pæ vilissimo sanguine tutelam placere*] *Vilissi-  
mo sanguine*, id est, servili, & (quod vilis  
etiam) fugitivorum. ut quidem de compacto per-  
belle ab Eucolpo assimulabatur: phrasi & Suetonio  
& Tacito perquam familiari. *Tutelam vero  
navis placare*, est *existare*, quomodo ipsiusmet  
prius interpretatus fuerat modo.

*Et ego quid mi tres plagas Spartana nobilitate con-  
coxi*] Nota enim Spartanorum animi firmitudo ac  
tolerantia in sufferendis plagis: quibus à teneris  
etiam in ore, hoc est, in conspectu parentum  
adsuescæta tantum non occalluerat juventus La-  
cedæmonia. Seneca de Divina Providentia cap.  
14. *Numquid tu invisos esse Lacedæmonis liberos suos  
credis, quorum experiuntur indolem publice verberibus  
admonis?* (al. *admotos*) *Ipsi illos patres adhortantur,  
ut idus flagellorum fortiter perseverant, & laceros ac  
semianimes rogant, perseverent vulnera præbere vul-  
neribus.* Unde merito Horat. Odar. 1.

*Me nec tam patiens Lacedæmon.*

Nec non Martialis noster:

*Vel non caesus adhuc matre iubente Lacon.*

IIabes subinde in Arbitro:

*Defleat aures Tryphaenæ jam sua sponte creden-*

*tes.&c.]* Quemadmodum usu venire solet in rebus,  
quas cupienter nimis, atque avariter obtingere  
nobis desideramus Galla credulitate tumidi. Merito.  
*Quis enim (uti vere à Poëta Hispano scrip-  
tum) aamnet sua vota libenter? Sed & Ovidio:*

*Cui ego non votis blandiar ipse meis?*

*Mixtur nunc aliquis, Ulyxis nutricem post vic-  
simum annum cicatricem invenisse, originis indicem,  
cum bono prudentissimus, &c.]* Non equidem du-  
bito, quin scribendum sit, *judentissimus*. Hoc  
enim Elogio eundem supra quoque honestum fecerat  
Eucolpus, cap. c1. quum diceret: *Licas  
Tarentinus, homo verecundissimus.*

*Volebat Triphaena misereri, quia non totam vo-  
luptatem perdidderat*] *Malim, nondum totam.* Se-  
quitur subinde

*Sed Licas memor adhuc uxoris corruptæ, contu-  
mèlarumque, quas in porticu Herculis acceperat,  
&c.]* Ergo facinora hæc in Urbe, terrarum do-  
mina, patrata ab Eucolpo. Romæ enim por-  
ticus Herculis, quam, aede ejusdem Dei in-  
staurata, Martius Philippus exstruxerat, Augu-  
sti vitricus Unde & Philippi apud Martialem  
titulo insignita libro Epigr. v.

*Vites conjeo Porticum Philippi:*

*Si te viderit Hercules, peristi.*

Cui urbanae iniuriæ altera quoque ab eopse Eucol-  
pio Licæ Tarentino per summam contumè-  
liam illata, sic quasi succedanea, subiungitur pos-  
tea cap. cxiii. *Non dubite redierat in animam \*  
edile, expilatunque libidinose migratione navigium.*  
Quo item referri debere videtur, quod habes  
cap. cxiv. ex persona ipsius Licæ in propinquo  
naufragii articulo suppliciter prolatum: *Et tunc  
(inquit) Eucolpi, succurre periclitantibus, id est,  
vestem illam divinam, sisstramque redde navigio.*  
*Per fidem, miserere, quemadmodum quidem pœ.*  
Ex quibus verbis liquido est conjectare, antea  
item eodem quoque Licæ navigio vectum cum  
Gytone Eucolpium: sed enim utrumque marita-  
nis moribus cum illo ac Tryphaena expertum,  
furtim inde se subduxisse, abacta insuper præ-  
da (cui *sisstram* illud, *vestemque divinam* insuisse  
est verisimile) & compilato per fidem Licæ,  
quasi fugitivos, & quibus in odium bona sua  
venissent. id quod paulo superius iisdem expo-  
bratum à misericordissima foeminarum Tryphae-  
na scilicet. Ait ibidem Licas

*Quod ad me attinet, non sum crudelis, sed ve-  
reor, ne quod miserero patiar*] Superstitiosus hic  
quidem est, vera prædicat. Evenit enim, cu-  
jus metuens fuerat maxime; scilicet, ut in pro-  
fundum, hoc est, in maximam malam crucem  
ipse navigii dominus pessum ac præiceps sine vi-  
atico divorfus abiret miser, piscibus in alto  
(opinor) pabulum præbiturus, captivi contra  
salvi ac superstites in hospitale littus ejecti ex ini-  
mici manibus per tempus sane elaberentur.

## CAPUT VIII.

*Ciceronis locus cum Petroniano collatus. Intervortere pecuniam. Enuclatus Arbitrator, idemque correctus. Pharmacus, pro scelesto. De Tryphaenae damnatione nonnulla. Uti viribus suis. Aterius loci integratio. Pelagiae volucres: Petronius ope Propertiana illustratus.*

Cap. CVII. *Nisi forte putatis, juvenes casu in has plagas incidisse, cum omnis vultor nihil prius quaerat, quam cuius se diligentiae credat.]* Verisimiliter utique ex foelenni navigantium consuetudine. Unde & Cicero Tyroni suo confundet, ut non nisi caute atque explorato itineri committat sese. Quo enim alio spectent, quiesco, cautiones illae toties iteratae? verbi causa, Epist. lib. xvi. *R. liquam est, ut te hoc rogem, & à te petam, ne temere naviges. Sicut nativae festinare quaquam sui causa. Cautus sis, mi Tyro: mare magnum & difficile tibi restat. Si poteris cum Messinio: (cauto is sicut navigare) si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navigatorius moveatur.*

*Si mehercules intercivissent pecuniam vestram, si fidem prodicione laessissent, &c.]* In Manuscriptis membranarum erat, *pecunia*, unde suspicor desiderari, *vos*, aut aliud aliquid, affine huic quod sit, hoc modo: *Si mehercule vos intercivissent pecunia, vestram si fidem prodicione laessissent.* Et tamen, *intervortere* cum accusandi casu in Plauto offendas haud semel, exempli gratia: *Intervortere argentum.* Item *Asinarum* Unde *sumam, quem intervortam?* Nihil ergo immutandum.

*Quaquam quid attinet veritatem per interpretem quaerere?] Scilicet tete, qui, vicem interpretis sustinens, pro deprehensis ac conviciis causam audes dicere, tanquam si ipsi pro semet loqui non possent? Pergit tinnire Licas:*

*Quid dicis tu latro? quae sola salamandra supercilia tua excussit?] Corrigendum, excussit: atque interpretandum ex Plinio, ita libro x. cap. 67. scribente: Salamandrae fante, quae lactea ore vomitur, quaecunque parte corporis humani contacta, toti desuunt pili; idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat. Respexit haud alio sane Epigrammatarium Celtiber:*

*Hoc Salamandra notet, vel saeva novacula nudet,*

*Ut digna speculo fiat imago tuo.*

Subdit deinde cum stomacho Licas iste Petronianus:

*Cui Deo crimen vocisti? Pharmace, responde.] Pharmace, id est, sacrilege, scelesto, piacularis, sacer. Utitur voce ea in Βικιέχθους suis Aristophanes:*

*Καὶ ποιητοῖς κάκποιησάν, εἰς ἅπαντα χροῖ-  
μεθα*

*Ἰσάτοῖς ἀφιγμένοισιν, οἷσιν ἡ πέλεις προτῆ  
Οὐδὲ Φαρμακῶσιν εἰκῆ φροδίας ἐχρήσατ' ἄν.*

Sed & Hipponax ille:

*Βαθονίης ἐν χειμῶνι, καὶ ἐαπίζοντες  
Κράθητι, καὶ σκίλακισιν, ὥστε Φαρμακῶν.*

Sequitur subinde:

Cap. CVIII. *Sed intentans in oculos Tryphaenae manus, iurum me viribus meis clara liberaque voce clamavi, ni abstineret à Gytonae injuria mulier damnata, &c.]* Multata enim exilio Tryphaena: unde & supra lamentata fuerat misera, se non minus, quam *Licam*, grandi injuria vexatam, quippe cuius pudoris dignitas in concione fuisse proferta. idque Eucolpii istius potissimum, tum Gytonis opera ac comitate evenisse, ex argumento ipso posse videor conjectare. Caeterum, quod Tryphaenae interminatur Eucolpius, *viribus suis sese usurum tandem*, ea forma dictum, qua Senecae illud de Divo Augusto apud Pollionem coenitante: *Fuit Caesari sic castigandus amicus; bene usus est viribus suis.*

*Sed contentus amor vires habet, &c.]* Ex persona Tryphaenae, secundum Maronianum illud:

*----- Sine neque injuria formos.*

Quo pertinent & illa cap. c. *Ergo me derisit? & quae sequuntur.*

Cap. CIX. *Alitius exsultans querebat fuscina piscis.]* Probior (meo quidem animo) Lugdunensis editionis scriptura, quae non *piscetorem*, sed *piscet exsultantes* facit, quomodo & Martialis noster.

*Et piscem tremula salientem ducere seta.*

*Fuscinam* vero cum Cicero appellat, quam tridentem Plinius, pro instrumento, quo pisces, aut anguillae confodiuntur. nota etiam nostris hominibus captura, qui hoc genus, *Elgers*, patrio sermone indigitant, terna dentium serie insigne. Et mox:

*Eccae etiam per antennam pelagiae confederant volucres, quas textis arundinibus peritus artifex tetigit.]* Frequens Epithetum istud apud Junium Columellam, etiam *Pelagicus*. Sed & in senariolis illis Publitanis supra cap. lv. an non discretim lectum?

*An ut matrona operata faleris pelagiis, &c.*

Ovidius noster *volucres marinas* appellat. quin imo & Propertius, verum illo in Paetum naufragio praereptum sibi:

*Sed tua nunc volucres astant super ossa marinae.*

Etiam *arundinum* mentionem ex hoc Propertiano explices licebit:

*----- Sed arundine sumta,*

*Faunus plumoso sum Deus aucupio.*

## CAPUT IX.

*Binae ex uno discicho maculae elutae. Callibepha-*

phara. Corymbion. *Conspuluris emendationum cumulus.*

Habes subinde ab Eumolpio capillorum Elegiariorum multo hercule festivissimum: cujus primum distichon hunc in morem typis divulgatum exstat:

Cap. CIX. *Quod solum formae decus est, cecidere capilli;*

*Vernanteque comas tristis abegit biems.*

Ratio perverse nimis, improbeque subducta. Neque enim omne puerilis formae decus in sola positum caesarie. Miror proinde, hoc mendum tanto jam tempore infedisse exemplaria nostra. Itaque tollatur quamprimum, haud quidem mea, verum manus scripti Codicis fiducia maxime, in quo diserte *sumnum*, non *solum* exaratum legatur, sententia aptissima, nec sine quadam ambiguitatis gratia, quae voculae huic subest, quam *praecipuum*, tam *supremum* pariter significanti. Videturque, inquam, ad *capitis posituram* allusum, quae in homine pars summa. Repono etiam deinceps, ab eodem exemplari veluti manu in correctionem inductus:

----- *Tristis adedit biems.*

In illo enim, *adegit*, comparebat planissime, unde nuperi *abegit*; priores, *ademit*, exculperant. Neutrum ad Bacchum. Accessit tamen tertius, qui coniecturam hanc nostram in \* Race-mationes transiit suas, dissimulato, unde acceperat, nomine.

Cap. CX. *Imo supercilia etiam profert de pyxide, sciteque saeturae lineamenta sequuta totam illi formam suam reddidit.* Callistephara designat, quibus supercilia ad ornatum denigrant mulieres interpoles, quod genus medicaminis tetigit etiam Juvenalis in Satyra:

*Ille supercillum malida fuligine tinctum  
Obliqua producit acu.*

Nec non Martialis meus lib. IX.

*Nec tecum facies tua dormiat; imuis illo,  
Quod tibi prelatum est mane, supercilio.*

Denique disertissimus Christiani generis scriptor Tertullianus de habitu muliebri, quo loco de Angelis, qui ad foeminas hominum se penetrarunt, agit: *illi (inquit) proprie & peculiariter foeminae instrumentum istud muliebri gloriae contulerunt, lumina sapillorum, quibus monilia variantur, & medicamenta ex fuco, quibus lanae (forte malae, vel certe genae) colorantur, & illi ipsi nigrum pulverem, quo oculorum exordia producantur.* Sed & ibi fortasse *ciliorum exordia* (nisi cui, *exordia* arrideat potius) ex altero Petronii loco emendandum, quem habes cap. cxxvi. his verbis conceptum: *Supercilia usque ad malorum scripturam currentia, & rursus confusio lumi-*

\* *Palmerium notat in Spicileg.*

*num sine permixta.* Vide Plinium praeterea, non uno in loco *Callistephara* ista sequiori sexui concinnantem. Ait ibidem Arbiter:

*Imo commentator vultus enituit, quia flauorum corymbion erat.] In Codice MS. duabus literulis minus, quam flauorum, referebatur, ad hoc exemplum: Flauer. Unde nos scripturae utriusque lineamenta sequuti totam Gytoni formam suam reddere posse videmur, hac leuicula commutatione, rescribendo scilicet *Glaucum*, nisi forte Germanicae cujusdam gentis nomen reponendum, *Caucorum* puta, aut simile aliquid: unde tanquam a vicis deditique sibi flava potissimum capillamenta petere gaudebant Romani, iuxta illud Nasonis:*

*Jam tibi capillos mittet Germania crines:*

*Culta triumphatae munere gentis eris.*

Qui mos apud Poetas, tum Historicos, ita tritus atque obuius passim, ut in re nota plura nos verba deperdere pudeat pigeatque

Cap. CXI. *Donec ancilla vini certe ab eo odore corrupta, &c.] Ita novissima quidem Editio Lugdunensis autem, incertam habeo. Quae verba insititia videntur. Certe a manuscripto, quo ego usus, aberat utrumque, legebaturque hoc modo, & quidem probillime: Donec ancilla vini odore corrupta. Nisi fors scripserit Arbiter: Vini ad eo odore corrupta. Omissis *et certe*. Quod quasi glossema quoddam fuisse videtur *et ad eo*, a studioso aliquo (opinor) extra lineam ordinem superne collocatum. Unde postea in contextum ipsum ab exscriptoribus relatum denique.*

*[Sunt te jacentis corpus commovere debet, ut vivas.] Quid si? commovere. Admonere enim est in Editione Sequanica. Sequitur:*

*Nemo incitus audit, cum cogitur aut cibum sumere, aut vivere.] Omnia mira sunt, nisi ad illam forte Trogi Pompei sententiam respexerit, quam de Poro Indorum rege hostium potito commemorat nobis abbreviator eius Justinus libro XII. Qui viduum se alio doluit, ut, quum veniam ab hoste accepisset, neque cibum sumere soluerit, neque vulnera curari passus sit: aegreque sic ab eo obtentum, ut vellet vivere.*

Cap. CXII. *Quid diutius morer? ne hanc quidem mulier partem corporis abstulit.] Membranae calamo exaratae: nec hanc quidem, &c. Caeterum non nauci illud; uti nec istud, quod apponam insuper:*

*Ut quisque ex notis ignotisque ad monumentum venisset.] Quo loco liber idem, quisquis, nobis praesentabat, tametsi haud ignorem alterum interdum pro altero, & quidem promiscue, sumi. Videtur &, notis, agnatisque non incommode rescribillari posse.*

*Nec istud, inquit, Dii sinant, ut eodem tempore durum mihi carissimorum hominum funera spectem.] Hominum, in Chiographo non erat. Et credo*

credo ab aliquo Librarium Arbitro condonatum.

[*Istet in cruce[m]*] Vere haec accidisse confirmat Jo. Saresberienfis lib. VIII. *In historiam aut fabulam, quod his verbis refert Petronius, pro libitu appellabis. Ita tamen & ex facto accidisse Ephesi & Flavianus auctor est, mulieremque tradit impietatis suae & sceleris parricidalis & adulterii poenas luisse.* Unde patet supplicium porro de matrona illa publice sumptum, idque ex sententia Liciae Tarentini, quod tamen inditum reliquit Eumolpus iste Petronianus.

Cap. CXIII. *Non dubie redierat in animum \* edile, expilatamque libidinosam migrationem navigium.*] *Moebile* legendum puto; monimus supra, pro *Moechimonio*, ut quidem loquitur Laberius. Ut referatur ad uxorem Liciae corruptam. Qua de re vide retro Cap. cvi. *Ibidem* :

*Sed obliquis trucibusque oculis utrumque spectabam.]* Hinc & Flaccus ;

*Non istlic obliquo oculo mea commoda quisquam  
Limat.*

Item Ovidius,

---- *Obliquo lumine cernit.*

Cap. CXIV. *Et quod omnibus procellis procellisus sic enim & V. C. alii, periculosus) erat, tam spissae repente tenebrae lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret.]* Huic non dissimile Curtianum illud, ex libro Histor. VIII. *Deinde momento temporis repressus est imber. Caeterum adeo spissae intendere se nubes, ut conderent lucem, vixque colloquentium inter ipsos facies noscitareretur.*

## CAPUT X.

*Propertio duobus in locis ex Petronii collatione lumen praclatum. De religiosa triscorum pietate, ut corporibus inhumatis, ac sepulturae honore carentibus, de pulvere glebaque ter injecta gratia à praetereuntibus fieret, religiosissime dissertum. Diactarii magistri. Diactarii. Obscurissimi loci declaratio, alterius etiam correctio. Eumolpus mentem justas habere bonam. Superfluentis pronomini exstirpatio. Verbi cujusdam revocatio de manuscripti Codicis dissensione nata primitus. O mi hospites, sic dictum, quomodo mi dulcis anus, mi fidus. STOS HAEREDES habere. Commoda, quid? Binae maculae fugatae de Petronio.*

Cap. CXIV. De Lica pelagiis fluctibus per tempestatem absorpto : *Et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit, repetitumque infesto gurgite procella circumegit, atque hausit.]* Atque hoc illud est, quod in consimili casu, nobis iteratur à Propertio.

*Tu Paetum, ad Pharios tendentem lintea portus.*

*Obruis infano terque quaterque mari.*

*Aut praeteriens aliquis tralacitiam humanitate lapidabit : aut, quod ultimum est, (ita enim distinguo atque interpungo) iratis etiam fluctibus imprudens arena componet.]* Hoc ex veterum religione, vel superstitione potius; Jurisque adeo Pontificii cautionibus praedicat. Fraudem enim plusquam capitalem, ne piaculum dicam, sibi capiti que suo accersere censebatur, si quis naufrago, seu cadaveri alioqui insepulto, temere sortuitoque (ut sit) in via obiecto sibi, de glebae, seu pulveris injectione, & quidem ter repetita (quam lapidationem hic vocat Arbitr) gratiam facere quasi per contemptum neglexisset. Unde rite etiam Horatius 1 Carm. ex persona naufragi ad nautam praeterehentem :

*At tu nauta, vagae ne parce malignus arenae*

*Ossibus, & capiti inhumato*

*Particulam dare, &c.*

Nec non sub ejusdem Odae exordiam :

*Quamquam festinas, non est mora longa, licebit*

*Injeto ter pulvere curras.*

Jam quod de imprudentis arenae libitinaria opera subjungitur à Petronio, explicat nobis Propertianum illud libri III.

*Reddite corpus humo, postaque in gurgite vi-*

*ta*

*Paetum sponte tua vilis arena tegas.*

Cap. CXV. *Audimus murmur insolitum, & subdiaeta magistri, quasi cupientis exire belluae gemitum. Persequuti igitur jorum invenimus Eumolpum sedentem, membranaeque ingenti versus ingentem.]* Diactam pro caecatione hoc loco, an cubili potius, in quo navicularius, hoc est, navigii magistrus conquiescit, fumere videtur. Unde & diactarii apud Jurisconsultos, qui in navibus custodiae causae praeposuntur. Lege 1. §. 3. ff. Naut. Caup. De belluae porro gemitu nescio quid è Senecae ludo mihi de morte Claudiana videor electasse, & credo Eumolpum significari, alienissimo tum tempore, quippe in ipsa mortis vicinia poetantem : imo & cum mugitu quodam versus suos, naucleri diactae tanquam Musaeo incitum, ridicule ingentem membranae. Idem enim propemodum illic de stupore illo Caesare, oviacula nera, Cordubensis noster Philosophus : *Tum Hercules primo adspectu sane perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra timuerit (lego, domuerit) ut vidit novi generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis, sed qualis esse marinis belluis solet, raucam & implicatam, putavit sibi tertium decimum laborem venisse.* Adjuvat suspicionem nostram haud timide sane quod sequitur, de eodem Eumolpo lepidissime confictum : *Injicio ego pbrenetico manum, jubeoque Gytona accedere, & in terram trahere porcann mugientem.* Siquidem & illic forte pbocam,

an? & porcam rescribendum, ut belluae (quod praecesserat) genitui omni ex parte respondeat.

Extraximus clamantem, jubemusque bonam habere mentem.] Id est, sanam & validam; quasi dicas, ad pristinam sanitatem redire. Sic & supra cap. 111. Et (quod rarissimum est) amas bonam mentem. Nec minus cap. LXXXIV. Nescio quo modo bonae mentis soror est paupertas. cap. LXXXVIII. Ne ne bonam quidem mentem, aut bonam castitatem sentiant. Ubi potremum *ne* bonam puto abundare. Sed & Propert. lib. 111.

Mens vera, si qua Deo est. denique patricia alibi Ovidius.

Aut patrem utique reliquit aliquem, cui proficiens oculos dedit.] Aliquem, uberat à Manuscripto: & sine illo utique per se contrit sententia, ipsa suis poësis opibus, neque proaominis alicuius indiga.

Ubi Deis vota reddentem penatium suorum rubra [spolit] Variare hoc loco ex chirographi codicis auctoritate licet mihi. Namque in eo non *sepelit*, verum *coepit*, memini lectitare. Unde & mihi scripturae hujusce lineamenta quasi vestigiis persequuto visum est emendare *coepit*. Nec tamen (ut ne hoc quoque dissimulem) hac manuscripta deterior cura lectio. Habes ibidem:

At enim fluctibus obruto non contigit sepultura. Tanquam interfit, periturum corpus quae ratio consumat, ignis, an fluctus, an mora. Quicquid fereris, omnia haec eodem ventura sunt. Ferat tamen corpus lacerabunt. Tanquam melius ignis accipiat.] Totam fere hujusce loci sententiam ab Arbitro mutuatus Minut. Felix, quum scribit: Inde videlicet & exserratur rogos, & damnant ignem sequuntur, quasi non omne corpus, etsi si nimis subtrahatur, annis tamen & actibus in terram resolvatur: nec interfit, utrum ferat diripiant, an maria consumant, an humus contegat, an flamma subducatur: quum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, poena est, si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina.

Et Licam quidem rogos inimicis collatus muribus adolebat.] Scilicet meis, qui paullo antea cum eodem inimicitias, & quidem capitales, ingratis utique, nimirum adeo adversus animi mei sententiam, exercere fueram coactus.

Cap. CXVI. O mi (inquit) hyphites, si negotiatores estis, &c.] Mi, singulari pro plurali posito, antiquè, quomodo saepicule Plautus noster, ut vel Cistellaria: Mi homines, mi spectatores, &c. Nec minore insolentia Apulejus neutro genere, & quidem numero singulari, eundem vocativum efferre ausus Apologia prima, in lepidissima illa Platonici Epigrammatis versione:

Astra vides: utinam stam (mi fidus) Olympus,

Ut multis sic e luminibus videam.

Quomodo & foeminino Tibullus lib. 1.

Vix diu, mi dulcis aas, &c.

Quod quidem unj omnium solertissimo castigatori Jos. Scaligero assentior libens. Nam absque illo foret, mi, pro mi à Plauto usurpatum poteram suspicari, virtute contractionis scilicet: sicuti Di quoque pro Dei, seu Dii, monosyllabum pro dissyllabo, scripturatum animadvertimus.

In hac urbe nemo liberos tollit, quia quisquis suos heredes habet, &c.] Notum apud I. C. quid sit, vix narans. Sequitur exinde:

Nec ad foenas, nec ad spectacula admittitur, sed omnibus prohibetur committis.] Scenae, & spectacula, quamam inter se nota distingui possunt, haud sine video: suspicorque non *scenae*, verum *comnas* scripturasse Petronium. eas dico, quas & orbi & locupletibus maxime senibus assidue ingerebant turpifici cupidini captatores, haecreditatis abortiva animis avidis praecipientes, atque inhiantes vulturum in morem. Commodis porro, id est, honoribus atque immunitatibus, pro quibus nos *privilegia* (opinior) diceremus.

Cap. CXVII. Genyque divinationis sibi non displicere confessus est.] Divinationis habebat exemplar Manuscriptum. Unde nos, *divinationis*, extebrare ausi fuimus.

## C A P U T X I.

Largior seu laxior scena. Scema, foeminino genere. Glossa, quod in contextum irresserat, submissum. Pitheocanae consuetudine subscriptum. Familiae, nec non & familiaris, significatio haud sane familiariter accepta. Latinas exemplum. Tribus locis redintegratum Arbitrator.

Cap. CXVII. Utinam quidem sufficeret largior scena, id est, vestis humanior, quae praerberet mendacio fidem.] Ita enim lego, inducis superfluis illis & glossemate, ut apparet, procusis: *eglineatum* latius. Verum tempestas memini quam quondam fuit, quum *scena* reponendum arbitraret, motus cum veterum auctoritate, tum Comici nostri cumprimis, apud quem *scena*, *foemae*, hoc est, genere foeminino prolatum memineram lecturasse. ut Amphitr.

Quod ego huc processu sic cum *scena* velli *scena*.

Pro Vestimenti genere. Nunc Pliniana potius sententiae accedo, Nepotis dico, ita Epist. lib. VII. argumentantis: *Mene, cum surgis ad agendum, non maxime tibi esse a fidiis? tam committata, non dico plurima, sed omnia vestis? utique si laxior scena, & coram diffusus.* Suspicioque de comitatu suo loqui Eumolpium, quem ampliosem, id est, frequentiore, minusque adeo acuti, vinctatum tibi, tum cultius aliquanto exornatam desiderare praedicat sese, ne scilicet similitas divitis domini partes, & quasi Mimicae personam aditare videatur. tamen non ignorem, sumi quo-

que interdum pro loco ipso, ubi quispiam se ostentat, sui que specimen facit. Unde, *in scenam prodire, μεταφορικῶς*. quomodo & ipse Arbiter aliquanto post hoc capite in eodem adhuc argumento versans: *Et ne quid scenae deesse, &c.* Sequitur:

*Non me hercules poenam istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem.*] Ita Editiones, quas correctissimas nobis exhibuit Gallia, pro quo unus atque unicus ille Pithoeus noster, seram, restituit, cui etiam codex chirographus, toties à me ob probitatem laudatus, hac utique in parte assentabatur. Cujus vicem haud in seite mihi supplere videtur posse Graeca dictio, in hunc locum (si qua alia) convenientissima:  $\pi$   $\epsilon$   $\alpha$   $\nu$  inquit, hoc est, *tentamentum*, sive adeo *experimentum*, atque id quod Gallico, *la preuve*, vernaculo sermone, *cer proeve*, perhibere vulgo solemus, facta à gustatu in alienum migratione. Neque aliam sane Pithoei mentem super hocce loco fuisse, persuasum mihi

*Nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiae esse speram, ut possit vel Carthaginem capere.*] Proprie familiam dicit. neque enim alio titulo servae conditionis homines censi antiquitus, nimirum à *famulando*, auctoribus Jētis, & Ulpiano in L. 1. ff. de vr. & vi armata. Unde & *gladiatorum familiae* apud Ciceronem. Cujus rei causam hanc reddit Seneca Epistol. XLVII. *Ne illud quidem videtis, quam omnem incidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis, detraxerint. Dominum, patrem familiae appellaverunt, servos (quod etiam in Mimis adhuc durat) familiares.* Confirmat hoc ipsum Plautus Amphitr. *Advenisse familiares dicit.* Item Epidico; *Quis preperantem me reprehendit pallio?* T. H. *Familiaris.* Denique alibi compluries.

*Sedeat praeterea quotidie ad rationes, tabulasque testamenti omnibus \* renovet.*] Videtur desiderari *horis*, vel aliquid tale ad lacunae explementum. Ibidem:

*Ridebat contumaciam Giton, & singulos strepitus ejus pari clamore prosequabatur.*] Malim clangore: idque Petronianae sententiae haud paullo accommodatius.

Cap. CXVIII. *Neque concipere, aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine literarum inundato.*] Ita quidem rectissime postrema editio, quam in prioribus omnibus inundante antea legeretur. Utitur ea ipsa Metaphora solens Petronius. ut vel paullo prius cap. CI. *Inundatus hac Eumolpus invidia.* Item cap. XXI. *Ino etiam Falerno inundabatur.*

*Caeteri enim, aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut versum timuerunt calcare.*] Scio eujusmodi sententiam ex hocce loquendi genere excoleaverit Turnebus, receptae scripturae vanitate deceptus; quae mihi ipsa via illa, quam & Ho-

merum principem, sequutosque mox Lyricos, ac Romanum Vergilium cum Horatio legitime instituisse vult credi Arbiter, asperior ac petricosior videtur. Quis enim *bonae mentis* ad hunc quidem modum loqui se postulet? *versum calcare?* Non ego: nam, quod ad me attinet, sane nolim. Proinde magna cum fiducia reponendum pronuncio atque edico: *Non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut versum timuerunt calcare.* Idque non mihi, sed vero lectioni manu scriptae, credi, atque acceptum referri cupio.

## CAPUT XII.

*De Lucani coactari sui Pharsalia, ab Arbitro hoc nostro, haud arbitrario, sed certo, censoriae animadversionis praepjudicio notata gravissimae suspitionis conjectura. Iniquissima amorum inter se commissio, sati similitudine parium pactus, quoniam laudis. Inops audacia tuta est, ad consuetudinem quandam Salustianae Historiae sententiam opportunissime trauctum: in eaque enarranda quantum Glareani acies caligaverit, ostensum. Loccum aliquot cum Martialis, tum aliorum festivissima cum Petronianis collatio. Simplex, pro composito: simul peragere, pro perorare positum. Titidem, quot ego, ac tu junus (mi lector) mendae de Petronio jablatae.*

Eodem Cap. CXVIII. *Ercce, lelli civilis ingens opus quiquis attigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur.* Non enim res gestae versibus comprehendendae sunt, quod longe melius Historici faciunt, quam Poetae, &c.] Aut frustra sum ego, aut ad Lucanum Poëtam. notissimum illum civilium belorum compositorem, trahendum hanc digressionem, qui Satyrice ejusdem Pharsaliam perstringit noster: *iniquis* quidem, & quasi ex traverso, verum ita tamen, ut eum ipsum veluti digito indicare videatur. In quo Petronium, quantum à corrupto, & quidem communi aetatis suae iudicio abfuerit, haud obscure est animadvertere, quo tanti acclimatus Lucanus, ut non defuerint illis, sequutisque temporibus, viri doctrinae nomine cum primis celebres, atque in his Papinius, & Martialis, illi conterraneus fere, qui eum & Virgilio (si Diis placet) & Homero ipsi parem facere, ne dicam antepone, haud quaquam dubitavere; qua fiducia sufflatus ipse virtutis suae etiam praeeonium facere, atque in has iniquissimae contentionis inanas erumpere veritus non est:

*Et quantum mihi restat ad Culicem?*

Juvat opinionem hanc nostram censoria illa, quam ibidem praemisera Eumolpus, principum poëtarum commemoratio, non ultra Romanum Vergilium, & curiosam Horatii felicitatem à Petronio extensa. Subdit enim, *caeteros* (Lucanum. ut dixi,



dixi, & totam illam poetarum manum haud dubie designans) aut non vidisse viam, qua iretur ad carmen, aut visam timuisse calcare. Idque mihi oraculi instar; & (si mei arbitrii res fuit) unam mehercule à Petronio Eumolpica Troja: Haolin, aut hanc ipsam potius vere poeticam belli civilis vaticinationem multo mavelim mihi,

Quam vel trecenta Cordubensis illius  
Pharfaliorum vestium volumina.

Quod ipsum & Quintilianus circumspicere considerans, oratoribus, quam poetis potius, hunc Caesariani belli scriptorem censuit adnumerandum. Ut ut est, οὐ γὰρ γινώσκουσι certe Lucanus ac Petronius nosser, indidemque fortasse in contentione studiorum communium aliquanta aemulationis similitas. Utrique enim, imperante crudelissimo Nerone, tum vitae, tum generi similitudine dispares, parem vitae exitum sortiti: sed hic (Arbitrum dico) vertente anno post, C. Suetonio, L. Telephino Coss. quum alter Annacus ille, Silio Nerva, & Attico Vestino Coss. anno, qui praecesserat modo, ab V. C. DCCCXVIII. ejusdem Principis Jesu fatalia Parcarum fata venis ante diem incensis abrapisset scilicet.

Cap. CXIX. In descriptione belli civilis:

Atque Arabum populus sua caelo ceciderat arma

Quis vero mente usque adeo extensa, ut postulis statim emendandum non vident? Et mox:

Perferam ritu, male pulchre, illius arsis,  
Surrigere viros, exjectaque viscera ferro  
In venrem fr gere]

Cujus sententiae acrimoniam in animo habuisse videri potest sanctissimi Martyr Cyprianus lib. Epistol. 11. ad Donatum, de exossi ac cinaclica illa historionum salutatione condignis homine Christiano sermones differens: *Videte contra foedus iugiter nascenti patientiam incestae turpitudinis elaboratam. Exirantur mares: omnis bonos & vigor sexus viriati corporis dedecore emollitur, plusquam (lego plusquam) illis placet, quisquis magis virum in foeminam pregerit.* Stat. de Edicto Domitiani.

Nondum pulcra ducis clementia coeferat ortu  
Intactos servare mares, nec frangere sexum  
Atque hominem mutare nefas, gravisque solos,  
(Legite totos, id est non semiviros, aut mutilatos illa parte qua viri iumas)

Quos genuit, natura videt.

De eadem re quoque pulcherrime Martialis. Sequitur in Petronio.

Atque ut fuga mobilis acci Circumscripta mori  
properantes differat annos, Quirit se natura, nec invenit] Huc spectat capitalis illa legis poena Constantio & Constante auctoribus perlatae, quam Variarum suarum ex Codice ad L. Fuliam de adult. laudat nobis exactissimae eruditionis censor Durant. Casellius, ex veteri quadam membranula nova haec forma à sese interpolatam primitus: Cum vir nubit in foemineam viris porceduram quid

cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quaeritur, nec invenitur? Quum in libris, quantum est, formulariis: ubi amor quaeritur, nec videtur? perperam inibi vulgo profutum extitit. Stat. 11. Silv.

- - - Quis dubio post crimina formae  
De sexu transire jubet.

Quo pertinet illud Juvenalis. Quae fugit a sexu. Legitur ibidem:

Et laxi crimes] Pro quo ego fluxi lubenter re-  
posuerim ad illud Martialis mei accommodandum.

- - - Mollesque flagellans  
Colla comas. - - -

vel certe laxi rescribendum, id est, lixivio (quam Cuslicam, seu Batravam sponum idem poeta appellat) loti atque inbuti crines, verbi causa:

Et mutat Laxi spuma Batava comas.

Nisi si tamen, laxos, pro solutis interpretari malimus.

Inops avilacia tuta est] Sententiam, me hercule, scitam oppido, argutamque, ac brevem, nec minore adeo elegantia à Principe illo Historicorum in consimili paene Caillinariae conjurationis argumento expressam, quaeque enarratam dicto istiusmodi: Nam semper in civitate, quibus opes nullae sunt, bonis invident, malos extollunt, vetera odere, neca exoptant: odio suarum rerum mutari omnia student: turba atque seditionibus sine cura oblitur, quoniam egestas facile habetur sine damno. Quam tamen sententiam haud quaquam suam laudaturus, nisi in luce mra misere caligasse hoc loco Glareani aciem adverterem, qui tam arguae clauisulae intellectum ignotum sibi, ac supra captum esse fateatur suum; nisi post habetur distinctio locus fiat, ac postea mireretur à videtur sine damno. Ridicule, & vere adeo videtur (quod dicitur) in scripto. Habes porro apud Petronium:

Cap. CXX. Tres tulerat Fortuna duces, quibus  
obruit omnes

Armorum strue diversa feralis Enyo.

Crassum Partus habet: Libycos jacet aequore  
Magnus:

Fulius ingratam perfudit sanguine Romam.

Et, quasi non possit tolli: tot (ita v. c.) ferre  
sepulcra,

Dicit cineres] In membranaceo Codice:

Tres deberat Fortuna duces,

liquido referrebat. A reliquorum vero versuum argutia Epigrammatis unius acumen Martialis nosser mutuatus videri potest, quod Magni Pompeji, eiusque filiorum Manibus merito hercule ac lubens à se itaque Musa imputandum censuit hoc exemplo:

Pompejos juvenes Asa atque Europa, sed ipsum

Terra tegit Libyae, si tamen ulla regit.

Quid mirum, toto si fargi, ur orbe? jacere

Uno non poterat tanta vicina loco.

Quid mirum vero? qui vel acutissimum etiam Hemistichium illud ex hoc ipso Poëmate ad alterius item Epigrammatis conclusionem transferipserit sibi:

- - - *Ingenio gula est.*

Alterum praeterea quoddam à D. Hieronymo, in Epist. ad Demetriad. de virginitate servanda, Arbitro, non Martiali, auctori condonatum:

- - - *Non bene olet, qui bene semper olet.*

Quem tamen versum nulla sui parte minutum, aut immutatum, apud Marcialem reperias etiamnum hodie, lib. II. Epigramm. XII.

Cap. CXXI. *Vota mihi cedunt*] Ita Editio Lugdunensis. Ego tamen Parisiensi potius, tum chirographo codici meo subscribendum autumo: in quo, *Vota tibi cedunt*, disertissime legebatur, id est, succedent, evenientque tibi ex sententia, quae voti illi, omnia.

Cap. CXXII. In eodem Poëmate ex persona Caesaris jam dictaturicentis: *Certe mea causa peracta est.*] Hoc est, *peracta*. Quomodo apud Callimachum illum Romanum, *causa peracta est*. *Agere enim, sive orare causas*, germana, imo gemina esse

*Nec pueri ignorant, nisi qui nondum aere lacantur.*

Cap. CXXIII. *Fortior omnibus movit Mavortia signa Caesar, & insolito gressu prior occupat ausus*] Alii, *hausus*, placet: neutrum mihi, verum utuc potius, quod ponam:

- - - *Et insolito gressu prior occupat ausu.*

Sequitur

- - - *Mox sum'nis montibus altis*

*Undabant modo nata, sed haec quoque missa futares.*]

Quo loco alii, *spissa*, legunt: at Rogentis mei Codex calamo exaratus, *missa*, habebat. Unde novissima Editio *missa* nobis concinnasse videtur. Mihi vero, si quis in tanta dissentientium scripturarum varietate conjecturae locus est reliquus, *stare* stat restituere, idque proxime sequentis versus causa maxime, quem in optima illa Parisiensi Editione hac forma conceptum memini reperitare:

*Stabant, & vincita fluctus stupere pruina.*

Cap. CXXIV. *Quid porro tu, Dive, tuis cunctarum in armis*] Apollitrophe Poëtica ad Divum Julium, insecta patriae signa inferre satagentem.

### C A P U T XIII.

*Maculae binae, quae Petronium inquinabant, deletae.* Aterum hujusdem Satyrici locum ad Tibullianae sententiae similitudinem conformatum videri. Libidinem concitare. Obosculari. Turnebicæ opinio assensum. Digiti gubernantes vocem. Conciliare, quid?

Cap. CXXV. *Ceterum ego, est quotidie magis magisque superfluentibus bonis saginatum corpus in-*

*pleveram, putabamque à custodia mei removisse vultum fortunam: tamen saepius tam consuetudinem meam cogitabam, quam causam.*] Non mehercules intelligo (de clausula postrema loquor) nisi porro (mi Lector) negativæ particulae des locum, ante *to tui* collocandae, hocce exemplo scilicet: *Tamen saepius non tam consuetudinem meam cogitabam, quam causam.*

*Totamque fallaciam invidiosa proditione detexerit.*] V. C. *Ambitiosa proditione* in ipso contextu praeferebat planissime.

Cap. CXXVI. *Quia nostri Tenerem tuam, superbiam captas, vendisque amplexus non commodos.*] Referibo, atque interpungo: *Vendisque amplexus, non commodas*, ipsa adeo sententia hanc nobis coniecturam praecedente, quam & Lipsio pariter nostro in mentem venisse gaudeo, gratulorque merito mihi, etiam sequenti insuper ratione corroboratum, hoc, inquam, non inani argumento, quod mox hoc capite ab ea ipsa ancillula amatrice objicitur Polyaeo: *Sive ergo nobis vendis, quod peto, mercator paratus est: sive (quod humanius est) commolas, effice, ut beneficium debeam.*

*Quo incestus tute compositus?*] Quid est, *tute*? Nihil id quidem, atque adeo Petronio indignum, cui porro commodare ut pergam, pro *tute*, arte, de opinione restituere haud gravabor. Habes inibi:

*Vides me? nec auguria novi, nec Mathematicorum coelum curare soleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo; &, cum spatiantem vidi, quid cogites, scio.*] Eadem de se fere Tibullum promittentem operae pretium fuerit auscultare lepidissimis verticalis illis:

*Nec mihi sunt fortes, nec conscia fibra Deorum, Praeclinet eventus nec mihi cantus avis.*

*Ipsa Venus magico religatum brachia nodo Perdecuit multis non sine verberibus.*

Eodem capite,

*Quaedam enim foeminae sordibus calent: nec libidinem concitant, nisi aut servos viderint, aut statorum altius cinctos.*] *Libidinem concitant*, ea forma usurpatum, quo poetarum Deus, Martemque accendere cantu: Martialis vero,

*Inde lego, Musasque cio, Phoebumque laceffo, dictare ausi.*

*Viderint matronae, quae flagellorum vestigia osculantur.*] In MS. exemplari, *obosculantur* visum legere. sic fere dictum, quomodo, *obligurire*, apud Suetonium. Mox:

*Procedentibus deinde longinis jocus, rogavi ancillam, ut in platana produceret dominam. Placuit puellae consilium; itaque collegit altius tunicam, flexitque se in eum daphnosa, qui ambulationi baerebat.*] Ita est in Editione Gallicana, & quidem utraque, in prioribus vero: *ut platea nova duceret lectum haecenus.* Unde fuit tempus, quum, in prata nova, emendandum hariolarer; nunc Turnebi potius sen-

ten-

tentiae accedo, lectionem novissime proeufam auctoritate sua stabilentis, docentisque porro, *Platanona*, item *Daphnona*, nihil aliud quicquam, quam loca platanis, ac lauris confiti significare, Latinae civitatis jure, haud sane repugnantibus Graecis, donata jam olim; & quidem ab antiquo. Addo fidei causa bona à Poëta Celtibero testimonio, ut:

*Exornant pictas qua platanona ferar:*

Item:

*Disposuit daphnona suis Torquatus in hortis.*

Cap. CXXXVII. *Mox digitis gubernantibus vocem, &c.]* Argute, de actione, seu gestulatione digitorum verius, nimium illecebrosa, concinnaque, ac prorsus meretricia, cui non multum ab simile, in dissimili licet argumento, illud Tibulli nostri:

*At postquam fuerant digiti cum voce loquuti.*

Subjungitur deinceps a Circe:

*Si non fastidus, inquit, foeminam ornatum, & hoc primum anno virum expertam, concilio tibi, ó juvenis, jeteris.]* Proprie, *concilio*, in re lenocinii usurpat Petronius. Sed enim & Ovidius, non minus urbane de Tithoni nuptiis apud Auroram expurgans sese:

*Cur ego plestor amans, si vir tibi marcet in armis:*

*Non me nupsisti conciliante seni.*

Unde & *conciliatrix*, pro *adductrice*, id est, lena, seu stupri sequestra (quod genus nos patrio sermone *Koppelerssen* vulgo hodie indigitamus) Plauto, Comiciisque antiquitus frequentia.

#### C A P U T XIV.

*In amoris curiositatem severae serivae habitae quaestiones: productis ejus rei à Plauto, Horatio, Ovidio auctoritatibus. Cultores, pro amatoribus. Duri suspitae fidei locorum respargatio. Item de fascino nominibus.*

Pergit delicias porro Polyæno dicere Circe. Eodem cap. cxvii.

*Habes tu quidem & fratrem: neque enim me piguit incuire.]* Nequiter tunc, atque ex praescripto disciplinae lenoniae, ita in Menaechnis adumbratae à Plauto; ubi, quum herus admirans dixisset:

*Sed miror, qui ille noverit nomen meum.*

Ecce servus non paulo sapientior:

*Anima: herede mirum: (inquit) morem hunc mertrices habent;*

*Ad portum mittunt servolos, ancillulas:*

*Si qua peregrina navis in portum advenit,*

*Rogant, cujus sit, quid ei nomen fiet.*

*Post illas (scribo, post illa) extemplo se adplicant, agglutinant.*

*Si pellexerunt, perditum amittunt domum.*

Quo etiam applicare possis Ovidianum illud, ex Helenes persona benignius sane, quam necesse fuerat probae, ad captiosissima Paradis blandimenta rescriptum:

*Nec tamen ipse negas, & nobis omnia de te*

*Quaerere, si nescis, maxima cura fuit.*

Ain verò, mi Helena? tantumne à re domestica operae otiique fuisse tibi, ut oblita pudicitiae tuae matronalis, ac Genialis thori immemor, res omnes relictas habuisse fatearis, prae istorum facinorum cognitione, quae Paris juveniliter per antea vitam bene, ac sequius, turpiter certe ac libidinosè, patrata designavit? cui bono autem? quidve curatio isthaec ad Menelai conjugem, de Barbaro & alieno adolescentulo ita anxie esse inquisitum singula? quo, nisi ut per literas quoque interpretes turptudinem ipsa denudes tuam? tibi-que invicem res amationisque Hienfis hospitis curae atque adeo sollicitudini haud minori, quam illi tuas, fuisse tuopte manifesta indicio ostendas, utque ex infans infaniorum Alexandrum tum concinnes scilicet, quem sic tu amas, quemadmodum ille te vult, cujusque adeo pulcritudinis propius ac penitus percognoscenda multo cupienter videris, quam puellae Horatianae Barri illius formosi, quem lib. Sermon. 1. Sat. vi. à Satyrico illo hujuscemodi coloribus depictum habemus:

*Ut, si qui aegrotet, quo morbo Barrus, laberis*

*Et cujuscumque formosus, eat quaecumque, puellis*

*Injiciat curam quarrendi singula, quali*

*Sit facie, sava quali, pede, dente, capillo,*

*&c.*

*Imo, inquam, ego per formam tuam te rogo, ne fastidias hominum peregrinum inter cultores admittere.]*

Nota cultores pro amantibus positos, translatione vireunda, à qua haud longe sane abudere videtur, quod nos, servile hoc hominum genus Gallico sermone designare volentes, pro *amatorculis*, *sercos* vel *famulos* perhibere consuemus. sicuti & puellas quoque in delitiis habitas, non quidem *amicas*, sed *dominas* eadem ratione vulgo appellitamus, loquendi forma (credo) ab ipsis utique Latinis accersita. Sed enim hic non ad culturam, quae reges, dominoque, id est, potentiores amicos sequi fere, & quiti comitari solita, verum potius ad nescio quam religionis speciem, Numinum magis, quam hominum venerationi debitum (quae *cultus* nomine proprie ac signate Romanis exprimitur) vocabuli hujus virtus referenda, cujus Metaphorae continuandae porro, *religiosam* etiam *amationem*, & nescio quid de templo insuper subiungit Polyænus, neque id adeo injuria: quippe qui & *deae*, & *reginae*, non solum *dominae*, titulo maectam, augustaque factam Circen adveneraturus postea.

*Quidni, inquit illa, donas eum mihi, sine quo non potes vivere, ex cujus osculo pendes, quem sic tu amas, quemadmodam ego te volo?]* Delitiae meretricis.

cis. Sed videtur emendandum: *Quid? inquit illa, donas eum mihi, &c.* Neque aliter sane fuerat in manuscripto, nisi quod, *avri &, cum mihi, mihi illum*, transpositum inibi legebatur. Quid? quod *dones* potius, quam *donas*, rescribendum videtur? si tritam lectionem retinere porro mordicusque defenditare velimus. In eodem exemplari eodem capite hujuscemodi visitabatur scriptura:

*Non sum quidem solis progenies, nec mea mater, dum placuit, labentis mundi cursum detinuit.* Quae placet, utique prae ea, quae existat in impressis omnibus, *dum placet*, impensius etiam placitura, siquidem, *cum placuit*, rescribatur: hoc est, quotiescunque matri meae aut visum, aut complacitum fuit, ad exemplum (opinor) Tibulliani illius in materia huic prorsus parissima:

*Cum libet, haec tristi depellit nubila coelo:*

*Cum libet, aethero provocat orbe nives.*

Denique Ovidii quoque ex libro Amorum I.

*Quum voluit, toto glomerantur nulla coelo,*

*Quum voluit, puro fulget in orbe dies.*

*Sume ergo amplexum, si placet: neque est, quod curiosum aliquem extimescas: longe ob hoc loco frater est.* De hac ridicularia veterum superstitione, qua nimiae felicitatis successum, certumque ac praefinitum bonarum rerum numerum *fascinio* obnoxium opinabantur, consulendus aevi nostri Phoenix Jos. Scaliger, ad votum illud batiacurientis Catulli:

*Tan in bafia m'ita bafiare*

*Vesano satis & super Catullo est,*

*Quae nec pervincere curiosi*

*Possint, aut mala fascinare lingua.*

## CAPUT XV.

*Loca non pauca de opinione correcte, plura interpretata. Quasillariae. Immoderata muliebri libidinis intemperantia, ne dicam importunitas, in Tribunatam quasi verberalem erumpere denique, atque in infantis famulitii terga languorem siculae maritalis expiare solita antiquitus, ne quis nunc censeat. Frons contrita.*

Cap. CXXVIII. Ex persona Polyaei, *militis quidem pransi parati*, sed nec arma, nec rem (ubi re cum primis opus) habentis in mundo: *Lorum*, quod dicitur, *in aqua, &c.*

*Perfusus ego rubore manifesto, etiam si quid habueram virium perdidit, totoque corpore velut laxato, &c.* Eundem languoremne, an *paralyfim* dicam, sibi in Corinna quoque alias obvenisse tota Elegia v. libri Amorum III. secum post irritas minas lamentatur Ovidius:

*Huc pudor accessit, facti pudor ipse nocebat,*

*Ille fuit vitii causa si cuncta mei.*

Etiam de *veneficio*, & caeteris, quae sequuntur, eandem Nafonis Elegiam consulas licebit. Ea enim, quanta est, haud alio sane, quam ad haec Arbitri explicanda, nata mihi prorsus, ac composita videtur.

*Rapuit deinde tacenti speculum, & postquam omnes vultus tentavit, quos solet inter amantes risus frangere.* Risus, huic loco quid faciat, nobis necdum in mentem venire potuit; itaque mihi quoque *omnes vultus tentanti*, *risus* tandem visum est emendare, pro eo, quod supra scilicet *furtivam molitionem* appellitaveat, interpretandum. Sequitur porro:

*Excussit vexatam solo vestem, &c.* *Vexatam*, inquit, quod nos opinor, *gekraecht*, dicere mus; scilicet superiori illa in gramine volutacione, malo atro, Deaque Perfica non favente, hoc est, sine *robustae* adeo *voluptatis* effectu, praeter speciem, aetatem, atque utriusque sententiam denique, cum Polyaeo amatore suo tentata, sive inchoata potius, quam ad *patratum* perducia. Et mox:

*Ego contra damnatus, & quasi quodam visu in horrorem peravidus, &c.* Quid, si hoc potius est, ut *viso* reponatur, pro *spedro*, & quasi somnio quodam turbulento? proinde ut idem loquutus supra cap. c. *Vix*, certe, pro *insomniis* poni quis neicit, qui Musaeus fores vel primis digitis impulerit modo?

Cap. CXXIX. In Epistola illa multo urbanitatis tale cumulatiflima: *Narrabo tibi, adolescens, paralyfim cave. Nunquam ego aegrum tam magno periculo vidi* Eadem loquutionis forma usus quoque ad Ciceronem suum M. Caelius, de absoluto Messala scribens: *Itaque relictus lege Licinia, majore esse periculo videtur.*

Cap. CXXXII. *Nec contenta mulier tam gravi injuria mea, convocat omnes quasillarias, sanctissimaeque sordidissimam castem, ac me constui jubet.* Ita est in Editione Lugdunensi; in Lutetiana vero, *quasillarias*: unde nos, *quasillarias*, extricaveramus jam antea: hoc est, genus ancillarum omnium spurcissimum ac despicatissimum: quas *robustum* ad *coctem* detrusas, ubique herilibus pensis in perpetuum damnatas, interpretabamur ex Plauto, Tibullo, Propertio, Ovidio, Juvenali denique; unde & *codicariarum* cognomen to insignitae antiquitus. Haecenus haec scripseramus, quum ecce potiorum ejusdem item sententiae fundum nobilissimum Jos. Scaligerum esse percipimus denique, qui ad locum illum Albanum,

*Sit tibi cura tegae potior, pressumque quasillo Scortum, &c.*

hoc ipsum Petronii exemplum, (quod inani strepitu aures Turnebi verberaverat jam olim) ita ut nos emendavimus, Lectori potior arripendum

endum reliquit. [Hoc etiam, ut alia pleraque, à nobis mutuatus Mellerus Spic. p. 774. qui quillarias easdem quae codicariae. intelligens credo illud Juvenal.

*Horrida quale fuit residens in codice pellex.]*

Referibo deinceps :

*Oppono ego manus oculis meis, multisque precibus effusus, quæ sciebam quid meruissem, verberibus spiritisque extra januam eiectus sum.]* Male enim in omnibus Editionibus nullisque precibus hodie eum comparet: nostraque correctio ista, non audacis ingenii curiositatem, sed vero chirographum optimae & notae & fidei, Rogertinum inquam codicem, auctorem habet. Pergit narrare porro :

*Ejicitur & Proselenos, Chrysis vapulat, totaque familia tristis inter se missat, quærisque, quis dominae bilaritatem confuderit \*.]* Ridicula; sed tamen ex ejus saeculi consuetudine stolatis pariter ac togatis mulieribus recepta: quae libidine indomita, atque inexstincta, ad furorem usque prurientes, nihil pejus adeo deteriusque metuebant sibi, quam ne vir suus, vel adulter utique haud paullo virilior, vidua pudicaeque contentus nocte, fundum familiarem, hoc est, officium suum, colere negligens parensque existeret :

*Neu tenuem tevens rivalis aranea telam*

*Deserto in Veneris hortulo opus faceret.*

Ideoque (quae illius temporis insolentia fuit) quoties evenisset forte, ut admittarius suus virum se esse quodammodo quasi oblitus videretur, parte illa corporis funerata scilicet, quam potissimum in nobis foeminae appetunt sibi, reliquum erat, ut in fervorum ancillarumque infantium gregem herilis expeteret culpa: hoc est, ut *caudicariae* omnes cum librariis, ac ornatricibus, caeteraque familiae pars multo sordidissima, piaculares ob alienam ignaviam sicerent: utque tot ministeriorum infelicitum terga capitis unius lenitudini, haud secus utique quam faecidanea, subderentur. Cui disciplinae etiam lux foeneranda à Juvenali meo, hanc ipsam matronarum impotentiam, atque insatietatem, ad hoc exemplum S. tyrice castiganti, *cessione* dico, non *bulua*, sed *papyrina*, ut vides :

*Et opera pretium penitus cognoscere, toto*

*Quid faciant, agitentque aie; si nocte maritus*

*Aversus jacuit, periit libraria; ponunt*

*Cosinetar tunicas; tarde venisse Liburnus*

*Dicitur, & poenas alieni pendere somni*

*Cogitur; hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,*

*Et scutica; sunt, quae tortoribus annua praestant.*

*Verberat, atque obiter faciem linat, audit amicas,*

*Aut latuam pictae vestis considerat aurum :*

*Et caedens longi relegit transversa diurni,*  
*Et caedit, donec lassus caedentibus, Exi,*  
*Latonet horrendum. jam cognitione peracta, &c.*  
*Itaque penjatis vicibus animosior verberum notas*  
*arte contexi, &c.]* *Vibicibus*, edendum esse tam scio, quam me amare Petronium.

*Quid me spectatis, constricta fronte Catones?]* Id est, adducta, seu contracta, & quasi caperata fronte. Usus eodem loquendi genere & Martialis, libro decimo :

*Et numerat nostros adstricta fronte tridentes.*

Nec minus Propertius libro Elegiarum II.

*Differet haec nunquam, nec posset garrula, quae te*

*Altrictus plorete saepe dedisse pater.*

Adde huc *adductus*, ex Cornelio Tacito, pro severo, tetricoque, ac supercilioso, cuiusque frons semper adeo matutina, id est, striata, seu corrugata Catonianam quandam, ac plusquam censoriam praeserat gravitatem. Quaerit in eodem Epigrammatico Arbitrator noster :

*Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit?*

*Quis vetat in tepido membra calere thoro?]*

Ita repono, itaque reposui jam olim, antequam certe \* Picurius nescio quis hac ipsa, quam quidem à me acceptaverat, conjectura Racemationes porro suae auctiores facere institisset. Sequitur.

*Ipse pater veri doctus Epicurus in arte*

*Fussit, & hoc vitam dixit habere telor.]*

Perpera haec Sequanicae Editionis scriptura, quam ex Lugdunensi partim, partim ex ingeniosis cum meis, tum alienis suspitionibus, ita porro me praecunte, in pristinum honorem restitutus licet :

*Ipse pater veri doctus Epicurus amare*

*Fussit, & hanc vitam dixit habere Deos.*

Qua lectione nihil verius, nihil adeo argutius. Scias, è Petroniana officina profectum bonum pedem ad nos porro Gallo-Belgas attulisse.

\* P. Victorius.

## C A P U T XVI.

Fidei tutamen *appositum*. Volenti neque vim, neque ullam injuriam fieri. Res attritae. Culina mortualis, sive bulluaria. *Locorum alia explanata, alia resista, ad incudem dico Petronianam. De clavo numerali, annorum indice, prisca quaelam, ac monetae Romanae. Fortuitum, gratuitum, pituita denique, penultima producta enunciari debere: ideoque haec, aliaque talia trisyllaba fieri, quoties in Hexametris occurrant. Tegilli Plautini consideratio.*

Cap. CXXXIII. *Hac declamatione Gytona voco, & Narra mihi, inquam, frater, sed tua fide, &c.]* Quid vero est? tua fide Apage tam frigidum schema à Petronianis facietis, & quidem quam longissime. nihil enim indignius. Mihi certe dubium non est, quin pro tua, tuta fide, debeat emendari, hoc est, quae ex sese nihil incommodi tibi, unaque adeo existimationi, in posterum sit paritura, quippe arcano dicturo, atque ei, qui culpis tuis & veniam simul & silentium praestare condiderit solens.

*Tetigit puer oculos suos, conceptissimisque verbis juravit, sibi ab Aesclyo nullam vim factam.]* Nihil hoc mirum: quippe cupienti omnia Gytoni facta, neque quicquam adeo grave, vel praeter animi sui sententiam passus. Sic supra idem de Jove; cap. LXXXIII. *Et peccaturus in terris nemini tamen injuriam fecit.* Festive: atque ex opinione nostris etiamnum Jctis celebrata, qui, volenti nullam fieri injuriam, serio nobis ac severo vultu asseverant. Habes eodem capite:

----- *Sed inops, & rebus egenis*  
*Attritus, factinus non toto corpore facti.]*

Lego:

----- *Et rebus egenus*  
*Attritus, &c.*

Phrasi Poëtis omnibus usitatissima: item Livio Historico, qui *attritus opes* sibi dictitasse invenitur: quomodo & ipse Petronius antea cap. cxvi. *Tost attritas belis frequentibus opes, &c.* Et tamen recepta lectio vel Plauti auctoritate defendi posse videtur, qui *res dubias, egenas*, conjunxit non semel. Denique quid vetat Arbitrum nostrum obscenitatis (ut solet) latebram sub honestissimae translationis sparrio quaesivisse?

Cap. CXXXIV. *Quid vos, inquit, in cellam meam, tanquam ante recens bustum venistis?] Culnam* his verbis circumscribere videtur, unde & *inquilini* etymon deductam. Ita enim *loca quaedam sub Urbe inopium funeribus destinata, ubi ferales, sive sepulchrales epulas comburi mos erat, antiquitus indigata*, ex Festo, & Aggeno Urbico docuit nos omnium doctissimus Jos. Scaliger. Quasi innuat Enothea, Eucolpion, & Proselonon ex hac esuritorum nota esse, *quos cibos è flamma petere posse*, urbane sane cavillatur Terentius: hoc est (ut Catulli quoque interpretatione in rem Petronii utamur) *in sepulchretis, tubercinandi causa, quamvis semiraso ulore prohibente, ipso carpere e rogo coenam.*

*Et ne putetis perplexo agere, rogo, ut adolescentulus mecum nocte dormiat, nisi illud tam rigidum reddidero, quam cornu]* Eadem similitudine in Fauni quoque Satyriatino usas Ovid. ubi narrat:

*Et timidum cornu curius invenit erat.*

Verum hujusmodi commentanti venia praefanda

fuerat prius, caputque Socratico exemplo operiendum.

----- *His ego callens*

*Artibus Idaeo frutices in gurgite sistam,*  
*Et rursus fluvios in summo vertice ponam.]*

Ita Editio Parisiensis, malim tamen cum Lugdunensi, *latices*, in *fruticum* locum reponere; tum *Aegaeo* potius quam *Idaeo* legere, ex conjectura. Male est ibidem in Editione postrema:

Cap. CXXXV. *Ergo exclamavit, ô Enothea, imperio parete.]* Revocanda enim priorum Editionum scriptura, quae, *imperio para te*, liquido nobis antea repraesentabat.

*Non Indum fulgeat ebur, quod inhaeserat auro.]* Fallor? an ad Horatianum illud spectavit Arbitri libri Carm. II.

*Non ebur, neque aureum*

*Mea veniet in domo lacunar, &c.*

*Et paries circa palea satiatius inani,*  
*Fortuitoque luto: clavus numerabat agrestis.]*

*Clavos* proculdubio emendandum, distinguendumque hoc modo:

*Fortuitoque luto clavos numerabat agrestes.*

Ut de *clavis* annalibus loquatur, qui pangebantur, id est, figebantur in parietibus sacrarum aedium, per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum; qua de re Festum, qui volet, adito, in dictione *Clavus annalis*. Adde ex Livii lib. vii. *Fulsius quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nurtiae Etruscae Deae diligens talium morum aetorum auctor Clavius adfirmat* Plura darem, istius nisi quantula conjecturae gloriola est, alio nuper migrasse viderem: opera inquam, & comitate hominum eorum, qui adversariis nostris per fidem inspectis, partem horumdem diutius sub signo esse, atque intra Vestae penetralia

*Terjari aequo animo non potuere pati;*

credo, ne parum in largiendo prothymi, parumve munifici viderentur, de alieno praefertim; nam quanti id refert? modo Lectori constet, *omnia inter amicos communia esse debere*, jure familiaritatis maxime: quo quidem hoc genus, vel ad plagiorum usque infamiam, illiberalissime abusi. Quod superest, illud indictum nobis abire non debet, *fortuito*, hoc loco trium in se syllabarum numerum habere, non quatuor: quomodo & *pituita*, apud Horatium. Fallunt enim, atque adeo falluntur ipsimet, qui verbum illud, quotiescunque auferendi casu positum occurrit, aut ex Ionico minore, aut ex Choriambico constare sic quasi pro comperto confessoque (ut, contra si quis sentiat, nil sentiat) persuasum habent sibi: priorem quidem syllabam pro verificantis arbitrio communem, tertiam vero ubique brevem facientes, sola (sicuti appa-

ret) pronuntiatione seducti, qua nos hodie sane grave nimis ac praeposere uti, omnium Poëtarum testimonio convincimur: in verbis praefertim hoc exemplo formati, *gratutum, fortutum*, alitque talibus: quae omnia tertiis syllabis correptis publica exprimit contactu, quum ex traverfo tamen debeant produci. Indicio fuerit hoc ipsum, quod inter Petronianos Hexametros laudavimus modo, clarius vero Horatianum illud ex II. Carminum Oda xv.

*Nec fortutum jure cepitum*

*Lages sinebant, &c.*

Sequitur verit interfecto:

*Praeterea, quae jamjam suspensa tiglio*

*Confercabat opes humilis egi, mita forba*

*Inter odoratas pendebant t. (ta coronas.)*

Pithoecae Editionis scripturam vides: in qua nihil desideres utique, nisi forte singularis litterae suppositionem in pro vocabulo *qua*, E. scilicet in S. commutata, ad hanc faciem:

*Præterea quae jamjam suspensa tiglio*

*Confercabat opes humilis egi, &c.*

Ut mita forba, & ceteros, quae mox sequuntur, *tychras, utamque non nisi passis naenis, p. riter inter odoratas pendebant t. (ta coronas)*, appositione decentissima appellet *opes turgenti illius imperii*: quas ego sane tibi quidem oprio utilisque eveniat mihi adipatis regum epulis, omnique Persico apparatu recivim commutare.

*Sat. 6, beatus uticis Cameris.*

Atque ita, *hominis casti hla jamjam suspensa tiglio* aptissime congruit: eademque Plauto meo opera commodabitur, ita in Aulularia arguanti:

*Quin Divum atque hominum clamant continuo fidem,*

*De suo tiglio fumus si qua exit foras.*

Qui quidem totus super triparca Euclionis avaritia, inter coquos, servumque Megadori, ceditur sermo. Plura enim hic à nobis eam in rem exspectes, cave, hoc unum didicisse contentus, *tigillum* istud haud aliunde quam à *tigno* formatum, quasi tu *diminutivum* dicas: quod ego pro *translillo*, hoc est, longurio transverso; unde la rdum, tomacula, fucidas, alia id genus ad diuturnitatem usus in carnario salter suspendere solemus, lubentissime hercule interpretarer, si tamen illiusmodi annonae, aut apud sordidissimum Euclionem, aut in prisci illius saeculi consuetudine locum omnino ullum faciendum existimarem. Tibullus quidem pro *transverjaris*, aut *pericis*, quibus ex more, peccinata villarum pergularumque cubuina inniti, falciri, & quasi suffunderi solent, *tigilla* accepisse videtur, quum de primis illis ruiticis, ac Saturniis architectonibus praedicat:

*Illi compositis primis docuere tigillis*

*Exiguam viridi fronde aperire domum.*

Catullus vero pro Hyperthyro, cui generi li-

*minis superi* nomen inditum à Plauto; verbi causa

*Dixerit hic aliquis: qui tu isthaec, Janua, mihi?*

*Cui nunquam domini limine abesse licet,  
Nec posulum auscultare, sed huic suffixa tiglio*

*Tantum aperire soles, aut aperire domum.*

Quocirca non etiam defuturos arbitror, qui *tegnum* in Plauto conscribendam pronuntiabunt, pro *tecli genere exiguere*, uti apud Varroem explicat nobis Marcellus: quem sumpsit hoc verbum in mente habuisse, suspicari quid vetat? quum alterum illud, *ligulum* in quam suum, pro *tugurulo*, ac *domicilio brevior*, perperam nobis suppositum ire ausus.

C A P U T XVII.

*Locorum aliquot obscuriorum illustratio.* Libare limen, *Attico quoque Arge*, hanc patrocinio deserviam. Penso, pro Pensatione. *Anser*, Priapi pariter, ac matronarum delicias. Ejus rei aliqua rationum verisimilitudo quaesita, relataque ad verecundiae notam scilicet, qua praes caeteris hoc pemipotentum genus vulgo *insidiatum* nobis encinnat Pinius. *Aditum praeterea de consoria civitas anserini locatione, eidem animanti omnium sacerrimo OB MERITUM, ac Censitoli defensionem, antiquitus decreti praetiquae ex publico.*

Cap. CXXXVI. Jam reliqui (sc. anseres) recolutam, passimque per totam effusam favinentum, collegant fabam, &c.] *Esquam* mensae eversione scilicet: cui, oblitus anilium edictionum, purgandique leguminis cura ad tempus posita, (haud quidem pracliandi studio, neque quo pugnacissimo animali ullum capitis periculum crearet, sed ut semitipsum potius, tam folliculum suum, à rabioso impetu, ferratilique trigae illius anserinae moribus fartam totam praetaret) pedem, opinor, tertium extorserit Polyaeus, ita ut de *tripede*, jam *lipsis* reddita videretur, ad exemplum illud Martialis mei:

*Ibat tripes grabatus, & lipes meus.*

*Veterem consulam* illam dico, quam, Enothecae Sacerdotis opera maxime, binis etiam carbonibus impletam, postquamque heridici causa in medio item alteri, habuimus supra cap. praecedenti. Ex quorum singulorum pariter consideratione planum de contrageo omnibus jam concinnatum opinor locum in sine huius capitis, ubi Enotheca denuo in cellam suam reversa, *quidnam se absente de faba factum sit*, scitari pergit ex Polyaeo, *fabu*, inquam, cui us nec volam adeo, nec vestigium ullum reliquum inibi nota-

bat sibi; neque mirum; ut quae è sacra mensa illa (quam tertii pedis defectu percussam subverfamque memoravimus modo) in terram universa revoluta exciderat, unde in proclivi adeo anseribus fuit, partem illam leguminis temere humi dispersam, passimque per totum pavimentum effusam, in profundum sicut, hoc est, in voracem ventrem, condere, sibi que auferre porro, & quidem cum ipsis folliculorum quisquiliis, quos periphrasi multo se livissima, *myctarum imagi res* capite praecedenti supra indigitaverat Petronius.

*Necdum libaveram cellulae lamen, &c.*] Ita in utraque Gallicana Editione probissime cusum exstat. Proinde, an Turnebus apud se facit, dubito, quin pro *libaveram, superaveram*, objectare ausus est nobis, quasi vero non strempse metaphora ista aliquot ante Petronium seculis, & quidem Athenis Atticis,

*Ufus item in Ranis priscus Aristophanes?*  
Verbi gratia.

*Ὁ μὴ διατρέχει, ἀλλὰ γέσται τῆς ἰσχύος.*

*Et, ne diutius tristis esset, jacturae pensionem anserem obtuli, &c.*] Pensionem, pro pensatione, posuisse videtur, qua voce idem quoque usus postea, cap. cxli. *Sequitur imperium, si promiseris illi pro unius horae fastidio multorum bonorum pensionem.* Porro:

Cap. CXXXVII. *At illa, complots manibus, scelerate, inquit: & loqueris? Nescis, quam virgineam flagitium admisseris. Occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis acceptissimum.*] Cur vero matronis anserem acceptum praedicat? an *verecundiae* causa fortasse, quam animanti huic antiquitus tribatam, amicus ille naturalium rerum scriptor memorat nobis Plinius lib. x. cap. 20. quo loco pavonina pariter ingenia describit? *Ab auctoribus non gloriosum tantum animal hoc (pavo) traditur, sed & malevolum: sicut & anser verecundum: quoniam has quoque quidam addiderunt notas, &c.* Credo equidem, neque enim aliud, quod dicam, habeo in mundo; an potius, quoniam Iſidi hoc alitum genus peculiariter sacrum? quam Deam curatissimis utique ceremoniis colebant stolati ordinis matronae: nimis quidem adversus animi Propertiani sententiam, utpote, quem votivum illud puellae suae in casto Iſidis pervigilium, ac decemnoctialis fecubitus, in istiusmodi contraria sane vota, ne dicam Thyestaeas preces, stomachosum amatozem coegit erumpere:

*Atque utinam Nilo pereat, quae sacra tepente Misi matronis Iacchis Ausoniis.*

Sed quum Priapi etiam delicias, idem pugnacissimum istud animal appellitet Petronius, haud sine causa suspicari possit aliquis, improbius nescio quid sub matronalis schematis integumentum occultari; nec alio fortasse accommodandum,

quam quod avis eiaſce lingua in cibo, vel potione certe, assumta, foeminarum libidinem concitare, maximumque adeo pruriginis muliebris fuscitabulum esse credatur. Ego tamen priori sententiae meae, à nemine hactenus tentatae, acquiescere tantisper cogito, donec aliquid verisimilius sese obtulerit mihi. Utut est, anseres istos sacros fuisse, ac propterea alimenta *ob meritum* sibi decreta accepisse ex publico (sicuti in Pratanio Athenis bene de re populi meritis fieri solet), ex Arbitro didicimus jam antea; illud non item, cibaria horumdem locare publicitus, rem censoriae inprimis carationis fuisse. Idque in fide Iſaminum, ac Sacerdotum potissimum, quo fiebat, ut hocce *Guyarum* genus nemini coquo in jus vocare jus esset: id de Lydis piscibus praedicat Varro. De locatione vero alimentorum ita Plinius lib. x. cap. 22. *Est & anseri vigil cura Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus. Quinobrem cibaria anserum Censores in primis locant.* Cicero pro Roscio. *Anseribus cibaria publice locantur, & carere aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint.* Adde ex Arnobii lib. vi. *Cur canis in Capitolio posectis? cur anseribus viduum alimoniaeque praebetis?* Cacterum hoc ipsum Romae, quum haec omnia Crotone gella: ubi, an ritas idem obtinuerit, vel Petronium interrogato, ne quaeras foris.

## C A P U T XVIII.

*Aliquamnulli loci apud Petronium histrati, correctaque. Mero ac libidine solutus. Regnum Neptuni pravit Ulysses, quo pacto operiet interpretari. Eſtictus pro patru in re mustiarum. Clostellum. Dei Lampſacii numen Lycæ perierit ac Tryphaenae propitium: Polyæno contra terra marique iratum infestumque. Eucolpium, & Polyænum, pro una eademque persona indiscriminatim sumi debere. Carnis Etymologia, ejusdemque vocis proprietas, Donato maxime adminiculante, excusae. Pseudogalli, tum nostrorum hominum latinicas non ferenda: simul eorundem in vocabuli ipsius usurpatione insolentia atque impuritas detestatae.*

**E**odem Capite CXXXVII. *Itaque taedio satigatus, rogo, inquam, expiare manus pretio licet.]* Ecqua vero causa est, quin, liceat, hunc in locum restituere liceat nobis?

*Infra muros meas camelam vini posuit, & cum digitis pariter extensos porris apioque histravit.]* Id est, hoc piamenti genere februatatos expiasset, sive repurgasset, quippe impiatos, consecratosque, ac pollutos anserina caede scilicet. Habes exinde:

*Avellanas nuces cum precatione merſit in vinum: &, sive in junnum redierant, sive subfederant, ex*  
bas



hac conjectura dicebat: nec me fallebat, inanes scilicet, ac sine molulla ventosae, uices in summo humore consistere.] Et ego quoque, quamvis nec superstitiosus, nec hariolus eluens, conjecturam tamen ex his Arbitri ipsius verbis ducere haud dubitanter ausim, locum, qui in medio est, hoc modo repurgandum: ex hoc conjecturam ducebat, &c. Caeterum, quod hic de nucibus Petronius, id ipsum de ororum ingenio refert M. Varro in lib. Rei Rust. verbi gratia: *Orum itane natus, plenum desidit.*

*Epulaeque etiam lautas, paullo ante (ut ipsa dicebat) perituro praerit.*] Recte, atque ex fide argumenti superioris. Etenim *maison cruce* Polytaeno interminata fuerat Enothea.

Cap. CXXXVIII. *Alicuius, quamvis solutaemero ac libidine egest, eandem viam tentant.*] Usus eadem phrasi & supra cap. LXXIX. Nam cum *solutus mero amissum ebrias manus*, &c. Item cap. CXXXI. *Premebat illa resoluta marmoris clunibus* (ita enim cum Lipsio legendum) *aurum n thorum.* Nec non Ovid.

*Turpe iacens multo nullar resoluta Lyazo.*

Idem in Aite:

*Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis Femina.*

Neque aliorum illa quoque alterius loci improbitas trahenda:

*Oli concubitus, qui non utrinque resolvant, &c.*

*Ispe Paris de rum libidinatum iudex.*] Quid, libidinantium, faciat hoc loco, sane non video. Quocirca, frustra eos haud quaquam futuros, arbitramur, qui *litigantiam* se legere nobiscum potius sunt praecoptari: vel certe *licitantium*, cum Lipsio. Subdit porro Polytaenus:

*Si hanc in comparatione exhiberet, tam petulantis oculis.*] Ab eodem habitu sidera quoque ista, plus quam Circeia, commendaverat & supra cap. CXXVI. *Et oculorum quoque mollis petulantia, &c.*

Cap. CXXXIX. *Gimini fatioris munitis iram Teiephus, & regnum Nesteni cavat Ulysses.*]

Restituo, *pavit*, à *pavendo*, imo vero hercule à *pascendo*, ne quid mentiar; nimirum, quod (uti Plautus autumat) piscibus in alto pabulum praebuerit toties, cum vis, tum sociorum naufragiis, apud Homerum

*Nobilis, ac nusquam non famigeratus Ulysses.* ut non iniuria de ipso Romanus Philetas praedicasse iudicetur:

*In mare et i soli non valere doli.*

Quae conjectura confirmior videtur mihi, quoniam *fatioris* video etiam antecessisse, metaphoram sequenti huicce tantum non confinem, ac geminam.

Cap. CXL. *Ea ergo ad Eumolpum venit, & commendare liberos suos ejus prudentiae, bonitatisque credere se & vota sua.*] Provocabulum, *suos*, aberat à Manuscripto: potestque etiam à libris nostris,

falsa sententiae integritate, abesse.

*Cum ergo res ad effectum spectare, &c.*] Hoc est, quum, gaudia sua (Lucretiana saltem circutione uti ut liceat mihi) toto corpore praeflagante, in eo iam Venus esset, ut hortum virginalem. & muliebria arva aspergine feminali confutum iret Eumolpus. Per *effectum* enim plenam voluptatis *robustae*, reisque Venerae, consummationem honestissimi vocabuli ambage circumloquitur, *patratum* dico: idque ex Divi ipsius Isidori definitione observatum potest memoriter mihi.

*Dum frater sororis suae automata per claustrum miratur.*] *Clostrum*, diminutivum à *claustris*, eadem formatione cum *plustello*, *moistello*, *castello*, *raffello*, quorum origo adeo in promptu, atque in confesso. Et mox:

*Nec se rejiciebat à blanditiis dulcissimus puer, sed me nomen inimicum ibi quoque invenit.]* Videlicet *Implacabilis illa (Lycas uxor ante Triphaenae?)*

*Quae me per terras, per cani Nereos aequor, Hellespontiaci sequitur merita ira Priapi, Praesens beu nimium vindex in partibus illis, Quas sinus abscondit. nam nec puero, nec amicae,*

*Nec mea fratri in Pyglaei hanc vendere possum, nedum ut Eumolpo, velut antea, totum approbare me possulem.* De Triphaena, ac Lycas addidi: qua vero conjectura adductus? inquit, haec scilicet, quod in superiore illa Eucolpii cum Gytonae & Eumolpo navigatione aurem in somnis Lycas à Priapo vultam commemorerim jam antea: eumque serio cum Triphaena per quietem admonitam, Eucolpium, quem quaerebant, ejusdem Dei opera ac consilio maxime, in navim suam esse perductum, quae quidem res & iram ultoris Numinis adversus hunc nostrum, contra in Tarentinum negotiatorem illum, eiusque vedricem omnium foeminarum (vel Eumolpo teste) formosissimam, studium divinum praesens, ac propitiam voluntatem nobis, velat in tabella, plenissime simul ac planissime ostentat. Quid enim? Cave Polytaenum istum diversum esse ab Eucolpio illo priore exidimes: nec mirere, si unum fugitivi caput aliter atque aliter, pro tempore & loco, duarum personarum manus partesque sustineat pariter. Ita enim rem natam intelligas velim, Scenae serviendum fuerit, vetusque illud & quasi quotidianum nomen suum Eucolpio commutandum. Cui bono? inquit. Nimio vero, quo integra videlicet simulatio servaretur, utque fallere facilius inter ignotos possit: quippe cuius rebus minime conducebat, anteaetate vitae suae sagitta Crotoniatis innotescere, latrociniaque, ac caedes, & inquietem illum obsecrae ad arenam damnationis, tum fugae, ac tot adulteriorum infamia conscientiam dispalser: in vulgum fallaciamque, ex praescripto consilii com-

munis callidissime institutam, invidiosa proditio-  
ne à peregre adventantibus denudari: atque ita  
inchoatam Tragoediam personis capiti detractis  
indignissime subverti. Cujus adeo rei periculum  
non erat, quamdiu quidem Eucolpius mutato no-  
mine Coranis illis, Galla credulitate tumidis, pro  
supposititio nescio quo Polyæno, quem perbelle  
sefe esse assimulabat,

*Et titulo, & specie ignorabilis objiceretur.*

Cap. CXLII. *Apud quasdam gentes scimus adhuc  
legem servari, ut à propinquis suis consumantur de-  
functi, adeo quidem, ut objurgentur aegri frequen-  
ter, quod carnem suam faciant pejorem.] De lege  
ista, & gentibus, quarum exemplum Coranis  
suis, hoc est, captatoribus, Eumolpus imitan-  
dum proponit, plenius consulendus Solini Poly-  
histor capite lv. Quod reliquum restat igitur, in  
carnis vocabulo summam Latinitatis rationem à  
Petronio habitam, defunctorio icu resolvendum  
non est. Etenim, probe & signate verbum rei  
convenientissimum usurpasse, fidem abunde factu-  
rus nobis Donatus illa ad Terentianam Heauton-  
timorumenon explanatione: *Caro dicta est, eo quod  
careat anima, & caro proprie dicitur mortuorum,  
unde & excarnificare deductum, item carnifex, pro**

*eo, qui carnes ex homine facit.* Hactenus Donatus.  
Unde animadvertas licet barbaricam ac sordes ne-  
scio cujus Maximiani, qui usque adhuc tamen  
pro principe illo Elegiographo, Cornelio Gallo,  
non dico mihi,

*Nec bardo juveni, neque naris obefae,*  
sed stolidæ imperitorum turbæ obtrusus, in cu-  
jus impurissimis, carminibusne, an criminibus,  
dicam? hic quoque inter cætera Pentameter oc-  
cursurus est tibi:

*Carnis ad officium carnea membra placent.*

Ut enim *carnea membra* ista, pro carnis & suc-  
ciplenis, auctoritate Martialis, qui *carnarius sum*,  
eodem fere significato princeps vilis procedere,  
defensitare facultas sit nobis: illud tamen qua ra-  
tione ferri possit, non video, *carnis officium*, pro  
Veneria corporis oblectatione, reque voluptat-  
um, positum esse apud eos utique, qui latine,  
quam *barbare*, [erat *Theologicæ* in autographo] lo-  
qui potius, vel scripsisse se student:

*Quis hæc (cum Flacco dicam) sint qualiacun-  
que*

*Arridere velim, doliturus, si placeant spe  
Deterius nostra, Beleago, teque Gotalji  
Morosoporum inter jubeo plorare cathedras.*

## JANI DOUSÆ NORDOVICIS

P R O

# SATYRICO PETRONII ARBITRI,

## VIRI CONSULARIS,

### Praecidancorum

### LIBER TERTIUS.

C A P U T I.

Multum esse in re aliqua: *inibique emendatus Macro-  
bius.* Saurea Plautinus *sexui quodammodo suo resti-  
tutus apud Fulgentium.* De Albutia Petroniana,  
*anne eadem cum Albutilla Taciti, quaesitum, ac  
pronunciatum denique.* Narrationum complurium, *de  
incertis Arbitri atque extraordinariis Fragmentis in  
unam veluti struem congestarum, Doufica desideratio.*



Hactenus quasi per scrupos Petronia-  
nos, atque (ut ipse loqui amat)  
*glarearum eminentium fragmenta* fe-  
micalceatos traximus pedes, myr-  
mico & molesto incessu auctoris li-  
neamenta atque ordinem capitum,  
persequeuti; quæ, quanquam in-  
terrupta oppido, nobis tamen ad callem musteum  
quodammodo investigandum, praecunte clarissimo  
Pi-

Pithoco, ac veluti faculam ad spississimas tenebras extendendas, non sine successu, vel potius successu, cominus praeuolante, semitam aperire visum; nam, absque illo manuatore fuisset,

*Non coeca arte oculos, me Neminis ulla vialis  
Copia, nec misero Iudicifer ullus erat.*

Itaque parum absuit, quin cum *deponato illo Catulli* mundice

*Praeceptum pessum ierim in lutum per casutque, se-  
d ipsu;*

idque imprudentia locorum maxime, etiam interdum obscura. Reliquum est, ut, quas praeterea à Veteribus passim in exemplum adducta easdem nobis monstratio, fumofam magis quam lucidam faciem quassantis, extra Satyrae huius ordinem liberalissime praecivit, suspensis per timorem vestigiis cadubundi potero attentemus: huius quidem continentis serie (ut antea) sed vero saltuatim potius, ne non raspe videlicet sic, quasi per Satyram, gradatim adscendat, ad destinatum finem properantes denique: qui, quo eveniat, Diis etiam nam in manu est.

QUOD IGITUR FAUSTUM, FOELIX, AC FORTUNATUM ERAT *cum editorum, tum spectatoribus*, vel (si navolis *arbitris*, locum quendam Macrobianum, ab eoque, quem dico, laudatissimo taedigero nostro in rem praesentem laudatum, praemittere fiat sententia: in quo perexiguam, imo duarum modo literularum, praepositionem soleo desiderare, recte, neene, viderint doctiores, atque in primis ille, cuius nomen (sanctum nobis in perpetuum futurum) edisseravimus modo, inter Arbitri nostri arbitros,

*Quantum est, aut erit, aut fuit priorum*, citra controversiam consultissimus, namque, ut nunc legitur: *causam multent* (de fabularum ratione institutus ille fuerat fermo) *vel: Comodias, quales Menander, ejusque imitatores agendas de ierunt: vel argumenta pitis castus amat non resera, quibus vel mutum esse Arbitrum, vel Anisiam nonnunquam huisse mirentur, ferri qui pote? At vero modicum tantum praepositionis accessumcula fiat, jam omnia in proclivi existent. Sed rem vide: Vel argumenta pitis castus amatorum resera, in quibus vel multum esse Arbitrum. &c. Nam & in Cicero: *multus in opere*, etiam cum faventia lectitamus: & Graecos, τὸ πλὴν consimiliter usurpantes,*

*Ilud veniam modo, sed laudem meruisse fate-  
mur.*

Monendus Lector, in notabili illa Fulgentii censura, Plautinum Sauream, ne vir esset, praeposere à Lutetiano librario persuasum. Sic enim ille.

*Scilicet Petroniana subit Albutia: hac enim allu-  
dente & Plautinae Saureae dominatus obdormit.] Saurea autem sercus dotalis in Asinaria apud Plau-  
tium, quem de communis dominae sententia,*

domino ipsi suo dominantem more suo concinat Comicus. Unde merito hercule *dominatus* ejus a Fabio Planciade haud obscure incessit. Proinde è foemina in marem, me vindice, denovo tandem transire ut possit *dominator* ille *atriensis Demometri*, iterum dico omnibus, generis rationem ante omnia commutandam, ne, exemplo Petroniani Aescyli, à sexu ipse suo fugisse videatur scilicet. Cacterum, quae hic *Albutia* vocitata Petronio, eandem cum Albutilla Taciti esse nisi & illic forte, *Albutillam*, *ἄπυροστρεπὴς* scribendum facile ad lucor ut credam, ob has notas maxime, quibus ipsam Historicus ille insignem magis, quam honestam facit, ita scribens sexto Annali suo: *Dein multorum amoribus famosa Albutilla, cui matrimonium cum Sauri Scindulo, conjurationis illius, fuerat, desertor iniquitatis in Principem. Commoditas earum cogit & Albutia ejus, Ga. Domitius. Tibius Blagus, L. Anronius, &c. & quidem hoc ipso facilius, quod Sallustianam Semproniam. eiusdem paene farinae matronam, statim porro ibidem subjungat Mythologicus ille scilicet. Mirum vero, in universa hac farragine nec vestigium, quod aunt, nec volam elegantiae illius (quam in easse muliere tantopere ab amatoribus expectitam agnosere videtur Planciades) imo ne nomen quidem, quod minimum fuerat, usquam locorem comparere. Sed profecto verum erit, id quod jam inde ab initio *Praecidatorum* meorum conquestus sum prius, vix decimam miscelli hujus operis partem in manus nostras pervenisse: nam qui pote? quam neque de *Cerbero illo latratore trifauci?* quem *casti deum*, seu *rabulam forensium fuisse*, facile idem nobis (expectis inquit) facturus erat Arbitr: neque de tot *regis illis manubiarum strucidus pens fugitum* (Aescylumne an Eucolpium?) *reperit: de Aescytis eandem indigentibus: aut quinam Langurianos illi fuerint, quos, nisi inclinaret, non solum transire cryptam Neapolitanam, ex veteris Glodulii Petri Danielis relictu cognoscimus. residuum nobis quicquam publicae calamitatis injuria fecerit: ut de Petroni interim circumspici nil dicam: de Tullio, nescio quam regionem significante, de definitione *doli, & mali, apud iudices*, uti apparet & quidem legitime instituta: de *Amoribus, in quod punitum conjecerat Eucolpius: de Myrridino poculo, quod quidem, ad libidinis concitamentum, epotum sibi profusus fuerat Satyricus iuster: de facerrimo illo Majestisium ritu in pharaci unitu, cerberis vestibulique jacris ornati, eoque cultu per totam civitatem circumducti, devotum ac juccidantem cepit universam pestilentiae publicae contagionem à se desipientium, atque execrantium quem longissime: postquam ille inopia, ac necessitate (quas ventis aerionnas creat) ad extrema consulsus, in saginam se conjicere non dubitasset, atendum antea, quasi in *πρωταίω*, publicis. & prioribus cibis, & quidem per annum integrum,***

*offerens locansque sese: atque inde, piacularis victimae in morem, deprimendum ad laeniensem porro, aut saxo deprimendum in maximum malam crucem. ut fiat illud: Unum pro cunctis dabitur caput. cui ritui ea quoque consona, quae libro XVIII. de Carthaginensibus narrantur à Justino. Quomnam denique furem illum fuisse suspicabimur, qui ad periculum usque (id quod ab Acrone refertur) pulicem arroserat sibi, de quibus omnibus singulatim in extraordinariis Fragmentis istis mentio non infestiva, & quasi gustus quidam praebitus nobis, si tamen gustum appellare possis, minuta nescio quae Analesta (quorum nec pes, nec caput in tanta uspiam vastitudine comparet) & quasi ramenta quaedam Petroniana de copiosissimis epulis residua nobis molo, quae passerini prandii reliquias ex acquare posse videantur.*

## CAPUT II.

*Pithonae conjecturae de aetate Petroniana confirmatio. Eisdem Satyrico nostro maculae aliquot insigniores detrahae. Hallucinae, quid? invidemque verbi hallucinari origiatio d'flexa. Vera manubiarum significatio ostensa. Excelissimus. Ducere contentionis nitem.*

Ex D. Hieronymo in Epist. ad Demetriad. de Virginitate servanda:

*Concinnatos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est, non bene olet, qui bene semper olet, quasi quasdam pestes ac venena iudiciciae virgo decitet.]* Haec Hieronymi citatio doctissimi Pithoci conjecturam de aetate Arbitri nostri validissime confirmat: ipsum nempe Martialis tempora antecessisse, imo plane eundem esse, quem inter paucos familiarium Neroni assumptum, tanquam elegantiae ARBITRUM, testis est Tacitus; nam, nisi ita esset, Martialem, non Petronium, Pentametri istius auctorem laudasset Hieronymus, quemadmodum & Papinium (uti opinor) Fulgentius lib. I. Mythol. in sequentis Hemistichii relatione, utrique Poetae communis:

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

si tamen Papinio de Placidii Lutatii Stati Interpretis sententia (qui Hemistichium istud ab ipso Statio mutuatum Arbitrum vanissime hariolatur) aetate posteriore iudicasset hunc nostrum, qua persuasione nihil absurdum utique, aut stolidius. Habes protinus Fragmentum ejusdem ab Isidoro Hispalensi Episcopo prolatum, paulo aliter; quam in Etymologici illius contextu hodie cum legatur, exempli gratia:

*Quid est iudicis dolus? Nimirum, ubi aliquid factum est, quod legi dolet. Habet idolum, accipite nunc malum.]* At nobis receptam potius Isido-

ri Editionem consilium est sequi, in qua ad ipsos Iudices directus hic sermo, & *dolum*, pro *idolum*, disertissime publicatum hoc exemplo: *Quid est, Iudices, dolus? &c.*

*Cui vultur jecur ultimam pererrat,  
Et peccus trahit, intimaque fibras,  
Non est, quem lepidi vocant Poetae,  
Sed cordis mali, licor, atque luxus.]*

Ita lepidissima illa Parisiensis Editio. contra Bapt. Pio placebat *tepidi*, hoc est, insuaves, insipidi, non inflammantes ardentem, lacertose, non omnibus nervis rei scopum attingentes, qua lectione nihil mehercule tepidius, ita ut in ipsum Pium potius, nec coelum, nec terram, nedum scopum Petroniani acuminis attingentem, *insuavitas ista eneris*, quam in *Poetas fabricatores*, convenire videatur. Quid mirum? quum neque ipse Scaliger (at quantus jaculator!) satis *tepidus* nobis hoc loco vel oculos, vel manum collimasse censeri possit, qui *timidi* legit, quam scripturam Editio quoque Lugdunensis amplexa,

*Haud timide, ut tanto timidine suffundatam.*

Ego vero, post tot tantaeque pugnantium opinionum sententias, si quis correctioni quartae locus est reliquus, nihil equidem addubito, quin ad istuncce modum,

*Non est, quem Tityum vocant Poetae. &c.*

clausulam hanc suam conceperit Petronius. Atque hanc conjecturam mihi divini illius Scaligeri hariolatio haud timide suggesserat jam olim, quam quum postea ad horum versuum marginem juce, & quidem optimo, pro mea (uti res erat) solens adtexissem, ecce ab ipsis usque Vipsianensibus vulturem tibi, qui Tityum nostrum uti facere ausus est suum, non quidem jecur illi, sed mihi conjecturam involans meam, qua in re singulari sum fato, meapte culpa maxime, qui per fidem toties illiusmodi Laconibus libros meos pertractandi fecerim copiam.

Repono in Furi Comcediarum scriptoris exemplo, ita Gliconem meretricem (si qua Planciadi fides) loqui facientis:

*Myrriturum mihi adfer, quo virilibus armis occurrem fortiuscula.]* Nam in Editione Patissonii *adfer* legitur, sed perperam. In versibus illis vero:

*Conceptit nam terra sonum, calamique loquentes  
Invenere fidem, qualem narraverat index.]*

nodum in scirpo mihi videntur quaesivisse, qui lectionem hanc ipsum examullum probissimam in dubium vocare ausi, dignissimi utique, quorum calida commenta non nisi apud auritos Midas inveniant fidem.

*Allucinari dicitur vana somnare, tractum ab Alucitis, quos nos Conopas dicimus. Petronius: Nam centum me vernali alucitiae molestabant.]* Aut plane hallucinor ipse, aut aliter referendus hic locus, & fortasse interpolandus ad hoc exemplum:

Nam

Nam centum me vernae hallucitae molestant. Pro-  
tinus ibidem legitur :

*Manubiae dicuntur ornamenta regum, unde & Petronius Arbitrator ait : Ut regum manubiae seors fugitivum reperat. ]* Credo Livolum, vel certe Aescylum significari. Etenim (ut ille ait) *in aulae pares utriusque.* Quid? quod de amborum *manubias* etiam habuimus supra, cap. LXXIX. ubi de semet, & traterino illo fratre suo narrat Eucolpius : *Non regnavit Aescylos, sed, postquam optima fide partem manubias sumis, &c.* Proprie, ac signate oppido. *Manubias* enim à manu ctymon suum fortitae, quasi *hæc* dicas furtim, aut per vim, hoc est, per latrocinia, seu rapinas, quaesita; sed vero magnifica ea, atque opulenta, &, proinde, uti hinc discimus, Basilica prorsus; neque aliter Cicero : *Qui manubias sibi tantis ex L. Metelli m. nobis foveit.* Et Cicero III. de Orat. *Quaque* (sc. nostrae) *Cæsar imperatoris manubias ornant.* Citatur porro ex Veteri Glossario P. Danielis :

*Excessivus, dicitur à Petronio i Satyrarum] Credo non alium locum Glossarii hujusce Auctorem in animo habuisse sibi, quam quem nos in Petronio habuimus prius, cap. LXXXVIII. Eudorus quidem in cacuniis excessivissimi montis confem. &c.* Ita enim malo, quam quod in Mamerina Editione spectant : *In cacunon excellensivissimi montis confem.*

Deinde ex Joannis Salisberienfis Policratico : *Non duco contentionsis funem, dum consistit inter nos] Ducere contentionsis funem, est velitari, sive alterent, iurgique cum aliquo exercere super re quapiam controversia. Quo etiam Horatianum illud persuberter traxerim lib. I. Epist. x. vers. 48.*

*Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.*  
utiturque eapfe metaphora a sibi Tertullianus.

CAPUT III.

De Festra Palmerianae correctioni subscriptum, en-  
narrationi ad it. Casus Romuli à Seneca ac Dionysio historicæ subscriptionis statumen quæ-  
sum.

Vili servus laet Regni bona : cellaque ca-  
pit.

*Deiæ festam, Romuleamque casam.]*

Probe, & sincere omnia, si festam excipias ta-  
men, pro quo Janus Palmerius emendandum  
consecabat festam, positum videlicet pro re qua-  
vis antiqua & vili: quoniam de festra Ant. Gni-  
pho integrum librum ediderit olim, ubi (ut  
cognoscimus à Macrobio) de plerisque id genus,

quibus vetustas cludebat, satis pol curiose dispu-  
taverat, ut non magis ad ipsam festam, quam  
ad eum librum Gniphonis (quem cum ipso au-  
ctore, & quicquid casae illa antiquitas exolectum  
habuerat, irrideri autumat Palmerius) respexerit  
Arbiter. Et haec quidem mens, sicuti ap-  
paret, Melleri nostri. Ego autem ingeniosi a-  
dolescentis conjecturam, prout debco, amplec-  
tor, haecenus quidem, ad vocabuli festrae res-  
titutionem quod retinet; nam enarratio istius-  
modi (dicam libere) haud placet, qui scorsum  
à capite amico sentire audere, nullum placu-  
lum esse deputo, arbitrorque Arbitrum nostrum  
saeculi sui insolentiam sumtusque intolerabiles  
more suo fugillare, imo criminose, & quidem  
palam ac publicitus incessere, atque hoc velle  
significare, eo jam luxuriae ventum, atque in  
tantum à maiorum suorum moribus degenerasse  
suae aetatis ingenia, ut vilissimum quamvis  
mancipium, mediastinus puta, aut cellarius a-  
lioqui, & catenatus janitor, non quidem Gni-  
phonis librum de festra (uti Palmerio placet) aut  
rancidas omnino antiquitates, sed vero festram is-  
tam potius, hoc est, festam in Sacrario Romano  
minusculem, ac vetustissimam Romuli regiam,  
tanquam casam, aut gurgustium aliquod praeter-  
gere, & tegillo suo contentum ac fastidii  
plenus naso suspendat adunco, nauicam prope-  
modum ad Saturniam simplicemque illam priscae  
Reipubl. continentiam, ac frugalitatem parvissi-  
mo contentam, neque id adeo injuria: quippe  
quem cella laxiore, ne angustior die in tem-  
poribus nostris (ex Arbitri persona disputo) pan-  
diculari, lumbolque ac nervos exporrigere vi-  
demus, quum autem quondam Urbs nostrae con-  
ditoris fuerit scilicet, id quod facile crediturum  
scito, qui modo loci illius apud Juvenalem, &  
ipsam corruptissimos saeculi sui mores perpetuo  
detestantem, meminere memoriter, Sat. XI.  
vers. 79.

*Ise (sc. Curius) foci brevicibus ponebat oluscu-  
la, quae nunc*

*Squalidus in magna frigidit compede fossor,*

*Qui meminit, calidus sapiat quid vulca popi-  
nae, &c.*

Sed hoc ad malaciam, seu fastidia eduliorum ple-  
bejam sapientium, nunc vero regiam istam Qui-  
rini casam, cuiusmodi fuerit, propius aliquan-  
to consideremus. Tradit igitur Seneca Pater II.  
Controversiar. *Inter haec tam effusa moenia, ni-  
hil est humili casae velutis, fastigiatas supra tem-  
pore fulgens praetulerit Capitolium, potes objurgare  
Romanos, quod, quum humilitatem suam obscurare  
possint, ostendant.* Hinc rite & ordine illa sacra-  
menti formula concepta à Valerio Max. lib. IV.  
cap. 4. *Namque per Romuli casam, perque veteris  
Capitoli humilia tecta, & aeternae (sorte aeter-  
nae) Vestae foci, fidelibus etiamnum vasis conte-*  
ditos

ans juro, &c. De eadem insigne quoque testimonium habet Factor. III. ubi Romuli patrem, Martem ipsum inquit, ita loquentem inducit Ovidius vers. 183.

*Quae fuerit nostris si quaeris Regia nati,  
Aspice de caena straminibusque domum.*

Item I. vers. 199.

*Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,*

*Et dabat exiguum fluminis ulva thorum.*

Denique efferti argumento isto, quantum est, poetarum libri, quibus tamen singulis foeneranda lux ab historica illa Dionysii Halicarnassaei narratione, quae est libro Antiquit. I. in Romuli & Remi fratrum mentione feliciter, à scriptore Graeco verbis hujuscinodi veluti penicillo adumbrata. *Πίδυ ἡ ἀγλαίη ἐν βυκολικαῖς, καὶ διαίτα ἀγλαίη, ἐν ὄρεσι τὰ ποτὰ παραμείνει δια βυλον καὶ καλλίμων σαρπὸς ἀγορεύσας, ὅν ἐστι ἐκείνη ἢ τις οὐκ ἐπαλυντὶς ἐπὶ τῆς ἀπὸ τῆς ἀπὸ δέμου ἐρεθῆτος λαγόνου, Γαμύλας λαγόνειη, ἢν φυλάτῃσιν ἱερῶν, οἷς τῶτων ἐπιμελὲς, δὲν ἐπὶ τὸ σαρπὸν ἐξάγοις, εἰ δὲ τι ποιητεῖεν ἐπὶ χειμῶν, ἢ χρόνῳ, τὸ λαγόν ἐξάγοις, ἐ τῶ πρῶτον ἐξομοῖοντες εἰς δύναμιν.*

CAPUT IV.

Unī, itē alteri emendationi manus injecta; causaque liberali postliminium auctori sua res vindicata. Inops audacia tuta est. De duorum, qui perperam diremti fuerant, locorum reconciliatione conjectura. Sententiam quandam Petronianam de Ennio adumbratam videri.

**N**am nihil est, quod non mortalibus adferat usum:

*Rebus in adversis, quae jacuere, juvant.]*

Quae jacuere, id est, quae despiciantur, & quasi derelicti nobis, nullaque in honore aut pretio fuerant antea, tunc, quum eorum usu facile carere poteramus.

*Sic rite demersa cussam deponderat aurem:*

*Rumorum levitas naufraga membra exibat.*

*Cum sonare tubae, jugulo stat divite ferrum:*

*Barbara contemni praelia pannus habet.]*

Alterum prioris Hexametri Hemistichium hoc modo emaculandum, *fulcrum deponderat aurum*, indicavere ante nos aiii, posteaquam id ipsum a nobis, & quidem in re praesenti, praemoniti fuissent prius, quemadmodum novissimi item Pentametri clausulam, quem hoc exemplo corrigendum ad eam Editionis Lugdunensis papyro interposita in Adversariis meis notaveram planissime:

*Barbara contemtu praelia pannus habet.*

Quam tamen restitutionem nostram idem ille,

quem dixisse me sentio, in ipsissimi hujus Petroniani Epigrammatis per causam à se laudati contextum nullus referre veritus, auctoris sui nomine per fraudemne, an contentum, maligne dissimulato. Caeterum, quod dixit Petronius, *pannum* (quo pannuceam, hoc est, pannis centonibusque obitam ac fordidatam plebeculam designat) *barbara praelia habere contentum*, id est, bellicorum tumultuum unice securum degere, nec barbariem praeliorum curare, quasi nihil ad se attinentium, haud insecite (meo quidem animo) applicare possis ad Hemistichii illius sententiam, quam habes cap. cxiix. in Carmine illo belli civilis longe omnium ingeniosissimo:

*----- Inops audacia tuta est.*

cujus nos hancece imibi ex Sallustio rationem reddidimus, *Quoniam ecclesias facile habetur sine damno.* Cui illud quoque ab Aquinate Satyrico succenturies licebit:

*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Hoc enim dicto viatoris vacui securitas multo facetissime exprimitur, qui, etiam coram immanissimo viarum infessore, ac sicario publico, in ipsa mortis vicinia constitutus cantillare, & quidem fidenter ac sine noxa, sustineat. *Pannus* igitur in Petronio, pro eo, cui deprehensio nihil praeter pannum, id est, scissam ac fordidam tuniculam, auferre possis. Quis enim ita immensis obsecro, aut barbarus, detrahere uti nudo vestimenta se possulet? In divite vero, atque opulenter viaticato, ornatoque, ratio prorsus dispar; *in cuius jugulo ferrum stare*, hoc est, ficas in unius caput undique ac mucrones dirringi,

*Claroque & coro potius, quam sanguine villi,  
Noxia Bellonae tela tepeferi,*

intelligit Petronius noster. Sequitur porro Poëticī styli, imo stiluli, ab exemplo ductoris Ithaci ad longinquas peregrinationes exhortatio:

*Linque tuas sedes, alienaque littora quaere,  
O juvenis; major rerum tibi nascitur ordo,  
Ne succumbe malis, te noverit ultimus Jler,  
&c.]*

Suspicioque hanc APERTAE ipsius DICTIONEM fuisse, hoc est, responsum ex Tripode, & Apollinis persona ei datum feliciter, qui Delphicum oraculum consulebat, tanquam Tiresiam Horatianus Ulysses, quibus artibus, atque undenam potissimum, opes ac divitias sibi parere vel corruere posset, hujuscemodi captiosae quaestionis argutiola grassatus:

*Nunc si nos audis, atque es divinus Apollo,  
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?*

Quam lepidissimi Epigrammatis clausulam una cum Tetraſticho praecedenti, ac festivo Petronianorum versuum auctario, imo Thesaurο boni, de

de blattariorum Codicum penu depromptam, ac gypſatiffimis veſpilionum manibus opportune praereptam, alius neminis, quam Claudii Bineti doctrinae, comitati, iudicio, ac diligentiae debemus. Sed de toto hoc genere proximo Capite ſingulatim videbimus, unam prius Poëmatii ſequentis ſententiam excuſſuri, quam de Enniano penu peniſſime adumbratam quamvis audacter auſim dicere. Ea vero haec eſt:

*Nam citius flammis mortales ore tenebant,*

*Quam commiſſa tegant.]*

Nunc Ennianam, ſi videtur, audiamus, lib. II. de Oratore relatam à M. Tullio: *Dicere, ejus, Ennium, flammam à ſeſpente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat.*

### CAPUT V.

In Petronianam Cl. Bineti ſymbolam ſericae ac ſervorae habitae quaefſiones: novuſque ac Cenſorius quidam velut delectus allibitus. *Ejus exempli primum Epigramma (quod & ἀνέφατος eſſe demonſtravimus) de Prifeiani, ac Fulgentii auctoritatibus, priſtino tandem nitore reſtitutum, autumque unius inſuper Hexaſtichi ſupplemento, quod a reliquo corpore ſuo diſtinctum facile ex rei ipſius conſpectu arguunt. Alia quaedam.*

Receperam ſuperiori capite, proxime me ali- quid de Cl. Bineti collecta dicturum. Id re- apſe aliquando ut praeflem, & res, & locus, paene dixeram eſſagitare, non tantam poſſulare, videntur: ipſe, inquam, Arbitr Petronius noſter, cuius liberaliſſimo genio quin maior meliorque Epigrammatum iſtorum pars debeatur,

*Religio ſane eſt addubitare mihi.*

In eo proinde aſſenſum Editori noſtro haud gravatim videor commodaturus, unum è primoribus excipio, quod ne Petronio aſſignem, ipſi conſtructionis totius inventuſta in cauſa, nihil minus, quam Petronium, reſpicientis, à quo vitio ſtrudore hunc noſtrum abeſſe quam longiſſime, cognitum habent omnes, quibus aut palatum, aut pectus ſapit, ad genium inquit, ſed Petronianum. Scin', quod dicam? Epigrammatum illud Martiae nomini inſcriptum, ſuper pomis & caſtaneis à delicata illa muneri miſſis neſcio cui, verſificatori huic ſcilicet

*Pleno ruris, & inſectianum.*

Ejus hoc eſt initium:

*Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,  
Mittis & liſſitae munera caſtaneae.]*

Quod ipſum tamen cum Tetraſticho ſequenti aliqua ratione tolerabile videri poterat, niſi con- cluſio Gallica hieme illa Petroniana frigidior

*Hei, cor paene mihi ſiuderet, ac cerebrum.*

Quid enim iſtis languidius obſcuro, vel incon- cinnius?

*At ſi diſſimulas multum mihi cara venire,*

*Oſcula cum pomis mitte: vorabo libens.*

Verum de hoc fatiſ: ad primum Epigramma con- vortamur, cui acdepol principium deſſe vide- re qui nequeat, nae vere coecum illum, haud luſcitioſum, eſſe oportebit, commonefaciun- dum inſuper, prioris Hexametri contextum, virtute lectionis margini aſſcriptae, ex Prifeiani ipſius ſententia, ac Fulgentii laudatoris fide, celeriter repurgandum, ita nobis Petronium e- nueleantis; *Solus corcus contra rerum naturam in mediis aſſectis ſervoribus oxiparos pullulat foetus, unde & Petronius:*

*Sic contra rerum naturae munera nota*

*Corcus maturis frugibus ova reſert.]*

Jam, quod ad ſinem ejuſdem attinet, iſ vero (me iudice) haud abſurde adeo agglutinari poſſe videtur ad alterum Poëtae noſtri Hexaſtichon quoddam, de Catalectis magni illius Scaligeri depromptam, atque indidem porro inter Petronianae caenulae reliquias, extra Satyrae ipſius ordinem tamen, ab obſonatore Luggudeniſi re- latum primitus, cum Lemmate iſtiuſmodi:

DE VITANDO FASTIDIO.

Id enim omni ſane ex parte huius, quo de agi- tur, carminis argumento reſpondet peniſſime: quod ipſum clariſſe adeo ut liqueat, Epigram- matis prioris ſinem cum exordio ſequentis au- ſim ſub uno quaſi aſpectu lecturis proponere:

*Nov. uno contenta valet natura tenere,*

*Sed permutatas gaudet habere vices.*

*Nolo ego ſemper idem caſiti ſupponere coſtum,*

*Nec noto (id Mellero placebat) ſtomachum  
conciliare mero.*

*Taurus amat gramen mutata carpere valle, &c.]*

Sequitur deinceps in Editione Bineti Epigram- matium multo argutiſſimum, *Pſittaci* (uti appa- ret) *honori conſecratum*, quod, quia obſcuritatis nihil habet, elegantiae plurimum, gloſſematis meis corrumpere ſuperſedebo: tantum ab ipſo contextu manum abſtinere Lectorem velim, ubi- cunque alterius ad marginem adſcriptae Le- ctionis ſuppeterit copia. Ea enim optima ac Petroniſſima eſſe perſuaſum tibi habeas, mi Lect- or, (generatim, hoc eſt, de toto opere in uniuerſum praedico) quae ſingulis paginarum or- ris praetexta aliquem ſcripturae variantis praer- ſerunt titulum.

### ET HOC PUTA VATEM DIXISSE.

Nec minor tertii carminis luculentitas, quam in prioris tamen Hexametri particula cogitur deſiderare. Nam quanti obſcuro praetii eſt il- lud?

*Nagyrogus eſtâ nudus rote, &c.]* Ego certe (ſi & ſidei & notae priſcae Codices auctores in

in mundo haberem mihi) lubenter adeo emendam rem :

*Naufragus eversa nudus rate.*

Neque enim *ejecta* quid fiet, hoc utique tempore divinare possum.

## CAPUT VI.

*De controversae lectionis veritate in versu Petroniano πικρὸς τὸς, varie, atque in omnes partes, disceptando certatum. Quid Romanis Orea. Aras, pro cancellis, quos, praeceptorum Quiritum exemplo, patris sermone Kajos vulgo nominatus; Auricolae, pro Nabecolis posites videri. Locis aliquot laborantibus suppetiae laetae.*

Ad octavum Epigramma salutatis porro transeamus. etenim reliquis, in medio quae sunt, abunde Binetus ipse medicinam fecit. Id adeo in *cartos Judaeos*, (genus apud Romanos quod contemtissimum erat; unde & *recutitorum*, *verporum*, *apellarum*, *sabbatariorum* inditis ex recognominibus per summam contumeliam appellati) detortum apparet. Quid enim?

*Judaeus licet, & porcinum numen adorat,*

*Et coeli summas advocet auriculas;*

*Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram,*

*Et nisi nodatum solverit arte caput, &c.]*

Ita enim est in contextu, unde Binetus, *arram*, nobis extricavit scilicet, quod *circumcisio* (vel Scriptura teste) sit velut *arraba* quidam nationi Judaicae. sed & *oram*, in eadem ora ad eum legimus. *Ego vero quid sequar, aut quem?* Ipsum me potius, atque hocce porro quod apponam denique.

*Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram, &c.*

prudenterissima translatione, pro pellicula glandis sphaeram cooperiunte; quod ea sit veluti froenum, sive lupatum potius (hoc enim *orea* est) iis dico, qui recutiti vel circumcisi non sunt, idque ipsum eo fit verisimilius nobis, quod Metaphoram inchoatam porro continuare voluisse videatur Petronius, nec, quod semel prospere sub manum atque ex sententia cessit, relinquere. praesertim quum de *nodato capite* continenter atque è vestigio subiungat: Quid vetat & pro *labio*, *oram* interpretari hoc loco, figura non absimili? quod *praeputium* glandi nihil aliud, quam *labrum*, quippe quod duplici seu bipartito Bifrontis Dei cognomine nunc *Clustum*, nunc *Patulcium* pro re nata possis indigitare. *Oreas* vero ab *ore* sic dictas, ac utramque, quam proposui, significationem habere, tam Latinis, quam Graecis (qui *labra* etiam *ωαδῶς* vocant) gnarum nobis ex Festo, principis illius Jos. Scaligeri commentariis, uti ipse illustris, & illustriore reddito, *quam solis radii esse, olim cum*

*sudum est, solent.* Nec tamen vel *oram*, vel (si malis) etiam *aram* in Petronio defensari posse abnuerim. sed pro *ara inguinis Judaici*, sic tanquam pro aris & focis patriis, voris gladiis depugnare velle, id vero aequum sane haud arbitror:

*Neque illi, qui faciunt, mihi placent, plane loquor:*

animo tamen aequiore hoc ipsum passurus, si praedictores istos modo, vel pugiles potius, quam ratione *ara* hoc loco locum habere possit, satis post cognitum atque exploratum habere cognovero prius, quod quidem persuaderi mihi ipse vix posse opinor. Ego igitur huic generi tanquam in tempore auxiliaris venturus, aio, asseroque *oram*, sive *oram*, *Judaeo inguini* non minus apte mehercule, quam *oram* illam nostram, congruere, ut videlicet primum illud (*aram* in quo) pro *Coibone Serviano*, hoc est, pro margine, labro, seu crepidine aggestu terrae in altum editius aliquanto extructa, *qua flumina* (uti Carus loquitur) *oppilantur*, ad undarum exactuantium impetus potissimum coercendos, dictum interpretemur. Quod quidem genus nos populari sermone *Kajos* indigitare consuevimus jam inde ab antiquo, quam Romanae item notatae vocem esse, ab eodem Semone illo, quem dixi, edocti fuimus jam olim. *Cajare* enim apud Quirites *priscos* illos, *comprimere*, *coartare*, *compefcere*, unde & *Cajeta* pro *aetatis coartatrice*, & *Cajatio*, *coercitio*. Ita siquidem me malo, quam *puerilem caedem* cum Fulgentio interpretari,

*Qui capite ipse suo insilit vestigia retro.*

Ut ut est, eleganter mehercule *aram* appellat pelliculam illam, cujus appellae, id est. *Judaei*, ex disciplina majorum, ac patriae legis necessitate inopiam quodammodo patiuntur: quasi si *labrum*, seu *crepidinem* dicas, supremam struthi partem integumento suo probissime adeo ac pudicissime velantem. Idem fere de lectione illa altera, *ωαδῶς oram* scilicet, dictum cupio; quod proinde ut vestimentorum extremitas *limbas*, vel *inflata*; sic & sciliculus, seu membranula illa peniculamenti instar simbriata ac laciniosa fascinum circumquaque ambire, imo vero coronae, sive caustae in morem vel cuculli potius, capitellum ipsum praetextere videatur. Cacterum eequidnam Pentametro illo sibi voluerit Petronius:

*Et coeli summas advocet auriculas:]*

non medius fidius intelligo: nisi si rescribendum forsitan:

*Et coeli summos advocet auriculas:*

pro *aurarum*, hoc est, aetheris ac nubium cultoribus: idque ex sententia illius, quod in *Judaeos* detortum praedicat Juvenalis:

*Nil praeter nubes, & coeli numen adorant.*

Pergit eo ipso in carmine de eadem gente porro commemorare Petronius noster:

*Exem-*



*Eventus populo Graja migrabit ab urbe &c.]*  
 Neapolim significari opinor periphrastice. Huic si-  
 quidem *Graecae urbis* cognomentum peculiariter,  
 & quasi speciatim, antiquitus tributum de Varrone  
 nostro, Lipsio inquam, didicimus nuper. Vide  
 quae ad locum superiorem cap. LXXXI. notata à  
 nobis antea: *ubi mendicium caputem in diversorio*  
*Graecae urbis desertum sese ac disolutum jacere, secum*  
*lamentatus Eucroptus: Habes deinde*

*Vidi ego me t. cum falso sibi in gine somni:*  
*Somnia tu vincis, si mihi vera v. sis.]*  
 quo loco *vincis* referibi malim. Et mox altero ab  
 hoc Epigrammate:

*Jam veteres ira Venus, & Tritonia jecit.]*  
 pro quo *ponit* inibi jam lectitur. Denique ter-  
 tii, hoc est, sequentis Tetrastichi initio *Intortea*  
 conjunctim scribendum. Sed hoc viles, quam  
 prominentis, aut legentium etiam, dignitate:  
 quemadmodum & alterum illud in vetustissimis  
 illis oppido, ac vere Eroticis Hexametris nescio  
 cuius auctoris Poëtae,

*Ut tu, ut aeternae magnae nonnullis erent,*  
*At tu, ut quos optent capiti, &c.]*

Ita siquidem, magis nonnullis, palam hodie  
 profectione existit, repugnante initialis syllabae  
 monera, & quidem contumacissime, in dictione  
*nonnullis*. Nec minus leviculum in Disticho, cui  
 Crisaris praemisus titulus, in honorem (uti: p-  
 paret Lucani Cordubensis:

*Mantua de coram fana sacrata sereni, &c.]*

Ubi, *famae*, potius placet, tunc non ignorem  
 receptam lectionem vel Tullii ipsius praecidio at-  
 que auctoritate defendi posse, scribentis: *con-  
 ferre aliquem omni generis monumentorum*. Illud vero  
 magis nugae etiam supit, quod pro *arte*, ante re-  
 posuimus hocce Pentametrum epigrammate de Ele-  
 phanto.

*Fit moriens ludus, qui fuit arte pavor.*

CAPUT VII.

*Poëma quoddam Madaurensis Philisphi de Menandro*  
*conversum, longe illud quidem omnium vniuersi-*  
*simum, ceterum plurisque ignotum locisumque da-*  
*ctenus, ileoque post nuperam Bineti Editionem ser-*  
*nis recudi iussum datus. Loca in eo non pauca*  
*explicita, corrupta, vel illigata.*

Exemplum hocce capite Phoenicis illius, Justi Li-  
 psii, imitari decretum est mihi: atque, ut ille  
 PERVIGILIVM VENERIS ab eruditissimo JC. Pithoeo  
 subministratum sibi ablegatissimis exercitiis suis in-  
 feruit nuper, item ego alterum quoddam haud mi-  
 noris elegantiae Poëmatium, non lectum antea,  
 non visum, doctis (ut spero) ac bonis omnibus  
 cupientissimis, imo cum summa adeo ipsius Bi-  
 neti (ab eo enim hic argenti rivus) voluntate,  
 gratia, faventia, in publicum adoptabo mihi.

Dabo hocce primum Romanae Poësis ac commu-  
 nium studiorum cultoribus, dabo etiam Genio  
 ipsius meo, dabo denique, imo merito lubens re-  
 donabo, Auctori suo scilicet, quem, quum antehac  
 dilexerim semper, nunc etiam

*Ob unum iustus carminis facotiam,*  
*Dignum Latinis, haud Baraxis auribus,*  
*Et amare capior pariter, & admirarier.*

Is autem L. Apulejus cluit, Philosophus ille Ma-  
 daurensis nobilissimus: atque ab illo architectone  
 Poëma istud, quod dico, extructum. in cuius  
 partibus aliquot sigillatim castigandis, ne opera  
 nostra largiores videamur, carmen integrum,  
 praemissa antea inscriptione, antelagio huic no-  
 strum proliquis subiiciemus: non quidem, uti hoc  
 ipsum in Editionis suae contextum retulit Bine-  
 tus, sed quomodo nos, partim ex variis eiusdem  
 Lectionibus ad oram libri attextis, partim ex pri-  
 vi ingenuoli conjectura universum porro illud re-  
 feribendam existimamus. Exemplum vide.

L. APULI Ἀγρομένειος ΕΚ ΜΕΝΑΝΔΡΟ.

*Amare licet, si potiri non licet:*  
*Peccare ali: non moror: non sum invidus.*  
*Nam sese exortat, qui beatissimodet.*  
*Quos Venus amaret, facit amoris comitates.*  
*Adis Cupido velle dat, posse abnegat.*  
*Olli iurjurca delibates oscula*  
*C. nante miji r fia labella vellitent;*  
*Mulas vlerant ore & fugiuas genas,*  
*Et pupul riam nitidas geminas gemulas.*  
*Quin & cu n terna mimbra molli lectulo,*  
*Cum pectora \* adhaere n Veneris glutino;*  
*Libido quum lesicra instinata suscitot*  
*Sinuare ad Veneris cursum semina, foeninas*  
*Iter gannitas & subantiss voculas,*  
*Carpant papillas asque amplexus intinent,*  
*Arentque sulcos molles arvo Veneris,*  
*Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis,*  
*Dum crebros idus combidente lumine,*  
*Trepidat in decursu Veneris. & anima sessula,*  
*Diaculent tepidum rerau niveis laticis us.*  
*Haec illi faciunt, quos Venus non invidet,*  
*At nobis casto saltim detestamine*  
*Amare licet, si potiri non licet.*

Nunc quid in his ipsis potissimum variatam sit,  
 videamus, correctionem nostrarum rationes in  
 loco atque in tempore reddidit.

*Cum pectora \* adhaereat Veneris glutino;*

Lacunam in medio vides, sed vero iudicam eam,  
 & cui explendae sesquipdali verbo neutiquam sit  
 opus. itaque statim auxilium a Bineto invenit,  
*una*, interponere auso, huc ipsa illum manu qua  
 ducente sententia. Mihi vero idem juris iunc ab  
 hypercriticis nonis si tribuatur, quid vacat, quo  
 minus *arte*, sive *arte*, *una* & *una* in vacuum porro  
 venire veneris glutino agglutinatum jubeam?

*Ad id quum lesicra instinata suscitot*  
*Sinuare ad Veneris cursum semina, &c.*

Ita restitui, ac distincti, nisi me animi mens fallit, *εδοξως*. Neque vero est, quod quengquam novitas ejus loquutionis offendat: *suscipit sinuare femina ad veneris cursum*, qui modo in tractatione Poëtarum ingenii aciem ac nervos subactos habeat probe: pro *locit*, seu *suscipit sinuare*, hoc est, ad lananda implexu sinuoso, & quasi peccinatum conferenda, atque *flexipedum bederatum in morem* contortuplicanda inter se femora, sive adeo *femina*, amantes ut solent, quod *congeniare*, vel etiam *congeniare* caesa dicitabat Latinitas. Quod si quis Bineto subscribere sese maluerit potius, emendanti praemisso commate:

*Sinuent ad Veneris cursum, &c.*

ecce hic etiam secundas agere paratum Doufam; hoc enim satius consultivique esse deputo, quam in ambiguam litem descendere, aut in dividiam porro venire cum homine ignoto.

*Aque amplexus intiment.*

Noviter dictum, at rationabiliter tamen, estque, *esula* (uti apud Ovidium meum est) *linguis lutan- lia*

*Falgitur obtortis alte insinuare labellis,*  
& (quod Plautus perhibet) *pr serpentem bestiam facere, duplicem ut habcas linguam.*

*Thyrifque pangat hortulo in Cupidinis.*

Latine, ac signate oppido, si modo eorum hominum acumini credendum, qui à *thyrsis* isto non Bacchico, sed Ithyphallico, vernaculum illum nostrum, quod hodie foeminis praecipue ad quemvis subitum casum, puta si pedem offenderint, aut testum forte manibus prolapsam confregerint, temere ac muliebriter proclamantibus, vulgo in ore esse consuevit; haud quidem iis togatis dico, aut vili de plebe modo; sed vero iis stolis etiam,

*Quae sine tegit medios insilit longa pedes:*

hoc est, de summo matronis loco, ac ordinis primarii, multo in speciem honestissimis. Neque id adeo mirandum, quam *thyrsos* nihil aliud, quam *scapum* sive *caulem*, in morem columnae supinatum, ac subrectum, Latinis hominibus designat. Sed neque minor proprietates in verbo *pangant*, pro *figant*, posito; qua ratione & *plantae*, & *talculae pangi*, vel *depangi* dicuntur, quum inhumantur, hoc est, deferuntur, aut designantur in terram. Unde & Strategus ille Poëtarum Mantuanus noster:

----- *Pange ordine vites.*

Vide Festum. De hortulo vero Cupidinis, metaphorice ad rem voluptatum translato, quod eodem loco addit Apulejus, posteaquam veneri arvi arationi *vim illam Lucillianam*, id est, fatum genitalem rite atque ordine subiecisset, consulendus flos ille Belgarum unicus, Lipsius noster, Antiq. Lectionum libro III. Sequitur deinceps:

*Dum crebros iclus combibente lumine,*

*Trepida in decursu venere, & anima fessula, &c.*  
Ita enim emendare potius visum nobis, quam retinere id, quod in contextu est modo: *combibente lumine*; aut, quod ad oram a Bineto adtextum legitur, *combibente*. *Combibere* porro *iclus lumine*, tralatio omnium elegantissima: à quo etiam Lucretianum illud alienum videri non debet:

*Sic igitur Veneris qui telis accipit iclum,*

*Sicce puer membris muliebribus hunc jaculatur,*

*Seu mater toto jaciens è corpore amorem,*

*Unde feritur, eo tendit, &c.*

Sic, *amorem bibere*, Virgilius: *Ignem totis offibus,* imo *meuiculis bibere* aut *vorare*, Ovidius, Papinius, & caeteri omnes, quicquid est Poëtarum. Apulejus hic igitur, *putres in venere, fractosque ac vere patranes* oculos denotare volens eorum exprimit habitum, qui *vaidis Veneris compagibus haerentes* (uti apud eumpse Carum nostrum legimus) *suscipiant spatium decurrere amoris*, hoc est, quum res ad effectum jam spectat, Poëtae Sulmonensi haud ignarum. Sic enim ille II. de Arte:

*Aspicies oculos tremulo fulgore micantes,*

*Et sol in liquida saepe resulget aqua.*

Sed & Juvenalis,

----- *Oculosque in fine trementes.*

Ad superiorem Lucretii *decursum* illa etiam sequentia opportune possis accommodare:

*Trepida in decursu Venere, & anima fessula,*  
&c.

Quae quidem restitutio feliciter (uti spero) nata nobis sub manu, quum in Bineti Editione:

*Trepidante cursu, Venere & anima fessula,*  
&c.

illepida hercule, ac coacta nimium constructione legatur. Etiam *laticibus* scriptissimus, contextum potius, quam faccidaneam, quae margini adhaeret, lectionem sequuti, ea vero *laticibus* resert, quod, uti barbarum ac invenustum, hoc atque significatione, nec ipsa quidem amorum mater, aut nobis, aut Apulejo, unquam opinor, persuaserit.

## CAPUT VIII.

*Alterius item lepidissimi Poëmatii exemplum, carminum Horatianorum genera omnia ac modis singulis versibus complexi, nuper à Crucegato primum, mox à Bineto, tertio nunc denique à nobis, editum, & plenius, & emendatius, non sine curiosa difficultiorum explanatione.*

**P**ergam officium meum exsequi porro, & quando semel jam exorbitare insiliti, alterum quoddam Poëtae quidem incerti, cacterum venulate & vetastate nihil (uti spero) priori illi Apuleji Poëmatio concessurum, in commune proponam. Promulgatum id non ita pridem, & quidem bis eodem

eodem anno iterati Editione, primam dum comitate atque industria liberalissimi Craquii no. tri. iterum ab unico superiorum Carminum editore Cl. Bineo: non sine lituris, mendis, ac leuibus aliquot, quas tamen, facti utriusque exemplaris conlatione, nos & enarrare, & integrare posse confidentia est. ita alterum alterius auxilio eget. Argumentum ex titulo haud ignotum. Ipse, candidissime Lector, consideres licet.

\* PASIPHAE FABULA EX OMNIBUS METRIS HORTIANIS.

*Filia Solis*

*Affluat igne novo,*

*Et per frata iuuenctum,*

*Mentem perditu, quaeritat.*

*Non illam thalami pudor ercet,*

*Non regalis horis, non magni cura mariti.*

*Optat ia formam levis*

*Conuertit cultus suos:*

*Et Proctiles dicit beatas;*

*Ipse laudat, non quod Isis alta est,*

*Sed quod iuuenctae cornua in frontem leuat.*

*Si quando miserae copia suppetit,*

*Brachiis ambit fera colla tauri,*

*Floresque vernos cornil us illigat,*

*Onque iungere quaerit ori.*

*Audaces ani nos efficiunt tela Cupidinis:*

*Illicitisque gaudet*

*Corpus includi stabulis, se faciens iuuenctam.*

*Et amoris pudibundi male suadis*

*O sequitur votis, & prouocat (heu nefas) bimembrem,*

*Cecropidae iuuenctis quum perculit fractum manibus,*

*Fili resurgens Gnoffiae tristia testat domus.*

Restituimus (ut vides)

*Et per frata iuuenctum,*

legitimam Bineo lectionem prae Cruquiana illa subliticia:

*Et perpetrata iuuenctum,*

merito, hercule, ac perlubenter amplexi. Atque, ut hic Pictaviensis illa Antverpiana, ita contra Antverpiana Pictaviensi, septimo ab hinc versu, multis millibus, mea quidem sententia, antistat, in hocce exemplo:

*Ipse laudat, non quod Isis alta est, &c.*

Etenim in Editione Bineo defectus hoc loco, quem ex Cruquiana suppleuimus, antiquo Memphisiticae Deae nomine retracto è fuga. Etiam iuuenctae ibidem, *ἀντι τῆς iuuenctae*, restituere ausi, huiusmodi interpretationis fiducia maxime, Pasiphaë Ius felicitatem non cessat praedicare, ac magnificere prae sua, laudibusque in coelum vehere assidue: non eo quidem nomine, quod primaria Aegypti Dea, ac quasi Praefectrix, novo

\* *Exstat: aqua Rasinum de Matris.*

praeterea Isidis cognomento insignis eluens; verum potius, quod vaccina forma, lacteoque candore, notabilis cornua superbe ac gloriose elata, atque in frontem subiecta, gerere conspiciatur. Quid vero? annon cornuta utrobique Inachis,

*Sive iuuenctam illam, sive Deam facias?*

*Iuuenctam*, quod de puella omnium formosissima in candidae iuuenctae faciem ob furiosis Junonis aemulationem conuersa primitus: *Deam* autem, quod, quam ipse Idis personam omnemque imaginem gerit, non alius coelestis Numinis, quam Lunae nobis habitumque ac personam representet, quae candida est, & coerulea, hoc est, humida, maximeque diebus primis corniculata. At Pasiphaë hanc ipsam, non ut Iidem lunatis atque in frontem elevatis cornibus conspiciam: sed vero, ut patalem bovem laudibus in coelum tollit: ac iuuenctae potius, quam Deae similem fieri exoptat sese: quo non homini, sed tauro adultero suo, vaccina scilicet specie totam approbare se possit. Reliqua in libris formularis bene se habent, usque ad Distichon illud,

*Illicitisque gaudet,*

*Corpus includit stabulis efficiens iuuenctam.*

Ita enim est in utrisque, idque ex divini illius Scaligeri castigatione maxime, quam nos poene integram sequuti sumus; excepto, quod pro *includit*, postrema exclusa litera *includi*, pro *efficiens*, transpositis sic quasi per *μ. τ. ἀδίστην* prioris syllabae elementis, divisim, *se faciens iuuenctam*, fatali huic monstro probabiliter condonavimus: hoc est; assimilans sese, quasi revera iuuenctae fiet. Nota enim, prodigiosae quidem, sed antiquae fidei, historia, qua abiegnae bovis Daedali artificis simulacro fallaciter inelusa, ac bovillo integumento velata, indomita haec Minois uxor ductori regii armenti inforandam se praebuit, ex cuius compressu gravida facta non hominem, sed Minotaurum, in gremium currucae mariti profuderit denique. Possit & lectio constitui ac reconcinari hoc modo:

*Illicitisque gaudens*

*Corpus includit stabulis, &c.*

uti Participium *τῆς gaudens* accusandi, haud nominandi, casu acceptam ad vocem *corpus*, non vero ipsam *Pasiphaë*, referimus, eadem permanente sententia scilicet. *τῆς stabulis* vero etiam ambiguitas nonnulla subesse videri possit, & fortasse ad penitiores *stabulorum* significationem alium, unde & *prostituli*, & *prostitulae* derivatae, quasi *pro stabulis prostantes*, ad capturas emendas exigundatque à praeterentibus; de prostitutis loquor, ac togatis haece, quae meretricium quaesi sui gratia in propatulo ficere condiderunt scilicet: quod genus univcrsum, ita graphice veritque ac genuinis coloribus expressum ab unico illo Comicorum principe habes in Poenulo:

(II 3)

Pro.

*Profedas, pislorum amicas, reliquias alicu-  
rias,*

*Miseras, sebozno delibutas, servilicolas sordi-  
das:*

*Quae tibi olari stabulum statumque, sellam & ses-  
sibulum merum,*

*Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit,  
neque duxit domum.*

*Servolorum sordidulorum scorta diobolaria.*

Sed & *praesepim*, sive adeo *praesepium*, apud eundem pro mansuetula meretricia, hoc est, pro fornice, lustroque, ac loco libero usurpatum reperias non semel, nec apud Plantum modo, sed vero apud Varronem quoque, & ipsum M. Tullium. *Omnia enim loca clausa, & iuta praesepia vocitata antiquitus*, teste Nonio. Neque alio-  
votum juvenalis illud, mea quidem sententia, interpretandum:

*Qui bona donavit praesepibus, &c.*

Porro, ne quis postremum Hemistichium istud ita, ut posuimus modo, legere addabitet nobiscum, loquutionis fortasse insolentia offensus, cum vero ego à Latinorum Comitorum principe melius Latine addiscere, indidemque has phrasas in animum suum immittere, ac fideli memoriae commendare, jubebo: *hardun, eilen, glorijum, factum aequo, ac magnificum virum facere sese*: interdum omisso etiam Pronomine, quomodo *feroem facere*, in Mostellaria, id quod nostris quoque Idiotismis consentit planissime, quis vulgo dicitur soliti: *Faire la pretieuse, le brave, Den praccbert, oft den haen maken*. Nam, quod in Pictaviensis editionis contextu, *effigie juvencae*, quasi per appositionem, superiori sententiae connexum appensumque legitur, quid vero ad emendationem hanc nostram? quae tamen, si cui obessoris naris Lucumoni arriserint minus, poterit, me quoque hoc ipsum praecunte sibi, *effigie juvencae*, hoc est, sub mendaci juvencae lignae velamento, falsoque adumbrata vaccinae personae specie ac simulacro, extrinsecus contentus, sibi potius approbare, quam mihi; nam ipse sane, ad me quod attinet, à prioris sententiae statu haud facile dimovebor. Habes subinde:

*Et amoris pudibundi male suadis, &c.*

*Pudibundi*, non in laude, sed in vitio positum videtur, propudendi ac merito erubescendi amoris morbo scilicet, quod silentio praetereundum haud quaquam putavimus. Versu vero antepenultimo, qui sequitur, geminam in Pictaviensi exemplari lacunam Cruqul nostri comitate apleximus: cui, ostinentum par pari de alieno aliquando ut redderemus, manu ductore Bineto, in proximo Sapphico Lynarteto vicissim auxilio fuimus, primum pro recto patrium, deinde pro auferendi casu rectum in extremo sublituantes: hoc amplius, deleto commate, quod versus sententiam in medio conturbare utrobique ac destruere visum haecenus.

Eleganter vero *bimembrem*, hoc est, biforem, seu bicorporem, vocat portentosum Paspheas partum: quem cum ingeniosissimo Poëtarum Ovidio,

*Semibovemque virum, semivirumque bovem,*  
rite possumus interpretari.

## CAPUT IX.

De vitri flexilis temperamento Tiberii Principis temperibus reserpto. Ejus adeo rei causa quatuor scriptorum auctoritates producae, atque inter se conciliatae nutuo. *Discorum aliquot Job. Saisberien-  
sis Arbitro auctori suo (illuc unde bonum pedem at-  
tulerant) liberali ac literali causa asectorum enu-  
meratio.*

Petrus Crinitus, magni illius Politiani auditor, ac discipulus, inter caetera industriae, atque ingenii facinora, libros nobis complures HONESTAE DISCIPLINAE titulo honestos reliquit. In iis, praeter Grammaticae rei, ac verborum veterum translationem, multa item ad Historias reconditiores pertinentia passim lectionibus occurrunt, quibus Sallustianum illud jure optimo occentari possit: *Fides sit penes auctorem*. Ea excipio modo, ubi, non abs semet, sed vero ex certorum monumentorum relatu, caeci aevi ritus, vel res etiam interdum gestas, curiosa felicitate conquistatas, recenset: quo in numero illud quoque (uti spero) memoria haud sane indignum videri poterit, quod idem de vitri ductilis, seu flexilis inventionem, ca, qua à scriptoribus praecis acceperat fide, nobis porro examinandum proponit, quae res, quoniam miraculo asinis, eademque nostro quoque Arbitro digna aestimata, quam convivalibus Trimalcionis sui festivitibus interponeret, ne nobis quidem aliena videri debet, quam paullo altius fuisque repetitam, adjuctis undique in unum testimoniiis, asseramus, atque corroboremus in posterum, & quidem eo hercle curiosius, quod de gestae rei veritate ipse Plinius nonnihil utique visus sublabatur. Sic enim unicus ille, ac fidelissimus naturae arcanorum scrutator, lib. xxxvi. cap. 24. *Perunt a Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, ut flexibile esset: Quotum officinam artificis ejus abolitam, ne aeris, argenti, auri metallis pretia detraherentur, eaque fama credior (restituo, celebrior) diu, quam certior fuit.* Ubi clare imperatoris nomen, sub quo hoc ipsum acciderit, habes expressum, id quod unum modo, culpa exscriptoris puto, in Petroniano exemplo desideratur. Sed & Graecis verbis ejusdem historiae narrationem aliquanto adstrictius à Dione pertractatam operae pretium fuerit cognoscere, eo magis, quod nulla Historici ejus mentio apud Crinitum. Tradit igitur Cassius iste, sed quasi pro comperto, lib. LVII. pag. 617. *κατα τον ροσιον*

τῆτον κ' εὐά μερίση ἐν τῇ Ρώμῃ, ἐπειδ' ἴτισοκλινὸς ἔγειρετο, παυμασὸν δὴ τινα ποτόν ἀρίστην, ἀρχητέκτων γὰρ τις, οὐ τὸ νομα ἰδίαις οἰδὲ (τῆ γ' ὁ θαυμαστοῖα αὐτῆ ὀσθητὴς ὁ Τίβεριος ἀκ' ἰπερσεύεν αὐτὸ εἰς τὴ ὑπὸ κρημνὰ ἐσθραφέναι) οὐλοσ ουν, εἰς ποτὲ ὀνομάξῃτο, τὸς τε θεμελιῶς αὐτοῖς περιεὶ κρημνῶς, ἅτε μὴ τε κρημνέναι, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν τρυκοῖς τε κ' ἰαχῆοις παρὰ τε περιελάσων, σχονοῖς τε παρὰ μῆδον αὐτῆν ἰσκατε, κ' εἰς τὴν ἀσθραμῖαν εἶθρα ἀσθραποῖς τε ποθοῖς καὶ μηχανικῶν ἀσθραμῶς ἐπαγγαγε. Τότε μὲν ὁ Τίβεριος καὶ ἰθαυμασὸν ἀσθρα, καὶ ἰελοπότης, καὶ δὴ μὲν ἐκείνῳ χροῖμασιν εἰμυσε, δὴ ὁ τῆλοσ κατὰς τὸλεως ἰεῖλασε, μετὰ ὃ ταῦτα περὶ ελθόντος ὁ αὐτῆ, κ' ἰεῖλαμ ποῖσμεν, κ' ἐν τούτῳ ποθῆσεν τε ὑλοῦν κατὰσθαλότος τε ἰεπεπῆδὸς, καὶ ἰλασθὲν πᾶς, ἢ σουρῆσιν ταῖς τε χροσσι δὴ ἰεῖλασ, καὶ ἰεθραμῶν παρὰ κρημνῶς ἀπετῆκατος, ἅς κ' συρῆκαμ: δὴ κατὰ τευξάμῶν, κ' ἀπέκαθεν ἰετῶν. Meminit & Isidorus lib. cap. 15. his verbis: *Ex tunc autem, sub Tiberio Caesare quendam artificem excogitasse vitri temperamentum, ut flexibile esset, & ductile. Qui, dum (forte cum) admixtus esset ad Caesarem, porrexit phialam Caesari, quam ille indignatus in praementum projecit. Artifex autem sustulit phialam de pavimento, qua complicaverat se, in primum eius aeneam: deinde malleum de sinu protulit, & phialam correxit. Hoc facto, Caesar dixit artificem: numquid (lege numquid) alius scit hanc conditura vitrorum? respondit ille: parans negavit, alterum vero scire, iussit eum Caesar decollari, ne dum hoc cognitum fieret, ament pro hinc haberetur, & omnium metallorum in ea distillarentur, pro quo, decederentur, antea dixerat Plinius, & mirum ni ita corrigendum in hoc Isidori loco. Omnia vero disertissime Joannes Salisberienis, quamvis ab exemplis supra dictis in partem non nihil disticiens, libro de magis curia tom. iv. cap. 5. qui Polieratius inscribitur, non quidem de suo, ne quid erres, sed vero de alieno, id quod corniculae illi cum sartoribus illis semipriscis, Solino patra, Macrobio, Isidoro, atque aliis eisdem farinae mangonibus commune) solens utique, praefertim de Satura Arbitri nostri, quam ex hac eisdem ediffertatione auctiorem porro, infrauctioremque, suo loco, hoc est, Trima'cio nis coenae re idas licebit: *Apud Petronium Trimalcio refert factum fuisse, quod vitrea vasa fuerit tenacitatis tantae, ut non magis, quam aera, vel argentea, frangerentur. Cum ergo phialam huiusmodi de vitro purissimo, & suo, ut putabat, dignum Caesare, fabricasset, cum manere suo Caesarem illens admixtus esset. Luctata est species murens, conuadata manus artificis, arripata est deo tio deo. Fater, vero ut admirationem inuentum eorum in stuporem, & sibi plenius gratiam conciliaret imperatoris, petiit de manu Caesaris phialam recipit,**

eamque validius projecit in praementum tanto impetu, ut nec solidissima & constantissima aeris materia maneret illa. Caesar autem ad haec non miris fluxit, quam exaruit. At ille de terra sustulit phialam: quae quidem non facta erat, sed eadem, ac si aeris sustantia vitri spectum induisset. Deinde malleum (lege, malleum) de sinu protulit, vitrum correxit optissime, & tanquam collisum vas aeneum, crebris ictibus reparavit. Quo facto, se eorum Jovis tenere arbitratum est, eo quod familiaritatem Caesaris, & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed seculis accidit. Quaesivit enim Caesar, an alius sciret hanc conditura vitrorum. Quod cum negaret, eum decollari praecipit imperator, dicens, quia, si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vilescerent, quasi lutum. Et, ut palam demonstraret, se quoque supradictae Historiae fidem, non minus quam Plinium, suspectam merito ac nonversam habere, subjungit suis verbis protenus: *An vera sit relatio & fidelis, incertum, & de facto Caesaris diversi diversa sentiunt. Quertinas (ut vides) auctoritates produximus. Crinito duorum testimoniorum suffragis superato, idque Petroniani honoris causa maxime, cuius an Salisberienis iste, pro rei merito, aut scriptoris etiam dignitate, rationem habuerit factis, prudentioribus porro ingenis considerandum relinquo: hoc unum praestare contentus modo, priorem huiusce narrationis partem aucteri suo Arbitro acceptam referendam videri, non, qua ad sententiam tantum, sed vero, qui etiam ad dictionis simplicitatem, ipsamque verborum ambitum, tantis stellis multo eandemque nebulam a Britannii illius factis, aspectum non negaverim: sed ita tamen, ut pannum in purpura positum haud obsecris utique in stellis desprehendas, quemadmodum & libro Polierateli VII. cap. 15. sub finem, ubi aliam quandam sententiam tacite, ac dissimulato auctoris nomine, in vobis accommodat suos, verbi gratia: *Nam, ut dici solet, amor ingenti nunquam huncum dicitum fecit, pro quo in Sapphico nostro invenias: cap. LXXXIII. Amor ingenti neminem unquam dicitum fecit. Denique, initio capitis sequentis, quis obsecro non videt latibulum facti quaesitam verbis illis: *Qui factis dicitas cogere curant, nihil in vita potius credi voluit, quam ea teris praevalerant: qui quidem Petronianum illud memoriter commemoravit modo? cap. LXXXIV. Deinde qui solas exstruere dicitis erant, nihil voluit inter homines melius esse, quam quod ipsi tenent. Pene praeteritam in memor, quod prius monitum oportuit, ad coenam quoque Trimalcionis alteram eundem eorumum sarcinatoris exemplum pertinere, a Fragmentorum Arbitri editore, per incogitantiam credo, silentio praetermissum. Id vero lib. VI. cap. 8. Polierateli quem dico,***

reperitabis hujusmodi : *Coenam Trimalcionis apud Petronium, si potes, ingredere, & porcum sic gravidari posse miraberis, nisi forte admirationem multiplex, ignota, & inaudita luxuria tollat.* Ad quam

*coenam etiam retrahendum autumo Fragmentum minutulum, quod à Fulgentio Grammatico sub Petronii nomine citatur his verbis: Postquam ferulum allatum est.*



DON JOSEPHI ANTONII  
GONSALII DE SALAS

C O M M E N T A

I N

T. PETRONII ARBITRI  
SATYRICON.

Labor pene puerilis , nunc autem postliminio  
duorum lustrorum incudi denuo redditus.

# AUDITORI MEO.

**E**cce in προχελίῳ, Auditor, adsum, ut, antequam centonem liceat elevare, & auditorium introire, possim tecum paucis verbis agere; paucis, inquam, sed quae rescire te, mea nonnihil refert, & etiam tua. Sed aures tuas jam bibulas auguror, fac ut sentiam quoque benivolus. Equidem jam olim, adhuc nimirum puer, ex umbris Grammaticulorum egressus, dum parenti, heu quondam meo! inlustri, & venerando, morem gero, luminisque melioris illius aevi penitus lustro, sidera minus corusca delibo tantum, factum est, ut in Arbitrum Petronium inciderem; & , quanti illum fecerint Viri eruditione conspicui, quamque etiam tum carum foret illius nomen, ex omnium longa commendatione condiscerem. Avidus ideo lectionem adgredior, quis ambigat? Sed, bone Deus, ut offendi eum disruptum, lacerum, ac deformem! Praetereo hic doctorum Virorum conatus, quibus eidem primitus anxii subvenere; nam licet plurimum ii profecerint, egebat miser ille auxilio praesentiori. Imparem me sane tanto facinori sat bene noveram, quod nec dum juvenis forem, & quod conscius itidem meae curtae suppellectilis. Attamen, fateor quidem, mihi ab iniquo labore temperare non potui; sic prima illa aetas audax est, immo praeceps, ac lasciviens. Post vero haud breve temporis spatium, quam onus subieram, in prolixam segetem subcrevit nostra lucubratio, seu potius molem indigestam, ac farraginem: inibi namque obgeseram temere, quicquid ex assidua lectione succurrebat opportunum. Obgannient haud dubio hic homines insubidi, tristi & superciliosa fronte mihi objectantes, Siccine puer, Venere apud Arbitrum prostante nuda oculos pascere, immo exsaturare, non erubuiti? non salva res est. Sed velim id tam candide ad eorum aures perveniat, quam simpliciter gestum est. Dicam, quod verum scio; narratiunculae ejus devirginatae, me-Hercules, vel in illa aetatula mihi, quod musica ad surdum. Suaviloquentia me cepit, simplicis stili mundities, urbanitas, & sales, & in summa tot Veneres, quibus primae notae scriptoribus aliis quam longissime superemineret. Insuper & sapientiae praeceptis animum meum ita Petronius composuit, ut vel exinde insigniter edidicerim Fortunam contemnere, imminetiaque tot fati discrimina catus opperiri. Deserbuit tamen id studium nostrum, & altum siluit tribus pene lustris, quousque plurimorum hortamina, quae apud me imperii vim obtinebant, tandem compulerunt, ut omnino satagerem fidem jam antiquam liberare, satisque tot annorum facere exspectationi, qua publicae, qua privatae. Repetii itaque rude opus, & , nunc addendo, nunc vero innumera jugulando, tunc primum concinnavi; ac deinde, ut patet, in COMMENTA haut incommode digessi. Iis autem in comminiscendis quae ratio servata nobis fuerit, & lubet aperire.

Nostra enim COMMENTA παραλειπόμενα fere sunt ceterorum Interpretum, apud quos offendentur indubio, si inlustratione indigentia (quod mirum valde erit)



erit) nonnulla praetermissimus: Pariterque, scriptorum loca illis memorata adtingere, nobis summa religio fuit, nisi diversa prorsus ratione producerentur. Praeterquam quod & iisdem nonnunquam Criticum ferrum, nonnunquam novam faculam, admovemus. Ast in omnibus spero me secutum tale temperamentum, ut de me queri non possit, quisquis de se bene senserit; quum salva omnino personarum reverentia, ubique ludam eorum nominibus parcens ingenti superstitione, quorum sententiae utcumque mihi non probarentur, laudarim vero omnium, qui digni elogio. Ubi autem longiuscule digressi per Parerga videbimur evagari (quod & rarer fit) si propius rem inspexeris, haud extra oleas, ut ajunt, ferri nos, constabit manifesto. Ἀπροσδιόγυσα quidem non sunt, quae Auctorem quoquo modo exornant, aut morem, quem tetigit; ibique, recenti inquam exornatione priscorum rituum, fors haud lusimus operam. Plerisque etiam locis, quibus huc usque opus fuit Delio natatore, primi nos, praefiscini, vitam & lucem dedimus; omnibus vero adferuimus vindicias antiquae lectionis, ubi ne desperata loca erunt excipienda, de quibus optime forsitan omnium fuimus meriti. Caeterum quidem etsi Satiricon illis scriptum fuit, qui solent spectare Florales, adsit tamen COMMENTORUM nostrorum auditor severus Cato; impudentiam enim exhorrens non exhibit de theatro. At denique, jam dum plura alia, quae apud nos servantur confecta, publici juris facimus, quisquis es ex Critico Senatu in praesentia futurus meus auditor,

*Vive, vale: si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti, si non, his utere mecum.*



DON JOSEPHI ANTONII  
GONSALII DE SALAS

A D

T. PETRONII ARBITRI  
SATYRICON  
PRAELUDIA.

*Scriptor, ejus vita, secta, mors.*

PRAELUDIUM I.

**N**OSTER SCRIPTOR est TITUS PETRONIUS ARBITER. Quid hic inculecem moleste Petronios alios? In Praenomine enim Auctores prisca variant. nam Cujus Cornelio Tacito est, Publius Scholiastae Juvenalis, Titus vero Plinio Secundo, & Plutarcho: quibus, duo quippe testes sunt, majorem fidem habuisse Viros doctos, constat manifesto. Quaesiunculam hanc jam olim disceptavit vir ille ad Musas & Veneres omnes factus, Justus Lipsius, Commentar. in lib. XVI. Annal. Taciti, qui potest adiri. Nomen PETRONIUS agnoscunt omnes. *Petroniam* autem gentem antiquissimam fuisse, utpote quae è Sabinis oriunda, ex numis Veterum evincere \* Antiquarii conati sunt. Cognomen denique ARBITER documento videlicet est, ut ab aliis tuto discerni noster potest Scriptor; nihilo minus tamen cum pluribus aliis recentioribus Petronius confundi non potuit evitare. Videtur sane ab ingenio Tacitus innuere, cognomen illud accepisse Petroniam; & forsan ab ipso Principe: *Inter paucos, ait, familiarium Neroni adsumptus*

\* Vide fam. Roman. Fulvii Ursini in *Petronia*.

*est, elegantiae ARBITER, dum nihil amoenum, & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobasset.* Pariter etiam Julius Romanus, aut quisquis ille Epigrammaticus est, quodam Epigrammate:

ARBITER arbitrio dictus & ipse suo.

Nisi verius sit, de quo ego etiam delibero, ipsa veri cognominis significatione sat decenter Cornelium iussisse. Sic laudant plures ex antiquis Grammaticis, puta, Terentianus Maurus, Laetantius Scholiastae Papinii, Marius Victorinus, Fulgentius Planciades, Diomedes, alii, item B. Hieronymus, Macrobius, Sidonius Apollinaris, & Saresberienfis. Etenim operam omnino jam ludere sit, longam disputationem contexere de aevo Petronii: hoc est, an unus idemque ille sit, cujus Tacitus meminit, cum auctore videlicet nostri Satyrici. Plura enim conspirant, ut diversi esse non videantur, quam quae vel ingenti cum molimine strenuus oppugnator speret evertere. Latiuscule nos & inferius prosequimur, ubi de ipso Satyrico agimus. Unicum tamen hic, quo offendi solent superstitiosi Critici, necessum est scrupulum remove. Arbitri ex Epigrammate hemistichion est:

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

à quo postea indubie mutuatus Papinius III. Thebaid.

baid. ubi inquit vetus Scholiastes : *Neget Deos ulla alia re celebrari, nisi timore mortalium, ut Lucanus :*

*Quae sinxere timent.*

Et Petronius Arbitrum istum secutus :

*Primus in orbe Deos &c.*

Ajunt igitur *istum* ad Statium referri, non ad Lucanum. Itaque Statius, qui sub Domitiano floruit, posteriolem Arbitrum subindicari. Eos autem caecutire, videat vel andabata galeatus, nam tunc potius, *illum*, diceret sat bene Latinus Grammaticus; nisi, *istud*, forsitan scripsit, sententiam ipsam, placitumque intelligens. Ut autem sit *istud*, *istum*, ad Lucanum proximum referri necessarium. Lucanus vero etiam *Arbitro*, Poemate tamen suo illum praecessit, ut notum est, nosque in Commentis nostris patefacimus. Sed quid jam comminiscuntur, postquam Terentianum constet, nostrum haut semel Arbitrum advescisse; Terentianum vero Martialis aetate Syenen rexisse, ipso testante; inquit Epigr. 86. lib. 1.

*Tam longe est mihi, quam Terentianus,  
Qui nove Nilvacam regit Syenen.*

It' Apollinaris Carm. 9. coevum, hoc est, haut nimis disparum, Terentianum quoque fecit Pertii, & Martialis; illum nempe inter plures illustres animas recensendo, qui haut nimis longo temporis intervallo inter se differabant. Ut desinant jam Viri eruditione nobiles eundem Maurum Grammaticum ad Constantinorum tempora deturbare, & cum Apulejo, Tertulliano, Cyprianoque Afris scriptoribus committere.

Ad postquam scriptorem agnovimus, ingenium eius, ac fortunam propius inspicere, consentaneum. Sed quum adeptus felici fato sit egregium Historicum, qui tradere illum potuit immortalitati, ab ipso jure optimo vita ejus pendenda nobis fuit. At praevium illud Plinii Junioris etiam ad Tacitum \* usurpem, quum exitum Plinii Majoris vellet memoriae commendare; nimirum, quod quamvis ipse Petronius plurima opera & mansura condiderit, multum tamen perpetuitati ejus Taciti scriptorum aeternitas addet. Ipsum igitur in hunc modum audi narrantem L. XVI. Annal.

*Dixit hoc illustrium virorum posteritati, ut quomodo exsequiis a promiscua sepultura separantur, ita in traditione supremorum accipiant, habeantque propriam memoriam. Paucos quippe intra dies, eodem agrorum Annas Mella, Cerialis Annicius, Rufus Crispinus, ac C. [reponendum T.] Petronius cecidere. Et post pauca ad Arbitrum redit. De T. Petronio supra pauca repetenda sunt. Nam illi dies per somnum, nox officii, & oblectamenti vitae*

\* Lib. vi. Epil. 16.

*transigatur. Ubiq' animo industria, ita hunc ignavia ad faram protulerat; habebaturque non gener, & frugator, ut sperique sua horum, sed erudito luxu. De dida s. itaque ejus quo te solutio- ra, & quondam sui negligentiam praesentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebatur. Prae- consul tamen Bithynice, & mox Consul, exigentem se ac parem negotiis qd' nati, dein revolutus ad villa, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni angustissimus, elegantiae ARBITER, dum molle amoenam, & molle assuetis putat, nisi quod ei Petronius a praesentibus. Unde Ividia Tigellini, quasi adeoq' amicum, & scientia copulatum potiorum. Ergo crudelitatem Principis, cui caeteras libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Severini Petronio objectans; commisso ad iudicium ser- vo, ademptaque deservione, & majore parte familiae in vincula rapti. Foris illis diebus Campaniam petiverat Caesar, & Cumas usque progressus Petronius illic attribatur. Nec tulit ultra timoris, aut spei moras; neque tamen praiceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum, obligatas, aperiri rursus, & alloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiae gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animae, & sapientium placitis, sed levia carmina, & faciles versus. Seravorum alios largitione, quosdam verberibus adfecit. Inuit & vias, somno indulgit, ut quamquam coacta mors, fortuitae similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique percutiam) Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulaverat; sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum, seminarumque & noxitate cujusque stutri perscripti, etque obsignata vixit Neroni; pregitone annidum, & mox usui esset ad faciendum pericula. Arrogantia Neroni, quoniam modo noxium facinorosa ingenia notesce- rent, offertur Silla matrimonio senatoris haut ignota, & ipsi ad omnem libidinem affecta, ac Petronio perquam familiaris; agitur in exilium, tamquam non silisset, quae viderat, pertuleratque proprio odio.*

Mine enim mores, & ingenium eius expressit, nos vero obiter nonnulla inlustramus. *Illi dies per somnum, ait, nox officii, & oblectamenti vitae transigebatur.* Quod ipsum de Alagabalo memoriae prodidit Lampridius, qui Neronis simia fuit. Observo equidem, pariter & Vespasiano probatam fuisse consuetudinem istam Petronii; innuit plane Plinius Nepos Ep. 5. lib. III. ubi de avunculo ait: *Ante lucem erat ad Vespasianum Imperatorem: non ille quaeque verbis utebatur. Ubi nihil aliud, noctibus uti, quam officii, & diernam verbis noctes eidem transigi.* Evincunt Suetonius, & Aurelius Victor, facemque ad Plinii historiam praeserunt. Ille in Vespasiano cap. XII. ite de eodem sic verbis adhuc disertioribus: *Institutum vero uniforme omni imperio tenuit. VIGILARE DE NOCTE, pu-*

*hicisque adibus absolutis, caros admittere.* Inprimis enim Plinius ille fuit, itaque opportune tunc temporis Imperatorem adibat. Hocce autem Antipodas vitae graphice Seneca noster descripsit Epist. 122. *Sunt qui officia lucis noctisque pervertunt: nec antea diducunt oculos besterna graves erapula, quam adpetere nox coepit. Qualis illorum concilio dicitur, quos natura (ut ait Virgilius) pedibus nostris subditos è contrario posuit.*

*Nosque ubi primus equis oriens adflavit ambulis,*

*Illis fera rubens accendit lumina vesper.*

*Talis horum contraria omnibus non regio, sed vita est.* Viguit igitur mos aeo Neronis, ejusque in aula maxime. Quapropter ejusdem noctes pluribus memoratae, Juvenali:

----- *Noctesque Neronis.*

Tacito: *Ambigenti Neroni, quoniam modo noctium suarum ingenia notescerent.* Apte omnino. nam oblectamentis Neroni quoque transigebantur. Nec aliter fieri potuit, quin pares omnino forent mores utriusque, Neronis, inquam, & Arbitri, si arbiter ipse elegantiae Neroni inter paucos adsumptus est. Protulit & Tacitus de Petronio: *Dein revolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem.* Ubi & Neronem carpit: ipse namque prius trajecerat & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus. Imitatione enim victorum mire pellexerunt antiqui infanos Principes. Insignis locus Lampridii cæ de Alagabalo, facitque unice ad Petronium: *Erant amici improbi, & senes quidam, & specie Philosophi: qui caput reticulo componerent: qui improba quaedam pati, se dicebant: qui maritos se habere, jactarent. Quos quidam suxisse dicunt, ut illi fierent vitiorum imitatione cariores.* Hisce & similibus delinimentis Principem adgressus, animum ejus adeo devinxit, ut nihil aemouum, & molle adfluentia putaret, nisi quod ei Petronius adprobavisset. Ejus etiam blandientis urbanitatis vestigia apud Plutarchum existant lib. Πας αν τις διακρίνει τον κόλακα & φίλας. Ubi quum eruditos astus commemorat adfessantium, inter alia inquit: *Η τὸς ἀσώτους κὺ πάλιν ἐ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν κὺ ῥυπαρίαν ἐνειδίζουσι, ὡσπερ Νέρωνα Τισὺ Περτρώνιῳ. Aut quum sumptuosus ac prodigis sordes objiciunt, nimitamque parsimoniam, ut Neroni fecit T. Petronius.* Item Cornelius ait, Petronium fuisse Proconsulem Bithyniae. Cave autem credas, Catullum pariter fuisse, quod ex ejus Epigrammate 10. adstruere, haud dubitavit recentior Taciti Interpretes. Nec audiendus vir doctissimus, quum ait in Tacito corrigendum, *Proconsul tamen Britanniae, loco Bithyniae, confundens videlicet Arbitrum nostrum cum Petronio Turpiliano, qui in Britannia Proconsul fuit; quum Turpilianum sub Galba, auctore Tacito 1. Hist. Arbitrum vero sub Nerone constet periisse. Mox Consul,*

subdit Tacitus, id est, post Bithyniae Proconsulatum, at indubie ordinarius non fuit, sed suffectus menses aliquos. Suffectos enim Consulibus non solum veteres facti, sed ipsi Historici, qui res gestas exacte prosequuntur, silentio perfacere praeterunt. *Consularem vero nominat Plinius lib. xxxvii. cap. 2. Titus Petronius Consularis moriturus &c.* Fuere etiam nomine tantum Consulari quidam dignitate donati. Ita Procopius: *ὑπαὶ καλλίμενος μόιος.* Consul nomine solum vocatus, ut Senator Aufonius sic de se Idyllio xxx.

*Curia me duplex, & uterque Senatus habebat,*

*Muneris exsortem, nomine participem.*

Revera autem Consulem existimo fuisse Arbitrum, & adnuat Cornelius: *Proconsul tamen Bithyniae, & mox Consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit.*

Sed video apud Viros doctos in quaestione versari, cui nam sapientiae studio Petronius fuerit additus? Potior vero pars Senatus Musici Epicuri familiae illum haut cunctanter adseruit, ajuntque hisce argumentis ita esse necessario convinci: quod in Epigrammate *pater veri aperte dicitur ab Arbitro Epicurus.* Item quod Carmen illud condiderit:

*Primus in orbe Deos fecit timor, ardua coeli*

*Fulmina quum caderent, &c.*

Ubi ridere cum adfirmant superstiosos, qui Deum timore, tamquam pueri nocturnis terculamentis, adficiuntur inaniter. Epicureorum namque dogma fuit, Deos immortales curam rerum humanarum non habere; itaque illum timere, supervacuum, qui nec beneficiis optimos prosequi, nec improbos suppliciiis adficere, meditatur. Addunt, placito Epicuri, scilicet: in voluptate summum bonum situm esse, etiam adhaesisse, quum illum cecinerit versum:]

*Ergo vivamus, dum licet esse bene.*

Ac denique, animas cum corporibus interire, quae & Epicuri sententia fuit, manifesto mortuorum subindicasse, dum *nihil de immortalitate animae, verba Taciti sunt, & sapientium placitis, sed levia carmina, & faciles versus audierit referentes.* Equidem autem intrepidus adfirmo, acque ac hominem Arbitrum fuisse, sic non esse secta Epicureum. Quod clarius ut omnibus constet, discutiendae nobis, leviter tamen, adversariorum rationes sunt. Sed primo nunc subit mirari, adeo disciplinam Epicureorum despiciatū adversarios habuisse, ut non animadverterint, minime illam doctrinae fuisse adprobationem, sed propriam adpellationem illius sectae parentis, ut suo loco nos in Commentis patefacimus. Deinde licet decreta plura Epicuri adprobavisset, vere non inducerent, ejus sectaneum esse.

Quis-

Quisnam, ego inquam, antiquorum, ita ut Seneca, amavit, verum sese ac germanum Stoicum adprobare? nemo sane, licet ipsum haut excipias Zenonem, vel Chrysippum. Ille autem quid hic fenserit, mecum audi Ep. 16. *Non est quod mireris animum meum. adhuc de alieno liberatus sum. Quare autem alienum dixi? Quidquid bene dictum est ab ullo, mecum est. Sic quoque quod ab Epicuro dictum est.* Et Ep. 21. postquam egregias ejusdem Philosophi sententias retulisset, subdit. *Has voces non est quod Epicuri esse judices, publicae sunt. Quod fieri in senatu solet, faciendum ego in Philosophia quoque existimo. Quum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere sententiam, ET SEQUOR.* Immo munusculum, quod in quaque Epistola pendebat Lucilio, ut plurimum ab Epicuro mutuum fovebat. Tandem vero proferre volo eum, Epicuream disciplinam medullitus adprobantem; nihilominus tamen, masculum se cuiuslibet probatum Stoicum, nec minimum ambigentem; verba sunt ex libro de vita beata cap. XIII. *Mea quidem ista sententia est (invitis hoc nostris populis) [Stoicis, puto] dicam sancta Epicurum & recta praecipere, & si propius accesseris, tristia. Dicat nunc adversae partis antesignanus non nemo, hancce adoream, nisi discipulus & sectator, haut temere Epicuro tribuisset; tribuit & non semel magnus Cicero, quamquam totus Academicus fuit. Sed tempus jam urget devitandi secundum telum.*

*Primus in orbe Deos fecit timor, ardua coelo  
Fulgmina quum caderent, discussaque moenia  
flammis.*

*Atque istu flagraret Athos, mox Phoebus ad  
ortus*

*Lustrata deiectus humo, Lunaeque senectus,  
Et reparatus bonos, hinc signa effusa per orbem,*

*Et permentatis disjunctus mensibus annus  
Projecit vitium hoc: atque error jussit inanis,  
Agricolae primos Cereri dare messis honores:*

*Palmitibus plenis Bacchum vincire: Palem-  
que*

*Pastorum gaudere manu. natat obrutus, omni*

*Nepertus demersus aqua: Pallasque cavernas  
Vindicat. Et voti reus, & qui vendidit orbem,*

*Jam sibi quisque Deos avido certamine fingit.*

*Athenae* ecce totum hoc Epigramma est, non Epicureum. Minime namque Epicurus Deos inficiabatur, qui librum de pietate erga deos scripsit, Laërtio & Cicerone testibus. Et passim ubi ejus memoria est apud antiquos, divinam mentem agnoscere, numinaque memorare, animadvertitur. Inter laceras magni aedificii reliquias Carmen illud hodie rejectum est, quo autem ex

Arbitri opere, quoque loco Satyrici de promptum sit, non comparat, pariterque haut comparere, qua mente deorum professionem, quam alia crebriter adeo intimat, ibi exsertim inficias ierit, ingenue fatendum est. Nam *Athenae* Petronium fuisse, vel per somnium cogitare, uti ex ejus scriptis conligere est, foret profus desipere. Deos autem eo in Epigrammate nullos esse, verbis disertissimis dicit, sed metu quemque sibi finxisse. Itaque Auctorem ac parentem Deorum timorem adfirmat, idque subinde appellat naturae scilicet vitium atque errorem inanem.

*Projecit vitium hoc, inquit, atque error jussit inanis,*

*Agricolae primos Cereri dare messis honores.*

Pracemillitque tandem clausulam addidit opportunam:

*Jam sibi quisque deos avido certamine fingit.*

Neutiquam ergo ex adducto Epigrammate inferatur Petronium Epicureum fuisse. Verum inquirere etiam oportet, an Petronius juxta Epicuri placita hominum religionem erga deos (quae sententia est adversariorum) inficietur, etiamque deorum providentiam, & praemittenda erit hic opportune inspectio scilicet conceptus, quem de utroque habuerit Epicurus. Seneca plene nobis promittit, ideoque locum ejus etiam latiusculum excusabam lib. iv. de benef. cap. 19. *Deos nemo sanus timet, inquit. Furor est enim metuere salutaria: nec quisquam amat, quos timet. Tu denique Epicure Deum inermem facis, omnia illi tela, omnem detraxisti potentiam, & ne cuiquam metuendus esset, projecisti ipsum extra metum. Hunc igitur septum ingenti quodam & inexplicabili muro, divisumque a contactu, & a conspectu mortalium, non habes quare verearis: nulla illi nec tribuendi, nec nocendi materia est. In medio intervallo hujus & alterius coeli desertus, sine animalii, sine homine, sine re, ruinas mundorum supra se, circaque se, cadentium evitat, non exaudiens vota, nec nostri curiosus. Atqui hunc vis videri colere, non aliter quam parentem: grato, ut opinor, animo. Aut si non vis videri gratus, quia nullum habes illius beneficium, sed te atomi & istae micae tuae forte ac temere conglobaverunt, cur colis? Propter majestatem, inquis, ejus eximiam, singularemque naturam. Deos igitur constitebatur Epicurus, colebat, ac venerabatur, propter eorum tamen majestatem, ac eximiam naturam. at superstitiones ac deorum meticulosos cultores deridebat. Utrumque hocce innuere Sextus Empiricus videtur verbis illis lib. viii. adversus Mathematicos: *Ἐπίκουρος ἢ καὶ εὐκλείδης, ὅς μιν πρὸς τὰς πολλὰς ἀπολείπει θεῶν ὅς ἢ πρὸς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἴσαυτός.* Epicurus autem, ut nonnullis videtur, quod ad vulgus quidem adtinet, relinquit Deum: quod autem adtinet ad rerum naturam, nequam. Diis enim providentiam adinebat, exin-*

que humanum genus ab deorum metu & religione vindicabat. Eleganter Himerius Sophista rem explicat, & Empiricum interpretatur declamatione, cujus Epigraphe, *Ἐπιεικὸς, προνοίᾳ ἐκ εἶναι λέγον, ἀπειθείας φευγεὶ γοῶσιν.* Epicurus, providentiam negans, impietatis accusatur. Βωμῆς, inquit, *ἐκ ἀνελπισίας ἀπὸ μάτην ἰσῶλης ἔδειξας, προνοίᾳ ἀνελάν, δι' ἣν βωμὸς ἰδρυσάμεθα. Διαιταν παύσιν ἐκ ἔθους ἀπὸ πύτας ἀνήσκαας.* *Aras non exertisti: At eas frustra esse ostendisti. quum providentiam è rerum natura tollis, ob quam aras exstruximus. Sacrificia nova non introduxisti? At omnia sustulisti.* Sexcenta equidem loca ex Graecis, & Latinis Philosophis in medium producere possem, ubi divinam auferat providentiam Epicurus ille dementissimus hominum; ideoque religiosus pariter exsecratur numinum observatores. Si Arbitr ergo valde se superstitionum exhibuit, divinaeque providentiae nimium quantum observatorem, nequaquam Hercle sectae Epicureorum erit addicendus in posterum discipulus. Paucula loca Satyrici tantum in praesentia attingam; totum namque refertum est providentia deorum, hominumque pariter superstitione. Adferit ergo providentiam cap. xcviii. sub Eumolpi persona: *Immo, ni Deus quidam, humanarum rerum arbiter, prudenti puero excussisset indicium, elusus circa postinas errarem.* & cap. cvi. clarius adhuc sub Lycae: *Deos immortales rerum humanarum agere curam juro, intellexisti, ó Tryphaena. nam imprudentes noxios &c. ac denique jam verba solum Quartillae referam ex cap. xviii. quae semel concitanti negotium: Nam neque sacra quampiam vulgaturum, & si quod praeterea aliud remedium ad tertianam Deus illi monstrasset, adjuratos nos DIVINAM PROVIDENTIAM vel periculo nostro. Satis testimoniorum sunt de divina providentia. De superstitione plura adhuc possemus proferre: at pleraque in Commentis nostris tempestiviter commemoramus: quare illuc te remittere satis nunc sit. vide quae notamus ad verba cap. cxiv. Et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit &c. item quae ad versiculos illos cap. cxxxix.*

*Me quoque per terras, per caui Nereus aequor, Hellepontiaci sequitur gravis ira Priapi.*

Et alias sparsim. Nec diutule immorari licebit illi versui, quo ajunt profectum Arbitrum, in voluptate summum bonum situm esse:

*Ergo vivamus, dum licet esse bene.*

Id enim, vix credas, serio ullum virum doctum adseverare potesse. Hilaris tantum ac genialis est convivoris invitatiuncula, ut & amicos concoenas ad voluptatem quoquomodo adliceret paterfamilias; quod post mortis injectam in convivium memoriam erat creberrimo in usu, ut suo loco dicimus. Quod tandem proprio exemplo animae interitum haut adfluxerit mori-

turus Petronius, inferius ostendimus, ubi de ejus morte sermo nobis est. Dilui ergo jam, & ut arbitror, manifesto Epicureas maculas, quas inurere haecenus Petronio Arbitro adverbarii conati sunt; abs gregeque Epicuri cultum admodum ac venustissimum ingenium, ubi indigne \* porcus audit huc usque, nunc primum vindicavi. At vero si a me quaesieris, quamnam ergo disciplinam promiserit? haut ego facile dicam. Aliquando putaram adfensum suum ad Academicos deflexisse. nonnulla namque, quae cum illis convenirent, apud ipsum offenderam. Sed quum captiosas disputationes, quaestianculasque eorum contortulas à quolibet animadverterem eleganti ac venusto ingenio abhorrere, à Petronii vero praecipue *verecundiam Platonis*, postea respui; Stoicorumque sectam consecratam, credidi rationi magis consentaneum esse. Stoicorum, inquam, qui iidem paene cum Cynicis, ut ait Cicero. i. de Off. nam utrorumque dogmata fere convenire, indubium est; vita autem & cultu plane differebant. Inde Juvenalis Sat. XIII.

*Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit,*

*A Cynicis tunica distantia-*

Et plura alii. Jam vero de Arbitro nescio an sit aliquid memoratum, quod ab decretis Cynicorum, immo Stoicorum, vel minimum differat. Nota autem mihi ut illud consonet, quod negotium fortasse huc usque nonnullis fecisset: *Utque alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat. &c. Ac dicta, factaque ejus quanto solutiora, & quamdam sui negligentiam praeserentia, tanto grato gratius in speciem simplicitatis accipiebantur.* Vicia autem ejus, seu vitiolorum imitatio nec hilum hic obstant, quo minus se purum putum Stoicum exhibuisse videatur. Aliter certe in aula flagitiosissimi Principis facere non potuit; praeterquam quod & Stoici Principes, haut secus ac reliquum humanum genus, variis fuerit morbis animi, ac naturae, olim obnoxii. Sextus Empiricus L. III. *Pyrrhon. Hypotyp. capp. 24. 25. & L. IX. adversus Mathematicos*, nefaria eorum dogmata recenset, & potissimum Zenonis, & Chryssippi, familiae duكتورum, quae Arbitrum nostrum frugi Stoicum ac probatum poterunt deinceps reddere. Mitiora vero Seneca de illis prodidit, quem juvat audire de se quoque plusquam humiliter ac modeste profantem cap. xviii. de Vita Beata: *Haec non pro me loquor: ego enim in alto vitiorum omnium sum: sed pro illo, cui aliquid acti est. Aliter, inquit loqueris, aliter vivis. Hoc per malignissima capita, & optimo cuique inimicissima, Platonis objectum est, objectum*

*Epi-*

\* Sic de se Horatius: *Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

*Esicuro, o'jectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viverent, sed quemadmodum viverentur esset. De virtute, non de me, loquor: & quum ceteris convicium facio, quum potero, vitam quomodo oportet. At hic progredieris urgere nos, & Arbitrator, ais, nec vita nec verbis pudicus fuit. Itaque potius protulit, quemadmodum ipse viveret, quam quemadmodum esset vivendum. Scriptaque ejus, hoc est, Satyricon, & si quae alia, id manifesto attestantur. Immo potius, inquam ego, ex antea oppositum. Ibi sine flagitia propalat, ut infectetur; vitia propudiosa depingit, ut puniat & ulciscatur acerbe. Hoc ipsum qui non sentit, à me sciat, nihil inquam senturum de Arbitri mente, quod abunde, ubi de joritis, inferius ostenditur. Ceterum quid Stoicis magis familiare, quam id genus obscœna scilicet loquendi licentia? Cicero celebrat in illa Epistola ad Pactum L. IX. Familiar. ait. *Anno verecundiam, vel potius libertatem loquendi; atque hoc Zenoni placuit, homini me Hercule acuto: utsi Academiae stylo cum magna rixa st. Sed, ut dico, placet Stoicis suo quomque rem nomine asseclere.* ac deinceps pluribus id tota Epistola persequitur, quousque hinc eam claudit: *Itaque totis viris ea ad te scripsi, quae apartissimis agunt Stoici &c.* Et lib. I. de Offic. paria refert, quae in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Etenim praeterea volo nonnulla eorum placita cum Satyricon conferre, ut apertius omnibus jam constet de Arbitri scia.*

Nae Stoici deos esse, qui mundam administrarent, imprimis censabant; quique consulerent rebus humanis. *εὐνοία* vocabant & providentiam; quae II. & III. de Nat. Deor. & IV. de Finib. Cicero docet. Ut autem huic dogmati adfenserit Arbitrator, satis puto liquere ex dictis adversus Epicureos.

Fatalem necessitatem plane etiam agnovit Petronius, pluriesque professus, pedibus in sententiam ivit Stoicorum, quam refert etiam Cicero lib. de Fato. scilicet *fata omnia fieri.* Porro Tusculanar. v. & lib. II. de Divinat. quid Stoicorum fatum sit, latiuscule exponit; omnia vero cum Arbitro mire consentiant.

Stoicorum erat etiam decretum, *multa falsa esse, longeque aliter se habere, ac sensibus videntur;* quod & uberius in Lucullo disseravit Cicero, interque alia de Chryssippo illud testimonium ibidem dedit: *Sed qui eos colligam, quam habeam Chryssippum, qui fuisse putatur forticum Stoicorum? quam multa ille contra sensus dissolvit? &c.* Suum vero in hac re sensum Arbitrator illis versuculis exposuit:

*Fallunt nos oculi, vagique sensus  
Oppressa ratione mirantur.  
Nam turris, prope quae quadrata surgit,  
Astritis procul angulis nititur.*

*Hic si unum refugit satur liquorum,  
Et novis casum frequenter odit.  
Hoc ille magis, aut minus placere  
Non possit, nisi lite destinata  
Pugnarent dubio tenere sensus.*

Credebant item, *visa quaedam m'iti à Deo,* inquit etiam in Lucullo Cicero, *velut ea, quae in somniis videantur, quaeque oraculis, auspiciis, extis declarantur. Haec enim ajunt probari a Stoicis, quos contra dissentant.* Quae omnia exemplis in Satyricon Arbitrator adseruit. De somniis illa sunt cap. XXVII. *Et ideo medicinam somno sciti, jussisse sum vos perquirere, atque impetum morbi monstrata subtilitate tenere.* Et cap. CIV. *Videbatur mihi secundum quidem Priapus dicere, Encolpion quam quaris, &c.* Et cap. eod. quod nonnihil & oraculi habere videtur: *Et mihi simulacrum Vestunt, quod Bais ter stylo n' tueram, videbatur dicere: In naci Licæ Gytera inderis.* Haec enim Epicurus dicitur, quem ideo oportere laudat, & essert Eumolpus, ut sic Encolpio, & Gytoni patrocinetur. Sin Nerocem, quem Eumolpus repraesentat, subindicat tinctum Epicureorum haeresi, ut alibi dicimus. Illud vero exilat de auspiciis cap. CXXII.

*Haec ubi perforavit, de coelo Delpheus ales*

*Omnia lacta dedit, populitque meatibus aure:*

Et haec de extis cap. CXXXVII. *Recluso pedore extraxit fortissimum jecur, & inde mihi satana praedixit.*

Sordidum quoque placitum Stoicae disciplinae erat: *crepitus aequo liberos ac ruitus esse oportere;* sic Cicero memoriae prodidit Epist. 22. lib. IX. Fam. Puto equidem, urbanus adeo homo, nisi eo placito fretus, in medium haut produceret tale flagitium mercenarii Eumolpi, & fors formosi pueri; maxime quum in balneo solum id sine dedecore apud Romanos esset permittum. Cicero ibidem: *Suppedis, flagitium est: jam erit nudus in balneo, non refringendes.* Verba Arbitri sunt cap. CXVI. ubi de Corace loquitur: *Nec contentus maledictis, tollebat subinde altius pedem, & strepitu obscœno, simul atque odore, viam implebat. Ridebat contumaciam Gyton, & singulos strepitus ejus pari clamore praesquebatur.*

Stoica denique scita nota sunt: *urbanitatem esse virtutem, & eloquentiam virtutem, ac sapientiam esse.* \* Absurdum namque valde est, Stoici os triste ac severum cogitare, frontem caperantam, supercilium contractum, pariterque mores austeros ac difficiles fore, verba insuavia, & consuetudinem injucundam. Ex diametro namque omnia contraria sunt, ut sat liquet ex placitis. Itaque quum se Arbitrator praebet imprimis urbanum, & aulicum, etiamque elegantem purissimae elocutionis architectum, in mere Stoici vivum

\* Cicero. III. Fam. ep. 7. de Orator. lib. III.

vivum exemplar aeternitatis in templo erit collocandus.

Sed jam ad metam decursus, & Arbitri mortem jam attingit praeludium. Ex ejus autem apud Tacitum descriptione, unde haut parvi momenti rationem sibi pro familia Epicurcorum parabant Petroniani interpretes, equidem jam pridem verum omnino Stoicam fuisse, conjeclabam. Inquit Cornelius: *Nec tulit ultra timoris, aut spei moras; neque tamen praiceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum, obligatas, aperire rursum, & alloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiae gloriam praeferet. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animae, & sapientiae placitis, sed levia carmina, & faciles versus. Severorum alicuius largitione, quosdam verberibus afflicti. Iste & rursus, somno indulgit, ut quamquam coacta mors, fertilitate similis esset.* Omnia mihi constantem viri magni animum prae se ferunt, vitaeque & fati contemptorem egregium; & singillatim si examinentur in ipsa Stoicae Philosophiae statera, facient vel Catoni ipsi fati, vel Epicteto. \* Quid aliud quam vitae contemptum praedicant illa verba: *Nec tulit ultra timoris, aut spei moras?* omnino sane. Caesar namque non iussit. Ne autem praecipiti mortem obviam ivisse ejus cruciatibus, & impatientia videretur, parumque constantiae suae fuisse esse, addit: *neque tamen praiceps vitam expulit, sed incisas venas &c.* An aliter Thraseas Poetus, an ipse Seneca? Vincit tamen Noster mora illa spontanea, *ut libitum obligatas, aperire rursum &c.* quum magnus Seneca mortem adeo maturare cupiverit, crurum quoque & poplitem venarum incisione; ac subinde saevisque cruciatibus desessus, verba etiam Taciti sunt, *erat provivum pridem venenum amicus promeret; adlatumque hausit frustra, ideoque postremo stagnum calidae aquae introiit;* quae adhuc quum non sufficerent, *enim balneo inhalatus, vapore ejus exanimatus est.* Praeterea reliquit insuper Arbitrator novum sane extremumque suae constantiae, ac fortitudinis exemplum, ipsa nimirum, ut sic dicam, constantiae contemptione. Hoc est, ne vulgus, ut est ad deteriora promptum, postidea crederet, famam ac memoriam insignis constantiae captasse tanto in illo animi robore ac virtute, ut de Paullina Senecae uxore tradidit Tacitus, *famam sociatae cum marito mortis petivisse, in ipso exitu limine adlocutus amicos Petronius est, non per seria, aut quibus constantiae gloriam petere videretur; audiatque referentes, nihil de immortalitate animae, & sapientiae placitis, sed levia carmina, & faciles versus.* At vero ut suam tandem illam masculam adlereret ἀπάθειαν, miramque animi tranquillitatem immortalitati com-

mendaret, post ipsam venarum abruptionem, ea Taciti mens est, *inuit vias, somno indulgit, ut, quamquam coacta mors, fertilitate similis esset.* Narrationi enim illustri Historici quid addere, supervacuum. ideo flere, ac mirari fatius duximus, sed eodemmet temporis, hoc addam in fine, indubie speciat, quod de Petronio etiam narrat Plinius Secundus lib. xxxvii. cap. 2. *Vitus Petronius consularis moriturus, invidia Neronis Principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam murbinam ecc. His emptam fregit.* Mortem igitur obiit anno P. R. C. ncccxix. C. Suetonio Paullino, L. Pontio Telepho COSS. P. C. N. anno LXIII. biennio antequam Petrus, & Paullus, Apostolorum coryphaei, Romae paterentur.

D E

## PETRONII ARBITRI SCRIPTIS,

E T I N P R I M I S

D E S A T Y R I C O .

P R A E L U D I U M I I .

Virum illustri ingenio praeditum, summa doctrina excultum, Poëticaque facultate divinum, plura opera condidisse, suspicari pronum est. Argumento etiam sunt tot ejus carmina. quae ὀλέληγες, quae ἀποσπασματια, quae inter Catalecta veterum Poëtarum sparsa reperiantur; omnia namque è Satyrico divulsa ac discrepta esse, ego haut facile credam. Idem in mentem Viris doctis jam olim venisse, equidem puto, quum in adnotationibus ad Fulgentii Mythologiarum Libros \* Joan. Baptista Pius perhibeat disertim. Ipsi autem Fulgentius Planciades, cui Petronius Arbitrator fuit valde familiaris, Libro de Virgiliana continentia opus Petronii, *Euscio* inscriptum, sive *Euslion*, ut alia exemplaria exhibent, laudat, exindeque profert elegans fragmenticulum: *Cerberus foveensis erat caussidicus.* Fulgentius habet: *Unde & Petronius in Euscio ait;* ubi Petrus Daniel tentabat, *in Έυσκιῶ.* Ad etiam Doufac F. Spicilegium.

Idem Planciades Fulgentius praefat. lib. i. Mythologicôn alius operis Petronii mentionem fecit, quod *Albucia* vocavit. Ejus, ajunt, amicam fuisse, ac carmen de eadem *anatorium* luisse; ego potius *satyricum* carmen suspicari; quo etiam & mihi praefere Mythologicus, licet corruptus, videtur: nam de Satyra agit, quae sola modum, inquit,

\* Senecam ad extremum lib. de Providentia.

\* Cap. XLVIII.



inquit, imponere potest verbalibus undis mulierum; quo loco & *Albuciae Petronianae* meminit, cui cedere alias virorum inlustrium *Satyras*, fors innuit.

Deponam ego aegrotantia verba, ut si *Machaon* aliquis, aut *Podalirius*, contigerit eis: *Sola* & *Satira*, quae modum imponit furentibus [mulieribus.] Scilicet *PETRONIANA* jubet *ALBUCIA*; huc enim adludente, & *Plautinae Saureae* dominatus obdormit, & *Sulpicillae Aufoniana* loquacitas duperit, *Sallustianaeque Smeroniae*, quameis praesens sit, molos raucefecit. Sic locum ego interea concinnavi ex pluribus codicum scripturis variantibus. Valde enim *Albucis*, si illa *Albucis* Taciti est, ut volunt eruditi, multorum amovendis *sanctis*, Satiricae scriptiōni foret obnoxia. vide quae & de illa adtigitimus Praefatio sequenti.

Item, *Joannes Episcopus Sarsberienſis* Lib. III. de Nugis curialium cap. 8. Arbitri dicit verbis hīscis: *Erret tunc mundus ex Arbitri nostri sententia minimum videretur implere, ad COMOEDIAM suam quodammodo respiciens.* Fortitan erit, qui *Satiricon* subintelligere autmet; tum quod dramaticam esse patet, uti infra dicimus, tum quod maledicam, conviciolam, ac petulantem scriptum sit. Comoedia enim antiqua, ut sciunt docti, tota fuit in conviciis, & Satira mera. Fortitan alii de Satirico etiam *Sarsberienſem* accipient, sed diversa ratione. Fuere namque olim, qui faciem Comoediae Satiram facerent. Sic *S. Iulidorus* Lib. VIII. *Duo sunt genera Comicoꝝ, id est, veteres & novi. Veteres, qui & joco ridiculis existerunt, ut Plautus, Atilius, Terentius. novi, qui & Satirici, a quibus generaliter vitia capiuntur, ut Baccus, Persius, Juvenalis & alii. Hi enim delicta conviciant, nec contabunt eis, possunt quemque despicere: nec cujuslibet peccata, merisque reprehendere.* Nescio autem, quam vera sit illa scenicae poësis divisio; scio tamen, à Criticis malè ea propter accipi *Iulidorum*; quo circa rem totam nos in medium relinquimus.

Isthaec sunt, quae in praesentia succurrunt, memorata *T. Petronii Arbitri* opuscula praeter *Satiricon*, de quo jam tempus urget insinuare sermonem, quem habebimus duplicem. Primus materiam, hoc est, argumentum complectetur; Secundus vero formam. Nescio equidem, unde aptius, quam è Tacito ipso argumentum eruere possimus. Ipse discrete in vita ejus edocet, quae verba & hic repetimus:

*Ne codicillis autem (quod plerique percontant) Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium poterunt adulatus est: Sed flagitia principis sub nominibus exoletorum, famularumque, & novitate cujusque Auspici perscripsit, ut per obliquata misit Neroni; fregitque annulum, ne mox usui esset ad faciendi pericula. Ambigenti Neroni quorammodo notitiam suarum ingenia notescerent, offertur Sillia matrimonio senioris hanc ignota, & ipsi ad omnem libidinem ad-*

*secta, ac Petronio perquam familiaris; agitur in exsilium, tanquam non siluisse, quae videtur, perulcratque, proprio odio.*

Urbs ergo *Romae* imaginem, praecipue vero *Neronis aulac*, *Satiricon* repraesentat, hoc est, flagitia horrenda fere omnium procerum, ac virorum inlustrium; Principis maxime, & eius domesticorum. Sub larva enim petulantissimi scripti propudiosam *Neronis* historiam *Petronius* oculavit, sive aevi turpitudines. Itaque illico ac mentem ego ad *Arbitrum* adplevi, tubitanimadvertere, actiones impudens *Neronis* ab eisdem historicis necessario petendas esse, ut senti, loquique *Satirici*, alias tenebrosae, ac difficillimae, inlustrari, & enodari possent utcumque. Sic nos fecimus, integramque historiam *Neronis* pervolvimus; indeque faciem accendimus loci, non paucis adeo hucfere caligine obductis, ut deperatio, vel minima unquam locis adipsendae, eos retro multos per annos prorsus ceperit. Res ipsa fidem faciet, nunc progredimur. Vides, inquam, uti codicillorum, ut vocat *Tacitus*, *Petronianorum* argumentum unice cum *Satirico* conveniat, quod *Petronii Arbitri* nomine circumfertur; & quam cetera, nomen puta *Auctoris*, aetas, & alia pariter consentiant, nullus jam de scriptore ac de scripto dubitationi relinquitur locus. Fulcitur haut leviter haec veritas divina illa *Divi PAULI* Epistola ad Romanos, ubi, comparatum ille fuerit aetate *Neroni*, & *Petronio*, pariter adeo eademmet vitia exagitat, ac recenset, ut cap. I. & XIII. eisdem Epistolae ex sententia quorundam eruditorum Theologorum, fere sine *Petronii Satyra* non possint intelligi. Restat igitur tantum, ut ullus vel levissimus scrupulus reliquus non sit, palam facere, quod scripti nomen *Tacito* memoratum scilicet, *Codicillis*, etiam optime quadret *Petronii* superstiti *Satirico*. Quod plane ego ex ipso *Tacito* evineam, docente exsertim. *Annal.* aevi *Neronis* hanc inluetum fuisse, id genus probroſi, & maledica scripta *Codicillis* nuncupare: *Hinc deseri crimine, ait, Fabricius Vesperto constitutus est, quod multa & probrosa in Patris, & Sacerdotis conviciasset is libris, quibus nomen CODICILLORUM d' d' erat.* Ortum indubie, ex libertate ac licentia supremis tabulis, id est, testamentis & codicillis, concessa, quod libri nempe illi ignominiosi adpellari consueverint *Codicillis*. Hoc etiam ostendit nobis *Tacitus* ipse lib. VI. *Annal.* *Evocato Fulcilio Trib. Ingruentis accusatores hinc perperius, super his tabulis multa & atrocitas in Mactronam, ac praecipuos libertorum Caesaris, composuit, &c.* Senatus tamen *janpridern* inhibere tentavit, sed *Augustus*, teste *Suetonio* cap. LXVI. *de inhibenda testamentorum licentia ne Senatus quicquam constitueret, intercessit.* En aperte mos, & ejus origo, commodum jam ad reliqua procedimus. Addit *Tacitus*: *Atque obliquata*

misit Neroni, fregitque annulum, ne mox usui esset ad faciendam pericula. Unde & isthaec licet colligere; Primum, obsignatum misisse Satiricon, haut secus ac si testamentum foret, tatius etiam ut sic ad Principem pervenire posset: plures namque pereuntium ex magna honorum parte Imperatorem inditabant heredem. praeterquam quod & supremæ quodammodo tabulae illae fuisse. Quod haut incommode fieri etiam potuit. nam a testatore tantum, testibus non adhibitis, nonnunquam supremæ tabulae obsignantur. Innuat Tacitus ipse Lib. xv. Annal. cap. 54. & 55. de Scevino loquens. Et fors, quod ait nunc Tacitus, obsignatas Neroni Arbitrum tabulas misisse, haut incepte de obsignatione capiendum, ac lini traiectione, quae adinventæ primum est sub ipso Nerone, auctore Paulo libr. v. Sententiar. Tit. 25. Inquit etiam Suetonius in Nerone, cap. xvii. *Atroxius fulgariis tunc primum re, certum, ne tabulae nisi pertulisse, ac traiectione per foraminum traiectione, OBSIGNANTUR.* Deinde colligitur, suppresso vero nomine ad Principem misisse Petronium suum Satiricon; ac sub Encolpio scilicet, ut parcat, ipsam latuisse, & subinde Polyæno: ideoque annulum postea consulto, post obsignationem scilicet, fregisse, tradidit Cornelius, ne vel illud iudicium Auctoris superesset etiam post ejus obitum. Subdit Tacitus: *Ambigenti Neroni quoniam modo nostrum fuerant ingenia notescerent, offertur Silitia, &c. ac Petronio per epistolam familiaris, &c.* Unde & editio isthaec. Primum, quod codicillorum auctor Neroni innotuit, licet annulum fregit, & nomen suum occultarit. Item, quod jam Neroni adsumptus Petronius non erat suorum elegantiarum Arbitrator, nimirum postquam ad Principem Tigellinus decaluit, Causisque erat detentus, ut inquit Tacitus, quod haut parvum temporis spatium fuit; coque conceptum Satiricon esse, conditumque, intelligere par est. Itaque jure optimo mirabatur Caesar, quod legitur suorum notitiam Petronio notescerent. Sed occurrit animo Silitia eidem Arbitro familiaris: quae quoniam videretur non fuisse, quae viderat, pertuleratque, (nam Caesari erat ad omnem libidinem adfecta) exilio punita tantum evasit ab immanissima fera. Ita & morsus caeteri, qui in reliquis fragmentis continentur, puta adversus eloquentiae professores, forenses advocatos, sacerdotum libidines, praedagogorum nefaria flagitia, equitum in balneis turpissimum delectum, feminarum adulescentes formosos ambientium levitatem, & lascivos amores, ac denique hereditarum rapacitatem ac fraudes, omnes pariter etiam ad imperium Neronis spectant, qui mores eo temporis, si unquam alio, potissimum viguere. Et hæcenus de argumento.

In forma autem tria considerabimus: Satirici originem, progressum, formam usque nactum est,

in qua tandem conquievit, & postremo nomen. Sed ad originem. Si Satirae primæ Romanae initium inquirimus, longè altius est, quam istius, de qua nobis instituta est dissertatio. Id vero nostrum non interest. nam licet varias illa primæva mutationes sit passa, nec minimum quid longo tempore cum nostra habuit commune: quo usque ad duas illas species pervenit, quas Quintilianus recenset. Inde ergo nostrae Satirae origo nobis ducenda necessario est. Ecce verba Fabii nostri ex Lib. x. Instit. Orat. cap. 10. *SATIRA quidem nota nostra est, in qua primum ingenium laudem adeptus est Lucilius, qui quosdam ita deditus sibi adhaere habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis praeferre non dubitent. Ego, quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere iudicentium, & esse aliquid, quod tollere possit, putat. Nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde satis. Multo est terfior ac purius magis Horatii, & ad notandos hominum mores praecipuus. Multum & veræ gloriae, quamvis uno libro, Persius meruit. Sunt clari bodicque, & qui olim nominabantur. ALTERUM illud est, & prius Satirae genus, quod non sola carminum varietate misitum condidit Terentius Varro, vir Romæ eruditissimus. Manifesto separantur his verbis duae species Satirae diversae. Prior species est ejus Satirae, quam Lucilius excoluit, & quodammodo adinventisse videtur. Horatius aperte dixit L. ii. Sat. 1.*

- - - Quam ut Lucilius arsus  
Primum in lauce operis componere carmina morem,  
&c.

Etiam alibi. Altera species est illius Satirae, quam eximie Terentius Varro exornavit: Inventor autem fuisse videtur Bauius, seu Pacuvius. Idem ac Quintilianus docet Diomedes L. iii. praefatus tamen, sed non obscurus: *SATIRA dicitur carmen apud Romanos, non quidem [apud Graecos] nabolicum, & ad carpenda hominum vitia Aristotele Comediae charactere compositum; quale scripserunt Lucilius, & Horatius, & Persius. Sed olim carmen, quod ex versibus compositis constabat, SATIRA vocabatur; quale scripserunt Pacuvius, & Ennius.* Ad posteriorem ergo speciem pertinet Petronii Satira, ideoque de illa, altera praetermissi, accurate nobis agendum est. Ejus enim antiquius initium ego non invenio, quam à Pacuvio, aut Ennio. De Pacuvio hodie obscuram fati memoriam habemus, de ejus vero Satiris nullam, ea propter convertendus erit stilus ad Ennium. Ejus Satirae à Grammaticis praefatis saepe laudantur. Sextam librum Donatus citat ad Phormionem Terentii: sed Porphyrio vetus Horatii interpretes ad Satiram 10. Lib. 1. ait, quatuor Satirarum libros ab Ennio relictos esse. Sed nihil mirum sane, quam proni in similes nunciorum

errores semper librarii fuerint. Quando veronaris Ennius, à Cicerone habemus: inquit in 1. Tuscul. *Janis fere ceccecx. post Roman. conlilium Licinus fabulam dedit C. Clodio Cucci F. M. Tuditano Cofl. anno ante vltim. Eantem, qui fuit major quam Plautus, & Naevius.* Verum enim vero non folum originem Satirae noflrae difcimus ex Diomedo, fed formam etiam, itideamque ex Quintiliano. Ille: *Carmen, quod ex vltis poematibus confabat, Satira dicebatur.* Ille: *Satirae genus, quod non fola carminum varietate miftum condidit Terentius Varro.* Mifcellum ergo exiftit opus illud, confans ex variis metrorum generibus, quod ex ipsis Ennii fragmentis, quae apud Grammaticos reperiuntur, liquido patet. Ex lib. III. Satirarum, five ex II. Satira exámetros verfus proferunt, etiamque trimetros jambicos; & fic in aliis libris diverfis fimilis animadverfa. Unde jam error Criniti erit manifeflarius, qui \* Satirarum libros, ait, feripfiffe Ennium quadratis veribus; cui haut dubio A. Gellius impofuit, quum L. II. cap. 29. dixit, quemdam *Ejopi apologum Q. Ennium in Satiris fecte admodum & venuste veribus quadratis composuiffe*. Habuerunt & Graeci ejufmodi mifcellaneae fcriptionis exempla nonnulla. Poëta quidam, Chaeremon vocatus, ex multis verſuum generibus miftis, auctore Ariflotele L. de Poëtica, carmen quoddam contexuit, quod fatis vel ideo opportune vocavit *Hippocentaurum*. Item Homerus in Margite (quod opus convitioſum fuiffe, ſubindicat ibidem Arifloteles) teſte Heſphazione, jambico aliis verſibus mifcuit: quod fic & Marius Victorinus prodidit L. III. agens de quodam jambici genere: *Ille genere carptam, ut ſupra diximus, prius uſus eſt Homerus in Margite juo, nec tamen totum carmen ita digeſtum profert. nam duobus pluribusque evantris a ſepolis ſi non ſuſſiciens copulavit.* Verum neſcimus, an exinde parentes Satirae noſtrae, Pacuvius, & Ennius exemplum ſibi ſumpferunt, certo autem ſcimus poſteris dediffe. Sed quam in dies res augeantur, & plurimum exoritur, accedit Satirae, ut jam non ſolum ex diverſorum generum verſibus conſtaretur ab inferioris aevi Poëtis; ſed ex proſa oratione ſimulque voſta, ut monſtruoſum Poëma, ipſa tamen varietate conspicuum, edere poſtea commentifint: qui ſuit Satirae non minimus *progreſſus*. Si nullis vero ſcriptionis antiquiorem auctorem eruditif Terentio Varro non agnoſcunt. Jam ex Quintiliano audivimus, qui luculentus hic nobis teſtis eſt: *Atrum illud, & prius Satirae genus, quod non ſola carminum varietate miftum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiffimus.* Quorum verborum ſenſus eſt, Satiram, quam Varro excoluit, ipſum omnino eſſe, cuius inventorem antiquitas, ut jam vidimus, Ennium proſteba-

\* L. I. de Poët. cap. 1.

tur; aliter enim eſpere, ſcilicet antiquiorem eſſe Varionis Satiram Lucilianam, temporum ratio non concederet, quum poſterior natu Varro ſit, quam Lucilius. Sed addit Fabius, quod non ſola carminum varietate miftum genus id Satirarum condiderit Varro, ut fecerat Ennius, ſed cum metris etiam ſolutam orationem commiſſerit. Eaſdem re Menippum Philoſophum Cynicum imitatum fuiſſe, ipſemet Varro apud Ciceronem Academicis quaeflionibus diſertim teſtatur: *Et tamen in illis ceteribus noſtris, quae, M. miftum imitati, nos interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, &c.* Idem inſinuat Probus, grammaticus antiquus, ad ſextam Eclogam Viaggi: *Varro Menippeus non à magiſtro, cuius aetas longe praeciſerat, non natius: ſed à ſolertia ingenii, quod is quoque omnigeno carmine Satiras ſuis expoſuerat.* Ubi immerito accuſatur à Criticis imperitiae, quod videatur perſuaſiſſe ſibi, Satiras ſcripiſſe Menippum; quam revera ejus ſcripta nullus unquam antiquorum Satiras vocaverit; quod ut ego libenter concedam, minime vero, haut ſecus ac Varronianus (& hic animus dubio procul Grammatici fuit) non poſſe iure merito Satiras appellari, qua augmenti petulantia, ac varietate, qua ſoluti ſermonis etiam & vincti commiſſione. Quod fuiſſe ingenium ſcriptorum Menippi, haut ſinit nos dubitare ipſamet certe Varronis imitatio; quapropter & ſuas Satiras *Menippeas* nuncupavit. Omnia A. Gellius plane lib. II. c. 18. *Servus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satiris amulatus eſt; quas aut Cynicas, iſſ adpelat Menippeas.* Et inde etiam ipſe adpellatus *Menippeus*, ut ſupra Probus indicavit. Tuctur & non leviter Lucianus, dum Necyomantia Menippi characterem, quae eruditorum obſervatio eſt, exprimere haut oblique voluit; ſibi Menippum introducit profantem. ſermo ejus ex verſibus, & proſa contextus eſt. Verum enimvero nihilum proſus reſert, quo minus pariſſimi ſint Menippeſi Varronis, & Menippi libri, quod proprii ſint Varronis verſus Satiris ſuis inſerti, Menippi autem aliunde petiti. Ac praeterea unde ſcimus nos, ſaepius quoque cum proſa verſus proprios non miſcuiff Menippum? nec ſcripta ejus comparant, nec dixit nobis ex vetuſtis, qui viderunt, uſus. Audimus tamen tamen hodie venerandae antiquitatis teſtes non paucos proferentes, quam ambitioſe Menippum exprimere optaverit Varro. Itaque ego adſentiri non poſſim, quid vel minimum diſcriminis comminſcenti, praeter nomen, inter Varronis Satiras & opera ut plurimum Menippi. Nec materſe utriuſque ſcripta fuere diverſa: carpere namque hominum mores, ac feſtivo hilaruloque ſtilo deridere, ambo ſibi propoſuerunt. hocce ſane ex Varronis reliquiis liquido parer. De Menippo Laërtius: τὰ περιλάια ἀντὶς [Μενίππου] ποιεῖ καὶ ἡρωϊκὸς γὰρ καὶ τὴν ἴσον τοῖς Μελεαγροῦ τῆ κατ'

καὶ ἀυτὸν γινόμενα. Libri ipsius multo risu referti sunt, non secus atque Meleagri, qui tempore ejus fuit. Ideo Strabo l. xvi. σαδογέλοισιν adpellat, hoc est, in ridiculis versantem, rerumque ridicularum studiosum, & pariter cum Meleagro componit. Testatur & Lucianus fuismet scriptis. nihil quippe ille habuit carius & antiquius, quam aemulari ingenium Menippi lepidis suis sermonibus, ac Dialogis pluribus. Cultor igitur Varro Satirae hujus eximius, ea illas concinnavit forma, & effinxit, quae perstitit diu: quo longo temporis intervallo plures exstitisse illustres & fumigerabiles viros, qui Satiricos hujuscemodi libros scripturarunt, ambigere delirium est. Sed vetustatis omnia depascentis injuria posteris invidit. Ad nos unus tantum aut alter pervenit magnorum hominum, aetate, eruditione, haecsi quoque philosophica parium. Isti sunt L. Annaei Senecae APOCOLOCYNTOSIS, & T. Petronii Arbitri SATIRICON. Sed ille brevis ludus est de morte Claudii Caesaris: hic vero, quem ad jussum volumen auctor perduxerat, avorum memoria adeo à blattis & tinea exesus, mutilus, & deformis adparuit, ut parens, si resurgeret, ut notum & spurium factum abdicare posset impune. Ex eo tempore vix reperiri poterit vir ullus ingenio & doctrina nobilis, cujus acumen & eruditionem Arbitr non exereuerit. verum, ut omnes homines sumus, non dii, impari admodum successu. Sed ad rem. nos putamus, huc adferri non posse Martini Felicis Capellae miscellum Satiricon. Nam, licet connubio illo pedestris & equestris orationis cum Satira praecedenti conveniat: quum ab illa profus natura sua, materia, & sine dissentiat, ad aliud scriptorum diversum genus erit revocandum. rationem vero nominis infra attingimus. Quod pariter & de opere Boëthii, de consolatione & Philosophiae inscripto, censendum erit. At hic praeterire non licet aptissimam esse hanc formam scriptiois ad exprobandos animi sensus felleo cum sale; etiamque duplicis illi vires, ac nervos intendendos ingenii, duobus autem Satirographis illis, Senecae, & Arbitro. alio praeterea respectu forsitan adrisse: eo, inquam, quod habent prototypum illius Menippum, qui Cynicae disciplinae fuerat sectator egregius; unde & Varronis Satirae pariter Cynicae, ac Menippeae, vocatae, ut supra didicimus ab A. Gellio. Itaque quum Satirae erant scripturae, illas nempe aemulari praeter ceteris maxime Stoicos Philosophos decuisse. licet intelligere una namque ac pene eadem doctrina Cynica & Stoica apud antiquos habebatur. Ast ad nomen tandem devenimus, ubi novissimum Isaaci Casauboni commentum, tum de Satirae originatione, quam de modo scribendi, sine quam videtur ad veritatem accedere. Vetustissime quid in poësi suae valde cum ratione congruit praeficos Romanos impofuisse

Romanum nomen, non vero exoticum & peregrinum: quod à moribus rudis eorum primordii maxime abhorrebat. Itaque Romana vox Satira, & quidem antiquissima apud illos, ac proinde ante illud tempus exorta, quo Graecae disciplinae cum illarum acceperunt nominibus, eaque propter litteris etiam scribenda Latinis, uti in pluribus codicibus pervetustis invenitur, nempe Satira, aut Satira, quod idem est, ut jam olim monuerunt eruditi, hanc secus atque maximum, & maximus; optimus, & optimus, & alia quam multa. Caeterum Satirae nomine quid primitus significaretur, cognoscitur ex Acrone veteri interprete Horatii ad l. Sat. Lib. i. ubi docet, Laricem illam, quae plena diversis frugibus in templo Cereris infertur, SATURAM adpellari. Idem Diomedes tradit Lib. iii. additque ideo à copia & saturitate rei SATURAM vocari. Exinde coepit SATURA usurpari latius. Festus: Satira & cibi genus est ex variis rebus conditum. Et Varro, teste eodem Diomede, quoddam genus farcininis, quod multis rebus refertum est, SATURAM dicit vocitari, & profert hocce ex ii. Lib. Plaut. Quae est SATURA est, uva passa & polenta, & nuclei pinei mulsu conferti. At quod magis ad nostrum scopum accedit, id Festi est: Et lex multis aliis legibus conferta. illud sane tandem collimat, quod ejus abbreviator Paullus retulit: SATURA & genus carminis est, ubi de multis rebus disputata. Ita & Acron ibidem: Ergo & hoc carmen propterea SATURAM adpellaverunt, quia ita multis & variis rebus refertum est.

Tute jam vides, quam apte Varronianae Satirae, & pariter Petronianae, conveniat SATIRAE vocabulum Romanum. Nam quum Satirae sit plurimum videlicet rerum commissio, ubinam, quae so, mixtura major, quam in nostra Satira, & rerum. & multiplicis simul orationis est, ut anterieus ostensum? Pariter facit & ad aliam Satirae speciem eadem adpellatio, sed quae ad nos in praesentia ejus explicatio non facit. Ut enim maledicentiae quoque Satirarum adpellatio ipsa quadraret, non desuit & etymi sui satis opportuna ratio. Addit Acro loquens de Satira poemate. Alii dicunt, quod ideo Satira [vel Satira] vocitata est, quod ita convitia & crimina hominum libere invadat, ut Satiri, id est, ebrii solent homines dicitur aut contumelias adferre. Apte ergo sic à nomine Satur, Etymologia petita est, quod & noster D. Isidorus lib. vii. orig. c. 7. juvat his verbis ex regio codice emaculatis: aut à Saturis nomen trahunt, qui multa habent ea, quae per violentiam dicuntur. Mire convenit Satirae Romanae dubio procul & isthaec originatione. utraque ejus species plane circa doctrinam morum, vitiatorumque exagitationem versatur.

SATIRICON, sive SATIRICUM Latina formatione, opus suum Petronius inscriptum. Cur

Cur autem potius, quam SATIRA, quaestio est ridiculoria. Certe obsoletae insolentisque inscriptiones auctores Satirarum potissimum perpetuo delectarunt. Sic aliis, placuit *elegidia*, & *elegidariae*, prae *elgiae*, non semel poemati sua adpellare. Sic *epigrammation* adfuit potius quam *epigramma*, & *apologeticus* potius quam *apologia*, & innumera alia. Ita & Martianus Felix cyclopaediam suam, si vera est *επιγραφοῦ*, *Satiricon* vocavit: non tamen quod convitiosum esset scriptum, sed quod miscellum & varium, ut ipsemet in fine adtestatur. Dispersitum videtur in libros & Satiricum fuisse. nam sic veteres Grammatici laudant. Decimus quintus liber, quod supra omnem fidem meo animo est, citatur in veteri quodam Lexico; & sic ab aliis Libri diversi. Utcumque autem res sit, majorem, certo certo certius est, & potiore operis partem perisillē. Caeterum nonnullae in reliquiis, quae supersunt, parum pudicae (fatendum est) narratiunculae offenduntur dispersae, & quae fortassis castas aures haut immerito offendant. At me Hercules sui aevi flagitiis, in quae invehitur, illud potius, quam impudentiae suae, erit imputandum; etiamque ingenii scriptoris praestantiae, & incomparabili eloquentiae. Ab eo enim minime res narrari, sed agi videntur; muniaque oculi sua, non aures obire. Ideo & non semel audita *disertus* ab antiquis, & aliis quamplurimis *elegiis* passim decoratur.

DE SATIRICI PERSONARUM

NOMINIBUS.

PRÆLUDIUM III.

Vetus per aliquot retro saecula obtinuit opinio, Comicos tantum scriptores adigi debere, nomina interlocutorum suarum fabularum aliqua scilicet cum ratione excudere. Sic exertim ad Adelpbos Terentii Donatus edocuit: *nomina personarum, in Comoediis duntaxat, habere debent rationem, & Etymologiam*. Ast, si verum anamus, neutiquam Grammaticus capiendus est restricte de Comiciis tantum fabulis, immo potius de universa dramatica poësi, ubi vel Tragoedia ipsa excipienda non est, licet Aristoteles proferat in Poëtica: *Ἐπὶ δὲ τῆς τραγῳδίας τῶν γενομένων ὀνομάτων ἀνέχομαι*. In *tragoedia* tunc nomina retinentur: additque rationem. Subdit namque post pauca: *Ὅ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἐνίοις ἐν μὲν ἢ οὐα τῶν γνωρίμων εἰς ὀνομάτων, τὰ δὲ ἄλλα πεποικμένα ἐν ἰνίοις*

*ἢ ἄλλοις ὀνομασίων τῶν Ἀρχαίων ἢ Ἀρχαίων ἐπινοήματα ἐν τῶν ταῦτα πρᾶγματι, καὶ τὰ ἐνίοις πεποικμένα, καὶ ἄλλοις ἰστοῖς ἐξ ἑστῶτος. Sed in tragœdiis nonnullis unum atque alterum notum servatur, reliqua vero excogitantur: in nonnullis etiam nullum, sicut in tragœdia Agathonis, *Ἦες* cognominata, in qua nihilominus pariter res ἰγῶς, & nomina excogitata sunt, & tanen aequè delectant. Caeterum certo certius est, Petronii Satiricum poëma esse Dramaticum: qui imitatur, exprimitque hominum mores, qui item agentes inducit personas, variaque inter se conloquentes, licet auctor ipse simul interloquatur in fabula, narretque, quod plane Aristoteles in Poëtica tradidit, & prolixè ad illum variis in locis interpretes. Dramatum igitur lege coactus Arbitrè fuit procedere, convenienti admodum cum ratione, & respectu, personarum nomina. Maxime autem propter ipsam Satirici naturam: de ipso inquit Tacitus: *Ne codicillis quidem (quod plerique sereuntium Neronem, aut Tigellinum, aut quorū alium potentium, adulatus est: sed flagitia principis) sub NOMINIBUS exoletorum, feminarumque, & novitate cujusque stupri perscriptis, atque obfignatis misit Neroni*. Hinc editici, Satiram scripsisse Petronium, supra jam monuimus. nunc insuper adimus, consjci etiam, & continxisse nomina. Quid ergo decori eruditissimi & venustissimi scriptoris magis adversaretur, quam temere aut fortuito illa conslavisse? Amant indubie Satirica & Scommatica scripta larvas illas eruditas vocabulorum, quod vel mitiores epigrammatistas olim haut fugit. Unde aperte jam illud Valerii nostri capiendum in praelliminari Epigrammatum epitola: *Spero me sequutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non possit, quisquis de se bene senserit, quum salva infimum quoque personarum reverentia laudant: quæ a deo antiquis auctoribus defuit, ut NOMINIBUS non tantum rebus abusi sint, sed etiam magnis*. Sub nominibus ergo scite & argute consuetis lusit in plures Martialis, immo, ipso adtestante, in omnes, quos infectatus est. Quorundam nos rationem quaesivimus jam olim, exinque confecimus conlectanea; aliorum nunc in Commentis Petronianis reddidimus. Undique ergo cogi videbatur Petronius ad erudita vocabulorum commenta. itaque haut dubium est, hac in parte positissimum scriptum claudicare, minime illum passurum. Merito jam ideo partium erit in praesentia nostrarum, sensa illa auctoris reconditorum sedulo perscrutari.*

Ex Athenaeo enim libr. xiv. colligere licet, ut Comica nomina duarum tantum confingerentur syllabarum, quod infimarum personarum videlicet forent; Tragica vero plurium, quod essent virorum illustrium: *Φιλολογος δὲ ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Πολιορκητής, ὡς Πισσι Φύλαρχος ἐν τῇ ἐκλή τῶν ἰσορριῶν, ὅς γε τὴν Δυστιμάχην ἀρχὴν κωμικῆς σκηνῆς εἰδὲν διατρέξεν ἔλεγεν: ἔξεναι γὰρ ἀπὸ ἀντὶς πάντας διο-*

συκλαδῶς τόντε Βίβην χλευάζων, ἔτ' Πάσων, με-  
γίστης ὄντος ἀξία τοῦ Ἀπτοκάρου, ἔτ' τινὸς ἐτέρου  
τῶν οἴων &c. Fuit & Demetrius Poliorcetes li-  
diculorum studiosus, qui, ut scribit Phylarchus li-  
bro sexto Historiarum, Lyfimacli regnum dicent,  
nihil à scena comica differere, quoniam ex eo pro-  
cederent omnes dissyllabalis nominibus appellati. Rides  
irridens, Paris, & alios quosdam ejus amicos, ma-  
ximae apud Lyfimaclum auctoritatis, &c. Raro  
tamen auctoribus praefcis superfluitibus invenimus  
id observatum; pariterque Arbitrum in super ha-  
buiffe, constat manifesto. Unde autem potissi-  
mum Comici servis adinvenerint scenicis nomen-  
clationes, sic Helladius prodidit in Chrestomatia.

Ὅσοι κοικικοὶ τὰς οἰκίας τῶν μὲν πλείων ἀπὸ τῶν γε-  
νῶν ἐκάλουν οἶον, Σύρον, Καρβίωνα, Μίδα, Γέταν,  
ἔτ' οὐκ αἰὲν ἐκάλουν τὰ ἐξ ἑπιπέτων, ἔτ' ἀπὸ τῶν  
χρῆματων ἰσθῶ, Περσῶν, ἔτ' ἑσθῶν ἀπὸ τῶν  
πατρῶν, ἔτ' ἑσθῶν, ἔτ' ἑσθῶν, ἔτ' ἑσθῶν. ἐκα-  
λουν δὲ ἔτ' ἀπὸ τῶν κίμωνων, ἐπὶ τῶν οἰκίαν  
ἔτ' ἔτ' ἑσθῶν Νευμίας οὐκ αἰὲν. Comici praeterquam  
scenae nomina à natali serbo habuerunt, ut Syrum, Car-  
bionem, Midam, Gamam, & similia: partim ex  
adsumptis, ut a colore quidem, Pylionem, & Xanthi-  
onem: à moribus Parmenonem, Pylionem, Dromo-  
nem: item à die, quo impetus est servus: unde  
& Numonias vocant. Aliter vero alii saepioscule,  
ut sibi visum fuit. At enim nos propius jam  
incipiamus nostris Satyrici nomina.

ENCOLPIUS] Quum isthaec Satyrae species ad  
mixtum genus Poëmatum referri debeat, in quo  
& Auctor variat, & aliorum intro ducit conlocu-  
tiones (ut Graeci, ut alias diximus, vocant)  
persona necessario scriptum indigeat, quae  
Auctoris manere fungi videretur. Ejus ergo vicem  
subit toto in Satyrico Encolpius. nam licet  
post medium compareat, ejus partes subripuisse  
Polyaenon, ipse tamen ab Encolpio diversus  
confundendus non est: nomen vero ille commuta-  
vit ob mimicum illum Crotone compositum sig-  
namentum. Recte omnino illi, qui scribunt *En-  
colpius*, nam quibus potius *Encolpus*, sive *Encol-  
pius*, jampridem adfuit, fors originationis habu-  
ere momenta, quae nobis inviderunt. In pri-  
scis namque lapidibus adserere ita nomen scri-  
ptum reperiri frequenter, nunquam vero *En-  
colpius*, prorsus sane fuit sua fide abuti majores:  
nam aliter se rem habere, hoc est, rarerent ad-  
modum *Encolpus* inveniri, saepius autem, in  
cognominibus potissimum, *Encolpus*, facile cui-  
libet probabitur animadvertenti, notavitque jam  
ad Martialem suum Scriverius lib. 1. Ep. 31.  
Caeterum vel Graecaeico etymo praestans nostra  
scriptura est: habent veteres Glossae, Ἐνκόλπι-  
ος, ἰνκόλιος. Quod vere quidem de se potuit  
Petronius praedicare. callida enim & erudita  
morum suavitate se penitus in potentium animos

insinuare consuevit, eorumque in sinu mira fuit  
acceptus benevolentia. Plane inuunt Taciti il-  
la verba: *Inter paucos familiarium Nonni adsum-  
ptus est elegantiae ARBITER, dum nihil amoenum  
& molle adfluentia jutat, nisi quod ei Petronius  
adprobavisset.* Ejusdem Encolpianae virtutis in  
Satyrico etiam vestigia reliqua sunt. Eo spectat  
Lycae & Tryphaenae haut semel circa ipsum re-  
pentina benignitas vel cum capitis periculo: Cir-  
ces item, & Chrysidis adfectus; ut de Gytone  
taceam, Quartilla, aliique. Ast in nominis  
hujusmodi significatione locum fors habet & illud  
Tiballi:

Quid hoc nocet? quid ira nunciat Dcum?

Siente nocte candidus mihi puer

Turbate quum jacent alditus SINU, &c.

Quo quid crebrius Encolpio contingit cum Gy-  
tone suo? Ἐγκολπίος in vulgo est, in sinu ha-  
bere.

AGAMEMNON] Rhetor est, & eloquentiae in-  
dubie praeceptor; ideo *Magistrum* vocat, ut  
mea est sententia, Trimalcio cap. 1. v. Apte  
vero regis Agamemnonis illum appellacione in-  
signivit. Oratores namque & Sophistae reges o-  
lim nominabantur, quod observarunt jam viri  
eruditi. Lucianus, postquam bellum eloquen-  
tiae magistrum descripsit in *Ποτ. διασκευῶν*, addi-  
dit: *Τὸν τὸν πρῶτον, ἔτ' πρῶτος σεαυτὸν,  
ἀντιμα μάλα φήσας ἔχει, ἔτ' περὶ ἀρετῆς, ἔτ' ἐν  
τομαζῶν αὐτοῦ, ἐν οἷον ἐν τοῖς λόγοις διπλοῦν κα-  
ταστήσει.* Ad hunc itaque si accesseris, tunc ipsum  
tradideris, conglutinabitur Rhetor eris egregius ac con-  
spicuus, & at hunc vocat, *Rex in eloquentia ci-  
tra laborem constitueris.* Apte quidem, nam eor-  
um natio superba nimis ac tumida quod ne-  
mo nescit post erulitis Cressolii lucubraciones  
lib. v. cap. 1. Theat. Rhet. Fastuosos autem  
quoslibet ut plurimum, & superbientes, nomi-  
ne regis haut sine sale nigro notarunt antiqui:  
sic visum in potentioribus amicis, patronis, ac  
viris principibus, quos officiosi togatuli ita praedi-  
cabant, saepe Hispanus Epigrammatista docet.  
lib. 11. Ep. 18.

Sum comes ipse tuus, tumidique antecubulo  
regis.

Et lib. 111. Ep. 7.

Regis superbi sportulae recesserunt.

Et lib. v. Ep. 25.

Luxuria est, tumidique vocant haec munera  
reges.

Sic ipse Valerius Martialis, observo ego, ut  
Arbiter *Agamemnona* declamatorem suum, *At-  
talem* declamatorem quendam & oratorem nun-  
cupavit, quod regis exinde conceperet, ac ve-  
luti factus Attalicos:

Declamas belle: causas agis. Attale, belle.

Petronius vero haut sine exemplo rhetori suo  
dedit

dedit Agamemnonis nomen. nam prius M. Varro in Virgula divina itidem adpellavit *Agamemnona* similem hetorem aut declamatorem, nimirum quia regem fecerit Agamemnona Homerus oratione adprime gravem ac vehementem, quod vir doctus Aufonius Popma etiam adnotavit.

ASCYLLOS] Encolpii *comes* est, *fraterque* nequiori sensu, si qua est verbis Gytonis, immo ejusdem Ascylti, fides. cap. ix. inquit puer: *Tuus iste frater, seu comes.* & cap. eod. Ascyltos: *Cujus eadem ratione in viridario frater fui,* &c. Encolpius autem suum *commilitonem* vocat cap. lxxx. Ast ejus nomenclatura uti Satyrici conveniat aetioni, indicare necessum est. Ajunt veteres Glossae: *Ἀσχυλλός, infatigabilis.* Quod sane & opportunum erit interpretamentum verborum cap. xcii. *O juvenem laboriosum? puto illum pridie incipere, postero die finire.* Unde & error patet cum adspiratione, *Ascyltos*, feribentium.

GYTON] *Frater* Encolpii est ac *deliciae*, totaque in Satyra perpetuus comes, si paucos dies excipias, quos apud Ascylton, si qua est amantibus fides, exulavit invitus. Pannychidis etiam fuit mimicus conjunx; desiderium vero ac voluptas Quartillae, Ascylti, Eumolpi; item Lycae & Tryphенаe. *Γυτων, vicinus, proximus* sonat, quod verbum amoris agnoscunt Critici; fenseruntque, quibus vicina contigit pulchritudo. Veram sane scripturam ex priscis editionibus exhibuimus. Scaligeri autem P. *Gnython* libri averfantur scripti.

PSYCHE] *Ancilla* Quartillae, ipsa profante cap. xvi. Eidem toto actu adfidet fidelissima, nequitiarumque ejus, uti ex superstitibus reliquiis cogitare licet, nec inferior, nec invenudior aemulatrix. Ideo ab *anima* habuit nomenclationem, quae Graecis *ψυχη*, estque amantium compellatio mellitissima. Juvenal. Sat. vi. 193.

----- *Quotiens lascivum intervenit illud  
ΖΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ, modo sub ludice relictis  
Uteris in turba.*

Martialis lib. x. 68.

ΖΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ *lascivum congeris usque.*

Apte ergo Amoris conjunx, deliciosissima ac formae emendatissimae puella, teste Fulgentio Mythologo, & Appulejo fabulatore, PSYCHE indigitata. Vocabulum etiam verum fuit seminarum judicarum. Lapis Romanus:

DIS. MANIBVS. SACR.  
CORNELIAE. Q. L. PSYCHES.  
SER. MARTIVS. MARTIALIS  
ET. SPATALVS. Q. CORNELI  
FLACCI. DISP.  
CONIVGI. FIDELISSIMAE  
FECERVNT.

QUARTILLA] Non Priapi sacerdos est, potius vestiva. Carmen Ithyphallicum indicat, uti nos latiuscule in Commentis.

*Quam sacrum fiet deo Jalaci,  
Conducta est pretio puella parvo,  
Communis utis omnibus futura &c.*

Apte ideo *Quartilla* vocata, sive, ut arbitrium est viri docti, *Quadrantilla*, ut apud Quintilianum *Quadrantaria*: quibus adpellationibus eae significantur, quae ob quadrantem sui copiam videlicet facerent. *Quintiam* pariter parvi pretii scortillum suspicari licet, carmine devirginato.

*Deliciae populi, magno notissima circo  
Quintia &c.*

*Quartilla* nomen Romanum est, cujus in vetustis lapidibus seges foecunda.

PANNYCHIS] Virguncula est septennis, cuius impudicae & praecoces cum Gytone nuptiae apud Quartillam celebrantur. Nomen aptum est proflus cuilibet meretrici. Glossae interpretantur: *Πανυχία, hoc excubitum, pervigilium.* Nequitia autem, quae latet, palam erit cuiuscumque Commentum nostrum consulenti ad verba cap. xxi. *Quam scelatis Priapi Genio pervigilium deberi.* Arnobius lib. v. *pervigilia*, & *panychia* conjunxit, & in vetustis inscriptionibus feminae reperiantur *Pannychides*; & apud Lucianum meretrices. Satyrici autem est *καφοί προσηπών*, uti *Carpus*, *Embricata*, *Menelaus*, *Lycurgus*, *Doris*, *Endymion*, *Gorgias*, quod hic satis sit monuisse.

EMBRICOSTAS] Cinaedus erat vetusculus, molitor, immo tortor, Encolpii & Ascylti. Apte enim illi cinaedo impositum nomen. Nam, uti Josias Mercerus inquit notis ad ultimam Epistolam Aristacneti, *ἡ ἐμβρικοστία* idem quod *ἐμβριχία*, *embricata*, unde *ἐμβριχίονος*, *Incubus*; quod nomen, Cinaedi apud Petronium, *embricata*, quae recte omnino viro docto in mentem venerunt; nam licet Cinaedi alii sit ab Incubis plane, Cinaedus vero ille purus incubus ea scena fuit, ut nos ostendimus ad verba cap. xxiv. *Quaeso, inquam, domina, certe Embricostem jufferas dari.* Itaque jocosum, quem ad eo ipse Mercerus petivit, quod promisso scilicet in verbo praesentaretur Cinaedus, ibidem non admittimus.

TRIMALCIO] Senex ille beatulus est, cujus lautitias, luxurisque convivalem, graphice Petronius describit. Nomen certe ab nequam mollitie habet. Glossae: *τρίμαχος, mollis, μαλακόν, subigo, mollis.* Vere omnino, ut ex narratunculis Satyrici constat cap. xxviii. *In charamasio deliciae ejus jersantur, puer vetulus &c.* & alias. *Trimalcio* ergo, id est, *termellis*, quod nimirum ejus mollitiem innuit, quippe ternarius numerus indeterminatus est, & multitudinem comprehendit. Plutarchus lib. 1. de Plac. Philosophi. *ἡ τριμαχία, πλῆθος, ἀπὸ τρισυλλαχίας διακρίσις.* Non aspirandum igitur vocabulum esse, satis jam patet; simulque ex Neronis numismatis, (L) quae

quae laudat Bourdelotius, mihi autem videre adhuc non contigit, in quorum parte reversa legitur TRIMALCIO, quo mire quidem, fides autem penes illum sit, Commentum infra nostrum juvatur, videlicet sub Trimalcionis persona latere Neronem.

CINNAMVS] *Dispensator* ille est Trimalcionis, qui, licet superciliosus ac superbus, exorari tamen ab peregrinis hominibus passus est. Fors autem Cinnamus ille dictus dispensator (ni aliud in amissis detur nobis hodie latere) quod in primoribus servis olim dispensatores censiti, haut secus atque inter fructes aromaticos pretiosum *cinnamum* habitum fuit, sive *cinnamomum*; quo & illud Arbitri spectat cap. xciii.

----- *Rosa cinnamum creetur.*

Practerquam quod & id nominis legitur in prisca servorum titulis. sic Romae :

CINNAMVS  
TI. CAESARIS. AVG.  
PED. SEQVVS  
NYMPHAE. CONVIGI  
FECIT.

CARPVS] *Scissor* ille est, qui ad symphoniam gesticulatus lacerabat obsonia; id *carpere* adpellabant antiqui; itaque quotiens, *carpe*, Trimalcio proferebat, servum vocabat, eundemque munia obire sua jubebat. Eo autem lusui illi conviviali amplius quid inest leporis, quod & verum fuerit illud nomen hominum servilium, uti ex prisca inscriptionibus ostendimus in nostris Commentis; addimus, etiam inter ingenuorum cognomina reperiri. Romanum marmor :

D. M.  
ALBIAE. TIHREPTAE  
M. ALBIVS. CARPVS  
PATRONVS  
FECIT.

FORTVNATA] Fictum quoque vocabulum est, quod Trimalcionis uxori Arbitrator dedit. Apte nimirum, quum Trimalcio ille plane Nero sit, uxor item liberta Aetæ, ut suo loco ostendimus. *Fortunatus* enim antiquis dicebatur, auctore Cornelio Frontone, qui cum opibus nomen accipiebat, quod mire Aetæ illi convenit; *Felix* namque, qui a natura habuit, ab ipsoque scilicet ortu. Revera autem pluribus feminis fuit & illud nomen. Vetus elogium Romanum :

D. M.  
M. SEIO. DIOGENI  
FORTVNATA  
CONIVX  
MARITO. BENE. MERENTI  
FECIT.

Et saepe alias. Fuit etiam & cognomen. sic in inscriptione Romana :

D. M.

ANTONIA. FORTVNATA  
FECIT. PATRONAE. SVAE  
BENE. MERENTI  
HERACLIAE  
ET. SIBI ET. SVIS.

MENELAUS] Ille Scholasticus est, *antischolarus* Petronio dictus cap. LXXXI. & praeterea haut exstat ejus memoria. Saepè enim Homericæ vocabula personis suarum fabularum imposuerunt veteres. Repete autem hic, quae in AGAMEMNONE diximus: nam huc pariter spectant. Fulgentius Planciades lib. de Cont. Virgiliana, *Menelaus*, *virtus populi* interpretatur.

EUMOLPVS] *Poeta* est, ejusque sub persona adprime poetarum ingenium depictum. Ejus certe partes ex potioribus sunt in reliquo Satyrico. Nomen vero ei fat bene opportunum. Εὐμολπος sonat *elegans cantor*. Sunt & in vetustis marmoribus, quum sileam historias, plures *Eumolpi*.

M. MANIVS] *Dominus stabulariae insulae*, sive diverforii; & forsitan diverforior ipse, & stabularius, ut conjectura mea est, dicoque in Commentis; & tunc fortasse *Manicius*, quia manu strenus, cujus & facinora adhuc spectantur in Satyra: *Ille tot hostium potioribus liberum urcoelum fistilem in Eumolpi caput jaculatus est, solvitque clamantis frontem*, &c.

BARGATES] *Procurator ille stabuli* est, qui sedandis in eo rixis temporibus adfuit opportunus. Proferam vocis originationem, quae adhuc puero mihi in mentem venerat, nimirum quasi *gravis catus* fat proprie diceretur Petronio, & pronus eram, ut *Barcatus*, aut *Barcates*, scriberem. nam sic veteres lapides exhibent nomen, & alias *Barcathes*. C. & G. saepe invicem mutari notum est, & viri docti jam pridem observarunt. Apte enim *gravis*, quum pedibus aeger, ideoque adlatus lectica; *Catus* item quilibet diverforii praefectus, ministrer, scommate haut invenusto posset adpellari, quum satis ubique constet, catam animal esse furacissimum, unde & fures dicuntur cati, non paucis gentibus figurata videlicet locutione.

LYCAS] *Navigii dominus*, Tryphaenae conjux, an & leno? ego sic censeo, sic jubet & rerum ipsissima series. Ita etiam Plautinus leno *Lycus* dicitur in Poenulo, hoc est, *lupus*. Mire huc facit locus Appulei ex Apologia: *Domus ejus tota lenonia, tota familia contaminata; ipse proculdiosus, uxor lupa*. Meretrices namque antiquis *Lupae* & vocatae, & *Lupanar* locus publicus. Recte igitur, si fecerit apud Valerium nostrum nomen est Epigram. 72. lib. 1.

*Quinque Lycus, Lyde quatuor, Ida tribus.*

Quae omnia sane praeclare congruunt Lycae Petroniano, ejusque universae familiae. Simul



& vera scriptura edifeitur, nam varia nimis est. Sunt saepiuscule & in marmoribus P. AELIUS LUCES, & P. AELIUS LYCUS, tituli que haut ab-similes.

TRYPHAENA] Lycæ audit [meritissima uxor; nam omnium quum foret seminarum formosissima, voluptatis nimirum causa, & plane robustæ, huc atque illuc vedabatur à marito. Deliciosa inprimis erat femina, ac voluptuaria, qua propter illi quidem nomen obtigit sat bene conveniens. Τρυφή, deliciae sunt, voluptas, ac mollities; ideo & Lucianus ἐλεγχ. διαλ. vocabulum id pariter meretrici dedit. Equidem autem haut invitus Tryphena scriberem. nam sic haut semel in priscais hodie videtur monumentis.

ARSTUS] Unus est ex vedtoribus, qui nempe tonsorem notavit sibi in navigio Lyciae Gytone-m, & Aescylon radentem; quod quum postea aperiret, occasionem praebuit tot in navi turbellis. Unde, puto, Aelius contendit Bourdelotius, reponendum esse ex Etymologico, ubi: Αἰτιος, ο τῶν αἰτιῶν, τὰ ἐστὶ, τῶν αἰτίων ἀπὸ ἐξῆς. Aelius, qui causam, hæc est, occasionem vel an-sam, praebet. Aliter nos. nam Aelius ille ab rasura eorum auspiciam sibi fecit, execratusque omen est, quod imitarentur naufragorum ultimi-votum, quod nomini Αἰτιος convenit plane. Inde ἀστροπαι, ἐρονίαι, αἰθῆς, ὄρνιθες αἰτίου, fulgura, tonitrua, aquila, aves augurium, au-spiciumque facientes, Graecis scriptoribus sunt, uti Budaeus observat. puerisque non latet. Ideo & inferius subdit oportune Eumolpus de re agens eadem: Nec non volam futurum navigio, auspiciam mihi feci: ubi Barthii argutia admodum adridet scribentis, auspiciam nibili feci.

LYCERGUS] Dominus vilas est, quæ a grassantibus, puto, Encolpio. & Aescylo expilata fuit; exinque raptas latrocinio veltes, & pretiosas manubias in usus suos diu adfervarunt. Alibi hodie ejus mentio non est. Ille quippe cap. LXXXIII. memoratus longe diversus fuit, Sarcyricique nusquam exstitit interlocutor, persona, aut commilito, ut nos ibidem latiuscule. Fuit enim Thrax haut dabo Lycergus ille, qui hystos audit apud antiquos haut sine honore. Exin & Arbitr Lycergum vocavit toparcham suum, qui hospitio Petronianos socios liberaliter excepit, & cui eam retulerant illi gratiam, scilicet rapinam.

CORAX] Mercenarius Eumolpi est, qui & ton-sor; habuit namque propriam tonsorem poeta ille, uti Martialis nosser, ac plures alii. Κοραξ, corvus est, quæ avis edacissima; unde Plautus corvitate in Casina verbum conlavit, hoc est, instar corvorum tubercinari, ac scâ ingurgitare, quæ omnis ministerii unica cura est, ut fat Comici testantur. Item, Κοραξ, uncinus est,

aut amulus, quo hostium pulsatur; qui & manus exterae dicuntur Lucretio in r. haut aliter quam bene. nam manuum, quibus & pulsare fores solemus, munere illi funguntur. quod probe & famulo conveniet. Memini equidem multis abhinc annis me apud antiquum scriptorem offendisse, servitia pari ratione dominorum manus ac pedes indigitari. Unde species illa proverbii nostri originem duxit, es mis pies i mis manos, de sedulo nempe ac industrio famulatio usurpari solita.

POLYAENOS] Idem, qui Encolpius est, nomen vero Crotone mutavit (ubi divitem orbem Eumolpum finxerunt) ut nihil suorum praeteritorum facinorum fraudi mimicae obstitaret, quominus captatores possent inretiri. Πολυαινος saepe apud Homerum Ulysses cognominatur, & interdum pro, gloriosus, multum laudatus, quod mire convenit Encolpio. Vide autem, quæ infra in Circe dicimus.

CHRYISIS] Ancilla Circes impudicae est, & ipsa impudica. Haut invenustula forma fuisse praeditam, ex eo scilicet, quo Encolpium, sive Poly-aenon, adoritur, licet cognoscere: Quia nostri Tenorem tuam, superbiam castas; pariter namque, quod illa bene nota sibi foret, superbire videbatur. Huc faciant longi logi, quos cum eodem Polyæno conferit cap. cxxvi. Merito ergo χρυσις adpellata, hoc est, aurea; quippe ex forma nomen inditum est, ut Plautus loquitur. Ea propter indubium, haut praecas hujusce nominis antiquas meretrices offendi. Cujusdam Timocles meminuit apud Athenæum lib. XIII. & Plutarchus alius, quæ amica fuit Demetrii. Sed longum ipsas recensere. Rationi igitur jam consentaneam videbitur, si scelis etiam meretricibus suis id nomen scriptores indiderint. Sic apud Lucianum est Dial. Meretr. apud Terentium in Andria, & apud Persium Sat. v. In lapideis item monumentis nomen reperitur nonnunquam, pluries vero cognomen.

DORIS] Ancilla Encolpii est, quam nimirum posthabuit, postquam pulcherrimam Circem conspexit, amavitque. De ipsa enim plus hodie memoriae non superest. Δορίς, culter est ad ex-coriandam, quod significatum à meretricis moribus non abhorret. Etiam apud Boissardum exstat sub stemmatis foeminae ac viri Doridis inscriptio:

AELIAE. DIVAE. AVG. L. DORIDI. ET. ATIMETO. FICIT. MEROPE.

CIRCE.] Matrōa nobilis est, fama ob prostitutum pudorem prestigatissima, forma autem emendatissima, de ipsius tamen toro, dum illum deperit, sine voluptate surrexit Encolpius. Nullo alio profecto nomine magis decenter matrōnam Arbitr notaret ingenuam, & impudicam. Utroque enim Circe exstitit insignis, ut pote

quae diis orta, prostitit Aeaen in insula libidini mancipata. Haut aliter quidem Ulyssēm illa pellexit, ac Petroniana Polyænon; tu confer cum scena nuptiarum impudicarum Circes cap. cxxvii. librum x. Homeri Odysseae, illud vero potissimum, [vf. 333.]

Νῶϊ δ' ἔπειτα  
 Ἐυῆς ἡμετέρης ἐπιβήσομεν, ἔφρα μινένι  
 Ἐυῆ, ἔ φιλιτῆσι, πεποιθόμεν ἀλλήλοισιν.  
 ----- Nos vero deinde

*Leſulum mæum conſendamus, ut commixti  
 In lecto, & amicitia conſidamus invicem.*

Unde perquam opportune Petroniana protulit: *Nec sine causa Polyænon Circe amat; semper inter hæc nomina sax surgit.* Polyænos namque Ulyſſes dictus, ut supra ostendimus. Adde, quod minime vacarit beneficii suspitione nostra etiam Circe, quod vel famula ejus Proſelenos saga peritissima testatur haut illibenter.

PROSELENOS] *Anicula saga est, Circes famula, quæ Encolpii inertiam inguinum paralyſinque magicis artibus emendare tentavit. Anne ab Arcadia est anus oriunda, & ideo dicta Proſelenos, hoc est, antelunaris? Arcades scilicet cum luna ipsa de antiquitate certaverunt, eademque priores haberi totis viribus conati sunt. Idcirco Προσίλων dicebantur, uti ex Aristotele Scholiastes Apollonii testatur ad illud iv. Argon. [263.]*

Ἀρκάδης Ἄπειρανῆς,  
 Ἀρκάδης, οἱ ἔ πρότε σεληναίης ὕδροναι  
 Ζῶεν.  
*Arcades, qui & ante lunam dicebantur  
 Vivere.*

Idem docet Scholiastes Aristophanis ad Nubes [vf. 397.] & Virgillii Servius ad II. Georg. & Statii Laſantius ad iv. Thebaid. Dixit etiam exfertim Ovidius lib. II. Fast.

*Ante Jovem genitum terras habuisse ferunt  
 Arcades: & luna gens prior illa fuit.*

Aliunde vero, non ab Arcadia, jocum vocabuli vetustissimæ aniculae fat Petronius convenienter petivit; ab ipsa, inquam, annoſa vetustate, quasi antiquior luna anus videretur Acheruntica; quæ hyperbolicæ exaggerationes haut infrequentes sunt venustis scriptoribus. Referam hic conſationis ergo fat lepidior nonnulla epigrammata. Tale in Lesbiam Valerii nostri est 39. lib. x.

*Confule te Bruto, quid juras, Lesbia, natam?  
 Mentiris, nata es, Lesbia, rege Numa.  
 Sic quoque mentiris, namque ut tua sæculanar-  
 rant.*

*Filia Prometheo diceris esse luto.*

Similiter ludit in anus Plotiæ Epitaphio, eodem libro Ep. 67.

*Pyrrhæ filia, Nestoris noverca,  
 Quam vidit Niobe puella canam,  
 Laertes aviam senex vocavit,  
 Nutricem Priamus, Jocrum Thyestes,*

*Jam cornicibus omnibus superstes,  
 Hoc tandem sita pruvit in sepulcro  
 Calvo Plotia cum Melanbione.*

Sic vetus in Priapeis Epigrammatarius: Epigr. xii.

*Quaedam serior Hæſtoris parente,  
 Cumæae joror, ut puto, Sibyllae,  
 Aequalis tibi, quam domum revertens  
 Theſeus reperit in rogo jacentem &c.*

Et alibi: Epigr. LVII.

*Cornix & caries, vetusque bustum,  
 Turba & putrida facta jacculorum,  
 Quæ forſan potuiſſet eſſe nutrix  
 Tithoni, Priamique, Nestorisque,  
 Illis ni pueris anus fuiſſet, &c.*

Pariter & Graeculi Epigrammatistæ supra fidem omnem vetularum ætatem extulere, quos nunc non exſcribo. Addo tamen in sine respectu hocce, Arbitricæ nostri haut sine memoria, Barclaium scilicet politissimum *Argenidiis* fabulae scriptorem, ejusdem *Argenidis* aniculam nutricem indubie *Seleniſſam* adpellasse. adeuratus ille valde artifice fuit nominum personarum.

ENDYMION] *Puer est, cujus praeter illam, Encolpius de Endymione puero, marginalem inscriptionem, pluribus in editionibus adpiscam ad fragmentum cap. cxxxii. Iſſa corporis pulchritudine me ad ſe, &c. nihil aliud ad nos contigit pervenire. Ibi indicamus ad Circem potius spectare fragmenti narratiunculam, ideoque nobis vitum de alio solo exulantem inscriptionem detrudere. Apte vero speciosus puer potuit Endymion nuncupari, respectu scilicet ad somnulosum adulescentem ob pulchritudinem efflictim lunæ quondam adamatum. pueri quidem ut plurimum somniculosi valde sunt.*

ENOTHEA] *Anus est sacerdos Priapi, magaque insignis, inde Enthea adristit potius Bourdelotio. Endæos namque & magi dicuntur. Conveniret item appellatio vetulae sacerdoti, & vati, quippe quæ & numine adſari atque concipi ſoleret, quod genuinum vocis ſignificatum: sed nihil neceſſum mutare; Enothea enim, ſive Enothea diphtongo contracto, proprium valde adpellaretur bibacissima anicula, de qua Arbiter cap. cxxxvi. inquit: Excusare coepit moram, quod amica ſe non dimiſiſſet tribus niſi potionibus e lege ſicatis, repetitque haut ſemel ſubinde.*

PHILUMENE] *Matrona illa captatrix est, quæ juniori ætate multas ſæpe hereditates formæ lenocinio extorſerat; quum vero jam annis conſecta anus, filiorum videlicet petulantia antiquum morem perfeverabat extendere. Φιλυμένη, amabilis ſonat, quod de illa adoleſcente vere dici poterat. Sic apud Terentium vocatur in Andria, & Hecyra, puella nobilis, honeſtaque facie decora. Item, in litteratis ſaxis nomen id reperitur, etiamque cognomen.*

GORGIAS] *Captator Eumolpi* fuit, ut plures alii, delusus. Fragmenticulum tantum ejus nunc illud superest; *Gorgias paratus erat exsequi*; cuius senius, paratum illum esse ad exsequendum monita Eumolpi, quibus summa erat: Quod omnes haeredipetae, qui in senis testamento legata habebant, corpus suum in partes conciderent, & adstante populo comederent: nomen quoque in Romanis inscriptionibus legitur.


ALBUCEIA] Ejus hodie memoria in Satirico non extat, meminit autem Fulgentius praefatione Lib. I. Mythologiarum, videturque innuere. & sic quoque censuere jam olim viri eruditi, de ipsa nostrum Arbitrum carmen amatorium luisse. Eandem quoque cum illa faciunt, quam *Albutillum* Tacitus vocat Lib. VI. Annal. ac refert sub Tiberio *multorum amoribus famosam* fuisse. Quibus sane facile ego subscribam, quum eorum commentam nec temporum videatur rationi regi gnare, nec multum nomini. Praecipue enim quam *Albutia*, non vero *Albutia*, constantem in

vetustis inscriptionibus exaratum invenerim. Itaque jam coacti non erunt in Tacito deinceps *Albutilla* reponere.

Haecenus de Personarum nominibus lubuit argutari. nescio an alicubi, ubi divinandum nobis fuit, imposuerimus theatro; certiori enim pede per avium solum & incultum incedere, cui libet, arbitramur, haut licet. Plura autem de operaneis haece, qui rescire cupiverit, manes jubeo consulat Petronii, quod aliqua terrarum parte procuratum etiam, à viro docto cognovi. Equidem adeo curiosus non sum, nec tanti mihi

----- *stultus labor est ineptiarum.*

Praeterea alii sunt interlocutores Satirici, quorum reticentur vocabula: haece autem Nomenclaturis eorum interlocutiones ad oram designavimus. ANUS, ATRIENSIS, SERVUS, CONVIVA, MILES, DIVERSITOR, NAUTA, ANCILLA, VILLICUS.



## DON JOSEPHI ANTONII GONSALII

## DE SALAS

## C O M M E N T A

## I N

## T. PETRONII ARBITRI SATYRICON.



ap. 1. Num alio genere Furiarum declamatores inquietantur, qui clamant? ] Figurata omnino interrogatio est adseverantis, cui orationis generi vigoris plus, ardorisque inest excitando auditori, commovendo, quam si pronuntiative, ut ajunt Grammatici præci, rectaque ac simplici oratione diceret, Non alio genere Furiarum &c. Frustra igitur sunt, qui emendant. Furiarum vero haud dubio genus secundum est, quo Declamatores inquit agitari. Tres namque illae fuerunt, quarum prima *Alēto*: Verba Fulgentii sunt, Mythol. lib. 1. cap. 6. quae, rem opportune satis totam aperiunt. *Ἀλακία* enim Graece impausibilis dicitur. *Alia* *Tisiphone*: *Τισιφώνη* autem, quasi *τῆτων* *ἑσών*, id est, istarum *ἸΟΧ*. Tertia *Megaera*: *Megaera* enim est, quasi *μεγαλὴ ἔρις*, id est, magna contentio. Primum est ergo, non pausando *Furiam* concipere. Secundum est, *INTOCERUMPERE*. Tertium, *jurgium protelare*. Qui in vanas ergo, sensus est Satirici, declamationum voces crumpunt, num alio, quam *Tisiphones*, *Furiam* genere inquietantur?

*Declamatores*] Satis superque interpretes jam pridem de declamatoriis exercitationibus ad Arbitri egerunt illustrationem, quo circa, quum hac in parte, ut & nonnullis aliis, praeverterint nos, leviter loca, ne asymboli scilicet, indeque discedamus jejuni, nonnunquam adtingemus. Praecipua enim olim fuit, in scholis Rhetorum, & Sophistarum, declamationum exercitatio

eamque vario temporum lapsu varias induisse formas, jam dudum factum est, quum Viri eruditi monuerunt. *Troisibus* primitus, locisque communibus sese Scholastici, ipsique Sophistae exercebant, aliterque, & aliter, quousque ad *Suoforias* tandem, *Controversiasque* devenere. Sub *declamationum* autem nomine omnes nimirum exercitatorum species illae apud Latinos comprehensae, uti *μελετών* apud Graecos. *Ficta* enim erant certamina *Rhetorica*, ut Priscianus ait, unde & *πλάσματα* dicta, & *figmenta Sophistarum*, item Auctori *Dialogi de Orator.* argute sane, *Scenae Scholasticorum*, & Ennodio dicendi *simulacra*. A Gellio decurjus ludicrus vocavit, & *simulacra praeliorum voluptaria*. Eo autem, quod declamationes repraesentarunt per diu litium fictas imagines, Antonius *salvas lites* vocavit *Epist. II. ad Paulum Rhetorem*:

*Vel falsas lites, quas sebola vestra ferit.*

Quod S. Basilii mire verbis illis expoſuit, L. II. cont. Eunom. *Πρὸς κατηγοροῦς τε μαχρὴ μὴ ὑπεσώζεις, καὶ ἀπλογία πρὸς κατηγοροῦν ἢ πρὸς ἀθεύσαν, καὶ λόγος πρὸς διωστὰς τὰς εἰδὰς ἢ φαινομένης.* Est enim pugna adversus accusatores, qui nusquam sunt, & ad accusationem non praeditam responsio, & ad iudices, qui nulli videntur, oratio. Id vero postea fastidientes scholastici, ad mera nugamenta, quasi tempestate delati, adhaesere, tanquam ad fixum, diversaque prorsus à forensibus causis tractare coeperunt, quo Arbitri spectat plane & illa indignatio hoc capite: *Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil*

nihil ex his, quae in usu habemus, aut audiunt, aut vident, sed firmitas, &c. eaque propter, quom in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos.

Inquietantur. ] Ductum est ab spectris, nocturnisque terrefactamentis, quae nimirum inquietant, hoc est, somnos impedire, consueti. Sic puer veneficae minatur apud Horatium Epod. v. vers. 91.

Quin, ubi perire iustus expiravero,  
Nocturnus occurrat furor,  
Petamque vultus umbra curvis unguibus,  
(Quae vis Deorum est Manium)  
Et INQUIETIS adsiders praecordiis,  
Pavore Jovis auferam.

Inquietari igitur, somno privari praeficit. Ita apud ipsum Arbitrum Eumolpi illud est in soporem labentis, ab Encolpioque excitati, cap. c. Inquietatus ille in lyse tulit: & hoc erat, &c.

Succisi poplites membra non sustinent. ] Parissime Lucanus nostrar, Petronio *συρρογογος*, in extremo Panegyrico ad Pisonem:

Et tremefacta cadunt SUCCISO POPLITE  
MEMBR. I.

Nescio an, more suo, Lucani versum huncce, immerito tamen, carpat nunc Petronius. Illi porro supernati vocabantur antiquitus. Festus: supernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum scillarum pernarum. Etnius:

His pernas succidit iniqua superbia Poeni.

Haec ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam iteris viam facerent. ] Fecerunt omnino Ciceroni Christiano, Lactantio inquam. Iplas proficitur, lib. 1. cap. 1. Multum nobis exercitatio scitarum litium contulit, ut nunc majori copia, & facilitate dicendi causam veritatis peroramus. Prolixae autem Arbitr, ut plures antiquorum, genus id exercitationis infectatus est.

Rerum tumore, & sententiarum vanissimo strepitu. ] Vide quae notantur inferius ad verba illa capitis II. *Laxibus enim, atque inanibus sonis*, &c.

Sententiarum. ] Plurimus usus sententiarum in declamationibus, & in Petronio plurima mentio. Illic faciunt loca, quae sequuntur: cap. VI. Dum ergo juvenes sententias rident. Et cap. x. An videlicet audirem sententias, id est, vitra fracta. Et cap. cxviii. Quam controversiam sententiosissimis vibrantibus pectam, & iterum ibidem. Ne sententias emineant extra corpus, &c. Graecis autem sententiae illae *ὑπερβασι* dictae, quarum differentias, exemplaue, tradidere ex Hermogene Priscianus, lib. de Praeexercitamentis Rhetoricae, & Aphthonius in Prognymasmat. cap. 6. De illis etiam loquitur Seneca Pater, praefat. Controvers. ad Filios, dum, in ipsis saepius fuisse exercitatum nostratam Porcium Latronem, Oratorum, ipsius Senecae sententia, facile principem, his verbis edocet: Aliquo die nil praeter has translatitas scriberet, quas proprio Sententias dicimus; quas nihil

habet cum ipsa Controversia implicitum, sed satis apte & alio transferuntur: tanquam quae de fortuna, & crudelitate, de saeculo, de delictis dicuntur. Hoc genus sententiarum *supellectilem* vocabat.

Ut, quom in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos. ] Insigne exemplum Porcii Latronis hocce patet, quod refert Quintilianus lib. x. cap. 5. Ego autem altiuscule repetam locum, quia huiusce declamationis Petronianae potissimum partem illustret mirifice, indidetque iudicium, quod de id genus exercitationibus fecerit summus Oratorum Magister: Sed, quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes, respicit ac reparat haec velut sagina dicendi, sic adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri, & inanibus simulacris: usque adeo, ut diffidit ab his digressos sit adiusfacere, ne ab illa, in qua propius consistunt, umbra, veris discrimina, velut queniam solem, reformident. Quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur: ut quom ei, summam in se habens opinionem obtinenti, causa in foro esset oranda, impense petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur, ita illi coelum nocuum fuit, ut omnis ejus eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur.

Quia nihil ex his, quae in usu habemus aut audiunt, aut vident. ] Ideo ineptissimam iudicavit Arbitr declamatoriam exercitationem, indeque ortum, ut, quom in forum venerint adolescentes, putent se in alium terrarum orbem delatos. Contra ex antica Plinius Nepos sensit de exercitatione Poëtica lib. vii. Ep. 9. qui locus, praeterquam quod sane eruditus est, venit etiam & huc satis opportune. Itaque summi Oratores, summi etiam viri sic se, aut exercebant, aut delectabant; immo delectabant, exercebantque. Nam mirum est, ut his ofuscullis animus intendatur, remittaturque, recipiant enim amoris, odia, iras, misericordiam, urbanitatem, multa denique, quae ad vitam pertinent, atque etiam in foro conspectu versantur.

Cap II. Pace vestra. ] Formula veniam deprecantis. Tibullus lib. II. El. 5.

Pace tua, precant arcus, precantque sagittae. Ovidius lib. III. Amor. El. 2.

Pace loquer Venris, tu Dea major eris.

Pax pro venia usurpata antiquitas, & vicissim venia, pro pace; sic ad versum illum Virgilii III. Aeneid.

Sed votis, precibusque iubent exposcere Pacem: Nonius pacem interpretatur veniam, & Servius ad huncce 1. Aeneid.

Orantes veniam templum clamore petebant. Veniam pro pace. Inde conjunxit Arnobius 1. II. Cum pace hoc ejus, & cum venia dixerim.

Primi omnium eloquentiam perdidit. ] Primi omnem, aut primi omnium, fere idem; sed paucis hocce post Cicronem usu venisse annis, distantissime

tiffime omnium dixit Seneca Rhetor. præfat. Controv. l. 1. *In deterius deinde, agit tunc de Ciceronis aevo, quotidie data res est: sive luxu temporum, nihil est enim tam mortiferum ingenii, quam luxuria; sive, quum praemium pulcherrimæ rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia, multo honore quæsluque vigentia: sive fato quodam, cuius maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, ut ad summum perducta, rursus ad infimum, velocius quidem, quam ascenderunt, relabantur.* Alia vero Petronio causa est potior, videlicet, declamationum exercitatio, quæ etiam & post Ciceronis constitit actatem. Plane ipse Seneca ibidem: *Scholastica controversia multo recentior est, sicut ipsa declamatio, apud nullum auctorem antiquum arte ipsum Ciceronem, & Calvum, inveniri potest, qui declamationem distinguit.* Additque de declamatione: *modo nomen hoc prodit: nam & studium ipsum nuper celebrari coepit. Ideo facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me natam.* Vide ergo, quam consone Petronio adcinat.

*Levibus enim atque inanimis sonis ludibria quædam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur.*] Plane enim hic factam declamationum elocutionem, turgidulæque orationis ampullatas voces, *innes sonos. atque leves* vocavit, ut supra etiam cap. 1. parillimo sentu: *nunc & rerum tumore, & sententiarum vanissimo strepitu: & infra hoc capite, nuper ventosa isthæc & enormis loquacitas: & cap. cxviii. Controversiam sententiosis vibrantibus pectan.* Eodemque faciunt verba hoc capite, *pubica oratio non est maculosa, nec TURGIDA.* \* Elegans autem allegoria est, & consonans dictis: *ut corpus orationis enervaretur.* Sic & Symmachus l. iv. Ep. 29. locutus. *Plures utilitatis & bonæque adjertiones in ipso corpore orationis invenies.* Et Petronius cap. cxviii. *Ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ.*

*Declamationibus continebantur.*] Vera hæc est lectio. Continebantur juvenes declamationibus, detinebantur, Petroniæ ætate, priusquam in forum venirent. Frustra hic Auctor Analector. est lib. 11. cap. 9. & alii, qui pariter emendare conantur.

*Quum Pindarus, novemque Lyrici.*] Novum hocce Graecis, Latinisque scriptoribus, quibus novem tantum Poætæ Lyrici cum Pindaro agnoscentur videlicet. Enumerant plane, nominantque Epigrammata Graecorum, Anthol. lib. 11. cap. lxxvii. Ep. 10.

Εἰς τὸς ὄνεα Λυρικῆς.

Πίνδαρε, Μερσῶν ἰερόν σώμα, καὶ λάλε Σεῖρεν  
Βακχυλίδη, Σαπφῆς τ' Αἰολίδης χάριτι,

\* De turpida hacce Declamatorum dictione abunde egit novissime Lud. Crusellius Theat. Vet. Rhet. lib. III. ca. 23.

Γράμμα τ' Ἀνακρέοντος, Ὀμηρικὸν δὲ τ' ὀπὸ  
βέμα

Ἐσπάρτας οἰκείοις Στησίχορ' ἐν ναμάτοις,  
Ἢ τε Σιμωνίδει γλυκερῆ σελῆς, ἠδὲ τε Πειθῆ  
Ἴδουκε, καὶ παίδων ἀνθ' ἀμυσάμευε,  
καὶ ἕρπον' Ἀλκκίοιο, ὃ πολλὰκις αἶμα τυράν-  
νων

Ἐσπεῖσεν, πατήρ τ' ἔσθμια βύουθρον,  
Θηλυμῆδης τ' Ἀλκμῶν' ἀπρόνες, ἴλατε, πῶτος  
Ἄρχων τ' λυρακῆς καὶ πῆρας ἑσπάρταί.ε.

Vertit Megiferus:

In novem Lyricos.

Pindare, Musarum sacrum os: sacundaque Siren,  
Bacchilides: Sapphus gratiaque Aeoliae:

Scripta senis Teji: quique ipsum imitatus Ho-  
merum,

Sesichore, eximium carmine nomen habes:

Musa Simonidis inclita: tuque lepore suavis

Ibyce, gratus erat cui puerilis amor:

Quique tyrannorum Diis saepe cruore litasti,

Alcaei mucro, jura tuens patriae:

Et vos Alcanis cantus; esote benigni.

Principium & finem contrabit Lyricæ.

Et alias. Sic & Quintilianus lib. x. cap. 1. ubi & Pindari eximium elogium: *Novem vero Lyricorum longe Pindarus princeps, &c.* Inuit & Aufonius Ep. 32. quod in Sapphus simulacrum scriptum:

Ἐμ' ὀνάτη Λυρικῶν, Ἀείδων δέκατη.

Sum nona Lyricorum, Anoniam decima.

Petronio est igitur aliquod quaerendum effugium. Itacius enim, Lycophronis scholiastes, novem illis Lyricis Poëtis decimam nescio quam Ecyrrbinam Poëtriam addidit, itaque ex decem illis ipsorum chorum constituere non dubitavit. Lilius autem Gyraldus, homo doctissimus, Dial. ix. de Poët. Hist. Ecyrrbinam pro Corinthiam mendose exaratum pro certo habuit: quum & Hephæstion Corinthiam, duplici r, videatur enuntiare. Cui sententiæ Vinetus quoque, Aufonii eruditus interpres, subscripsit haud cunctabundus. Itaque, quum cap. cxviii. Lyrici tantum nominantur Petronio, indubie decem illi sunt intelligendi. Unde etiam patet, qui mendacii jam olim insinulavit Hyginum, (*septem* quippe solum Lyricorum extlat apud illum epigraphæ capitis 222.) fati rem non vidisse: nam, praeter Pindarum, uti ex Arbitro liquet, praeterque Sappho, Corinthiamque poëtrias, *septem* olim celebrabantur separatim Poëtæ Lyrici.

*Ho nericis versibus canere timuerunt.* J. Daniel Heinius, lib. de Tragodia, legit, *canere non timuerunt.* Homericam quippe dicendi rationem, ait, Lyrici expresserunt, masculam nempe & nervo-  
sam

fam, minime vero corruptam & effeminatam. Docte vero Arbitr verbo, *Homericis versibus*, epicum poëma significavit, quod heroicis, sive hexametris, versibus condi debere, docuit in Poëtica Aristoteles. Sic Homerus fecit; exemplumque posteris reliquit. Unde Horatius in Arte:

*Res gestae regumque, ducumque, & tristia bella*

*Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.*

Et Ovidius extremo lib. i. [de Remedio amoris]:

*Fortia Maeonio gaudent pede bella referri.*

*Maeonis pes* Nasoni, quod nostro *Homericis versibus*. Itaque Arbitri mens patet, scilicet non autum Pindarum, & reliquam Lyricam cohortem Epopoëiam adgredi, & heroicum poëma, quod verius nos interpretamentum putamus.

[*Ad hoc genus exercitationis.*] Nempe declamationum. frequenter olim *exercitatio* de omni declamatorio genere usurpata. Vide quae dicuntur infra cap. cxviii. ad verba: *Sic forensibus ministris exercitati.*

*Nuper venosus islbacc & enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit.*] Tale est iudicium Ciceronis de Asiaticis oratoribus in Bruto: *hinc Asiatici oratores, non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pressè, & nimis redundantantes.*

[*Tentosa islbacc & enormis loquacitas.*] Supra huiusmodi loci meminimus. Addimus & τὴν *loquacitas* suam fel quoque haut deesse. *Loqui* enim ἀπλῶς oratoribus prisca inconstite verba facere erat, cui oppositum *dicere*. Cicero saepe docet, & Quintilianus; sed hoc proletarium. Graeci idem observarunt in καλῶν, & διαλεγῆσθαι, sive λέγειν, ut Ammonius docet τὸν οὐσίαν, &c. quod & in Eupolidis versu animadversum:

*Παλὴν αἰρισος, ἀδυνατώτατος λέγειν.*

*Blatterare optimus, dicere ineptissimus.*

Unde jam & Maximi Tyrii in Sophistas patefcit scommia, quorum ποταίαν ait esse τοῦ ἀπλήμονα καὶ λαίον, *verbosam nimium & loquacem*. Dissert. xv. Et Luciani illud simile in Philosophos, in Bis accusat. quos quum ὁμοιωθεὶς describit, eos pariter vocat λαλῆς, *loquaces*.

*Animosque juvenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere adflavit.*] Decens valde ab novellis arboribus translatio. illae enim sunt quae facilius siderantur. Clarissime docet Theophrastus adpositissimo loco, lib. v. de Causis Plant. cap. 10. Ἀσοδοθήνα ἢ ἂν κάλιστα γίνεται τα θυγα, καὶ οἱ μοσχόι, διὰ τὴν ἀπθέρειαν. Συμβαίνει δὲ τὸ πάθος, ὅταν ἢ γὰρ ξηρανθῆ, καὶ μὴ ἔχασιν ἔλκεν ὑγρότητα. διὸ καὶ ὑπὸ ἄστρον πλεῖστα. τὰ δὲ προσδύερα διὰ τὴν ἰσχυρὸν ἀντίχει τε κῶλον, καὶ ἔλκει πόδιον.

*Siderantur praecipue plantae novellae, ac surculi, suae causa imbecillitatis. Quod accidit, quum, siccata tellure, humorem trahere nequeant. quapropter plurima pereunt sub sidus. At majores aetate, utpote validiores, magis resistunt, & alimentum emittunt trahunt.* Etiam Plinius lib. xvii. cap. 24. *Proprium tamen siderationis est, abortu carnis siccitatum vapor, quum insitae novellae arbores moriuntur. Haud aliter & tyruncolorum progressus facillime fistuntur, ac, veluti sideratione surculi, praecocantur.*

*Stetit, & obmutuit*] Manet adhuc in metaphora. Sideratio etiam motum tollit, & linguam, ut ex Medicis notum. Dixit etiam Martialis; & lib. vii. Ep. 91. firmat Petronii, *obmutuit*:

*Hoc opus est, subito fias ut sidere, mutus.*

Et lib. xi. Ep. 86 eiusdem, *stetit*:

*Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua.*

*Dum lingis cumum, Zoile: nunc futus.*

Quod neutiquam erat interpretibus praetermittendum.

[*Ac ne carmen quidem sani coloris emittit.*] Paulo post hocce ex Horatio confirmamus, ejusque rationem reddimus.

[*Sani coloris.*] Metonymia est, & elegans ad carmina translatio. Non absimilis est illa Symmachi ad leges Epist. 117. lib. ix. *Valeo, quantum sinit aeger animus. Atque utinam leges aequae mecum valerent, quarum sanitas ab ipsis plerumque corrumpitur, quibus curanda mandatur.* Sic & Cicero in Bruto, de eloquentia loquens varias regiones peragrat: *Omniaque illam SALUBRITATEM Atticae diditionis, quasi SANITATEM, perderet, & post pauca: Rhodii SANIORES, & Atticorum similiores.* Quod à D. Augustino videtur clarorem accipere, quum lib. iii. contra Petilianum sano opposit tumidum. Disertim autem Seneca inlustrat utrumque, praef. lib. v. *Controversi. Musa Rhetor multum baluit ingenii, nihil cordis, omnia usque ad ultimum tuncorem perducta, ut non extra SANITATEM, sed extra naturam, essent.* Recte ergo *sanus color* bene valentis dicitur. Unde jocus Martialis lib. i. Ep. 78.

*Pulcre valet Charinus, & tamen fallit.*

*Exitum fecit.*] Sic & plures locuti. Seneca Ep. 105. *Expectarent, viderentque, quem admirator auri exitum faceret.* Et Quintilianus Declam. v. *Exitum faciam hominis, ad quem non venerit pater.* Et alias saepe, etiam Marcellus Jctus l. 3. Dig. De iis, quae in testamento delentur: *Credi potest satis se consecuturum putasse, ut intestati exitum faceret.*

[*Postquam Aegyptiorum audacia tam magnae artis compendiarium invenit.*] Quatenam illa compendiarium via est, quam Aegyptii ad picturam inveni-

runt? frustra, Hercules, petes ab interpretibus, frustra ab quolibet alio, qui palmari omnium consensu gloria litterarum stadium percurrerit. Dum haereo hic, parumque lucis mutuari aliunde posse confido, consulere tandem de pictura veterum decrevi prudentiorem. Obstat sese illustris vir, & omnium eruditione refertus, in primisque amicus, Don Joannes de Fonseca & Figueroa. Ille enim de pictura veteri, inter plura alia humanioris litteraturae monumenta, librum jam consecutum adseruat; unde mecum depromptam interpretationem perlucibenter communicavit. Ecce ejus ipsamet verba, Lector, habe. Neronis enim aevo, pictura *ne minimum quidem sui vestigium reliquerat*, auctore Petronio. Hinc immanissima illa in emendis picturis pretia. Suetonius Tiberio, cap. XLIV. Dio. alii. Sed, quia Petronius addit, ideo picturam exitum fecisse, quia audacia Aegyptiorum tam magnae artis invenit compendium, quaerendum est, quid sit, per compendium pingere. Quid sit *compendium* in scriptis, pueri sciunt, & hoc est, quod a viris doctis ad hunc locum observatum invenio. Quid vero compendiare picturam, hoc opus, hic labor. Prinus Nicomachus, Aristodemi filius, ac discipulus, in pingendo omnibus velocior, mira brevitate coepta opera absolbat: ut contra ille, qui nunquam manum de tabula. Sed hoc pingere non est per compendium, immo brevitati consulere. Philoxenus Eretrius, Nicomachi discipulus, *celeritatem praecceptoris sequutus* (verba sunt Plinii) *breves etiamnam quasdam picturae vias, & compendiaris invenit*. Non solum, inquit, celeritatem praecceptoris sequutus est: sed novo more vias, per quas pictura compendiareretur, invenit. An vero cum Aegyptiis conveniret, & illorum compendium sequutus esset, ignoramus. Verum enim vero, quid tandem per compendium pingere Aegyptiis sit, ex uno Plinio, de veteri pictura, plusquam reliqua omnium scriptorum, tum graecorum, tum latinorum, turba bene merito, discimus plane. Quae verba quia factis mendosa & corrupta, ex Codicibus Hispanensi, & regio, si non prorsus emulata, non, ut hodie dolemus, lacera exseribam: ratio enim emendationum in nostris Plinianis perpetuis notis plene, *συμμεν*, tradetur. verba igitur doctissimi scriptoris sunt, lib. xxxv. cap. 16. *Pingunt & vestes in Aegypto, inter pauca mirabili genere, candida vela postquam adrivore inlinites non coloribus, sed colorum sorbentibus medicamentis. Hoc quum fecere, non adparant in velis, sed in cortina, pingi; in ferventes aquas mersa post momentum extrahuntur picta. Mirumque quum sit unus in cortina color, ex illo alius atque alius sit in veste, accipientis medicamenti qualitate mutatus. Nec postea abluui potest. ita cortina, non dubie confusura colores, si pictos acciperet, digerit eos ex uno, pingitque, dum*

*coquit, & adustae vestes firmiores fiunt, quasi non urerentur.*

[*Compendiarium.*] *Compendiarium*, sive *compendium* est via contractior, quae ad metam cujusque rei sine flexibus, nec diverticulis, tendit. Glossae: *Compendium*, *Compendiarium*, *συνομια*. Ovid. III. Metamorph.

*Tardius exierant, sed per compendia montis  
Præcipitata via est.*

Et passim omnes. Magnae ergo artis pictoriae compendiarium, quam Aegyptii invenerunt, brevior indubie via erat, qua ad artis peritiam tyrunculi pervenire possent; neutiquam vero, uti ego existimo, ingratiosum illud artificium per compendium pingendi. Itaque compendiarium via discendi fuit, non vero pingendi.

Cap. III. *Amas bonam mentem.*] Omnium possitima habenda est semper interpretandi ratio, quae parium videlicet aevo constet scriptorum conlatione. Ideo Seneca noster saepius procedet subvenire Petronio, quum aetate enim haud seculus parissimus scriptor sit, atque corruptissimorum sui temporis morum acerrima exagitatione. Apud utrumque ergo *bonae mentis* memoria frequentissima, licet paritissimus ejusdem fuerit in ipsorum aevo proventus. Quid autem *bona mens* antiquis foret, plane Seneca ipse significavit, Ep. 10. quum inquit: *Votorum tuorum veterum licet Diis gratiam facias, alia de integro suscipe: roga BONAM MENTEM*, quod ut explicet, addit: *bonam valetudinem animi*. Est igitur sana mentem sanam habere, id est, non insanire. Id Horatius lib. I. Sat. IX. *mentem bene sanam* vocavit, & Juvenalis Sat. X. 356. Ceterum subdit Seneca, *deinde corporis* pro bona valetudine vota esse suscipienda, quo mire facit alius Petronii locus cap. LXXXVIII. ubi sub Eumolpi persona veterum vota infectatur. *Quis unquam venit in templum, Petronius inquit, & votum fecit, si ad eloquentiam pervenisset? quis, si Philologiae fontem invenisset? ac ne bonam quidem mentem, aut bonam valetudinem petunt*. Nostra autem Siren plura tibi bonae mentis exhibebit exempla.

[*Exercitationibus.*] Quae istae *exercitationes*, dicimus infra, ut jam monuimus.

[*Tanquam piscator.*] Eloquentiae praecceptores, magistrive, ac Sophistae cum piscatoribus conlati olim haud semel. Inde Plato Sophisticum cum piscatione comparat, in Sophista. Sic & avidum Sophistam depingit Themistius Orat. I. *Εἰ δὲ δὴ συμμαχῆ τῶ δ' αὖ φιλοχρηματῶ, καὶ ὀμιλεῖται αἰεὶ φοιτῆν, τριζὶν ἐπιγαιῖς καθάπερ ἰχθύς διλεπασθενίας, ἰχθύων ἢ ἴσσοιαι ἀναυδοίεροι, μισθὸν δὲ ὅμως ἐσπράξαι δ' ἰδιδάκαλῶ τῆς ἀφωίας*. Quod si adeo sordido & avaro homini discipulorum copia contigerit, quos paucis crinibus (scitis) velut pisces inescarit, erunt illi quidem piscibus elinguiore, mercedem



dem nihilominus taciturnitatis hujus praeceptor exi- get. Inde apud Suidam sunt καὶ ἰς κρητὰι, pi- scatores Sophistas, et si alio videatur ibidem ipsos trahere.

Moratur in scopulo.] Ad vivum hic piscator re- praesentatur, caluoso suo super rupe aliqua, pi- sciculos nempe captans, morabundus. Quod su- per scopulis piscatores exercent piscatum, iam dudum factum est, quum Meurtius vidit. Por- ro nos nunc primum addimus, id potissimum de illo piscationis genere capiendum, quod iam moliebatur, calumniae. Non dubie hocce pri- mus Arbitrator ipse palam faciet in istomet loco; ecce ejus integra verba: Sic eloquentiae magister, nisi, tanquam piscator, eam impiebat HAMIS escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe praeda moratur in SCOPULO. Nec magis obscure indicabit nobis Theocritus, Idyllio XXI. vers. 41. piscatoris hominum describens:

Εἶδον ἑμάρτυν  
Ἐν τετρακίμαδι, καθ' ἑσπέρην ἢ ἄρτιος  
Ἰχθύας. οὐ καλὰ μὲν ἢ πλάκην κατὰ τοιοῦτο ἔω-  
δαι.

Καὶ τῶν τετρακίμων ἄρτιος, καὶ γὰρ ὁ  
ὄπτιος.

Πῶτον κλον ἄσως μαλίσθηται, ἰχθύα κληόν.

Χάμι τὸν τετρακίμων ποτίζουτο

----- Ἰχθυὸν μίσησιν

In rupe emantem pisces capere, sedens autem

Piscator; ex ARUNDINE vero suspensam falla- cem quatibam escam,

Et utus ex gramalibus appetiit: nam & in

formis

Omnis canis escam auguratur; sic & ego pi- scis.

Et ille quidem ILAMO adhaerescens, &c.

Sic & Aristaeus, lib. 1. Ep. 7. Περὰ τὴν ἀλὴν ἑσπέρη μοι καταπίπτου, καὶ τῶν ἀγκίστρων προσιπτοῦσθαι κἀδιστον ἰχθύων ἀναστάντων τῶν τετράκων κερταμένων τῷ δάρι; vertit Mercerus, Dum ad littus in SCOPULO molior, haerentemque homo pulcherrimum piscem traho curvato pondere CALAMO. Unde jam & novam lucem Plauti loco conamur praeferre, perperam usque adhuc interpretibus accepto. Inquit in Rudente II. 1. 10.

Post id piscatum HAMATILEM, ET SAXA- TILEM adgreddimus.

Post id. id est, post aliud piscationis genus, quod praemisera scilicet, ostrorum faxis ut plu- rimum adhaerescens. Non ergo id voce sa- xatilem intellexit, quae interpretatio Criticorum est, divertum à piscatu bamatai scientium. Ast totus totus versus unici piscationis modi peri- phrasis est. Ex ipsa enim scena luce meridiana clarior tota res patet, quam paucis verbis sic per- currimus. Piscatores igitur vitae suae rationem

reddentes, ex duobus piscationis generibus con- stare, plene satis ostendunt; Primum instru- mentis designant, quae in illo versu:

Hic HAMIS, atque haec ARUNDINES sunt nobis qui ibi & cultra.

Alterum, testat is ipis, plura recensentes; eius namque instrumenti praeter manus non memo- rantur. Atque adeo utrumque sese ex cretare in- citant: post serorum nimirum, alteram, ad quod praedictis hamis, & arundinibus, opus ha- bent. Et Comicus quidem, ut perspicuo satis rem exponeret, videtur de industria extrema se- na addidisse, ad concludendam capturam piscatores necessario esse converios, quam piscatui HAMATI- LI & SAXATI LI ob maris tempestatem locus non esset.

Cap. IV. Primum enim, sicut omnia, spes quo- que pro, et de domo. Sententia iuxta aelo- cutio tam perspicua, quam elegantes. vili ta- men hic impientes Criticos nonnullos, sicut esse admirum parentum etiam, quum ad scholas libe- ros mittant, ut ipsi vere docti efficiantur ibidem; imo potius, ut ex sero lucrum auceperunt. quo- circa dum compendio inhiant, quae eorum vota sunt, ad quae properant, cuncti adhuc gnatorum sedis in forum profertur. Illhaec enim praeci- pua est corruptae causae eloquentiae, addestante dialogi ejusdem argumenti scriptore cap. XII. Nam sacrariae hujus, & jagiae tis sic legit Liptius; eloquentiae vjus, recens, & malis moribus natus, atque, ut tu dicbas Apur, in locum illi respectus. Idemmet & carmini obfuit, quo minus suo colore euerent, ut si pra dixit Petronius, cap. II. prius autem Horatius ad Pisones vers. 330.

----- Ad haec animos aruzo, & crua se- culi,

Quam feriel imbuerit, si ramus carmina fuit  
Pöse invidia ceiro, & laeci sercanda eam. ju?

Bourdelotius nuper edidit ambitioni, prius au- tem Plantinus; & viris doctis jam olim non dis- plicuit.

Sicut omnia.] Mirifice & hic aeri sui mores ex- primit, cui saepius postea succinit Marcialis, sci- te admodum, lib. iv. Ep. 56.

Sardidius nihil est, nisi te se jurelius uno.

Qui potes invidias omni evocare tuas?

Sic vills fallax induit piscibus hamus:

Callida sic stultas decipit eja feras.

Acutissime vero lib. v. Ep. 18.

Odi dolosus munarum & malas artes.

Imita, tar homos dona: namque quis nescit,

Aviculum vorata decipi scaram misca?

Quoties anteo dixit nihil donat,

O Quibelliane, liberalis est pauper.

Et passim alias. Adpositum erit potissimum hoc- (M 2) ce

ce Commentum, si τὸ ἀμβίτου, quae proba lectio est, nempe praeteritis.

Quum ad vota properant.] Sic inferius in Trojae Halosi cap. xxxix. In vota properant, ubi fors plura.

Verba atroci stilo effodent.] Atroci, id est, rigido ac censorio, licurisque minime parenti. De haec autem veteri scribendi ratione, stilis nempe in tabellis ceratis, jam Turnebus. Paucula nos addimus abs re haud abhorrentia. Graphium stilo vocatur à Graeco γραφίον. Sic habet epigraphe AEnigmatis 1. apud Sympodium, ubi eleganter ejus forma, & usus descriptus. Sic & Seneca utitur lib. iv. Quaest. Nat. cap. 6. Inde Graphiarium theca, aut vagina, graphiorum. Martialis lib. xiv. Ep. 21.

Haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro:

Si puero dones, non leve munus erit.

Tabellae vero dictae pugillares, & ἀπλωε ceras. Plinius Junior lib. 1. Epist. 6. totam rem confirmat: Erant in proximo non venabulum aut lancea, sed stili & pugillares. Meditabar aliquid, enotavamque; ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras, reportarem Erant à numero foliorum pugillares duplices vocati, triplices, quincuplices, &c. Martialis Apophor. Fuit etiam Graecis in usu, obfero ego, ipse scribendi modus: Laërtius in in Antisthene: τίσος τε το Πόντικον μετρακίον, μέγλοι φοιτῶν ἀπὸ, & πυλόμενοι τινων αὐτῶν δεῖ, φησι, βιβλιαρια καὶ, & πινακίδια καὶ, τὸν νῦν παρεμφάνων. Pontico adolescenti, quam se illi in disciplinam dare vellet, rogaretque, quam rem sibi opus esset, libro, inquit, novo. & stilo novo, novaque tabella, animam significans. Sis autem videre expressa antiquorum graphia, apud Pignorium sunt, opere de Servis, Ursinum, alios.

Ut, quod vellent imitari, diu audirent.] Praecipuum ferme imitationis praeceptum. Nam sicut nemini cutis, aut color (quae viri docti similitudo est) certave corporis constitutio ex epulis provenit, quas leviter attingit, sed ex quotidiano videlicet pastu, quo longo tempore vegetatur & alitur? sic nisi vestigiis illius, quem aemulari imprimis cuique propositum est, quilibet insisterit diu, eidemque constanti assiduaque opera adfuerit, ipsam omnino perdit, nec ejus habitum induit, quem repraesentare conatus est. Sic enim docuere grammaticorum, ac rhetorum filii; sic & plurimis exemplis, si satis non liqueret, facile utique nos palam facere possemus. Notum est Demosthenem omnium, non solum decem, Oratorum facile principem, uti Thucydidem, Historicum eximium, effingere tandem aliqua in parte potis esset, octiens manu sua descripsisset. Luciano, & Procopio testantibus. sed nolumus in re clara diutius immorari.

Quid quisquis perperam dicit, in senectute confi-

teri non vult.] Cicero in Lucullo: Deinde infirmissimo tempore aetatis, aut obsequii amico euidem, aut una alicujus, quem primum audiverunt, oratione capti, de rebus incognitis judicant: & ad quamcumque sunt disciplinam, quasi tempestate, delati, ad eam, tanquam ad saxum, adhaerescunt. Sive de his loquitur Petronius, qui, ut ne usquam fateantur, quid nescire, nequaquam à sapientiore sese erudiri unquam perpetentur. Ferum sane illud peccus, impurissimum tamen, pro pudor! omnium viventium ex eorum grege fieri passus sum fat temporis mihi familiarem; ab ipsius autem stultitia, ac turpitudinis fordibus tandem abhorruit animus, arcuitque longissimum.

Sed, ne me putēs improbasse scbedium Lucilianae humilitatis.] Mirum est, quantum negotii interpretibus Petronii locus iste fecerit. Quod sic autem sit retinendus, vel Appulei simillimus alter possit satis convincere. inquit ergo in Floridis: Sed, ut me omifariam noveritis, & in isto, ut ait Lucilius, scbedio incondito experimini, an idem sim repentinus, qui & praeparatus. Recte insuper ad rem & Glossae veteres: Σχεδιον, ex tempore dictum. Tale Agamemnonis effinxit carmen. Huic facit & S. Isidorus lib. vi. Orig. cap. 14. Schedia est, quod adhuc emendatur, & necdum in libris redactum est. Apertius autem Festus ore Pauli: Schedia genus navigii inconditum, id est, trabibus tantum inter se nexis factum, unde mala poemata scbedia adpellantur. Idem igitur scbedia, schedia, & scbedium. Cacterum & adjamborum humilitatem itidem Lucilium descendisse, ex nonnullis scilicet, qui in prisca Grammaticis reperiuntur, colligere est.

Cap. V. Artis severae si quis amat effectus.] Versiculorum horumque miserum fatum. Nam haud fecus, ac si ex argilla cerave ficti fastidique essent, quisquis, ut ad illos accessit, de novo ad libitum suum effingere neutiquam cunctatus est. Contra nos, veteres ac vulgatas lectiones adfrentes, (quod institutum toto fere in opere servandum proposuimus) veram se nexis factum, unde mala poemata scbedia adpellantur. Idem igitur scbedia, schedia, & scbedium. Cacterum & adjamborum humilitatem itidem Lucilium descendisse, ex nonnullis scilicet, qui in prisca Grammaticis reperiuntur, colligere est.

----- Prius more

Frugalitatis lege polleat exacta.]

Isthæc prorsus est ex prisca scripturis concinnor. quapropter omnibus practulimus: neutiquam tamen nobis permisissimas in recentiorum commentationum prolixam fegetem manum videlicet immittere. Richardi vero astringet interpretatio; facit, *prius more unum verbum*, id est, more prisca, & veterum eruditorum consuetudine. Id genus junctorum vocabulorum in optimis scriptoribus exempla plura. Ceterum, *palet*, *postulat* loco, quam ea itidem V. C. scriptura sit, decenti sitis sensu recipi quoque potest. in voce autem, *exalta*, latere mendum, jam olim suspicabar, quum *frugalitatis exactæ* apud Senecam meum mentionem reperissem lib. de Brevitate vitæ cap. xviii. *Non deerunt*, inquit, *& frugalitatis exactæ homines*, &c. Mutationem sane committi, valde fuit pronum: & quippe diphthongi, facillimum fuit, obliterari, nondum tamen in textum admitti, ne, quum aliorum audaciam criminarer, ad eundem lapidem viderer impingere.

*Nec perditis allictus.*] Videtur Henricus Stephanus primum reperisse: *Nec perditis allictus*. Unde: *nec in popinis abditus* fecit, quod nec nobis displicuit, ne minimo intervallo bis, *adidus*, repeteret.

*Obruat vno mentis calorem.*] Quintilianus parissime lib. 1. cap. 11. *Qui corporis cura mentem obruerunt.*

*Neve plausor in scena.*] Ingenui namque etiam plaudendo additi. Insignis est Suetonii locus in Nerone, unde & plausuum genera simul ediscimus, nescio, an alibi ipsorum ex tet memoria. inquit ergo cap. xx. *Neque eo seguis adolescentulos equitris ordinis, & quinq; amplius milia è plebe robustissimas juvenutis undique elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condisserunt, Bombs, & Imbrices, & Tyllas vocabant.* Tacitus autem eos plausores, *equites Augustinos*, appellavit. Fuit & plaudendi genus aliud, quod, *scabellorum crispum*, vocaverit. Ipsam indicat factam Cicero pro M. Caelio, post mimi, aut fabulæ, exitum: *Deinde scabella concrepant, autæcum tollitur.* Meminit & Suetonius in Caligula cap. lrv. & Arnobius lib. 11. Ceterum de plausuum genere manibus inter se percussis, alibi plura.

*Sed sive armigeræ rident Tritonidis arces,*

*Sive Lacedæmonio tellus habitata colono,*

*Sirenumque domus.*] Sensum istorum versusum cap:

*Sed sive armigeræ rident Tritonidis arces.*

id est, si stylo Attico ille delectatur. Athenarum arcem à Tritonide Minerva conditam esse, ipsamque urbis tutelam audiisse, vulgaris res est. Et

*Sive Lacedæmonio tellus habitata colono.*

sive Laconico stylo. Lacedæmon urbs erat prin-

ceps regionis Laconicæ.

----- *Sirenumque domus* -----

sive stylo Sicularum oratorum. Illi enim proprium habebant, & ab aliis distinctum: de quo Cic. in lib. de Oratore, aut, ni fallor, in Pruto. Sirenas autem Siculum mare litusque inhabitare, credebant antiqui. Statius lib. 11. Syl. Epic. in Glauc. Mellior.

*Nec, si tergemina Sicula de virgine carmen*  
*Affluit.* ----

Hæc fuisse Petronii mentem, nullus ego dubito. nescio tamen. silent omnes interpretes alii, quidnam senserint. *Rident*, id est, adrident. Sic Plauto, Catullo, aliis.

*De primis verbis annos*] *Laborum*, quos dixit supra, hosce designat *gradus*. Primus *possis*, in quo Homero adsuafacere sese tyrunculum, exertim jubet. De in *philosophia*, cuius quum variarum sectarum placita devoravit (id per *Socraticum gregem* innuit non oblique) discipulo mutandas habenas præcipit, ut totum videlicet sese oratoricæ mancipet *exercitationi*, qua *Græcæ*, qua *Latinæ*, ita tamen Poëticæ interdum delinimentis interspersis, ut ex forensis arenæ labore, si forte oppressus, recreari animus possit, rescique. Illud est:

*Interdum subducta foro det pagina cursum,*

*Et fortuna junct celeri discincta meatu.*

*Dent epulas, & bella truci memorata canore.*

*Sic flumine larga*

*Plenus, Pterio defundes pectore verba.*]

Eadem fluminis metaphora usus cap. cxviii. poëtam instruens: *Næque concipere, aut edere partem mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundata.* Ratione haud absimili, paullo ante Homerum *Mæoniam fontem* vocavit. Verborum.

----- *Pterio defundes pectore verba,*

eadem adhuc allegoria est; ait ergo, ex *pectore*, velut *Mutarum* ex monte *Pterio* (unde ipsæ *Pteriles* dictæ) verba defundes in perennis fluminis modam. ex montibus namque fundi flumina dicuntur. Sic fluvius Nonno *ἰπὸν ἄρῳ*, ex montibus *fusus*, *ἰπὸν ἄρῳ* Tryphiodoro, & ipsi Arbitro cap. cxxiii.

----- *Mox flumina montibus altis*

*Unlabant modo nata.* ----

Cap. VI. *In hoc didorum arctu.*] *Astus* hic dubia mentis est fluctuatio, ducta ab mari metaphora. Parissime transfert Plinius Nepos, quum Suetonium Tranquillum consulit de suorum versusum recitatione: scilicet, an ea in re liberum suam experiatur, siquidem parum omnino fidat ipsius sibi: *Explica æstum meum, audio me male legere duntaxat versus.* Et postea iterum: *Iterum dicam, explica æstum meum, vereque reseribe, non sit melius, &c.* Virgil. lib. VIII. Aeneid.

----- *Magno curarum fluctuat æstu.*

(M 3)

Sic

Sic *salum* usurpavit Appulejus initio lib. IV. Miles. *Ego igitur quum in isto coztationis salo fluuarem*, & iterum lib. IX. Idem & *κλωσαν* Graeci transferunt. Eustathius lib. VI. de Amorib. Ifm. & Ifm. plures.

[Totus.] Haec probior lectio, uti Horatii illud, lib. I. Sat. IX. vers. 2.

--- Totus in illis.

Et lib. I. Epitol. I. vers. II.

*Quod verum atque decens curo, & rogo; & omnis in hoc sum.*

Sic passim *εα* Eustathio in Amor. Ifnen.

[Ab extemporalis declamatione.] Extemporalium declamationum studium, veluti eximium ingenii prompti decus, magni praeis oratoribus habitum. Earum ideo exercitationum crebra memoria est apud Graecos Rhetores, & Romanos. *ἀποπροχειρίων* vocabant Graeci, & *ετοιοον*, aliterque & aliter. Praeparatae orationi opponbant *repentnam*. Celsus *subitariam dictionem* appellat, Quintilianus, ut *Arbiter, extemporalis*; Cicero *subitam & fortuitam orationem*; Martialis autem *Rhetorem ipsum extemporalem*. Eleganter Tacitus, sive quisquis est Auctor Dialogi de Oratoribus, cap. VI. *Sed extemporalis audacia, atque ipsius temeritatis vel praecipua iucunditas est. Num ingenio quoque, sicut in agro, quamquam alia diu serantur, atque elaborentur, gratiura tamen, quae sua sponte nascuntur.* Simularunt autem & plerique subdoli Sophistae, & quum parati ad dicendum venerant, videri tamen satagebant ex tempore dicere, quod etiam indicat Hermogenes. Et Fabius Quintilianus lib. X. cap. 7. *quemadmodum extemporalis facultas paretur, docte tradit, susse vero ecce jam viri eruditi.*

[Qui Agamemnonis suavioriam exceperat.] Id est, qui declamare inceperat, postquam Agamemnon desierat. Usus est haud inelegans verbi, *excipere*. Sic Cicero: *Hunc Labienus exceperit*, hoc est, Labienus loqui coepit, simulac ille alter finem fecerat. Sic Virgilius lib. IV. Aeneid. vers. 114. ubi post Veneris orationem incipit Juno:

---- *Tum sic exceperit regia Juno.*

[Agamemnonis suavioriam.] Non isthaec de Agamemnone suavioria, qui Iphigeniam filiam immolare recusabat, ut voluit vir doctissimus, insigniter deceptus. Argumentum sane fuit, quo plures olim declamatores exercitati. Sed ipse apud Petronium Agamemnon Rhetor est, qui suavioriam declamaverat, cuius disertim cap. II. mentio: *Non est passus Agamemnon me diutius declamare in porticu, quam ipse in scbola sudaverat.* Enimvero postquam suavioriae finem imposuit, cum Encolpio de causis corruptae eloquentiae, ut visum est, edisseravit, interea vero perorans, qui ipsum exceperit, subitanam declamatiunculam; cuius videlicet sententias, in-

quit Petronius, ridebant Scholastici, ordinemque dictionis infamabant. Quod utique minime etiam capiendum de suavioria Agamemnonis, uti novissimus sentit Interpres. Intempestiva, quod ajunt, Minerva, Petronius in medium protulisset Scholasticos antiquam jam, memoriaque oblitteratam, carpentes declamationem; extemporalitatis vero parentes, recentique.

[Cap. VII *Et, rogo, inquam, mater.*] Comis, blandaque compellatio. pariter Appulejus itidem ad aniculum, lib. I. Metam. *Remoto, inquam, joco, parens optima, dic, oro,* &c. Idem lib. IV. Metam. *Parce, inquit, mi parens.*

[*Divinam ego putabam.*] Hoc est, fagam. Aperte Appulejus ipse lib. I. Metamorph. *Saga, inquit, & divina, potens coelum deponere, terram suspendere, &c.*

[*Centonem anus urbana rejectit.*] Ego centonem istum jam pridem Encolpii faciebam, ut in hoc anicula insuper peregrino imponeret, ejus in turpitudinis loco caput aperiens, ubi operiendum potius. Hocce fulcitur frequentibus, quum Encolpius ait: *Exsecratus itaque aniculae insidias, operui caput, & per medium lupanar fugere coepi in aliam partem.* Operuit ergo caput, a vetula quippe nudatum. Operiendi autem modum vide apud Lipsium de Amphith. cap. XX. Barthium postea hujusce sententiae suffragatorem animadverti acciri potesse. Ceteri namque hic nugipolyloquides mirifici.

[*Nudaeque meretrices.*] Nudae prostabant in cellis olim meretrices. Talis apud Floratium, lib. II. Sat. VII. meretricis periphrasis est:

---- *sub clara NUDA lucerna*

*Quaecunque exceperit turgentis verbera caulae.*

Juvenalis Sat. VI.

---- *tunc NUDA papillis*

*Prostitit auratis ----*

Factum enim, ut commode inspicere amatoribus possent, ne qua labe deciperentur occulta. Plane P. Vinitius apud Senecam Rhetorem, lib. I. Controvers. 2. *NUDA in litore stetit ad fastidium emptoris: omnes partes corporis & inspediae, & contrectatae sunt.* Id autem eoque in usu fuit majoribus, ut inspectionem illam paterentur honestae matronae. Suetonius sic in Augusto cap. LXIX. *Et condiciones quaesitas per amicos, qui matresfamilias, & adultas acute virgines denudarent, atque perspicerent, tanquam Torantio nargone vendente.* Fors autem nudae, quia indutae pellucidis vestibus; disertim videtur dicere Publius mimus:

*Palam prostare nudam nebula linea.*

Ubi nos plura.

[*Operui caput.*] Nam antea aperuerat anicula, jam supra nos ad verba: *Centonem anus urbana rejectit.* Tangit etiam hic scortatorum morem in lupanaribus. Ideo, ut novum, notatum illud

Plauti

Plauti Parasito Captiveis III. 1. 15.

*Ipsi de foro tam aperto capite: ad lenonis eunt, Quam in tribu aperto capite fontes condeunt nos.*

Sed plura hic interpretes.

*A pte laetus, ac moriens Aescylo:.*] Adridet mihi admodum haec lectio; ait, *aeque laetus*, scilicet atque ego; paullo ante de seipso Encolpius inquit: *Donec in curju fatigatus, & judore jam mauens*, ac postea de Aescylo itidem: *Judorem manibus deterit*. Elegantiissime dixit, *moriens*, ut anhelantem exprimeret. notum enim est, animum tunc temporis spissius duci. Parisime Propertius, El. x. lib. 1.

*Quon te com, lexa morientem, Galla, puella, Tristimus.*

Nec longius abit idem Petronius, cap. xcviii. *Ne morientes vellet occidere.*

Cap. VIII. *Per anfractus dei: de obscurissimos egregius.*] Sic superius cap. praecedenti de eodem lupanari dixit Encolpius: *A: subinde, ut in locum secretiorem venimus*. Utrumque etiam de domo lenonis, hinc secus atque de lupanari, dixit Plautus Poenulo Aët. iv. sc. 2.

----- *Itaque in totis aedibus*

*Tenebrae, latebrae. -----*

Remota igitur ut plurimum loca illa; nam scortototes, & ganeones Aediles metuebant. Illud est etiam Petronii cap. praeced. *Video quosdam inter titulos, nudasque m. rtrices, FURTIVM concipiantes.*

*Proloquo peculio.*] Hunc locum interpretes parum honeste capiunt, puto ego, & minimum vere. Plane enim antiquus Grammaticus convicit, cuius in Veteri Lexico testimonium profert Bongarsius; ubi, ad confirmandum, *peculii* voce a *sem* vel *denarium* significari, idemet Petronii locus Lexicographo laudatur. Pecuniae etiam significatione utitur eo & alibi Arbiter: *Jovem*, inquit, *quoque pecunia exoret*. A *pecu*: cujus effigie primum aes signatus, *pecuniam, peculium*, dictum, pueris est notum.

*Jam pro cella meretrix assem exegerat.*] Haec lectio optima est, non vero. si unica dictio, *procella*: sensus enim est narrationi convenientissimus, nimirum pullipremonem illum in meretricis cellulam Aescylo deduxisse: ipsam autem cellae poposuisse mercedem. Qui vero ad scorti capturam detorquent, mirifice ineptiunt.

*Mibi injecerat manum.*] Manum iniicere, vulgare, sed hic ambigue positum. Nam *manus* verbum impurum est, ac penem significat. Plautus in Pseudolo Aët. III. sc. 1. 19.

*Atque edepol nunc male eum mixtus miser,*

*Si quispiam det, quoi manus gravior sit.*

Ubi aeque anceps locutio, ibique plura Comici interpretes.

*Et nisi valentior fuisset.*] Plinius Ep. ult. lib. VIII. *Longeque valentior amor ad obtinendum, quod veis*. Sic Roma prius dicta *Valentia*. Solinus cap. II & Iustus in Roma. *Appellavisse a viribus regentis Valentiam*. Inde Hispanorum, *Valente*. Idem est cap. xci. *fortior*, Petronio: ibi & huic loco faciem praefereimus.

*Satyrium bibisse.*] Potio est ad venerem concitandam. Idco cap. xx. vocavit *medicamentum*. Plinius sic, lib. XXVI. cap. 10. de Satyro Erythnico, inquit: *Venerem, etiamsi omnino maneatur radix, stimulat, magis adeo, si bibatur in vino austero, aridibus quoque, & biris segetioribus in potu dari*. Et à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium profodamum vocant. Puto Satyrii semen etiam (ut de bulbis dicemus postea) Plinium ibidem inuere simile testium esse. Adjuvat enim partem, quam illud repraesentat. Alia vero apud Petronium potio est veneris languentis fuscitamentum, nimirum myrrhina, teste Fulgentio lib. III. Mythol. ecce eius verba: *Vide & Petronius Arbiter, ad libidinis concitamentum, myrrhinum se poculum bibisse refert*. Quod in fragmentis infra occurrit. Ubi quum eius rationem reddat ab ipsa myrrhae natura petitam, nullus omnino Hadriani Junii emendationi relinquatur locus, substituentis *myrrinum*. Animadvers. lib. v. cap. 19. quam etiam ipse Mythologicus scriptor altero insuper Suetrii Comici testimonio non leviter oppugnat. ibidem ipsum vide. Addimus vero ab eodem Plinio Secundo elodi, *Satyrii* nimirum nomine herbas etiam alias Graecis cognominari, quae veneris tamen procul dubio forent incentivae, ex quibus nominatim *Crategin*, & *Toxygonon* designat, additque: *In totum Graecos, quum concitationem hanc voluit significare, Satyrium adpellare*; quae omnia Arbitri sunt interpretamenta, praeterquam quod certo certius sit, tunc temporis Romae insignem aliquam potionem frequenti admodum in usu fuisse, quae ab effectu suo *Satyrior* vocaretur, quod vel unus Petronius satis potest ostendere, cap. xx.

*Junctis viribus molestum contentissimus.*] Plane satis ex fragmenti hujusce, & superioris sententia cognoscitur, longas scilicet eventuum narratiunculas, qui Aescylo, diversorum quaerenti, contigerunt, nobis à malignitate temporis esse subreptas, nec uspiam modo (pro dolor!) comparere.

Cap. IX. *Quasi per caliginem.*] Proverbialis locutio, qua significatur aliquid haud perspicue videre. Cic. XII. Philip. cap. 1. *Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem*. Et lib. v. de Finibus *In infirma aetate, imbecillaque mente vis naturae per caliginem cernitur*. Idem erat, *per nebulam*. Plautus in Pseudolo Aët. 1. sc. ult.

*Sunt quae te volumus percontari, quae quasi*

*Per*

*Per nebulam nosmet scimus, atque audivimus.* Etiam, *per somnum*. Graecis *καθ' ύπνον*, quo usus Plato lib. VII. de legibus. Latius vero Adagiographi.

*Quum quærerem.*] Hiatum hic, est non magnum, agnosco; minime enim cohaeret, puerum Gytona in crepidine semitae stare, & nulla interjecta mora, *super lectum sedere*: quod asterisco, defectus indice, (uti nos fecimus) debuit notari.

*Manantes lacrimas pollice exterfit*] Prior lectio, *expressit*; nec loco erat inepta; nota enim ars ista pullorum veneris, qua soliti suppetiari lacrimarum defectui. illud Virgillii est lib. II. Aeneid.

----- *Captique dolis, lacrimisque coactis.*

Sic locum Servius legit, cui parillime Juvenalis, Sat. XIII.

----- *Texare oculos humore coacto.*

Item Ovidius VI. Metam.

*Invitque oculi lacrimis maduere coactis.*

Et Eleg. VIII. lib. I. Amor.

*Quin etiam discant oculi lacrimare coacti.*

Quae ideo adduxi, ut Scholiastae scripturam obiter firmarem, immerito paene ab omnibus sollicitatam; quum & plurimi sint in illa disciplina Poetae omnes. In textu tamen, *exterfit*, retinimus; optime quippe ea voce mos puerorum lacrimantium exprimitur: eo etiam mirifice facit Nasonis locus lib. XIII. Metamorph.

*Quas ubi marmoreo DETERSIT POLLICE VIRGO.*

Et Epist. Heronis:

*Dumque queror, LACRIMAE per amantia luma MANANT,*

*POLLICE quas tremulo conscia siccant anus.*

Plura autem interpretes. Novum vero illud est, nec absonum, Papii in Lucani Geneth.

*Sic fata est, leviterque decedentes*

*Abraxit lacrymas nitente plectro.*

*Muliebris patientiae scortum.*] Scorti masculi periphrasis est, cujus simillima forma & cap. LXXXI. quum inquit: *Qui opus muliebre in ergastulo fecit*, utiturque eleganter tertium quoque eodem locutionis genere, cap. xxv. *ut muliebris patientiae legem possit accipere.*

*Gladiator obsceno, quem de ruina arena dimisit*] Triplex olim pegmatum genus; sic omnino distinguenda sunt, *Triumphale, Theatricum, Amphitheatricum.* *Triumphalia* pegmata ferula erant, non *αυτοματα*. Machinis ergo illis triumphalibus imagines captarum urbium deportabantur, fluviorum, montium, & marium, pompaeque triumphalis erant non minimum ornamentum. Ipsas graphice describit Josephus lib. VII. de bell. Jud. cap. 24. *Theatralia*, sive *scenica*, in theatri scena machinabantur antiqui, tragicis actionibus ut plurimum deservientia, quorum apud Servium exstat ad-

curata delineatio ad lib. III. Georg. Ast *Amphitheatralia*, de quibus Petronio impraesentia fermo est, praec omnibus sane erant insignia, qua magnitudine, qua inventis variis mirabilibusque, & lufibus ingeniorum stupendis; ea Seneca Ep. 91. conatur exprimere. Illae igitur mirae erant contabulationes, quae machinamentis occultis vel adtollebantur, vel deprimebantur. Iis insuper & facinorosi homines erant impositi, ut vel pugnam inibi inter se, uti gladiatores, committerent; vel, solutis mox compagibus pegmatis, in caveam, sive arenam, ubi aut ignis, aut ferae erant de industria positae, praecipites ruerent. Quae omnia, ex Strabone, Appulejo, Claudiano, & Suetonio fati superque firmarunt viri doctissimi Julius Lipsius, Josephus Scaliger, & Isaacus Casaubonus. Unde jam quisque animadvertet clarere Petronium, quum gladiatorem illi pegmarem, uti Tranquillus loquitur, Encolpium hic esse factum, palam jam fit. Ipfus enim in pegmate populo exhibitus, & cum femina aliqua omnium turpissima, ut *gladiator*, compositus, unde *obscoenus* iure adpellatus (non dissimili schemate, ait Lipsius, quo afinus Appulejanus) felici quodam fidere ruina pegmatis ex arena praeter spem evasit. Eodem utique pertinet locus, cap. LXXXI. *Ergo me non RUINA terra potuit haurire? Non iratum etiam innocentibus mare? Ausugi iudicium, ARENAE imposui, &c.*

*Quem de ruina arena dimisit.*] *Υπερην πύργου* in verbis est. Sunt autem, qui quavis sponfione adfirmare non dubitent, trajectis vocalis locum sic esse scribendum: *quem de arena ruina dimisit*. Nobis vero, nihil mutare, visum.

*Pugnasti.*] Verbum etiam impudicum, *pugnare*, ut paene omnia alia, quae militiam spectant. Cornelius Gallus, sive quis ille est:

*Fortis ad occasum in pugnam solis ab ortu,*

*Detrabat ignavo protinus arma Venus.*

Haud secus infra cap. XIX. illis praesertim, qui locum eum subtorpiscule cogitant: *Ut si depugnandum foret, &c.*

*Cujus eadem ratione in viridario frater sui, qua nunc in diversorio puer est.*] Vulgata haec lectio omnino servanda. Verba sunt Afcylti ad Encolpium. Itaque *το* *cujus* ad ipsum Encolpium referendum, nequaquam ad mulierem. Recte quidem, nam ipfius Afcyltos praeposteram quoque patiebatur libidinem. sic paulo ante ad ipsum Encolpius: *Quid dicis, inquam, muliebris patientiae scortum.* Quo facit etiam & illud Gytonis ad Encolpium de Afcylto: *Tuus, inquit, iste frater, seu comes.* Ex occulta ergo libidinum conlotione, nempe sui, & Encolpii, suam minorem palam ostendere in praesentia Afcyltos conatur; utpote, qui Gytonem sollicitaret, Encolpius vero jam pridem Afcylton. Quod valde tempe-

tempestive Aescylos hic proculdubio illi exprobrat. Elegans autem est illa circumlocutio, cui adfinem & Luciani dabo aliam in Gallo, quum de Pythagora, qui postea, ut aiebat ipse, Aspatia fuit meretrix, inquit futor Micyllus: *τὸ ἐπιφύσει, καὶ ἠιδὸς ἰσχυρὸν οὐκ ἔστιν ὠρῶν λευτῶν. Πυθαγόρας Ἀσπασίαν γυναικὸς τοῦ τυράννου. Νὰν σὺ μὲν, ἐσὶς ἐπιφύσει, καὶ ἠιδὸς ἰσχυρὸν οὐκ ἔστιν ὠρῶν λευτῶν.* Nam sicut, et etiam tuum, quum Pythagoras esses, venusta forma decorum, Jæpulus Aspatiam fuisse tyrannum. Pariter etiam Ovidius loquutus in emendatissima Medæe Epistola:

*Hoc illis Medea fuit, nova nutta quod hic est.*

*Suduxisti te, inquam, à præceptoris colloquio* Subintelligit, ut Gitonem quaereret, quæ unica dividiarum origo. Itaque verba ἰσχυρὸν λευτῶν, præferenda, mentem autem intimam Encolpii verbum *subducere* eruit, ostenditque nobis, quod ibi est, clanculum scilicet de loco discedere: quæ notione sæpe eo illius utitur Petronius, supra cap. vi. *Opportuna suduxi me.* Sed plura exempla exhibebit Siren. At vero Aescylos vindicat se ab suspitione, ratione verisimili; telumque avertit, quod callide etiam non vult agnosce- re, Ideoque subdit cap. 10. *Multo me turpior es tu, bœnè, &c.*

Cap. X. *Sententias, id est, vitra frad u.* Miro acimine *sententias* declamationum confert cum *vitreis feris*, cui adstruendo, ac demonstrando, operanostra neutiquam erit necessaria, si quæ de illis apud Senecam Rhetorem Portius Latio supra fortissime protulit, utique & nunc opportune in memoriam verbatim revocentur. Sententias enim ipsas esse, veluti orationis membra divisa atque distincta, plane ibidem agnosces.

*Et somniorum interpretamenta.* Nihil contentius diceret Ethnicus homo, nedum quippe nauci habita illis somniorum interpretamenta. Audi ergo comparis hominis aduentum, ut vel iade discant, qui CHRISTUM DOMINUM induerunt, tandem respiscere. Ennium, inquam, Tragicum Telamone, cuius aurei versus jure merito legantur pluribus in locis:

*Non habeo denique nauci Marsum augurem,  
Non vicinos baruspices, non de circo Allrologos,  
Non Ifucos conjectores, non interpretes somnium:*

*Non enim sunt illi, aut scientia, aut arte divini:*

*Sed superstitiosi vates, impudentesque baricolæ,  
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:*

*Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:*

*Quibus divitiis pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.*

*De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cætera.*

*Communes sarcinulas parlamur.* Adlusio mera,

est ad formulam repudii, de qua infra. Juvenalis Sat. vi.

*Collige sarcinulas, dicet libertus.*

Communium sarcinularum partitionem subindicavit Martialis verbis illis:

*Quæ tua sunt, tibi habet; quæ mea, reddo mihi.*

Et Plautus in Amphitruone, Act. III. sc. II. Quo etiam & Petronii facit illud post cap. LXXIX. *Sed postquam optima fide partiti mandata sumus.*

*Et tu litteras scis.* Quasnam litteras innuit Eumolpus, an *librarium*? ipsi etiam audiebant *litterati*. Plane Cornelius Nepos in Attico: *Ujus est familia, si utilitate judicandum est, optima: si forma, vix mediocri; namque in ea erant furi litteratissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarii, ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulcre facere possit.* Anne *Grammaticorum*? notissimum enim est, & illos *litteratos* esse dictos, & *litteratos*. Inde petivit jocum Cæsar, quem refert Tranquillus: *Silla nescivit litteras: quasi dicat, nescivit quod Grammatici est, nempe docere, id est, gerere didaturam.* Ut autem sit, Grammaticum omnino facit Arbitr Aescylos, nam *librarium* professio & inter Grammaticæ partes fuit olim recensita. Disertim D. Augustinus, & ad rem adpositissime II. de Mus & II. de Ord. *Grammatica Græcæ, Latine litteratura nominatur; & ijs nomine se præsteri litteras clamit; & quicquid dignum litteris est, id sibi vindicat. Librarium, & calculatorum professio velut quædam Grammaticæ infantia est, quomodo Varro litterationem vocat.* Græcæ autem quomodo adjectivæ, non satis in præsentia recolo.

*Aliquid aliud promittam.* Profitebor. Horatius lib. II. Epist. I. vers. 115.

*Quod medicorum est,*

*Promittunt medici, tractant febria febrim.*

*Et per totam urbem rumoribus differunt.* Nonius: *Differre, diffinire, divulgare, & laudat Lucilium, lib. xxx. Sat.*

*Gaudes, quam de me ista foris sermonibus differes.*

Iterum eodem in libro:

*Et maledicendo multis sermonibus differes.*

Sic etiam Varro lib. IV. de vita Pop. Rom. *Si modo civili concordia exequi rationem parat, ROMIORES feram DIFFERANT, Ecce it, nosque carpat.* Et Tertullianus c. Apologeticæ.

*Ad coenam promittimus.* Plinius Junior Epist. 15. lib. I. *Plus tu, promittis ad coenam, nec venis.* Plautus Stichæ IV. I. 8.

*Et magis per fuerat, me dare vobis coenam advenientibus.*

*Quam me ad illam promittere.*

Intelligunt, venire.

*Non perdamus noctem.* Prisca formula. Titus Imperator apud Suetonium cap. VIII. *O amici, diem*

(N)

per-

perdidi. Idem apud Aurelium Victorem *Amici*, ait, *perdidimus diem*. Martialis lib. v. Ep. 81.

*Durum est, perdere fortas.*

Alii.

*Amoliri custodem molestum.*] *Amoliri*, inquit veteres Grammatici, *dicitur ea, quae cum magna difficultate, & molimine, summoerentur, & tolluntur è medio*. Custos iste Ascylos est, qui diligenter observabat, an luderet cum Gitone Encolpius, ut nactus sic vindictae occasionem, reditaque scordatio vice, eum increparet, quod ex frequentibus patet.

Cap. XI. *Osculisque tandem bona fide exactis.*] Formula solennis, *bona fide*, qua usi veteres in amicitis inmundis, societatibusve; tempestive ergo addidit illam hic, quippe dissidia praecesserant. Indicat, plane nunc jam cum Gitone in gratiam Encolpium rediisse. Simillime, post civile illud in Licæ navi bellum, omnibusque jam ad pacem revocatis, inquit cap. cx. *Tunc primam bona fide puero basium dedit Tryphaena*.

*Frivolis votis.*] *Proprium voti* significatum, sponso scilicet est Deo facta, inde & alia pleraque propagata. Id enim, quod susceptis votis poscimus à Deo, vehementer optamus: exin igitur ortum, ut usurpetur *votum* pro re desiderata, etiamque pro ipsi desideriiis. Recte hinc jam *votum* & ad nuptias significandas antiquis traductum: quod, uti autumo ego, nuptiae virginibus optatissimae sint. Sic M. Grunnius in Ludicro suo testamento locutus est: *Sorori meae Quirinae, ad cujus votum interesse non potui, do, lego dari hordei modios xxx.* S. Ambrosius serm. 180. *Solent autem homines, sicut mos est, in suis votis, hoc est, nuptiis, praecipue saltare, & canere*. Appulejus in Florid. *Togam parari voto & funeri*. Hinc adluceo facem Claudiano, lib. i. de rap. Prof. de ipsa loquenti:

----- *Mislaque tremit formidine votum.*

Frequens est & Petronio vox variis significationibus, de quibus agimus suis in locis. Hic pro re optata sumendum.

*Ujque ad invidiam felicibus.*] Magna semper & Amoris gaudia invidiae sunt obnoxia. Hinc & interpretandum illud eiusdem Petronii, cap. c. *Immo vero nolo habere bona, nisi quibus populus invidit*. Eademque illius apud Propertium mens est, Eleg. xii. lib. i.

*Invidiae fuimus.* -----

Sed de hoc alias fortean latius.

*Nec adhuc quidem omnia erant facta.*] *Extremae nequitiae verbum, omnia*. Sic infra cap. lxxxii. *Et, prob pudor, tanquam mulier secutuleja, virius noctis pactu omnia vendidit*. Et cap. cxxx. *Forfitandum omnia concupisco*. Eadem mens Senecae lib. de Divina Provid. cap. 3. *Quanto magis huic invidendum est, quam illis, quibus gemma ministratur, quibus exoletus omnia pati doctus, &c.* Nec forte

aliunde petendus est jocus Martialis Ep. 97. lib. vii.

*Omnia, Castor, emis; sic fiet, ut omnia vendas.*

Ejusdem quoque notae est, *facta*, sed hocce vulgo jam notum.

*Quid vesticoncubernium facis?*] Valde mihi hoc in loco probatur, *vesticoncubernium*: ad id nimirum verbum constat, ut sub eadem veste subindict cubantes. praecesserat superius: *opertum me amiculo evoluit*, quod utriusque necessario esset tegmen, quam arcitissimis essent complexibus adligati. Praeterea aliud est non dubium *vesticoncubernii* specimen Petroniani, cap. cxiv. *Giton vestem deposuit, meaque tunica contestus exseruit ad osculum casus*. Sic in Ovidii Ep. Paris de Helena ac Menelao accubantibus:

*Rumpor, & incideo, (quid nunc tamen omnia narrem?)*

*Membra superjecta quum tua veste fovet.*

Et Socrates saepe facit, incorrupte tamen, ut alibi dicimus. Sic apud Lucianum in *vitium avitione* idem Socrates profatur: *τις δ' αν επιτηδειωτες εμς γενειω συνειναι καλω; μη γδ ε σαματων ερασις ειμι, την ψυχην δ' αγαμαι καλην. ει μελα κανυπο τωτων ιματιν μοι καταλοιω, ακωτη αυτων λεγοντων μηδεν υπ εμς δεινδν παθειν*. *Quis magis idoneus me esse queat, qui cum formoso puero versatur? Neque enim corporum amator sum: animam enim formosam esse existimo, & quamquam sub eodem palliolo mecum recumbant, audies illos, vel ipsis testibus, nihil grave à me perpeti. Pariter & Sophocles, uti apud Athenacum lib. xiiii. Dipnosoph. [p. 604. D.] narrat Hieronymus Rhodius, quem ad h. s. Frequentissime autem omnium Tyrreni: de ipsis namque sic Heraclides: *παιτες δε υπ ε τω αυτω ιματιω κατα τ γυναικων παρεκω, καν παρωσι τινες*. *Omnes sub eadem veste cum uxoris concubunt, quicumque tandem adsint.**

*Lorum de pera solvit.*] *Lorum* ad adliganda vestium involuera aptissimum. sic cap. cii. inquit Eumolpus: *Ego vos in duas jam pelles conjiciam, vindictosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebō*. Et ad verberandum; ita apud Jctos *lora* eidem usui frequentissime adhibentur, Plautum, & alios. Dignum sane de Sallustio Historico narrat ex Varrone A. Gellius, ut haud intemptive etiam hic legatur; inquit ergo cap. 18. lib. xvii. *M. Varro, in litteris, atque vita, fide homo multa, & gravis, in libro, quem inscripsit Pius, aut, de Pace, Cajum Sallustium scriptorem seriae illius, & severae orationis, in cuius historia notiones censorias fieri, atque exerceri videmus, in adulterio deprehensam ab Annio Milone loris bene caesum dicit, & quum dedisset pecuniam, dimissum*. Ast mendosus est plane uno verbo locus in omnibus exemplaribus, quae mihi videre contigit: alia habent, ut



expressimus, alia nationes, alia *notis*, ex omnibus vero veram lectionem elicimus, nimirum *notationes*, de quo iam neutiquam est ambigendum.

*Sic dividere cum fratre nolito.*] Si emendationi hic locus, ita equidem scriberem: *Sic dividere tu fratrem nolito.* Levissima omnium vulgaræ scripturæ mutatione, nequiori sensu apertissime ad sarcinularum partitionem alludens, quam supra expetivit Encoipius. *Itaque communes sarcinulas partiamur*, inquit, cap. x. Nam verba *partiri*, & *dividere* unius & ejusdem sunt improbitatis, ut constat ex Plauto, observavitque Lipsius Ep. Quæst. lib. v. Ep. 14. Quaecumque autem scriptura sit, idem plane respectus est.

Cap. XII. *Infortun.*] *Καὶ τοὺς ἀλίους* aperte inuit, sive *forum furinum*, ut loquitur Plautus. Graphice, me-Dius Tadius, hic exprimit Petronius morem apud nos usque adhuc prorsus inviolatum, cujus nescio an apud aliam nationem reliqua sint vestigia. Desiciente jam die mercatus incipit: quæ nimirum ridicularia res est, oppido quam fallacibus mercibus, nunquam ibi emtores desicere. Forum, cujus Petronio mentio, dubio procul est, quod *vespertinum* appellavit Horatius lib. 1. Sat. vi. observavitque Casellius, contulitque primus cum Arbitri loco: unde postea Symbolæ mutatae sunt. Vulgus hominum nostratum vocat *Baratillo*.

*Injecit contemplationem super humeros rustici emtoris*] Et hinc propriam vendentium consuetudinem animadvertere licet, illorum præcipue, qui merces, non quidem preciosas, novalesque, venditabant, sed id genus spolia, quibus inima ex plebe emtores pellici consueverunt. Super humeros videlicet vnales vestes imponebant, ut inde conspectui facilis apertiusve offerrentur; nos etiam passim videmus, apud quos mores non pauci ex præterito illo ævo desumpti neutiquam quidem hucusque obsoleverant. Res autem adeo est hic extertim descripta, ut nec minimus jam dubitanti relictus sit locus. pergit igitur narrare Encoipius; *Detrahitque HUMERIS laciniam, & diligentius tenuit. O lusum fortunæ mirabilem! Nam adhuc nec futuræ quidem adtulerat rusticus curiosas manus, sed tanquam mendici spoliū etiam fastidiosè VENDITABAT.*

*Tom ret fidem oculorum.*] Eleganter dictum, miroque *fidei* usu, eodem quoque cap. xci. locutus: *Quæso, inquit, Encolpi, fidem memoriæ tuæ adhibeo.* Multifariam vero voce ea utitur Petronius hocce in Satirico.

Cap. XIII. *Nim adhuc nec futuræ quidem adtulerat rusticus curiosas manus*] Plane tunica illa duplici panno constabat, recto & inverso: inter utrumque ergo per commissuram aureos immiserant, postea futuram probe consuentes: cui adhuc rusticus, inquit Petronius, non adtulerat curiosam manum. At quænam illa rusticitas,

ni stupor potius vocandus est, hominis, qui inspectum non habuit tuniculæ pondus aureis videlicet plenæ?

*Depositum esse inviolatum vidit.*] *Depositum* hoc aurei ipsi sunt, quos tunicæ fidei crediderat, apud ipsamque deposuerat, non tunica, ut male quidam interpretes. Hocce verum est, nam, quod nunc figurate *inviolatum depositum*, postea recta oratione *aureos intactos* appellat. Etiam nobis, *deposito*, idem est, &, apud quem deponimus, cuiusque fidei committimus, *depositorio*.

*Ad interdictum veniret.*] Hoc est, in jus ad Prætorum Peregrinum, nam lis erat inter peregrinos & cives. Diversus ab Urbano erat prætor Peregrinus, qui inter cives & peregrinos ius dicebat. Testantur Pomponius Jurconsultus in l. 2. ff. de Orig. Jur. Fenestella de Magistrat. cap. 19. plures. Etiam veteres Lapides PRÆTORIS PEREGRINI meminere, qui PRÆTOR INTER CIVES ET PEREGRINOS, juri nimirum dicundo, ipsis quoque nominatur.

Cap. XIV. *Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat?*] Id ipsum de Augusti ævo Cornel. Tacitus 1. Annal. *Invocido LEGUM auxilio, quæ vi, ambitu, postremo PECUNIA, turbabantur.* Quid ergo de Neronis perditissimo sentiendum est?

*Ipsi, qui Cynica traducunt tempora coena.*

*Nonnunquam numis vendere verba solent.*]

Verbis, qui *Cynica traducunt tempora coena*, fictos denotat pecuniæ contemptores: derisores namque opum fuisse Cynicæ disciplinæ sectatores, notissimum ex Luciano, Laërtio, pluribus. Sic Aufonius de Diogene, familiarie ductore, Epig. 52.

*Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arda suppellex*

*Ista fuit Cynici: sed patat hanc nimiam.*

*Namque cavis manibus cernens potare bubulcum.*

*Cur, scypho, te, dixit, gesto supervacuum?*

At, *vendere verba*, quod Plauto est, *logos vendere*, Sticho 11. 111. 59. de caudicis olim dictum, ut convincunt testimonia ab interpretibus adducta. At hic de iudicibus omnino capiendum, vel ipso Petronio interprete, qui addit:

*Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces,*

*Atque Eques, in causa qui sedet, emta probat.*

Exin & cap. cxix. dixit:

----- *Entique Quiritis*

*Ad prædam, strepitumque lucri suffragia vertunt.*

*Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces.*] In Decretis Canonicis 11. quæst. 2. sic scriptum legitur: *Licet alicui vendere justum patrocinium, & iuriconsulto r. Aven consilium, sed non licet iudici vendere justum iudicium.* Verum etiam adversus advocatos lex olim lata, quæ Cincia cognominata est, *qui cavodatur antiquitus, nequis advocatus ob causam graviam pecuniam donumve acciperet.* Tacitus lib. 11. Annal. & Livius lib. xxxiv. Sed

postea *Claudius*, verba sunt ejusdem *Cornelii*, capiendis pecuniis posuit modum usque ad dena sestertia, quas egressi reperundarum tenerentur. Ac deinde iterum sub Nerone Senatusconsulto cautum est, nequis ad causam orariam mercede, aut donis, emeretur, ut inquit *Facetus*, lib. xvii. *Annal.* Puto id Senatusconsultum esse, quod in Nerone cap. xvii. inter alia refert *Tranquillus*, ecce illud; *Item*, ut litigatores pro patrocinii certam justamque mercedem darent. ipsa dena festertia fuisse suspicari proclive est: nam pro justa mercede habitata sunt pluribus principibus. Eademmet *Trajanus* advocatis quoque permisit, peractis tamen negotiis, ut ait *Plinius Junior* lib. v. Ep. ult. quae decreti sui fuit moderatio. nam id procul dubio prorsus vetabat aliquid accipere. Innuat *Plinius* ipse verbis illis *Epist.* 14. ejusdem lib. quibus clarissima lull ex dictis adfulget: *Pauci dies, & liber principis severus, & tamen moderatus.* Idemmet honorarium *Ulpianus Patronis* etiam adtribuit in singulis causis l. i. de Var. & ext. cogn. Nota vero mihi munerum adpellationes, quibus patronos donatos, ostendit etiam *Plinius*; quam me juvat, quod in causis agendis non modo passione, dono, munere, verum etiam xeniiis, semper abstinui. Sed satis jam de his, quae in gratiam nostri aevi litigatorum dicta sint, misere à *Patronis* sanguifugis exfactorum.

*Aque Eques, in causa qui sedet.*] Equites olim quoque iudicis adhibiti. *Pomponius Laetus* de Legibus: *Aurelii lege* communicata summa iudicia senatori, equitibusque Romanis, & tribunis aeriis. *Item tulit Aurelius Cotta* praeter. Quando id factum, refert *Cassiodorus* in *Chronico*: *His Cist.* scilicet, *Q. SERVILIO & C. ATILIO SERRANO*, per *S. rosilium Caepionem* Consulare iudicia equitibus, & senatoribus communicata. Verbum autem *sedere*, proprium est iudicium. *Cic.* pro *Rabirio*: modo vos iidem in *A. Gabinium* iudices sedistis. Sed hoc vulgare. *Item*, in causa, vel, de causa, *sedere*, *priscis* etiam dictum. *Appulejus* in *Apolo-*gia: quod si modo iudices de CAUSA ista SEDE-RENT *C. Fabricius*, *Cn. Pompejus*. Qui longius abeunt, errant. Saepius autem iudicialis forma *Romae* immutata.

*Recuperare potius thesaurum.*] Recte. Nam ex Grammaticorum sententia, recuperari dicuntur amissa, quam ad eum, qui ea amittit, integra redeunt. *Tunicula* ergo, uti *Aescylo* videbatur, adhuc erat intactis aureis plena. *Rusticus* autem propriam diceret, pallium preciosum redemisse, nam à praedonibus illud recuperarat: quae vis verbi redimere. *Exin redimiae*, quas *Glossae* veteres interpretantur; res à praedonibus redemptae.

*Praeter unum dipondium, scilicetque.*] Misere luxata periodus non minus quam sequens: sed quas interpretes, ex lide enim MSS. inquirunt,

ut tolerari possint, concinnarunt. Sic eas amplexus est & *Bourdelotius*: itidem fecimus nos, quum meliora nunc praestare non possimus. *Siciliicum*, inquit *Festus Pauli*, dictum, quod semunciam fecet. Pendebat igitur duas dachmas, quippe unciae octo, ut *Priscianus* docet. Sic *Rhemnius Palaemon*, de ponderibus & mensuris,

*Drachmam si gemines, aderit, quem dicier audis*

*Siciliicus.*

*Siciliicum* etiam vocabant antiqui Grammatici notam, quam, ut tradit *Marius Victorinus*, super litteram, quam geminari oportebat, scilicet imponebant, quod signum ἀπλιν averfam alibi adpellat, autum commatis notam fuisse, semicirculum nempe, sive punctum vocis caudatum. *Dipondius*, teste *Varrone* lib. viii. duo asses pendebat; inde *Prisciano* de ponderibus numus est bilibris. erat enim libralis *As*. Itaque *as*, *libra*, & *pondo* idem; omnia clare ipse *Varro* lib. iv. *Dipondius à duobus ponderibus, quod unum pondus Asipondium dicebatur, id ideo, quod as erat librae pondus.*

*Lupinos.*] *Lupini* olim vilissimum pauperum cibarium, & aliorum, frumenti inopia; *Cynicorum* vero adeo creberrimum, ut vix unquam à *Cynici* pera abesse lupinos contingeret. *Diogenes* iporum πρωτόπρωτος, quendam uti *Cynicum* instruens apud *Lucianum*, in *Vitarum Auctione* inquit: *Ἡ πέρα δε σοι θέρωμα ἔσσι μισά, κ' ὀπιζογράφον βιβλίον.* *Peram* praeterea lupino, & libris opisthographis refertam habebis. Et *Mortuor.* *Dial.* sic *Charon* ait *Menippum Cynicum* insignem: *Δείξον τι ἐν τῇ πέρᾳ ἔχεις.* *Men.* *Θέρωμα, εἰ πέρα, &c.* *Ostende quid habeas in pera.* *MEN.* *Lupinum, si velis, &c.* Inde *Crates* apud *Aristotelem*: *ὅτι ἀνδρας γὰρ, ὅνκ οἶδα, φατίν, πῆχ δύνανον ἄλκων ἔχει θέρωμα ἰε χοινίξ.* Non equidem perspicuo novi inquit, quantam vim pera habeat, ac lupinorum choenix. *Parcimus* autem hic pluribus, quae de illis addere possemus. *Miram* tamen iporum historiam vide apud *Theophrastum* lib. viii. *Plinium* variis in locis.

*Itaque ne interim praeda discederet, &c.*] Aut locus mendo laborat, aut insigni defectu. *Ipsi* vero in integrum restituendo hodie non sumus, tentabimus tamen sensum ex superstitibus verbis haud indecentem elicere, totam videlicet periodum sic interpretantes. *Itaque ne interim praeda discederet, vel minoris pallium addicere placuit, id est, placuit preciosum pallium parvi vendere, ut precium majoris compendii leviolem faceret iacturam, hoc est, ut precium, etsi minimum foret, quo illud tunc venderetur, faceret iacturam leviolem illius majoris compendii, quo vendi aliter debuisset pallium ipsum preciosum: nam numis illis ex eodem pallio parvi vendito habitis emere facile*

facile possent fordidam tuniculam aureis tamen praedivitem. Adhuc tamen equidem haerco; ideo amplius de hoc loco censere deliberandum.

*Conciones.*] *Conciones* homines sunt, qui ad clamorem veluti in concione conveniant. Sic Cic. in Orat. *Conciones saepe exclamare vidi, quum apte verba cecidissent.* Figurata locutio est Petronio familiaris. Sic post pauca iterum: *Et nequeo quis ex concionibus calvus.* & tertium: *ridere acumen non minus concionum.* &c. Sic cap. cxvii. *ministeria dixit pro ministris.* cap. cxvii. *crucem pro cruciariis.* & cap. cvii. *servitia pro notis servorum.* Quod commune etiam aliis scriptoribus. Catullus mulierem prostituti pudoris vocavit *lupanam.* Lucillius, & Teutullianus, *carceris*, servos victos in carcere: *ergastula*, servos ergastularios: *metalla* in metalla damnatos: Ammius Marcellinus *cogam* viros togatos. Capitolinus, & Vulcatius, *affectus*, ipsas personas, quae affectu praecipuo amittunt: & id genus alia, quae viris magnis jam pridem animadversa. Idem prorsus locutionis genus, cap. xci. quum ad Gitonem inquit Encolpius: *quia dicis peregrini amoris concessio?* ubi concessio pro eo dicitur, qui conceditur. Sic *Otio* pro eo, qui optatur, dictus antiquis, is nimirum erat, *qui a iure datur*, auctore Festo, *centurioni a tribuno militum: & quem centurio optabat, sibi nomen praecatorum ministrum.* Idem docet Vegetius lib. II. cap. 7. *optiones ad optando adpellantur.* &c.

*Pannucium.*] Hujus verbi meminimus ad locum. cap. lxxxiii.

*Risum dicitur.*] Risum eorum, qui ad clamorem confluxerant. Paullo ante: *sed nullo genere par erat causa nostra.* & *conciones*, quae ad clamorem confluxerant, *nocturnam scilicet de more ridebant inciviliam*, quo loci Hispanis nota, nullo genere, sic & nos dicimus: *de ninguno genere.*

Cap. XV. *Advocati jam paene nocturni.*] Argute dictam, *paene nocturni*, de furibus non manifestariis. *Nocturni* autem de furibus apte dicitur, nam & illis nomen a *furto*, qui noctis color; quippe, *noctem fur diligit*, ut verbum est vetus. *Et fures per noctem, quae atra sit, facilius furantur*, ut ait apud Agellum Varro. Propterea *tenebricolum* Plautus adpellavit furem, *lucifugam* Lucillius, Varro etiam *tenebrionem*. Hinc ergo originem duxisse miras voces Gloffarum S. Isidori, jam claret: *furabula*, *tenebrae*, *Furfuraculum*, *tenebrae*. Maior vero venustas & ideo inest verbo, *paene nocturni*, quod etiam ad diem jam senescentem, hoc est, ad noctis & lucis confinium, ibi quoque respectum sit. Recte igitur, homines, id temporis in publicum egressientes, *vespertilioes*, vocari Ulpiano. ac Varroni: avis namque vespertilio est, quae interdiu latet, noctu evolat; sic etiam furem, quod de die dormiat, *μεροκοιτος* adpellavit Hesiodus.

*Judex querelam inspiceret.*] Forense verbum, *inspicere*, plane Valerius Max. ostendit lib. v. cap. 9. *Inspectaque diligentissime causa, absolvere eum.* Sic nos. *Ver el pleito, la Vista de el pleito.*

*Sed longe aliud quaeri, in utraque parte scilicet latrocinii suspicio haberetur.*] Haec simulatio erat ad vocatorum; nam quod unum in votis habebant, nimirum, quod subdit, erat: *ceterum adparebat nihil ALIUD QUAEERI, nisi, ut semel deposita vestis inter praedones strangularetur.* & nos metu criminis non veniremus ad constitutum. Itaque neutiquam illae duae sententiae inter se repugnaut, uti magnum virum credere cognovi. Dicunt mihi, ipsum adferre: non sollicitos esse lucifugas illos advocatos de iudicis in utroque de furto suspectos animadversione, dummodo inter ipsos vestis strangularetur. Nec minus id nos pro certo habemus, qui prius Arbitrum audivimus, ut necam ipsorum curam esse, *fallium lucrifacere*. Sermo tamen simulabant, longe aliam sollicitudinem habere, *in utraque parte scilicet latrocinii suspicio haberetur.*

*Calvus tuberosissima frontis.*] Hujus loci interpretatio petenda est ab ipso Petronio, cap. cix. quum in *calcos* Eumolpas exacuit stilum:

*At tunc laevior aere, vel rotundo*

*Horti TUBERE, quod eracit unda.*

Ridiculum ergo faciem exprimit recalcavisti, cuius videlicet frons ad occipitium usque, instar magni tuberis glabra, depilataque, tumoribus hinc inde etiam prominentibus, ipsammet reddebant prae cacteris conspicuum, atque illius nocturnae concionis veluti praesidem.

*Nisi ut semel deposita vestis.*] Pretiosa scilicet, unde claret, quod sequitur: *idem plane & nolebamus.* Alcytos, & Encolpius pannuciam tantum vindicare cupiebant, parum quidem de splendida veste solliciti.

*Non veniremus ad constitutum.*] Varro de Re Rust. lib. II. cap. 5. *Sed venisset ad constitutum.* Est ergo *ad constitutum venire*, adesse tempore promisso. Nec longius Arbitro petendum commentum. Idem Appuleio est, *ad conditum venire*, in Floridis, ubi de Philemone: Macrobio, *ex disposito convenire* l. I. Saturn. c. 7.

*Fortum casus adjuravit.*] Simile illud cap. ciii. *nos descendentes adjuverit casus.* sic & locutus Symmachus lib. IV. Epist. 52. *Modo eventus adjuverit destinata.*

*Nolo quod cupio, &c.*] Hos duos versiculos hic exfulare, & illis adjuendos esse, quibus cap. xciii. locus est, ibidem docerimus.

Cap. XVI. *Beneficio Gitonis praeparati nos implevimus coma.*] Id negotii Gitioni commissum, praecedentia illa argumento sunt, cap. ix. *Quum quaererem, nunquid nobis in fraudum frater parafset, consedit puer, &c.*

*Nos implevimus coena.]* Pariter locutus Plautus sub parasiti persona, Stichus I. III. 19.

*Inanimentis explementum quaerito.*

Infra rursus Arbitrator cap. xcvi. *Et veluti quodam cibo me replebam.*

*Ostium satis audaci strepitu impulsio exsonuit.]* Grajus, sive Granius, Peliadibus:

*Sonat impulsiva regia cardo.*

*impulsio ergo exsonuit,* hoc est, pulsante ancilla. infra cap. xcii. *Eumolpus ostium pulsat.* Ad- dit, *satis audaci strepitu,* cui consonum veteris illud Comici:

*Qui repens semipulsus onere gravi fores strepitu terret.*

Character est hominis rustici, & inurbani. Aristophanes Nebulis act. I. sc. II. [vi. 135.]

*Ἀρχαῖος ὁ ἐνὶ Δίῳς τις ἔτασι σφοδρὰ*

*Ἀπεριμερίμνος τὴν θύραν λαλάλικας.*

*Rudis, per Jovem, quicumque sic vehementer*

*Inconsiderate januam calcitrasit.*

Etiam iracundi. Sic apud Appulejum lib. ix. *su-rens saxo fores verberat.* Urbanus Lacones, de quibus Plutarchus: *Ἐστὶν ἂν ἀνορεῖς μὲν καὶ πρὶν τὰς αὐλαίας θύρας. καὶ ἔξωθεν βοῶν. Moris erat apud ipsos, non pulsare ostia, sed foris clamare.*

*Aperi, jam scies.]* Omnino est, quod nos dicimus: *abra y lo vera.* Ex Petronii autem elegantii locutione lucem praebere splendidissimam formulae illi, qua usus vetus interpret biblicus in verbis D. Matthaei illis reddendis cap. xv. *ὄσπερον δὲ ἐρχοῦνται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθεναὶ λέγουσαι, κύριε, κύριε, ἀνοίξον ἡμῖν. ὃ ὃ ἀποκριθεὶς εἶπεν, ἀνοῖξον, λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.* quae ad verbum latine sonant: *posteriori vero veniunt & reliquae virgines dicentes, domine, domine, aperi nobis. Ille vero respondens ait: Amen dico vobis, non novi vos. interpres autem postrema verba sic: At ille respondens ait, Amen dico vobis, NESICIO VOS.* Parissime & usus Arnobius lib. I. *Et is habendus divinus est, qui aut summum imperatorem nescit; aut ignorat à nobis quotidianis ei precibus supplicari.* Nescit, id est, non nescit. Et Arbitrator cap. xci. *Scires non libenter servire.*

*Dum loquimur.]* Proverbii species. Sic Ovid. lib. III. Amor. El. VI.

*Dum loquor, increvit latis spatiosus in urdis.*

Hispani, *mientras lo digo.*

*Sera sua sponte delapsa cecidit.]* Sera, inquit Varro lib. VII. *quibus remotis fores panduntur.* Optime ad mentem Petronii. A foribus ergo removebantur ferreae, quod vulgo jam notum; unde liquet, cur *apposititiae*, sive *appositae*, dicerentur, ut Ovidio in I. Pastor. Locus item claret Plauti in Curculione, quum pessulos, ut subsiliant, precat Phaedromus Act. I. II.

*Fite causa mea ludii Barbari,*

*Subsilito, obscuro, & mittite istanc foras.*

Praeterea addimus, ferreae fuisse catenis prehensas, catenas vero januis ipsis adfixas: ne videlicet ferreae, quum januae recludendae forent, amitterentur. Id haud obscure videtur Propertius innuere ultima omnium Elegia:

*Et jaceat tacita lapsa catena fera.*

Alii vero antiquarii volunt, ut catenis ipsis fores occluderent, postibus eas inferentes, adpendentesque ferreae ad catenarum extremum, itaque, quum januae essent aperiendae, ferreae è catenis, quibus inhaerebant, eximerentur.

*Sua sponte.]* Sic apud Virgilium centum ostia patefacta lib. VI. divini operis:

*Ostia jamque domus patuere ingentia centum*

*SPONTE SUA.*

Julius Obsequens inter ostenta, quae mortem Caesaris praemonuere, illud memorat: *nocte, quum valvae \* cubili clausae essent, SUA SPONTE apertae sunt,* & Suetonius de re eadem cap. LXXXI. *Ac subito cubiculi fores sponte patuerunt.* Etiam Macrobius de porta Viminali, quae postea Janualis dicta: *postquam clausa est, mox SPONTE patefacta est.* Sed nunc in Petronio magicae nescio quid disciplinae subolfacere mihi videor, uti apud Appulejum januae sunt itidem à saga referatae lib. I. Metamorph. *At illae probae & fideles januae, quae SUA SPONTE deseratae nocte fuerant.*

*Reclusaque subito fores.]* Praeclusae namque supra: *praecclusisque foribus ridere,* &c. *τὸ subito* suspicionem cantaminis adauget. ita apud Suetonium supra inter Julii mortis praesagia *subito,* & *sponte sua* apertae valvae.

*Et, me derisisse, inquit, vos putabitis?] Hacc ancilla Encolpium, & Aescylton, ad stabulum usque secuta est; ipsi autem prae gaudio recuperati thesauri haut animadvertentibus. illud est quod Encolpius dixit: ergo, recuperato, ut putabamus, thesauro, in diversorium praecipites abimus.* Apte ergo nunc illos nihil minus cogitantes ingrediens adloquitur: *Et me derisisse vos putabitis?* sed longe aliud est. nam ego hospitium vestrum cognovi, Quartillae indicavi, & jam, ut vobiscum loquar, ipsamet adest. Hoc certo certius est. nam per quietem ea erat Quartillae monstrata medicina; illos perquirere. Sic cap. seq. paullo post inquit: *Et ideo medicinam somno petii, iustaque sum vos perquirere, atque impetum morbi monstrata subtilitate lenire.*

*Sacra ante cryptam turbastis.)* Ego divinus non sum. hic autem adfirmare ausum, unum & idem cum haec crypta facellum illud Priapi esse cap. seq. memoratum: ubi quam opportune, quae arcana erant ac recondita sacra, possent celebrari, cuilibet patebit jam satis, modo, quidnam crypta sit, haud penitus ignoret. Sic, quae Bonae

\* An cubiculi, ut Suetonius.

Deae erant abditissima sacra, & in quibus propudiosa libidines matronis committebantur, puriter agi & in antris solita fuisse, certum est: antris, inquam, hoc est, subterraneis fornicatitque facellis. Plane Juvenalis indicat Sat. vi. ubi sermo est de sacris istis execrandis:

*Tunc prurigo morae impatiens, tunc femina simplex;*

*Et toto pariter repetitus clamor ab antro:*

*Jam fas est, &c.*

Præcipi autem sacra, ne quid erres, scito duplicia fuisse. Prima in aperto ac propatulo loco peragi solita, quæ & *antæ cryptam* videlicet, & quorum exhibet luculentam imaginem Marmor illud Boissardi post pauca nobis describendum. Altera propudiosa magis, quæ ideo abstrusa, in intimoque subterranei facelli, cryptæve, recessu impudenter commissa. De utrisque latiuscule nos loquimur infra. Ceterum, *turbastis*, Plautus exponit Pseud. 1. 1.

*Scistu quidem, berche, mea si commovi sacra,  
Quo pacto, & quantas soleam turbellas dare.*

Cap. XVII. Imber.] Ipsi cap. cxxxvii.

oculis nec defuit imber.

Plures sic usurparunt. Omnia sunt ad ostentationem doloris confecta. Eodem quoque spectat manuum illa extrema confusio: *Et manibus inter se usque ad articulorum strepitum contritis*. Ubi optime Doussa P. nequam alii. Hujusce notæ sunt & illa, cap. xxiii. *Qui ut infra tris manibus congemuit*

*Retexit superbam pallio caput.*] Aperuit caput; opertum namque habebat, uti & ancilla. Hinc jam disces, feminas olim pallii capita obtegere solitas, quum vagarentur per urbem: quo, non inepte fortassis, Martialem traho lib. ix. Ep. 33.

*Hanc volo, quæ facilis, quæ PALLIOLA  
TA vagatur.*

habitus namque erat parum pudicarum. Matronas autem honestas numquam credam ego foras obvelato capite progressas. Sed quænam hæc pellia? inquis, mihi in dubio est. Pallium antiquis & muliebri fuit vestimentum: sic docet Ictus Ulpianus in l. 23. D. de auro & argento leg. etiam Scaevola in l. 38. §. 1. D. de auro & arg. leg. *multibria fuit*, inquit, Ulpianus, *quæ matrisfamilia causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione: veluti stolæ, PALLIA, &c.* Habuere & alia communia, hoc est, quibus aut vir, aut femina, sine dedecore posset uti; addit ipsus Ulpianus: *communio fuit, quibus promiscue utitur mulier cum viro, veluti, si ejusmodi paenula, palliumve, est, & reliqua lujusmodi, quibus sine reprehensione vel vir, vel uxor, utatur.* Fortitan & illud palliolium feminis etiam commune, quod in deliciis erat delicatioribus, de quo suggillans Maecenatem

sic Seneca meminit: *kunc esse, qui in tribunali, in rostris, in omni publico coetu, se adparuerit, ut pallio velaretur caput, &c.* & Petronius habitum describens Trimalcionis, cap. xxxii. cui loco Lipsius bene jam adluxit, cap. xx. Amphith. En pallia tria. id vero vulgiagarum quodnam sit, dicat ille, qui laurum momordit.

*Fabulas.*] *Fabulam* rem gestam etiam notare, jam docuerunt Critici. Sic Plautus *Perla* v. 11. 11.

- - - *Sed quid ego adscicio?*

*Hoc vide, quæ hæc fabula est?*

Vide Gruterum lib. xviii. Supp. cap. 3. quod hic Petronii interpretes hand cognoverunt. Pariter etiam cap. xx. ipsi Arbiter: *Aseyltos, jam deficiente fabularum contextu, & cap. xcii. utrumque tamen, tamquam non agnoscerem fabulam, tacui.*

*Me-Dius Fidius.*] Magnum hoc antiquis jusjurandum. Plautus *Afinaria* 1. 1. 8.

*Per Diem fidium quaeris! Jurato mihi*

*Video necesse esse eloqui quicquid roges.*

Recte; nam *Dius fidius* olim dictus, qui *fidei* præerat, Jovisque erat quidam filius; idque valebat, ac si dicerent, *ita me dius fidius juvet*. sed plura addere inutile, quum æta res Hansenio jam sit de jurejur. vet. cap. iv. Argute Arbiter videtur usurpasse Circes codicillos cap. cxxix. *medius fidius jam peristi*. Ubi Symbolæ, habueruntque à Douza P.

*Neque enim impune quisquam, quod non licuit, adpexit.*] Propertius lib. iv. El. x. de occultis Bonæ Deæ facris:

*Femineæ loca clausa deæ, fontesque pian-  
dos,*

*Impune & nullis sacra resecta viris.*

Sacra enim vetita qui vidissent, visu privati credebant antiqui. Cic. pro domo sua ad Pontif. *Quem unquam audisti majorum tuorum, qui & sacra privata coluerunt, & publicis sacerdotibus præfuerunt, quum sacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem: ne illum quidem, qui casus factus est.* Appium Claudium intelligit. Sic & Metellus Pontifex, quod, quum Palladium in Vestæ templo repositum ab incendio, flammisque liberaret, inspexisset (erat enim, ut ait Lucanus, lib. ix.

- - - *in abstruso pignus memorabile templo.) orbam luminibus, lib. vii. cap. 43. Plinius inquit, exegit senectutem.* Quod etiam Placidius Luctatius ad Stacii lib. ii. Thebaid. verbis illis subindicavit: *Ei Palladium, quo quidam quondam ipso privatus est, visa.* Insignis autem rei illustranda locus est Heliodori, quum se Chariclea orbaram ob similem noxam Charicles agnoscat lib. iv. *καὶ ὁ Χαρικλῆς, περιτῶν τῶν ἱερῶν δια-  
κορυφῶν πρὸς τὰ πρῶτα. Σινίπτι γὰρ ὡς ἐκ  
ἑῶν κενὸν ταυτὶ τῶν τῶν διὰν, ἦν, ἐξ ἄπει-  
σις*

εις τὸ ἄδυτον ἄρη παρελθὼν εἶδον, ὄφθαλμοῖς, ἀ μὴ  
 Σείμις, ὁ θεὸς μοι προείπεν, ἀνδ' ἂν εἰ προσκνήσῃς  
 εἶδον, τῆς τῶν φίλων ὄψεως περιθύσεσθαι. Charicles  
 autem (inquit) supervacaneum est fortassis deinceps  
 certare cum praesenti fortuna. Intellego enim,  
 quod ob iram deorum tuo hanc poenam: quam ab eo  
 tempore, quo, intempestive in adytum ingressus, vi-  
 di, quae fas non fuerat, Deus tibi praedixit, pro-  
 pterea his, quae animo meo charissima essent, me pri-  
 vatum iri. Experitur itidem & Priapi iram non  
 semel Encolpius ob scelus commissum, ut nota-  
 mus alibi. Non desunt tamen viri adprime docti,  
 qui hic solemniam nugentur.

[Praesentibus numiniis.] Valerius Maximus Ti-  
 berio adulans lib. ix. cap. 11. *Arae, pulvinaria,*  
*templa praesenti numine vallata sunt.* Horatius  
 lib. 11. Ep. 1.

- - - *Et praesentia numina sentit.*

Et quum Augusto blanditur Ode v. lib. 111.

- - - *Praesens deus habebitur*

*Augustus - - -*

U. Plautus apud Servium more suo joculariter u-  
 surpavit:

*Tuum precemur; namque hic deus praesens adest.*  
 Ast praesentibus, hoc est, potentibus, nam illud  
 praesens potentius numen, quod praesentius, li-  
 gneumve illud foret, lapideumve. Hinc & Ar-  
 nobio Phoebus oritur, quum de pristinis suis sic  
 profatur erroribus lib. 1. *Si quando conspexeram*  
*kulricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum,*  
*tamquam inesse VIS PRAESENS, adulbar, affa-*  
*bar, & beneficia posebam nihil sentiente de trunco,*  
 &c. Isthacc etiam haud dubio & olim causa ex-  
 stitit deorum multitudinis, sive, ut S. Justinus  
 loquitur, πολυθεοτης.

*Ut facilius possis deum, quam hominem, incen-*  
 re.] Disertim ipsissimum Plinius Major lib. 11.  
 cap. 7. quod DE DEO est: quamobrem MA-  
 JOR COELITUM POPULUM etiam QUAM  
 HOMINUM intelligi potest. Et rationem subdit:  
*Quum singuli quoque ex semetipsis totidem deos fa-*  
*ciant, Junones Geniosque adoptando sibi.*

[Aetate magis vestra commoveor, quam injuria mea.]  
 Parissimum est illud Ovidii x. Metamorph. quod  
 de Hippomene inquit Atalanta:

*Sed, quod adhuc puer est, non me movet ipse,*  
*sed aetas.*

Et, quod de Jafone antierius Medea lib. vii.

- - - *Pivat, an ille*

*Occidat, &c.*

Impudentes, addit, &c. ubi bene de imprudentia  
 Erhardus, quem vide.

[Ipsa quidem illa nocte vexata, tam periculoso in-  
 borui frigore.] Mirum illud sane, amoris in o-  
 pere, ubi calor necessario suscitatur, fringere.  
 Illhic sensu est hujusce loci. Unde, iratum esse  
 numen, scortillum cognovit, seque ipsam mor-

bo haud levidenti laborare. Omnia enim insigni-  
 ter sunt ad augendam superstitionem comparata.  
*Vexare*, nuptum verbum, de quo alibi loquimur.  
 Adpositum & hic valde illud erit Martialis lib.  
 viii. Ep. 46.

*Felix, quae tenerum vexabit spona maritum.*

En Priapi sacra, quae, quippe obsecrabilissima, nup-  
 ta etiam, hoc est, obvelata, & occulta. *Ila*  
*nocte*, ait, fuisse vexatam, qua fecit sacrum, &  
 turbellas dedere Encolpius, & Aescyptos.

[Tam periculoso inborui frigore, ut tertianae etiam  
 impetum timerem.] Frigus, quod febribus praede-  
 dit, triplex observatur medicorum illis, ac dia-  
 phoretici, phlogistica, & adpellatur, id est, frigus,  
 horror, rigor. Distant enim, differuntque inten-  
 sione, remissione. nam frigore summa corporis  
 tantum inalgescunt: horrore totum, sed leviter,  
 concutitur, rigore autem usque eo corpus con-  
 tremiscit, concutiturque, vix ut cohiberi possit.  
 Alii vero scriptores has adpellationes confun-  
 dunt.

[Et ideo medicinam somno petii.] Est enim, quod  
 Virgilius dixit, lib. vii.

- - - *somnosque petivit.*

Aegrotantes in Aesculapii templo. Plaut. Cur-  
 cul. Act. 1. 1.

*Ideo fit, quia hic leno aegrotus incubat*

*In Aesculapii fano.*

Sic & Act. 11. sc. 1. & 11. Etiam in Isidis, ut docet  
 Tibullus. Item Serapidis, ut Suetonius in Ves-  
 pasiano, cap. vii. Vide autem Mercurialem de  
 arte Gymnast. lib. 1. statim sub initium, ubi &  
 hujusce rei insignia monumenta. Tabellae vide-  
 licet sunt Romae in Aesculapii templo jampridem  
 inventae, quae quidem curationum rationem dis-  
 sertim exhibent. Sed, cum miraculosae prorsus  
 illae curationes sint, parum sane ex id genus ta-  
 beullis juvari poterat primo suo ortu radis me-  
 dicina, quod & monere necesse habuit eruditus  
 vir. Porro & pictae tabellae, quae etiam Isidis  
 fanis plurimae spectabatur suspensae (nam

- - - *Pictores, quis nescit, ab Iside pasci?*

ut ait Satyricus) ejusdemmet notae cum illis fuisse,  
 innuunt non obscure Tibulli illa, lib. 1.  
 El. 111.

*Nunc, dea, nunc succurre mihi; nam posse*  
*mederi*

*Picta docet templis multa tabella tuis.*

Nobis enim hoc intellectu facilius est, apud quos  
 hujuscemodi ἀνθήματα parietibus templorum  
 adpena passim videntur. Illud quippe colimus  
 NUMEN, quod vere θαυματουργόν unicum po-  
 test.

[Major enim in praecordiis dolor saevit.] Vide-  
 tur hic illud Horatii ob oculos habuisse Epod.  
 111.

*Quid haec veneni saevit in praecordiis?*

*Fulgetis.] Fulgetis, proferatis in populum, tradu-*

core veltis, idem. Neutiquam enim hic erit intempellivum, quod de Numenio Philosopho scriptum Macrobi. reliquit, lib. 1. de Somnio Scipionis, cap. 2. Numenio denique inter Philosophos occultorum curiosiori offensam munimum, quod Eleusinia sacra interceptando vulgaverit, somnia prodiderunt, visas sibi ipsas Eleusinas Deas habitu meretricio ante apertum lupanar ludere proflantes; admirantique, & causas non convenientis munibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas, ab ipso se adyto pudicitiae suae vi abstractas, & passim ademptibus prostitutas. Ideo & Alcibiades accusatus fuit, ut tradit Plutarchus, quod Ceresis sacra parum reverenter evulgasset. Nuper autem latius hocce argumentum profecutus Meursius in Eleusiniis, cap. xx.

*Deorumque consilia.*] Id est, arcana, mysteria. Videtur & Festus faciem huic interpretationi praefere, quum inquit: *Consilium*, vel a consulendo dicitur, vel, quod in unam sententiam plurimum mentes consulant, & conveniant; sed *A SILENTIO* creditibus dictum putatur, quo maxime invenitur. Et nunc ad rem maxime.

*Protendo igitur ad genua vestra supinas manus.*] Gestus est suppliciter deprecantis, qui saepius Petronio iteratur, videlicet cap. lxxx. xcvi. xcviij. ci. Inde ergo veteres Glossae: Γενουπιετες, *Genuarius*, *supplex*, & plures Graecorum, ex quibus paucorum loca solum designabo. Homerus saepissime, Diodorus Siculus lib. xvij. Plutarch. *Rer. Rom.* cap. xlix. Heliodorus lib. v. aliasque, Tryphiodorus in III Haloti, vers. 255. Euripides *Supplicibus*, *Clytemnestra*, & *Iphigenia*. Sophocles non semel, & saepius *Synefius*, *Arillaenetus* lib. 1. Ep. 22. Onofander *Strategici* cap. xiv. Passim item & apud Latinos scriptores, quos longum recenferre. Plinij autem locus, ubi moris videtur rationem reddere, haud reticendus. Istinaec ejus verba sunt lib. xi. cap. 45. *Hominiis genubus quaedam & religio inest observatione gentium. Haec supplices attingunt: ad haec MANUS TENDUNT: haec, ut aras, adorant: fortassis, quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra laevaque priore parte gemina quaedam buccarum inanitas inest: qua perfocta, cum jugulo, spiritus fugit: Sive religio cis ideo exhibita, quod essent Deae Misericordiae consecrata. Scvili referam eruditum testimonium ad illud Virgilio III. *Aeneid.**

*Dixerat, & genua amplexus, genubusque volutans*

*Haerebat, ----*

feribentis: *Physici* dicunt, esse consecratas munibus singulas corporis partes, ut aurem memoriae. Hinc est, *Cynthia* aurem veltit, & admonuit. *Fronton Genio*, unde venerantes Deum tangimus frontem. *Dextram Fidei*; unde paullo post: Atque a-

nimum praesenti pignore firmat. *Genua Misericordiae*, unde haec tangunt rogantes. Etiam *Quinctilianus* lib. vi. cap. 1. Exinde autem, quod carissima genua forent ob vitae in illis discrimen à natura conlocatum, obortum sane, ut merito obtestationes olim fierent per genua. *Plautus* saepe. sic *Curculione* v. 11. 31.

---- Per tua genua te obsecro,

Ut nos facias certiores, &c.

Et *Moscellaria* III. 11. 57. *Milite* II. vi. 61. *Rudente* IV. III. 13. *Truculento* IV. III. 15. & aliis. Verum enim vero eo usque ritus percrebuit, ut & ipsa Deorum genua, non hominum tantum, contrectarent. *Arnobius* lib. vi. Ita enim non videtis spirantia haec signa, quorum & genua contingitis, & contredatis orantes. Videtur & *Anacreon* illud significasse.

ὦ ἀνάξ, θαυμάλιος βρωτός,

ὦ νόμοι κραναπιόης,

Ἠοφφρῆς τε Ἀθροδίτη

Συμπαιθεσ', ἐπιστάθεται δ'

Ἰψηλῶν ἐξάν κορυθαί,

Γαυθαί σε, σὺ δ' εὐμολός

Ἐλδ' ἡμῶν κρησιπικενίς δ'

Εὐχαλῆς ἱτακκην,

Κλεισεῖλον δ' ἀγαθὸς γένικ

Συμπελαθ, τὸν ἱμον ὀφραῖα ᾧδ' ἔντ πε δ' -  
χρεῖται.

*O demitor rerum, & dux amor,*

*Qui cum Nymphas caerulaeae*

*Et purpurea ludit Venus,*

*Et altorum juga montium,*

*En genua supplex amplector tua.*

*Tu propitius teneras ex oculi preces,*

*Fave Cerebulo, suscipeque anorem meum.*

Cui simillimum venit, etiam votorum ipsationes in genibus. Illud est Appuleji in *Apologia*: Totum in alicujus statuæ femore assignasti. Eo procul dubio cera illata & illie statuæ. unde nunc clarebit *Juvenal. Sat.* x. 55.

*Propter quae fas est genua incerare Deorum.*

ubi *Scholiales*: In signis insignare, vota facere. Idem & *Prudentius* lib. 1. contra *Symmachum*:

---- Et saxa (id est, statuæ Deorum) illita  
cera

*Videret. ----*

quo tabellæ etiam interdum adhibere, quibus quum vota suscepta essent exarata, ipsas deinde adhibebant genibus simulacrorum, quod notatum jam aliis.

*Supinas manus, petoque.*] Gestus precantis, supinas manus porrigere. sic & cap. cxiv. *Lycas* trepidans ad me supinas porrigit manus. *Livius* lib. vi. *Bell. Pun.* Undique matronae, in publicum effusae, circa Deum delubra discurrunt, crinibus pressis aras verentes, nixae genibus, supinas ma-

(O)

nas

*nus ad coelum, ad Deos, tendentes.* Virgilius lib. III. Aeneid.

----- *Tendoque supinis*

*Ad coelum cum voce manus.*

Erant omnino ad coelum conversae palmae. Convincit Servius, quum illud enarans IV. Aeneid.

*Multa Jovem manibus supplex orasse supinis,*  
docet, *Coelestes Deos manibus ad coelum jupinis*  
*invocari*; aperitque manuum gestum altero Maronis loco:

----- *Duplices tendens ad sidera palmas.*

Υπέρβην λέγει vocat Galenus lib. I. de Usu part. hoc est, *supinum manum*, sursum videlicet aquae continendae conversam.

Nocturnas religiones.] Priapi sacra vocat nocturnas religiones, veluti noctu peractas. & apte quidem, quum essent abdita. Sacra enim, quae occulta olim, noctu fiebant. Rationem reddit Clemens Alexand. lib. IV. Stromat. Διὸ τῶν ἐν νύκτι αἰ τῶν κρυπτῶν καὶ μυστηρίων, ὁμοιωσάσαι τὴν ἐν νύκτι αἰς φουρῆς συστολήν διὰ τὸ σαμῆθι. Propterea ergo sacra quoque mysteria maxime noctu sunt, significatio eam, quae noctu fit, animae à corpore contractionem. Hinc Senecae in Medea lucem praebeo novam, quum Lunam noctis praesidem ipsamque invocat, Act. I.

*Tacitisque praebens conscientium sacris jubar,*

*He aet triformis.*

Tacitis, hoc est, occultis, arcanis; sive, quod idem est, magicis lubet interpretari, cui mire accinit & illud Horatii Epod. V. vers. 49.

----- *O rebus meis*

*Non infideles arbitrae,*

*Nov, & Diana, quae silentium regis,*

*Arcana quom sunt sacra.*

Arcana, hic etiam magica. Sic in Hercule Furiente inquit ad Cererem Megara:

----- *Tibi, frugum parens,*

*Secreta reddam sacra, tibi multa fide*

*Longas Eleusii tacit & iustabo faces.*

Eleusinia quippe sacra etiam abdita; quae, ut vel exinde liquet, & nocturna fuerunt. De ipsis in Hippolyto Phaedra loquitur:

*Factare tacitis conscientias sacris faces.*

Et in Froadibus mentio Act. III. Ideo & Strabo illis reconditis sacrorum mysteriis initiati, *taciti mystae*, vocantur. Pariter & *hystis sacris* recondita, & nocturna. Sic de ipsis Appuleius lib. II. *Quum primum, inquit, initiatus, nocte media, vidi solem candido corticantem lumine,* &c. Sic & *Bacchi Orgia*, ut Virgilius IV. Georg.

----- *Nocturnaeque orgia Bacchi.*

Et IV. Aeneid. ac proinde *Nyctelia* dicta, ut asserit Servius, quae & occultu fuisse, nihil dubium. Sic Euripides in Baechis: [vs. 472.]

*Ἀπὸ τῶν κρυπτῶν αἰσῶν βλάστη.*

*Arcana non bacchantibus scire, haud licet.*

Cujus & Clemens meminit lib. IV. Stromat. Idem & *Bonae Duae sacra*, de quorum flagitiis Juvenalis Sat. VI. Ita igitur & Priapi sacra erant nocturna, quia arcana: merito quidem, quippe quae impudicissima. Hoc enim subodorari ex tota hac scena licebit cuique; minime vero prorsus secreta ea percipere, quae mystae vix omnes noverant, ut ait Arbiter: praefertim, quum Petronianis fociis interdictum sit, in populum illa proferre. Equidem tamen vere initiatum producam, qui haud cunctanter nobis propralet. Ecce Epigrammaticus est Priapejorum, Ep. videlicet 34

*Quum sacrum fieret Deo solaci,*

*Conducta est pretio puella parvo,*

*Communis, jatis omnibus futura,*

*Quae, quos NOCTE viros pergit una,*

*Tot corpora tibi deditat salignas.*

En jam Quartillae *exatio* penitus ut patet! Erant & his *Bacchanalia*, sive *Liberalia*, sacra quam simillima. Vide autem Priapi sacrificalem pompan, quam ex marmore jampridem Boissardus expressam dedit, interque plura vetustatis monumenta visitur part. II. suarum Antiquit. Eam ad propatula Priapi sacra pertinere, supra monuimus. Ibi enim plurimi puellarum turba in varia exercitamenta dispersit. Hic sacrificulis pluribus hostia oppido conveniens maceratur, a sellis quippe est: illic canentium, tibialisque infantium chorus conspicitur; alibi saltantium choreasque ducentium: nonnullis tamen ex eis crotala simul, crepitaculave quantibus, quae nostratum prorsus referunt speciem, *Sonaxas*, dicatorum. Ubique vero longum agmen spargitur vimineis calathifcis donaria adferentium, vasculisque liquorem Bacchi. Verecundissimis demum munus tributum est, rubens pondus venerandi, reverenterque pertractandi, horumque fertis coronandi, quibusdam insuper illud succis fragrantissimis perfundentibus.

*Jocum, risumque.*] Formula est, qua prisci utebantur frequenter. Cic. II. de lege Agraria: *Oppidorem autem finitimorum illam copiam cum hoc per risum ac per jocum continent.* Sic etiam, *per ludum, & per jocum*, dicebant, uti passim Scriptores.

Cap. XVIII. *Gemitibusque largis concussa, tetra facie ac pectore.*] Varii huius loci sensus erunt, ab diversa eum interpungendi ratione. Sive ita distinguitur: *Gemitibus concussa facie, ac pectore,* & tunc consonum habebit illud cap. XCI. *Nihil profuturo gemis pectus diducere.* Sive perctus, faciemque, inuit, manibus percussisse, adhibitis insuper largis gemitibus. sic cap. CXV. *Nec tunc igitur dicitur herinas, immo percussit. Iterumque manu pectus.* & cap. CXXXVII.

*Conscitumque genas, oculis nec desuit imber.*



aut denique sic interpungendus locus: *gemitibusque largis concessa, tota facie, ac pectore torrem meum pressit.*

*Descendentes ab aure capillos meos dentata manu ducit.*] Quot Protei sunt formae, tot lectiones huius vocis, *dentata*, variantes. haece ego inveni: *tentata, temperata, dentata, tentata, tentante, lextata, tentata*. Liptii vero insula tre fuit acumen, qui primus *dentata* scripsit. Sed mihi semper longum placuit tentant. Et minor dubio procul est) legentium *tenta*, quo l. Ric. e- dum autumo primum advenisse. fulectur plane pluribus ejusdem Petronii parlibus laus, ut ut autem sit, mirifice Lucilius mentem Arbitri exprellit lib. xxxix. Sat. *Hic ubi me eliae, sebbia- ditur, palmarum, caput sceleris, pedes l. ite:* nam Festus inquit: *Pedes dicuntur, quod dimi- nitree dicimus Pediculos.* Expressit etiam Plau- tus in Mostellarij r. III. (9). praecipue vero si locum, uti Turnebus, scite interpretaris.

*Soli (amatori) gerendam censio meam, & ca. u. dos crines.*

ubi, *Care crines*, est blandiri, & adfentiri, lentoque capillorum tactu ac malecente amari- tie delinire. Quo faciunt & Calliopes blanditiae illae apud Valgentium lib. I. Mytholog. *Lacta- torio pammiae tactu meum meo, r. ca. jam, per- cussaque malis errore nam decuit, &c.*

*Quod si non adnat, t. a. de hoc uoluit.*] Con- stanter omnia, quae vidi, vulgata Petronii ex- emplaria habent, *non s. e.* Scalliger vero P. malebat *a iur. i. s.*, conferens eam illo Catullia- no ad Iphitillam:

*Jure, a i. s. e. nam m. i. l. l. a. m. i.*  
*Quod si iur. i. s. e. e. d. e. p. a. t. e.*  
*N. q. u. i. s. o. n. i. s. a. i. u. r. i. l. i. a. m.*

Judicat ergo domi s. i. scripti, quibus Sa- NATUS de mutatione literarum frequenter HA- BETUR.

*Et dignitat. m.]* Carissam dignitas? ego religi- onis polihabitae interpretor, nequaquam enim de se tam superbe fortillum senteret, ut post- quam de injuria sibi ini- tu sumpisset vincticam, in se adhuc dignitatem insuper vindicandam agnosceret. De duobus plane cum illis querebatur, expositulabaturque: nempe de injuria sua, ac de myleriis numinis Lampiacem violitis. ipsi postea de utroque jubent eam esse secaram; ac denique ipsa utrumque etiam nunc iurat fuisse vindicandam, nisi silem de medicina, quam petebat, plene admittent.

*Legit a. n. a.]* Jam pridem in lib. Verisimil. Scioptius scribere t. r. e. d. e. t., *regem*, & ad oram libri mei etiam adpinxerit: sed postquam inter nos de Epigrammati s. o. verba constabant, respexit, suamque lectionem jugulari- t. adhaere- v. gram, substituente, *Legit domas dicam*

esse, ut paullo inferius cap. xxv. *legem accipere* recte.

*Hoc amo, quod possum qualibet ire e. i.]* Etiam hic doctiss. Scioptius suam emendationem ex Verisimilibus in libri mei marginem protulerat, scribens, *quo possum.* At etiam illi

--- *Ayam*

*Tra. e. i. s. e. d. a. m. s. e. g. r. i. m.*

adlevit postea: nam meam huic versus interpretationem tueri, habuit prius anti- quam. Ecce illam: *Hoc amo*, inquit Q. rilla, id est, hoc mihi placet, quod v. i. n. qui mihi licet, possum ire, hoc est, quod iam meam per- p. e. a. n. & sine jurgio obtineo. Quod neque me contemnitis, neque mihi, ut vobiscum scri- gam, legesque praescribam, necessitatem im- ponitis. Distichum autem sequens ex dictis nec mi- nus claret.

*Non sane sapiens contentus jurgia stetit.]* Mi- rum est, quot monstra lectionum Concredores hic committuntur, & quam impendio visis doctis adrideant. Sensus autem, qui ex vulgari scriptura depromitur, adeo genuinus est, ut quamvis alium, ut spurium nothumve, si Arbit- ter revivisceret, abdicaret, atque e conspicuo suo prius removeret. Ille ipse quidem est, quem expressit Loevanus, homo inter Arabes do- ctissimus, *--- Arab. e. e. s. u. s. a. m. Arabici Apologi Leo- nis & Vulpis*, quod sic ad verbum Erpenii interpretatus est: *12.] Editionem (contentum. S. I. PIENTI i. s. i. m. e. g. r. i. o. r. e. m. e. t. e.)*. Scioptius, *stetit*, etiam in meo libro interpretatur, *stetit*. Sed mihi velle placet, *ne sit*, sic Ovid. lib. II. Amor. El. 9.

--- *in d. ju. ia. r. e. t. a. t.*

Quod & his, pat. iam olim probatum.

*Et, qui non jugulat, e. i. t. r. a. l. i. r. e. s. e. t. i.]* Sensus totius Epigrammatis cohaerens, & perspicuus. Turp. est, inquit, cont. m. i. lege imponere, & ed. e. t. p. r. a. e. s. l. i. b. e. r. o, superbum. Mediam vero inter utrumque viam tenere, ipsam disce- p. e. t. i. e. d. o. r. e. quod optet, consequatur. Ei- dem si siliens seculum d. h. i. c. h. o. addit, adeo esse f. e. r. u. d. i. s. t. i. c. i. l. l. e. c. o. n. t. e. m. t. a. n. i. p. r. e. t. i. ut sapiens ipse, cui omnia contemnere d. t. u. m. e. t. i. c. o. n. t. e. m. p. t. e. s. e. s. e. non patitur. Mihi ne vero esse necessariam, ut compos fiat e. i. t. e. t. v. i. o. r. a. m. s. o. r. u. m, vim adhibere, nec a. l. i. s. e. i. s. a. m. Mihi enim concinnitate omnia p. r. e. s. u. r. t. si aliter his non videtur, quibus omnia hic conturbantibus, n. d. a. m. in s. e. i. p. o. q. u. a. r. e. r. e. i. m. m. r. i. t. o. a. d. b. a. u. i. t.

*Com. i. s. e. d. a. m. s. e. g. r. i. m.]* Hoc est, collis, & in idem percussis, qui gatus plaudentium est: r. m. e. o. i. a. n. d. a. m. c. o. m. p. o. s. i. t. u. m. *P. e. h. e. r. u. s. i. d. e. m. c. u. m. p. l. a. u. d. o,* non duo diversa, ut vult e. d. e. r. e. M. ne docent Grammatici p. r. i. c. i. i. n. q. u. i. D. i. o. m. e. d. e. s. l. i. b. r. *P. a. r. o. l. s. i. n. q. u. e. r. e. t. q. u. a. l. i. b. e. t. s. i. t. e. t. o. d. i. & post testimonia: ea e. e. t. o.*

(O 2) colum,

itudine, qua, AU, syllaba cum, O, commercium habet; ut quum dicimus claustra, & claustra; & cauda, cola; & similia. Frequens enim est haec commutatio, unde Priscianus in 1. loquens de syllaba, aut diphthongo, AU, transit, ait, in, O, productum more antiquo, ut lotus pro lautus; ploustrum, pro plaustrum; coles, pro cantes. Hinc ergo pluribus in locis interpretandus Petronius. cap. xx. *Complotit manus.* cap. xxiv. *Complotit illa tenerius manus.* cap. xxxiv. *Complotit Trimalcio manus.* & cap. cxxxvii. *Complotis manibus.* Ad, quod praecipuum est, plaudentis gestum scilicet planius exprimere, operae erit pretium non inutile. Plautus igitur fere totus in manibus. Cic. ad Atticum: *Populus Romanus manus suas non in defendenda libertate, sed in plaudendo consumit.* Autumo ego & vocem comitem adhibuisse. Convincit Martialis I VI. Ep. 34.

*Quaeque sonant pleno vocisque theatro,*

*Quum populus subiti Caesaris ora videt.*

Manuum vero plaudentis figura, sonusque etiam, quem ex plausu ciebat, nescio an omnibus innotuit. Ego plene ex Philostrato didici in Comi imagine: *μιμηταί τινα ὁ γλαφὴ καὶ κροτον, καὶ κλισια ὄνται ὁ Κῆρυθ. καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς ἀναγνώταις ὑπεσπυμένῃ τὴν ἀριστερὰν πλάττει ἐς τὸ κέλευθρον, ἐν ᾧ τὴν αἰ γὰρ ἐξυμῶνται, πλάττουμεναι τῶν κροτάλων.* Plausum etiam quemdam imitatur *pidura*, cuius maxime intelligit Conus. Nam dextera contractis digitis subiectam sinistram ad cavum plectit, ut manus, cymbalorum more percussae, consonae fiant. Verbotenus videtur mutuatus esse Aristaeonetus, Ep. 10. lib. 1. quem alibi laudamus. Simillime etiam Corippus:

*Ingeminantque caros dulci molulamino plausus.* Cayae denique manus complosae illum sonum efficiunt, qui *poppyismi* vocatur, sicut omnino vox ad soni similitudinem. *Poppyismi* est & apud plures mentio, qua Graecos, qua Latinos. Mirifice etiam Martianus Felix lib. 11. plausus sonum expressit, *bombos tympani*, vocans. Erant & alii plaudendi modi, de quibus jam diximas.

*In tantum repente risum effusa est.* Paulo ante hoc capite de eadem Quartilla: *Et ex lacrimis in risum mota.* Mimicus ergo iste risus large effusus, vel ipso Petronio adestante. Cave ideo credas, quid habuisse illum cum iratorum risu commune, quod miror erudito interpreti nuper in mentem venisse; nec minimum enim videbatur irae relictum loci post *inducias factas*, omnibusque jam ad pacem revocatis. Similis risus Jovis Olympici cuiusdam simulacri fuit, sed magis, ut satis constat, mirus. Id videlicet *Cafigulae*, (auctor est Tranquillus cap. LVII.) quum *dissolvi*, *transferrique Romam placuisset*, TAN-

*TUM CACHINNUM REPENTE EDIDIT*, ut machinis laesactis officines diffugerint. Loquutus item, ut Arbiter, Appulejus haud semel. inquit lib. 11. *Milef. quum nos in clarum cachinnum videret effusus.* Et mox: *illicentiosus cachinnus effunditur.*

Cap. XIX. *Omnia mimico risu exsonuerant.* Mimi large risum concitabant. Appulejus in Floridis: *Si mimus est, riseris; si comedia, faveris.* Infra etiam de mimo cap. LXXX.

*Mox ubi ridendas inclusit pagina partes.*

Simpliciter, omnia. Ipse Appulejus VIII. *Metamorph. Latratibus fervidis, dissionisque miscet omnia.*

*Et praecincli certe altius eramus.* Omnino iste de paratis ad praelium accipiendus est locus; ne autem hic quid ambigamus, facit ipse parationis contextus. Lege tute rursus adente, & palam fateberis. Notissimum enim est, qui ad pugnam expediti forent, stetit praecinetos. Inde, *cincli*, pro militaribus viris antiquorum quamplurimis usurpati; & contra, *discincli*, pro imbellibus, militiaeque inhabilibus. Sic Acro ad Horatii illud in Arte vers. 50.

----- *Cinctus non exardita Cethegis.*

Inquit: *Cinctus*] *Antique dixit, id est, militibus viris, & ad militiam paratis.* Unde per contrarium dixit Poeta, l. VIII. *Aeneid.*

----- *Discinctos Mulciber Afros.*

*Id est, imbelles ad militiam.* Parillimus item mos, observo ego, Judaeis dimituratur. Sic Maechab. l. I. III. 58. *Και τὴν Ἰσθὰς, ἀδελφισαυαθε, καὶ γίνεσθε εἰς νίης δυνατῆς, καὶ γίνεσθε ἵτοιμοι εἰς τὸ πρῶν τῶ πολέμαται.* reddit vulgatus Interpres: *Et ait Judas: Accingimini, & estote filii potentes, & estote parati in mane, ut pugnetis.* luceo ego & hinc jam Petronio cap. LXXXIII.

*Qui pugnas & castra petit, praecingitur auro.* Sed hic latius Wouwerius. Fuere antiquitus plures praecincli alii, nos addimus, & hunc in modum in praesentia distinguimus. Signanter ego *venatores* inveni, *chirurgos*, *popas*, ac denique, *iter facturos*. Evinco testimoniis. *Venatores* quidem omnium maxime eo habitu indigebant: aliter enim vagari non possent per obliqua montium dexeva, quae saxis asperrimis cinguntur, nec per cava convalium lacunosa, quae spinctis, & fenticetis vastissimis aggerantur. Aristaeum primum venatorem primitus id adinventisse, docuit Nonnus lib. v. Dionys. vers. 238.

----- *Κυνοσόον εἰς δρόμον ἄγρης*

*Πέπλη φαεινορόνης ἐπιγυνοῦ ἀχρη φορῆται, Μύποτε θρητηῆρο ἐπειρομένη ποδὸς ὄρη*  
\*ΑΨ ἀνασπείροιο καθεμύροιο χιτῶν.

----- *Canes agitantes in cursum venationis, Vicia, adparentia ad genua usque, ferre, (docens)*

*Ne quando pedum venatoris festinantis impetus  
Retro tradoretur demissa veste.*

Adeo ergo demissae vestes impedimento venationi forent, ut feminae ipsae non, nisi fuccinctae, feras persequerentur. Diana sic tingunt Poëtae omnes. Ovid. lib. III. Amorum El. 2.

*Talia pinguatur fuccinctas erant Dianae:*

*Quum sequitur fortes fortior ipsa feras.*

Vetus Poëta:

*Si fuccincta togam risu pharetrata Dianae*

*Venatrix toto crine soluta feras.*

Lege ritu, ut Ovidius infra. Minutius Felix Ethnicos deridens: *Diana interim est alte fuccincta venatrix.* Ita & in numis visitur. Valeriani quidam sic habent, cum inscriptione ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙΣ, quos Ephesi cultos esse, putant Antiquarii. Exhibent Deam cum cane venatico, arcu, & pharetra, ac proxime arborem: utpote sylvarum praesidem significantem: ipsius vero habitus est, caput detonsum, vestis autem eo alte fuccincta, ut genu nudum prorsus adpareat. Tale ergo, ut descripsi, numisma apud me seruo. Similis Venus Ovidio est x. Metamorph. ubi Adonidis comes est venatoris & illa venatrix:

*Per juxta, per silvas, dumis, & saxa vagatur.*

*Nuda genis, vestem ritu fuccincta Dianae:*

*Horatiusque cives, &c.*

Ita etiam Rhodopis puella venatu gaudens apud Achillem Tatum lib. VIII. Βασιλειος ἢ ἐν εἰσαγῆς, ὄνομα Ῥωδῶπι, κοινῶν ἐξ ὅτων ἐ δῆμας, ποδῶ ταχῆς, ἐσποχοῖ ῥῶσες, ζῆλον ἔ μιν, ἔ ἀναζωσμένῃ ἢ ἐν γίνυ χιτῶν. ἢ μετα ἀποδοῖ κινῶ τειχῶν. Virgo erat olim formosa Rhodopis nomine, venatu gaudens, pedum & vestis, faculundique peritiam ignis admodum, & cingulum, & mitram, velex genu tenuis fuccincta, capilloque detonso, gestare consueta. Sed jam ad Chirurgo: transimus. Ipsi proci dubio & fuccincti, ne in artis suae exercitatione impedirentur. Virgilius plane XII. Aeneid. de lapide chirurgo loquens:

----- *Ille retoro,*

*Poenicum in morem, senior fuccinctus amictu,  
Multa manu medica, Pboedique potentibus herbis,* &c.

Item Papinius lib. I. Sylv. 4. quam parant se, qui Retiliam Gallicam erunt curaturi:

----- *Ritu se cingit uterque*

*Poenio, &c.*

Similiter Poetae, hoc est, ministri sacrificaturi. Ovidius II. Fast.

*Numinis esse potest fuccinctus caesi minister,*

*Hospiti coelibus quo ferientis cadit.*

Suetonius Caligula cap. XXXII. Admota altaribus *vitæ* ma. fuccinctus porarum balitu, elato aere maleo cultrarium madavit. Sic Propertius, Lucanus, alii, quos Britannius laudat lib. I. de Form. De iter autem facturis nihil dubium, vel ipso Pe-

tronio teste: unde & eidem duobus in locis clarem præbeo. Primus est cap. CXXVI. quum abeantis Chrytidis exprimit habitum: *Procedentibus inde longius locus, rogavi ancillum, ut in platærona produceret dominam. Placuit puellae cingulum. itaque collegit altius tunicam, flexitque se in eam daphnora, qui articulationi haeret.* Alter est cap. CXXXVI. quum Polyami deinde concivium erans, abeundi formam cingulum: colloque cultu meo ire extra casam coepit. Contra paullo post eodem capite marentis ut habitum ostendat, inquit: *Reduxi igitur gradum, PROJECTAQUE VESTE, tamquam exspectantem morantem, in aditu steti.* Proinde ergo & Mercurius *ἀνεστραμῆς*, sive *alticinctus*, depingitur Capellae lib. I. Sat. utpote nuncius coelitus: *Ac jam pubescentes genas semivultum eum incedere, chlamydisque indutum parva, invelatumque caetera, humerorum cacumen obtudere sine magno risu Cypridis non sinebant.* Passim id & in sacris Bibliis observatum. Exodi cap. XII. Aegypto nimirum profecturis Judaeis praecipit Dominus: *Si commiseritis illum, (agnum) rores vestros accingeris, & calcamenta habebitis in pedibus, &c.* Ipsum Ezekielus Tragicus:

*Οὕτω φανεθε ταῦτα ἀνεστραμῆς,*

*καὶ χεῖλα προσὶν ὑποδεδῆσθε, &c.*

*Tunc comedetis ea cincti,*

*Et calcens pedibus induetis, &c.*

Sic Reg. IV. 4. *Acinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, vade.* Ex consuetudine ista orta indubie nostra proverbialis locutio, *poner faldas en cinta*, pro, de discessu cogitare. Nominatim isti praecincti reperuntur. Generatim vero omnes, qui quodlibet opus gnave essent adgressuri, *praecincti* dicebantur: pariterque strenui, prompti, & expediti homines vocati *praecincti*. Contra *diseincti*, ignavi, molles, ac negligentes. In Scriptoribus natant testimonia. Sic de Maecenate Seneca Ep. 92. *Alte cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium & grande, & virile, nisi illud ipse diseinxisset.* Adluit ad ipsius habitum. Dicinectus quippe in publicum progrediebatur, uti & Julius Caesar; unde uterque non leviter notati.

*Paria composueram.*] Paria componere, comparare, & committere, propriae erant de gadiatoribus formulae. vide Iulium Lipium lib. II. Saturn. cap. 19. Nota insuper illud Terentii Adelphi. Act. II. sc. II. de concertatione loquentis Aeschini, & lenonis:

----- *Nimquam vidi iniquius*

*Concertationem COMPARATAM, quam haec  
hodie inter nos fuit.*

Ubi Donatus: *ET COMPARATAM* ad dictum Syri r. ters. qui ait, *concertationem fuisse, PARAS FACIENS Aeschinum, & lenonem.* Traducitur etiam locutio ad Veneris flagitium, ad quod Petronio hic respexisse nonnulli volunt: ingan-

ter vero cap. cxxvii. *In hoc gramine PARITER COMPOSITI mille osculis iustinus, &c.* cui & illud parissimum cuius cuius sit veteris politissimi Poëtae:

*Sit nox illa diu nobis dilecta, Nalce,  
Quae te prima meo pectore COMPOSUIT.*

*Tunc vero excidit omnis constantia attonitis.]* Martialis lib. viii. Ep. 56. de Marone:

*Excidit attonito pinguis Galatea poetae.*

Recte ergo Arbitr. nam supra dixerat cap. xvii. *Attoniti expectavimus lacrymas ad ostentationem doloris paratas.* Verum enim vero nunc jam, quod imprimis praemonendum est, in Quartillae domo sunt Encolpius, Aescyrtos, & Giton. patet. nam pavere miseri incipiunt, qui prius in diversorio quum essent, ubi neminem, qui suppetias adferre posset, timebant, praeter ancillam, & virgunculam, Quartillae comites, praesenti erant animo ad pugnam. At aliena in domo sibi parari insidias, suspicari erat pronum. Erant igitur jam apud illam. Aliter enim abhinc, quae ad Trimalcionis usque convivium acta sunt, parum sibi omnino constarent.

Cap. XX. *Si quid triplius paras.]* Vide ergo quam suspecti in praesentia sunt de invidiis, quas neatiquam alibi. ut diximus, expaverant. quod ut constaret, vel Encolpii verba ista fulcerent, in diversorio adhuc stantis cap. praecedenti. *NE QUID TRIPLIUS expectarem, comitatus factabat, (Quartillae videlicet.)*

*Ut debeamus torti perire.]* Immerito hic sese torquent interpretes, quum mera meridie clarior sit, verbis, *ut debeamus torti perire*, id significari, ac si aliter diceret, *ut debeamus diutissima morte torqueri, lentisque cruciatibus sensum exanimari*: quod opponitur verbis illis, *si quid triplius paras, celerris e gressu.*

*Lodiceum in pavimento dicitur extendit.]* *Lodices* inter lektorum suppellectilem recensitae; erant nimirum opertoria. Martialis indicant Hendecasyllabi l. xiv. Epig. 145. cuius lemma *Lodices*:

*Nudo stragula ne toro paterent,*

*Junctae nos tibi veidimus forores.*

Plane etiam, meo animo, Juvenalis Sat. 6.

ΖΥΓΗ, ΚΑΙ ΨΥΧΗ μουο Jub ludis reddis

*Uteris in torba.*

Glossae: *L. dex*, *πυθων*. Etiam earum usus in campo, gymnasio, & in balneis frequens: uti quum se exercebat Augustus *involutus sollicita* erat, referente Suetonio cap. lxxxviii ubi plura Casaubonus; qui habitus erat, autumo ego, deliciorum, ceu etiam *gaulapa*, ut Trimalcio gausapatus exit e balneo paulo infra cap. xxviii.

*Sollicitavit inguina mea.]* Verbum esse nuptum, *sollicitare*, sciunt jam omnes; ego autem insuper observo, summam nequitiam *απλως* eo ver-

bo piscoos significasse. Acute Martialis subindicat lib. viii. Ep. 56.

*Et libata dabat roseis carchesia labris,*

*Quae poterant ipsum sollicitare Jovem.*

Id est, Jovem reddere tentum. Plinius lib. vi. Ep. 71.

*Tendere quae tremulum Pelian, Hecubaeque moritum*

*Posit ad Hecubaeos sollicitare rogos.*

*Melle jam moribus frigida.]* Retinuimus constantem omnium vulgatorum scripturam. Locum autem infra cap. xxix. cum alio conferimus, unde ei clarior accedit. ipsum adi.

*Quae ru-rat Aescyrtos pallio caput, admonitus scilicet periculosum esse alienis intervenire secretis.]* Douza P. voluit, Arbitrum adludere hocce fragmento ad superius Priapi sacrum in crypta a Quartilla in citatum, profanorumque oculis, Aescyrti puta, & Encolpii, usurpatum; forsitan non inepte. Sententia tamen communis est, de qua posset edoceri Aescyrtos pluribus eventibus. Notissimum Horatii praecipuum:

*Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam.*

Porro, *secretis*, interpretaberis, turpitudinibus, ac fugitiis, quae in illa impudica scena apud Quartillam commissa. Noxium, turpeque visu antiquos adpellasse *arcanum*, ac *secretum*, vulgari res est. Occulte hant, quae bona non sunt.

*Duas inflatas ancilla protulit de furi.]* Hanc lectionem libentius amplector, quod cum vel veteris Glossarii tueatur testimonium. Quae vero *inflatae* istae sint, videtur Wouwerius etiam subollescisse ad verba, *laciniam extremam* cap. xii. Nam procul dubio ex illis factae sunt, quibus ad pedes, crura etiam, femoraeque contegenda, convestiendaque utebantur antiqui, loco videlicet femoralium, & tibialium, braccarumque, quibus hodie nos utimur. Fascias vero illas crurales, semper ego pro certo habui, proprie *limbarum* fuisse: Viris certe non sine dedecore concessis, ideoque infamia notati, delicatque, mollesque omnino habiti; aegrotis tamen exceptis, qui videlicet muliebrem illum habitum non erabescerent. Sic P. Clodio obiectae turpiter *fasciae* apud Ciceronem; sic etiam Pompeio a Licinio Calvo, si conjecturae Jos. Scaligeri lib. 1. Aufon. Lect. cap. xxvii. manducante tamen illum Ammiano Marcellino, fides habenda est.

*Esquela qui crura ligat, digito caput uro*

*Scalpit, quid credas hunc sibi velle? virum.*

Illo eequidem insignem locum jam pridem observaveram Ovidii II. de Arte, ubi puellis praecipua tradit illis haud contemnenda:

*Pes malus in nivea semper celetur alata,*

*Arida nec vinculis crura resolvat cuis.*



Cultu seminarum: & mendacio ruboris infectae D. Cypriano de Habitu virgin. Ceterum bene etiam ibidem, *acu pingere*, scripsisset Petronius. nam *pingere ferro antiquis erat*, stigmatis notare. Claudianus sic lib. 1. in Rufinum vers. 315.

*Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.*

Quod à Virgilio sumtum, qui prius II. Georg. dixerat:

- - - *Pictosque Gelonus.*

Quem locum Servius interpretatur: *Stigmata habentes.*

*Penicillo.*] Ex spongia procul dubio. Plinius lib. IX. cap. 45. *Spongiae genus tenue, densumque, ex quo penicilli, & lib. XXXI. cap. 11. Glossarium vetus: Penicillam, σπογγίον, σπογγίον.* Plurimus ejusmodi penicillorum usus veteribus. *Ad quaevis abstergenda*, Plinius, ut plurimum *mensas.* Martialis lib. XIV. Ep. 144.

*Haec tibi forte datur tergensis spongia mensis*

*Utilis, expresso quum levis imbre tumet.*

Ad manum igitur *penicillum absterforium* haberet puella. Item *ad fricanda corpora* strigilum vice, linteolorumque, etiam Plinius. Item *ad chirurgica opera*, quod notissimum. Et *ad pingendum.* Penicillis quippe ex spongia confectis olim pingi solitum; vel debebant saltem, quod displiceret. Plinius lib. XXXV. cap. 10. ubi de Protogene loquitur veram canis anhelantis spumam exprimere conante: *Abstergerat saepius, mutaveratque penicillum nullo modo sibi adprobans.* *Postremo iratus arti, quod intelligitur, spongiam EAM impiegit incisio loco tabulae, & illa reposuit ablatis colores, qualiter curae optabat.* *Cuinam spongiae? Tam recurret, nisi ad praecedens Penicillum, quum nunquam alia? Inquis, ad illam, qua subintelligitur abstergerat saepius tubulam.* Fors non male isto sensu, quod illud *abstergerat saepius* de spongia deletili accipitur; & *mutaveratque penicillum*, opportune videlicet de pictorio. Facit, ut pro certo habeamus, hocce in animo habuisse Secundum, parissimus eventus, quem Apelli equum pingenti usum venisse, narrat Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypoth. lib. 1. cap. 12. Isthaec sunt eius verba: *πῶτι γὰρ, ὅτι ἐκεῖν ἴππον γραῶν, καὶ τὸν ἀφὸν τῆ ἴππου μιμήσανθαι τῇ γραφῇ βελαντίς, ἔλας ἀπειρήχην, ὡς ἀπειρεῖν, καὶ τὴν σπογγίαν, εἰς ἣν ἀτεμασσε τὰ ἀπὸ τῆ γραφῆς χρώματα, προσεῖλαι εἰκότι. τὸν ἢ προσελαμνεν ἴππῳ, ἀφού ποιῆσαι κίτρινα.* Vertit Henricus Stephanus: *Ajunt enim de ἴππῳ (Apelle) num in pingendo equo summam ejus pictura sua representare voluisset, tam male ei rem successisse, ut de ea omnino desperaret, ideoque spongiam, in quam abstergerat penicilli sui colores, in illam imaginem impiegit. Spongiam autem, quum equum adtingisset, summae similitudinem expressisse.* Similis fuit & Nalcae pictoris successus idem in equi pictura, teste eodem Plinio, quem prius Va-

lerius Maximus retulerat lib. VIII. cap. 11. ipso vide.

*Cinaedus supervenit muretra subornatus gausapila, cinguloque succinctus.*] Cinaedi variis coloribus muliebriter induti, ut infra cap. XXIII. ex Appulejo ostendimus, ubi & istum locum illustramus. *Myrteus* color olim erat in precio. Sic Ovidius, quum de diversis lanarum insectarum coloribus agit, lib. III. de Arte, inter alios, qui varias res imitantur, hujusce meminit:

*Hic Pappias myrtos.*

*Gausapila.*] Varii olim *Gausaparam* usus, & mensis tegendis erat, & lectis vesticendis. & *laminibus*, uti ex Epigrammatis lib. XIV. Valerii Martialis 138. 145. 147. 152. & lib. VI. Ep. 59. Horatio, aliisque constat, & variorum quoque colorum fuisse. *Myrta* hic Petronio, item *coccinea* cap. XXVIII. Glossae D. Isidori, habent: *Gaunaca, Gausaga.* Unde quid lucis mutuatus videtur Terentius Varro lib. IV. L. L. quem locum optime sic edidit Auf. Popma: *Quibus operiebantur, operimenta, & pallia, opercula dixerunt; in his multa peregrina, ut Saggum, Reno, Gallica: Gaunacum, majus sagum, & Amphimallon, Graeca.*

*Modo extortis nos clunibus cascilit.*] Omnino id factum, quum Cinaedus, velut equis, Encolpio utebatur, & Atelyto. planum hoc ex sequentibus cap. XXIV. *Ab hac voce quum cinaedus mutavit, transiitque ad comitem meum felle, clunibus eum basisque distinxit, ubi & nos plura.* Utrobique autem proptitum loquutus est. nam in ejusmodi inequitate vix abesse poterit, quin clunium illam agitationem paterentur miseri illi cinaedis succubantes, quod expressit Horatius alibi etiam laudandus:

*Clunibus aut agitavit equum lisciva supinum.*

*Extortis clunibus.*] Durum jam olim epitheton, *extortis*, mihi videbatur, *clunibus*. Proinde ego suspicabar scribendum *cruribus*, quae extortisepenumero qua vara, qua varia videmus; & in Cinaedi inequitate procul dubio caederent succubantes. Faceto Epigrammate Phoebum quemdam iridet Martialis lib. II. Ep. 35. fors obtortis similiter cruribus deformem. At vulgaris lectio tolerari potest, fumendo locum de insigni Cinaedi macritudine.

*Horribile secretum.*] Adi quae ad verba illa observantur cap. LXXXIII. non sine borrore tractavi.

*Palaestrico.*] Nescio an figurate loquitur, ut Terentius Phormione Act. III. sc. I. domum Leonis vocavit *Palaestram*, & Lucianus in Asino Hipparchi ancillam, Venerisque conluctationum magistram, satis opportune nomine *Palaestrae* insignivit; inquit ergo eademmet ad Lucium: *Τῆτο μὲν παντως εἴ σε μιμησινεν, ὡ νεανικε, ὅτι εἰς Παλαίστραν ἐμπέστησας. καὶ καὶ*

σε οὐν ἐπιδιόξει, εἰ γέγονας ἐν τοῖς ἐχέροις χορ-  
γῶν, καὶ πελευκῶν ποικίλ' ἰματί; ποῖε. ἀλλ' οὐκ  
ἰδοῖς, ἔσον, Φεῖροσά με τ' ἔλιγγον τέτον. οἷσε  
πείθονται, καὶ ἴδη πελαγαίου. Hoc prae caeteris,  
alutefcens, meminoris oportet, te in Palaeſtram in-  
cidiffe: nunc offendas licet, an fis factus inter ad-  
dulſcentes agilis, & huiusmodi certamina exerci-  
tatus. Cui haud, inquam, defugiam hanc proco-  
cationem, ut jam nultri, & palaſtrae exercitio  
incumbere ſines parati. ac plura ibidem ejuſmodi.  
Sic & Martialis lib. 2. Ep. 55. palaſtram uſur-  
pat. Plautus autem ſimiliter valde meretricem  
in Cilleſtari Gynaſtium adpellavit. Oleis. un-  
guentifque convivas olim ungi ſolitos, etiam-  
que palaſtritas, tonforibus eſt notam. Unde  
jam hic ſatis clarere Petronium, quiſquis ani-  
madvertet.

[Genitalia veterimus.] Coenatoria, veſtes dome-  
ſticae ſunt aduſtoriae. Vide Lipſium lib. 1.  
Stannidium cap. 2. Fallitur autem vir magnus,  
dum pulchrum illud Trimalcionis, quo cap. xxxii.  
adriſum incluſerat caſat, idem facit cum illis  
coenatoriis. nam longe alia eſt, ut ibi conſta-  
bit. Vide etiam Stuecium lib. 11. Antiquit.  
Convival. cap. 26. quod eſt de coenaculi veſti-  
tia.

[Juſti ergo diſciplinamus.] Sive hoc urbanitati  
demus, nota eſt apud honeſtioris notae homines  
conſuetudo: ſive mori peculiari, ſcire oportet  
id negotii, ſcilicet gradum ſuum in conviviiſ  
adſignare antea, utque, ditam olim euidem mini-  
ſtro, quem τὸ ἰσχυρὸν Graeci vocabant, No-  
menciatorem Latini. Ex Athenaeo ego didici lib.  
11. Dipnoſoph. Με αὐτὸν αὐτοῦ αὐτοῦ ἡγεμονί-  
αυτοῦ, ὡς ἰακῶν ἡδονῶν, ὁ περιμεινῶν τοῦ ἐνομα-  
κλῆτορ, τ' τὸν διπνοῦν ταυτοῦ. Poſtlaec me  
aſſurreximus, & ut cuique libitum eſt, accu-  
bidimus, non expectato nomenclatorum, ſuum in coe-  
nae cuique gradum & ordinem adſignaturo. Inſigni  
enim loco id genus nomenclatorum mentio eſt  
apud Ammianum Marcellinum lib. xiv. cap. 16.  
quom de praepoſtero agit conviviarum delectu:  
Et ſi digeſto plene conſilio id placuerit geri, is ad-  
hibetur, qui pro domibus excubat aurigarum, et  
artem iſſerariam proſectur, aut ſecretiora quaedam  
ſe noſſe conſingit. Homines enim eruditos & ſerios,  
ut inſignes & inutilis, vitant quoque: accedente,  
quod & nomenclatores aſſueti iare & tiliu condit-  
tare macede accepta, coenias quosdam & prandis  
iſſerunt ſuſſititios, & obſcuros. Et ὁ Δαιτηγῶ  
manus illud neſcio an tributum. Suidas: Δαι-  
τηγῶς, ἀποδιδραγῶν ἑκατὶς τοῖς ἐπιμαχοῖς ἕως  
γὰρ ἐπιμαχοῖς ἀεζίζουσιν τα τε ἀποδραγῶν, καὶ τ' τό-  
πος. Dicitur, diſtributor, qui minimi fruſtra con-  
viviis ἀεζίζοντι. ſe enim convivabantur, &  
ores, & LOCUM, dividentes. Hoc eſt, uni-  
cuique ſuum locum adſignantes. Sunt & exem-

pla iubentium accumbere, cum alias, tum a-  
pud Plautum Perſa, v. 1. 15.

Tu, Sageriſto, accumbe in ſummo. SA. Ego  
nihil miror.

Qui fors eo non reluctatur, quod ſervi nempe  
rationem non habebant loci in accumbendo. Ite-  
rum v. 11. 14.

Locus hic tuus eſt, hic accumbe.

[Gulae mīſtica initiati.] Gulae, guſtus,  
guſtulus, promulſis, promulſum, antecoenia, vel  
antecoenium, & proſidium, pro coenae prima  
parte uſurpari conſtat, ſive primo miſſu: Por-  
tunianus, vetuſtiſſimus auctor, paracoenium,  
nuncupat. Promulſidari vero, vel promulſidarium,  
dicebatur promulſidis reſpoſitorium, quod infra  
palam facimus; nos unica voce Principio; Ates  
vulgo hominum uſurpari quoque vidi. Plurima  
mentio eſt apud priſcos auctores illorum voca-  
bulem, uti apud doctos viros obſervatio. Ipſe  
Petronius explicat, gulae mīſticae initiati. Ad hanc  
etiam coenae partem referenda ſunt & loca  
ſequentia, cap. xxxi. Altera eſt tum gulae  
vande luta, & cap. xxxiiii. Guſtantibus adhuc  
nobis reſpoſitorium adlatum eſt, quod reſpoſitorium  
in guſtu quoque conſendum, & cap. xxxiv. Gu-  
lae mīſticae pariter a clero coenae reſpiciuntur. Iterum-  
que cap. xxxi. Coenam in promulſidari aſſeſus  
erat Coruſtilis, &c. illud autem cap. xxiv.  
translative dictum: Hoc, inquit, helle cras in  
promulſide libidinis reſſere mīſtubit. Plura autem  
de his addere, foret quidem humanitate Lecto-  
ris abuti. ideo ad alia progredimur.

[Vino etiam Falerno.] Falernum Falernum, à Fa-  
lerno agro in Campaniaobile. Secunda nobi-  
litas, inquit Plinius lib. xiv. cap. 6. Falerno  
agro erit. Sic autem de illo ex Galeno tradidit  
Athenaeus lib. 1. cap. 21. ὁ Φαλέρωνος οἴνου  
ἔστιν ἐν τῷ αἵματι ποικίλον, καὶ διὰ πινυκαῖος  
μυροῦς ἰσοσίου ὁ ὄπιος τῶν ἐμπυπῶν τ' ἡγο-  
νται ἀφαιλαγμῶν, καὶ ἔ' ὑπερὸς καθεπτῆται.  
Falernum vinum proxi anno decimo t mīſſicum eſt,  
& ab anno decimo quinto usque ad vigefimum:  
vetuſtius vero caſat dolere aſſicit. & nervos ten-  
tat. & plura, quae de eius generibus ſubdit. I-  
dem Cicero, & Plinius docuere.

[Prius Genio] Genii Diorem ſaepe antiquis  
memorati. Martianus Felix de Nupt. Philolog.  
lib. 1. Juvencus vero S. J. Genio acclius ex no-  
na. Minutius Felix Octavio: Et eſt illis tuus  
per Jovis GENIUM p. Jovis, quam regis. Nam  
& illum invenit olim ſupponendi ſemitam  
antiquitas, per Genium Principis religioſe ſura-  
re. Sic in marmoribus, ac numis referuntur  
hoc genus inſcriptiones: GENIO AUGUSTI, GE-  
NIO CAESARIS, GENIO IMPERATORIS, & his ſi-  
miles. ſed hoc protritum.

[Perugillum deberi.] Subdole dictum, in pro-  
clivi

clivi ratio est, cur & *Pratio* pervigilium debeatur; amicit enim hocce nomen *operosis*, & *pervigilibus noctibus*, ut cum Appulejo loquar, creberrime colli. Ipse de se praedicat carmine libero:

*Parum, quod atri sub laboribus luce,  
Parum diebus pervigil trabo noct. n.*

Idem etiam *Tonus* atque *Amor*. Illa proinde *Noctuvigili* Plauto; *Noctiluca* Laevio, antiquissimo Poetae, & *αλιπνοχ*, *pervigillum* citharæ Orpheo; & ejus palacitram *Casinae* *Prutinae* Prologographus vocavit *excubias*. Isti etiam, *Amor* inquam, ea propter *vigilandi* vis tribuitur ab Appulejo lib. de Deo Socratis: *Quorum est numero Sennus atque Amor ditionem inter se vim possident; Amor vigilandi, Sennus sperandi*. Hinc jam & C. Plinii Epigrammati dies oritur:

*Huc mihi vos largo spumantia peculi vino,  
Ut calidulus Amor pervigilare velit.*

Alioquin largius merum somnum conciliat. Hinc & *noctes* *Amoris*, ac *Veneris* *απρη* *pervigiles* vocatae; ipsius Appulejus lib. 11. fab. Miles. *Ut nocte pervigili & deo lucerna, & vino calice abundet*. Lucianus quoque amatoriam hocce pervigilium subindicat *Διλλ. έπαις*. Ο ο τδν νυκτων φιλῖται, αυτη εδω. εση, & αυν πανοχιεσαι. *Ille autem tota nocte osculatur, & sibilus intus est, & quoddam pervigilium tecum peragit*. Amica item Propertii simile proutus, atque Quartilla, pervigilium postulabat nocte illa, quae *candidissima* vati. lib. 11. El. 15.

*Ille meus somno lassos patefecit ocellis  
Ore suo, & dixit: S'ceci v. lect., jor.?*

Exin & Papinius repulsum Somnum sibi evocat lib. 1. Sylv.

*At nunc, heus, aliquis longa sub nocte, puellae*

*Brachia nexa tenens, ultro te, Somne, respellit.*

*Inde veni.*

Ast Catullus ad ipsum respicit pervigilium epigram. in Gellium:

*Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore*

*Prurit, & abjectis pervigilat tunicis?*

Inde & hasta scilicet, quae strenua existit in Veneris praelio, *pervigil* etiam dicta Maximiano:

*Conscia secreti semper fidissima nostri,  
Adhans in nostris pervigil obsequis.*

Contra vero, qui viduo cubabat toro, amicamque non habebat, *somnum* evocabat. Plane Martialis Ep. 72. lib. 1.

*Et qui nulla venit, tu mihi, Somne, veni.*  
Et Ep. 107.

*Quid parcis tibi, Rufe, dormiendum est.*

Erant & alia *in actu pervigilia*, quae ferio infestatur Clemens Alexandrinus lib. 11. Paedagog. cap. 4. illudque Graeci vocabant, ut ex Polluce ediscitur, *διαπνοχουσαι*, & *διανυμερεσαι*. & *παρρηπυλαι την νυκτα ες τε πωδς ηλιου*. Tale ergo illo in convivio pervigilium Liberi Genio deberi, merito admoneret quoque metreticula.

Cap. XXII. *Sopitionibus*.] Sic retinuumus, uti est in primis editionibus. Nam lectionem illam, quam praefurunt nupari, *sopiti titionibus*, ex argute contrada voce Gruterus dissolvit. Appositissima est enim illa compositio ingenio Petronii, cuius generis & plures sunt antiquis, Sctyographis potissimum, excogitatae. Sic de illis Grammatici: *Componuntur autem minima (verba sunt Prisciani lib. v.) mollis quatuor, ex duobus integris, ut tritunus velis, justarandim. Ex duobus corruptis, ut benivolus, fimirapus. Ex integro & corrupto, ut simicus, extorris. Ex corrupto & integro, ut efferus, impius. Ipsummet docuere Donatus, Servius, Cledonius, & Quintilianus.*

*Fatigatus gustum haversam somni.*] Eadem mens Terentii Eunuchio Ad. 11. sc. 1.

*Opus factum, ut defatiger usque ingratis, ut somniam.*

Nam post laborem inviti dormire cogimur. Illud est, *ingratis*, interprete Donato. Hispanice, *ainque no quera*. Sic paullo ante: *Quoniam Aegleus gravatus est malis in somnum laboretur*. Porro ex loco Terentii non incommode fortassis mecum noviter interpretis Propertii locum lib. 111. El. 9. qua celebrat puellae natalem.

*Dulcique ingratos adimant convivia somnos.*

Rem miram, novamque cupit Poeta, ut diei videlicet solennis vacare largius possit; nam convivii proprium est, somnum conciliare. *Ingratos ergo somnos*, inquit, hoc est, coactos, & quodammodo necessarios.

*Alii circa sedes, &c. alii parietibus, &c. quoddam in solo limine, &c.*] Ubique pueri, servi; praecessit, idem & tota intra forsque familia fecerat, & subsequitur: *Et pueri detersis paulisper ocellis redierant ad ministerium*. Adpositissime Ovidius lib. 11. Amor. El. v.

*Jamque frequens ierat morsa convicia relicta:  
Compositi juvenes unus & alter erat.*

Compositi sunt sepulti somno & vino, ut alibi dicimus.

*Dijumbentium.*] Etiam soporatorum, quod in tricliniis frequenter factum, resque notissima est. Sic in Platónico convivio, licet *απρωχοι* Socrates, Agathon, & Aristophanes, plures tamen somno indulserunt in diem usque inlucescentem. Sic infra etiam cap. LXXXV. in triclinio,



nio, ubi cum puero Eumolpus solet, ipse somnum simulabat, pater iterabat. Inuit prope exempla adducere equidem possem, qui Graecorum, qui Latinorum.

*Mareebant.*] Translative pro dormiebant, sic Plinio Caecilio, *senes maridi* sunt: quippe marcescent, ac languent, qui edormiscunt. Languidi autem, & somniculo potissimum ebrii: quorum effectissimam prorsus referebat imaginem illud coenaculum. Ita Papinius in lib. i. Sylv. vi. vers. 96.

----- *Taque Baccho*

*In frum trabor ebrius soporem.*

Ea propter Horatius *potorem* vocavit *marcentem*. Et *marcidum* ipsius Statius *Bacchum* lib. iv. Thebaid.

*Marcidus edomito bellum referebat ab Aemo Liber.*

Et in Sylvis ipsa *vina marcida* *μετοινω κως*, & *marcentia* *pecula*.

*Lucernae quae humore defecit tenuis & extremum lumen spargebant.*] Plutarchus: *λυχνία φως καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος*. Sed elegantissime omnium Ovidius excutit Epithola Heronis Leandro.

*Nunquam sub aurora jam dormitante lucerna.*

Huic Petronii locum ad *λαμπροποιήσεως* auctor traxit Disquisitionum Magicarum. Unde autem viro doctissimo id venit in mentem, ego prorsus ignoro: quam necessario sicca lucernis id luminis emarcentis contingat. Diversa longe ratio in Propertio lib. iv. El. 9. ab ipso etiam adducto:

*Sed neque suppletis constabat flammis lucernis.*

Ast apud Quartillam, postquam tricliniarches lucernis occidentibus oleum infudit, continuo *refectum concivium est*.

*Duo Syri.*] Duo servi, ex Syria nempe advehi plures, uti ex Cappadocia, regionibus natali servituti, ut ait Cicero Orat. de Provin. Conf. Inde *Cappadox*, & *Syrus*, simpliciter pro servo passim occurrunt. Persius Sat. vi.

----- *Nō sit praestantior alter*

*Cappadocus rigida pinguis parvifera catasta.*

Juvenalis Sat. vi.

----- *Quae longerrum rebitor cervice Syrorum.*

Sic *Syrifcus* inter alios servos apud Terentium in Eunucho, nomen à Syro diminutum, auctore Donato. Vere, nam in *συρο* terminantur diminutiva propria Graecorum; ab istisque Hispani acceperunt, & vernaculo sermone hodie conservant; ita & *Syrifca* Copa illa, de qua elegantissimum poemation inter Virgillii Catalecta; & Ausonius Eunum Iuguritem convicio vocavit *Syrifcum*.

*Expilatori.*] Lepide dictum, ad oram libri mei Scioppius interpretatur, praedaturi, furaturi. Nec defuit, qui *expilatori* mavellet legere: re-  
de si mentem Auctoris spectes, minime vero si

lectionis veritatem. Revera enim, *expilare lagenam*, joculariter pro siccare dixit lepissimus scriptor.

*Lagenam.*] Lagenae vas fidele vinarium. Ventre fuisse protuberante ex juvenale colligitur Sat. xii. 67. Eius enim plurima existit apud praefatos scriptores mentio. Lagenae vinum ad mensam debebant, quod seculo *Lagenaeboricum* nomen praebuit, in Bacchi nimirum honorem Alexandriae, Ptolomaeo inventore, instituto. Haec ex Eriotheniis testimonio planum Athenaeus fecit principio lib. vii. [c. i. p. 276] *Οἱ αἰνεῖσθαι ἠγαυανδρῶδες ἐπι σιταίων, καὶ ἐξ ἰδίας ἐπι σιταίων, παρ' ἀπὸ τοῦ θεοῦ, πινεῖν.* Quod coenae discrimen, ut in toris gramineis, & *lagenae* quibusque, in quibus domo adtulisset, biberent. Haud est absimilis ritus, qui & in *αἰών* seculo Atheniensibus servabatur, ut in Achaemen-sibus testatur Aristophanes [Act. iv. Sc. iv. vs. 1000]. Non vero in lagenis bibebant; ineptum quippe vas illud ad potandum, sed ex ipsis vinum effundebant in pocula, quae inter nihilominus ab Jureconsultis recententur *lagenae*. Fuit & mensurae genus apud Graecos *lagenae*, auctore Athenaeo ipso lib. xi. [p. 499] qua significatione commune trium generum nomen inveniuntur, pluribus ibidem testimonio confirmat. Ceterum *lagenae* non tantum testaceae factae, verum etiam ex silis & radicebus arborum decerpis, uti & alia vasa, spectabiles conficiebantur olim, sic Plin. cap. 31. lib. xvi scriptum reliquit.

*Inter argentum.*] Et subdit, *cedit etiam mensa cum argento*. Item cap. xxxiv. *Argentumque inter reliqua purgamenta seorsis coepit verrere*, ubique *μεταμειραις* pro argenteis patinis, quod *argentum factum* vocant Jureconsulti, ac definit S. Hidorus lib. xvi. Orig. cap. 17. *Quod est in vasis, & signis*. Parissime & nos simpliciter, *Plata*, argenteam supellestem vocamus.

*Acidius rixantur.*] Propter lagenam, de simili autem rixa non inepte fortassis Juvenalis capiendus Sat. v. immo potius, meo animo, valde concinne:

*Inter vos quoties, libenterumque cohortem,*

*Pugna Saguntina ferebat commissa lagena.*

Figlina erant ex Hispania adducta vascula, non exiguo olim habita in precio.

*Diductam frangerat lagenam.*] Id est, in duas partes ductam, quod non latuit Erhardum, nos vero rem amplius illustramus. mirifice hoc Lucanus explicat lib. v. Pharf.

----- *Noton atera Ploebi,*

*Altera pars Boream, diducta luce, vocabat.*

Etiam Suetonius in Tiberio, ubi de Agrippina sequitur os suum obturante, cap. LIII. *Rursum mori inedia destinanti, per vim, ore diducto, infulciri cibum jussit*. Scioppius autem ad oram

libri mei scripserat : *Forte legendum*, eductum, id est, *exhaustum*. Sed quia isthaec mea possidia illi adprobarem, subdidit: *placet*, dilectam, *sicut Patroli cetera apud Homerum*. Sic etiam Aetacum Doricus, adulescens pulcherrimus, apud Maximum Tyrium Dissertat. VIII. *ἄνωγον το ἄνωγον ὅτι ἀνωγόν β ε̅ διαφθίζεται ἐν ζῆσιν ἀδῶν*. Adulscens utriusque in diversa diductus, violentiaque ipsa dilaceratus, in modis eorum exhereditavit. Revera duo Syri hic ipsi oculis spectantur utriusque lagenam adprehensam tenentis, & alter avellere alteri conantes, quousque, illa in duas partes ducta, anasquique suam deportavit.

[*Caput fr. gr.*] Non sine horrore tradendae sunt purissimae sermonis elegantiae, praeter usum cap. cxxxiv. quod notatum aliis, parissime & nos dicimus: *quebrar la cabeza*. Eadem acceptioe elegans alia Petronii locutio est, *solvere frontem*, inquit ergo cap. xcv. *Lie tot hospitum potioni- bus liberum urebam scilicet in Larnolpi caput jaculatus est, solvitque clamantis frontem*. Quae ipsissima translatio cap. cxmi. locum praecedentem mirifice inlestrat :

---- *Καπο τελλαρ. m solvit biatu.*

[*Et stertere tanquam olim dormientes coeperunt.*] *Sterter*: signum est quidem alti soporis. Dicitur Plinius de avunculo stertente : *Tam se quieti dedit, & qui-vit & rissino quidem somno. Non metatus animas, qui illi propter amplitudinem corporis graecior, & sonantior erat, ab his, qui limbi observabatur, auhebatur*. lib. vi. Ep. 16. Omnino vere, nam sonantius iertunt, qui corpore ingenti sunt, pectoreque praediti obeso. Apte ergo qui somnum simulant, stertere eis imprimis curae est, plene his in Syris id visum: plene etiam in pucro, cuius impi. a Eumolpus infra exponit narrationeulum. Sic cap. lxxxv. de illo inquit : *Augeto voluptatis pratio per stertere coepit ; itaque ingressus simulantem, &c. quod satis eleganter,*

----- *Vigilanti stertere naso,*

dixit Iuvenalis de marito lenone Sat. 1. Ille vero nasi sonus *ῥῥῥ* dicitur, per Onomatopoiam compositum vocabulum, quo & utuntur scriptores Latini, saepe Martialis, & Horatius, si bene meminim, & Sidonius. Glossae Arabico-Latinae : *Runcō*, sonitus de naribus emitto. scribe *Roncho*, sive *Ronco* ; *ῥῥῥ* Graeci etiam habent, teste Hesychio. Exinde & Hispani, *Roncar*. Plautus autem dixit ; *Ronchissat*, a *ῥῥῥ* Graecorum.

[*Jam & tricliniarches exhereditatus lucernis occidentibus oleum infuderat.*] Apte, nam *tricliniar- ches*, qui triclinii praefectus, id est, cui commissa potissimum est cura convivialis, & qui adparando praerat convivio, triclinioque exor-

nando. Idem Graecis dictus *συμποσιάρχης*, & *αρχιτρικλιάρχης*. Inter alia etiam, ut hoc *ἐν παρῶ- δῳ* observem, ejus muneris erat, potionem praegustare, unde apud convivium illud nuptiae signorum primo, quo innotescere coepit Jesus Dominus, inlustre primum architriclinio vinum adlatum, non vero ut biberet, sed ut gustaret tantum : *Ut autem gustavit architriclinius aquam vinam fellam*, ait D. Joannes cap. 11. ubi indubie ejus indicatum fuisse officium animadvertent viri docti. Indeque jam & inscriptiones lapidum clarere :

A LAGVNA. TRICLINIARCHA.

& alibi :

VOTVM. SYLVANO. SOLVIT. LIBENS.

MERITO. T. F. DIADUMENVS. LVRVESIANVS.

PRAEVSTATOR. AVGVSTI.

[*Lucernis occidentibus oleum infuderat.*] Ut reviviscerent, non ut suffocarentur saturitate, uti quorundam est, nescio quae, observatio, satis liquet ex sequentibus. Praeterea apud Plutarchum quaestio est, in Quaest. Rom. qu. lxxx. cur Romani non fuerint soliti lucernam occidere, sed potius illam ultro consumi, atque extinguere, cujus plures edit ibidem rationes, & iterum lib. vii. Sympos. problem. 4. Inde fors- tassis illa lucerna, quae pernoctantibus, in potuque pervigilium agentibus luceret, dicta fuit *ῥῥῥ*, *lucerna pervigil*. illud est Horatii lib. iii. Carm. viii.

- - - *Et vigiles lucernas*

*Perfer in lucem.*

& Carm. xxi. lib. iii. *vivam.*

*Te Liber, & si laeta aderit, Venus,*

*Segneque nodum solvere Gratiae,*

*Itaque producent lucernae,*

*Dum rediens fugat astra Phoebus.*

Martialis *seram* lib. x. Ep. 9.

*Seras tutior ibis ad lucernas ;*

*Haec hora est tua, dum furit Lyaeus,*

*Quum regnat rixa, quum madent capilli.*

Nam ipsum usque in Phoebum, quod obiter dicam, producebant convivia. sic etiam lib. vii. Ep. 9.

*In lucem coenat Sertorius. -----*

Hispani : *hasta la manana*. Eleganter Propertius lib. iv. Eleg. vi. vers. 85.

*Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec*

*Inficiat radios in mea vina dies.*

Plures alii.

[*Pueri redierant ad ministerium.*] De pueris sic Paulus jctus leg. 204. ff. de verb. sign. *Pueri* appellatio tres significationes habet : unam, quam omnes servos pueros appellaremus : Alteram, quam puerum contrario nomine puellae diceremus. Tertiam, quam aetatem puerilem demonstraremus. Nunc sigillatim : *Quum omnes servos pueros appellaremus*. Est Graecorum imitatio, quibus aequae multi-plex

plex significatus vocis  $\pi\alpha\iota\epsilon\varsigma$ , Dorice  $\eta\iota\epsilon\varsigma$ , unde postmodum Latinis *Puer*, nam antiquorum compositiones illae, *Mactipor*, *Pu* *li* *or*, *Qui* *li* *or*, exinde ortae proculdubio, quae nimirum *puella* erant nomina, ut Festus inquit voce *Quactipor*, à praerominibus Dominorum ducta, significantiue *Mrei* *seruus*, *Pu* *li*, *Qui* *li*, sic usus etiam Varro. *Quactiporis* *Chobani* *seruis*, ac *postmodum* *Gargaridiani* *aices*, &c. sed postea intercederunt. Quintillianus lib. 1. cap. 4. *In seruis intercedit iam illud genus, quod dicebatur à domino, unde Mactipores, Pulcipor suae.* Tò *puer* haecè natone omnes usi. Cic. ad Atticum: *Ex di. pueri tui milli a te lit tui reddiderit.* Ufurpatur passim & in sacris Bibliis. D. Augustinus in 1. Locutionum ad locum: *Et nos erimus serui domi i nostri*, inquit. *Etiam hic  $\pi\alpha\iota\epsilon\varsigma$ , Graeci habent, hoc est, pueri; quod tam assidue Scriptura pro seruis ponit, ut difficile inueniatur, non isto nomine adpellari seruos.* Et ad locum Genesis: *Sabous est puer tuus, pater noster*, addit: *Hic expressius ostenditur, pueri nomine seruum suare significari. Non enim in illo sensu (de Jacobo loquitur) posset hoc esse nomen aetatis.* De his ergo capiendus nunc, & saepe alias, Petronius. Eodem ratione, obferuo ego, *puerum* etiam vocavit seruum Ovidius III. de Arte.

*Ancillae, puerique manus ferat ante tabellas:*

*Pignora nec iuueni credite vestra novo.*

Et lib. II. Amor. El. v.

*Jamque frequens erat mensa conuicia relictâ:*

*Combusti iuuenes unus & alter erant.*

Sed deinde Lex: *Quum parum contrariis nomine puellae diceremus.* Hocce notum. Ovidius:

----- *Sive puellae,*

*Sive dar.s puera.*

Quaquam, *pueris legatis*, inquit Lex 81. ff. de leg. 3. *etiam puellae debe tar; ut & seruis legatis etiam ancillus quillam deberi recte putant: quasi communi nomen utrumque sexum contineat.* Et vere omnino. nam utroque sexu saepicula  $\pi\alpha\iota\epsilon\varsigma$  *puer* antiquis enunciarî, observatum Grammaticis veteribus, Prisciano, & Charisio. Ait Naeuius lib. 11. Belli Panici:

*Prima incedit Cereris*

*Proserpina puer.*

At denique JC. *Quum aetatem puerilem demonstramus.* Quod omnino vulgare. Sed notandum est, *puellae* nomine natu quoque grandiosem includi, uti, quae adulescens, aut, quae mater iam sit. Horat. lib. III. Od. XXII. ad Dianam:

*Quae laborantes utero puellas*

*Ter vocata auâs.*

Et similiter Penelope, apud Ovidium in Epistola, se puellam vocat, quum Ulyssii jam pri-

dem Telemachus perperisset. Ad similes quatuor scilicet etiam nobis iam olim oblatum, tum, postea vero illis etiam novissimis addendum: *pueri* pro illis utuntur. Horatius sententiâ inlata lib. II. Od. XVIII.

----- *Aquae tuis*

*Pueri vocantur,*

*Rogantque pueri.*

Et alias pluries. Sed Dominus ad Terent. Andr. Act. III. sc. II. vers. 19. scite: *Omnis, quae perperit, puerpera; & non quod puerum, sed quod filium puerperit, puerpera dicta est.* Sic Ovidius lib. II. de Ponto Eleg. VIII. ad Augustum:

*Perce, puer, pueri decus à m'ra' ille rogeti.*

Filium Caesaris vocabant adfentatores. Ita Procopio  $\gamma\epsilon\pi\alpha\delta\epsilon\iota\varsigma$ , id est, *triae filii*, ut Salviano *Casidae*. Sic & *puera* pro filia, & puella, inuenitur apud scriptores veterinos; sicut *puerum* quoque pro *puer*.

*Quum intrans cymbalistris, & concrepans aera.]* Lubet hic de *cymbalis* & *cymbalistris* facere digressiunculam haud inutili opera. Et primum praemittimus, bene Petronium in convivium cymbala intulisse. nam saepe antiquitus ad illa adhiberi solita, ex praesens non pauci indicaverunt. Plane sic Cicero in Pisonem: *Quum collegae tui domus cantu, & cymbalis, perhorret: quumque ipse nudus in convivio saltaret.* Ita & Clemens Alexandrinus lib. II. Proleg. cap. 4. inter lasciva conviviorum musica instrumenta disertim *cymbala* recensuit. *Crotala*, quae simillima er-pitacula sunt, comitibus adaeclisque Comi, commestationum numinis, dedit Philostratus in Comi ejusdem imagine. Musicum autem, quum cymbalis edebant, *tinnitum* adpellarunt veteres. Ecce Appulei verba VIII. Metamorph. *Tinibi cur principalis, & alias religiofus, tinnitu cymbalorum, & sonitu tympanorum, &c.* Etiam Virgilio IV. Georg.

*Tinnitijque cie, & Matris quate cymbala circum.*

Erudite ergo vulgatus interpret illud D. Pauli reddidit Ep. 1. ad Corinthios cap. 13.  $\Gamma\epsilon\gamma\omicron\upsilon\alpha$   $\chi\alpha\lambda\alpha\delta\alpha$   $\nu\chi\alpha\omicron\nu$ , &  $\kappa\upsilon\mu\beta\alpha\lambda\omicron\nu$   $\acute{\alpha}\nu\lambda\lambda\alpha\zeta\omicron$ . *Fidius sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens.* Hinc dubio procul *cymbala aerea* fuisse, facile conligere est. nam *aeris* proprium *tinnire*. Arnobius lib. VII. *Etiame aeris tinnitibus.* Et Caecilius de Nupt. Pelei & Thetidos:

*Aut tereti tonnes tinnitus aere ciebant.*

Unde jam planum, cur Hispanus Epigrammatarum  $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\varsigma$  *aera* cymbala vocarit Epig. 204. Aphorothorum. Itidem hic Petronius: *& concrepans AERA.* Propertius *aera rotunda* lib. IV. Eleg. VII. 61. Et, *concavi aera*, Ovidius IV. Metamorph. Sic ideo & Glossae veteres habent: *Aencatores*,  $\kappa\upsilon\mu\beta\alpha\lambda\omicron\chi\epsilon\theta\epsilon\upsilon\alpha\iota$ . Ex quibus abunde,

puto, cuique jam patet eorum materia. Reliquum est, ut quæramus formam. Haud obscure Servius expressit ad Virgilii versum illum supra adductum istis verbis: *Quæ in ejus (Matris Deorum) tutela sunt cymbala, ideo quod similia sunt hemisphæris coeli, quibus cingitur terra, quæ est Mater Deorum.* Sane eleganter; sed propius adhuc rem inspicemus. Scribonius Largus aliud agens ecce quomodo descriperit cap. iv. *Item mentastrum, vel radicem κερκιδίνος, quæ herba folia similia cymbalis habet.* Inde ergo Cymbaliorum planta ipsa nominata Dioscoridi lib. iv. cap. 88. Eandem vero Cotyledonem sic Plinius delineavit lib. xxv. cap. 13. *Cotyledon parvula herba, cauliculo triviro, pufillo, pingui folio, & concavo, ut coxendices.* Quales ergo coxendices, ut penitus exia Cymbalorum faciem percipiamus? Petenda omnino est illarum figura ab Anatomicorum filiis. Ipsi autem ostendunt perspicue, coxendicum ossa habere utrinque sinum cavum, profundumque, non secus ac si medius globus impressus fuisset eorum unicuique. Illæ porro duæ cavitates nimirum sunt, quibus femorum ossium capita sese articulant, & quas Medici antiqui, latiore coxendicis notione, adpellarunt *coxendices*, item *pyxides*, *bucelias*, *acetabula*, & *acetabula*: uti cymbala etiam ipsa. S. Isidorus lib. III. Orig. cap. 22. *Cymbala acetabula quædam sunt, quæ percussu invicem se tangunt, & sonum faciunt.* Hinc & tangendi rationem elicimus, quæ optime & cum Servii verbis consentit. Parisiense & Amalarius Fortunatus lib. III. cap. 3. *Cymbala invicem tanguntur, ut sonent. ideo à quibusdam labiis nostris comparata sunt.* Idem totidem fere verbis & D. Augustinus ad Psalm. 150. Do insuper Philostratum, eadem Comi imagine; qui ritum plaudendi exprimit, & id quoque non expressit obscure: *καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσαλμένοις ὑποκειμένη τὴν ἀριστερὰν πλήττει ἐς τὸ καὶ λον, ἐν ᾧ σὺν αἰ χεῖρας ζυμῶσαι, πλεπόμεναι τροπῶ κρουσάων.* Nam dextera contractis digitis suâ se ipsam sinistram ad cavum plectit, ut manus, cymbalorum more, percussæ consonæ fiant. Eo manubriata erant, insatave in convectate exteriori, ut aptius sic manibus ambabus hinc & illinc apprehensa considerentur. Ipsorum habes apud Pignorum imagines, quas ex Romanis Bacchanalium sacrorum sculpturis dedit haud inelegantes. Ipsas vide; ob oculos omnia, quæ hic observavimus, habebis patentia. Sunt quoque & quadam in gemma chororum Dionysiacum, sacraque Bacchanalia, exhibente. Cujus ego duas picturas jam vidi graphicè expressas: apud Casaubonum primam in Diatriba de Satirica Græcorum poetâ; alteram apud Scaligerum F. Epistola Gallice scripta, & in Opusculis postumis edita. Verum enimvero ille videtur non satis rem vidisse, dum Baccham illam, quæ Bacchum

præcedit, instrumenta invicem concrepantem, incedentemque retrorsum, facit *tympanistrum*, manibus videlicet, verba ejus sunt, *tympanum quatientem.* Scaliger vero longe aliter, recteque sensit, quem tute vide. Nos autem, de tympanis nonnulla proferentes, palam omnino faciemus, ea cum Cymbalis nullo modo esse confundenda. *Tympanum* enim musicum erit instrumentum, cujus variis in ludicris usus, pompisque Deorum, nemini hodie, arbitror, ignotus est. Pelle erat superinductum, ut ex pluribus scriptorum locis, quæ hic adferre possemus, constat abunde. unum tamen aut alterum attingemus. Phædrus sic extremo lib. III.

*Deiacta pelle sibi fecerunt tympana.*

Ovidius cymbala, & tympana, ut sæpe alias, denotans libr. iv. Fast.

*Ara Deæ comites, raucaque terga, movent.*

Catullus de Atti, & Berecynthia:

*Niveis citata cepit manibus leve tympanum,*

*Tympanum, tubam, Cybele tua mater inicit:*

*Quatientsque terga tauri teneris circa digitis.*

Cava igitur hinc tympana cognoscimus, & digitis tangi soliti, non mutuo inter se instrumenta, ut de cymbalis dictum, gemmaque ipsi signantissime expressam. Rem magis confirmo. Lucretius lib. II.

*TYMPANA TENTA sonant PALMIS.*

Ecce palmis. Manu Ovidius in Ibin:

*Et quatens molli tympana rauca MANU.*

Interdum & bacillo; unde apud Phædrum joculriter asino, ex cujus pelle tympana facta, vel mortuo non defuerunt plagæ:

*Putabat se pesti mortem securum fore:*

*Ecce alias plagæ congeruntur mortuo.*

Nostris, puto, similia prorsus fuere instrumenta vocatis *Panderos*, & *Adiffes*. Patet ergo aperte jam differentia, insigniterque Criticum illum virum à vero aberrasse. Habet autem eorum effigies ara marmorea, quam Boissardus exculpit Part. III. Roman. Antiquit. fol. 47. Ibi enim Cybele visitur Deorum mater, sedens in curru, qui à leonibus trahitur, dextra spicas, ac miliam tenens, sinistra vero *tympanum*. Stat & ibidem Attis puer innixus pinui, mitratus, braccatusque, *tympanum* etiam sinistra extollens, dextramque, ut quatit videlicet, ad ipsum dirigens.

Cap. XXIII. *Infractis manibus congemuit.*] Idem aliter supra cap. XVII. *Et manibus inter se usque ad articularum strepitum contritis;* quod à me jam dictum. Utrumque complexus est Seneca lib. III. de Ira cap. 4. *Adjice articularum crepitum, quem se ipsæ manus frangunt.* Qui gestus furentis potius sunt, quam sese ad dicendum componentis; ubi tot viri docti turpiter lapsi sunt, ut nos indicamus alibi.

*Ejusmodi carmina effudit.]* Cantio isthaec, quae Plauto *cinaedica* dicta, quod petulans, quod voluptaria, itidem Petronio, & insuper, quod a *Cinaedo* effusa. Param tamen juxta Appulei sententiam foret blanda & suavis, quippe vocem tribuit inonitris illis *raucam* & *absonam*, licet *frauda* nihilominus, & *effeminata* sit.

*Spatulocinaedi.]* Equidem puer adhuc reponendum hic putabam *Batalocinaedi*, congrua satis compositione, quilibet sumatur acceptione *Βαταλο*. Atticis, teste Plutarcho, erat pars corporis, quae honeste satis nequit enuntiari: *Δοκίη ἢ τῶν ἀεὶ ὑπαίτων τι λεχθῆναι τῶ σωματος μοσίων παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τότε καλεῖσθαι Βατάλος*, id est, *pubicem*; unde & *Cinaedi* ipsi *Batali* vocati, ἀπὸ τῆς τοῦ τῶν τῶν τῶν τῶν, καὶ βαταλιζοῦσθαι. Fuit *Batalus* & *Ephesius* tibicen, de quo haec Libanius protulit: *Ἰσορηταὶ γὰρ τὴν Βαταλὸν ἐστειοναυλοῦσθαι, ὡς πρῶτον ὑπολύματι ἠνακτικοῖς ἐστὶ τῆς σκηνῆς ἐργεῖσθαι, καὶ μέλιτι κατεργασθῆναι, ἢ ὡς τὴν τέχνην ἐμάλλεσθαι. ἀπὸ τῶν ἑλλήνων καλεῖται, ἢ ἀπὸ τοῦ βατάλλου καλεῖται. Ναννητιῶν τὴν Βατάλον quendam Ephesium tibicinem, qui omnium primus in fema calcamentis usus est feminis, & fractis caribus & artem tibiarum remollescere profusus videtur: ab hoc exsolutos, & parum citos *Batalos* vocabant. Inde ergo fracti, & remolliti *Batali*, sic eos Hermogenes vocat lib. II. de Form. orat. Thomas Magister. Aeschines & alii. Sed latius jam isthaec Rhodigino acta. Verum enim vero, quum vulgaris scriptura non incommode possit tolerari, postquam isthaec conrectoribus designaverimus, eam omnino conservandam putamus.*

*Cune agili.]* Describit cinaedicam saltationem verbis subterpisculis, pariter quae ad illam mirifice faciunt, atque *Cinaedorum* ad agilitatem: quod & hic semel plene indicande faciat. Utrumque ergo utrique convenire, *agilem clivem* inquam, & *senur facile*, indubium est. Disertim Juvenalis Sat. XI. vers. 161. saltatricibus Gaditanis dedit *tenaculum clivem*, & itidem saepius *Martialis*, aliique. Ad obscena quoque traduci motum clivium agilium, neminem fugit. *Cessere* id vocabant antiqui. *Martialis* lib. III. Ep. 95.

*Sed paedicularis, sed pulere, Naecole, coeces.*  
*Perfus* Sat. I. 101.

- - - *An Romule coeces?*

ubi princeps Grammaticus: *molliscis? molles, & obscenitas clivium motus significat.* Vides ergo plane datum *Cinaedis*, feminis vero saepius a pluribus, illudque vocarunt *Crisfare*. *Lucilius*:

*Crisfatora, ut si frumentum clivibus canu.*

Carmen liberum de Telethusa:

*Crisfabit tibi fluctuante lumbis.*

Ea mens Ovidio de Sapphone Epistola ad Phoenem:

*Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat:*

*Cretaque mobilitas, atque verba juco.*

*Tibullo* item *Eleg.* IX. lib. I.

- - - *Nec tu multissime sentis;*

*Quum tibi non solita corpus ab arte mover.*

Inde, venusta compositione, puellae ea insignes mobilitate vocatae *Recollectivinae*. Idem tu puta de *femore* esse quoque dictum.

*Manu procaces.]* Locum non capio de *Cinaedi* mastruatoribus, ut volunt nonnulli, nec, ut alii, de impudicis illis, quorum characterem *Seneca* delineat in Ep. 52. Ibi enim signanter Hispano Philosopho illi notantur,

*Qui digito scalpunt uno caput.*

uti ex *Licinio Calvo* *Juvenalis* dixit Sat. IX. 133. quae impurissimis illis valde erat levis nequitia: potius enim sollicitationem subindicat, ut *Petronius* loquitur, frigidorum inguinum, cui etiam & manus adhibita. Sic *Martialis* ad *Lesbiam* lib. VI. Ep. 23.

*Scare jubes nostrum semper tibi, Lesbia, penem,*

*Crede mihi, non est mentula, quod digitus.*

*Tu licet & manibus blandis, & vocibus infles, &c.*

Ita & *Juvenalis* Sat. VI. 198.

- - - *Qual enim non excitat inqueon*

*Vox blanda, & nequam? Digitos habet, ut tamen omnes*

*Subsidant femae.*

Sive adjumentum ibi obsceni operis *Arbiter* inquit, quod inter alia designatum reliquit *Iberus Epigrammataris* lib. II. Ep. 105-

*Nec motu dignaris quis, nec voce juvare,*

*Nec digitis.*

*Molles, veteres, Delicci manu recissi.]* Videtur hic locus a *D. Augustino* adumbrari lib. II. de Civit. Dei cap. 7. *Quanto melius & honestius in Platonis templo libri ejus legerentur, quam in templis daemonum Galli abscinderentur, molles consecrarentur, insani secarentur.* Galli namque sacerdotes festi, & obscenissimi, ut ex *Luciano* notum, *Appuleio*que.

*Molles.]* *Mollis*, ait *D. Isidorus* lib. X. Etymolog. quod vigorem seculo enervato corpore addecoret, & quasi mulier molliatur. Inde molles opponuntur viris. *Cornelius Tacitus* lib. II. *Annal.* sub princ. *Exin adulterium Poppaeae, ac postremo MOLLITIAM corporis o'jectare.* (Asiatico nempe) Ad quod, *viduo* *flentio*, prorupit reus: *Et interroga, inquit, Silli, filios tuos, VIRUM me esse fatebuntur.*

*Veteres.]* *Exoleti*, vetuli *cinaedi*, & qui pueri vetuli argute *Petronio* ipsi dicuntur cap. XXVIII. *Et in Cannavio deliciae ejus ferebantur, puer scutulus, Iffus, &c.* Evocat ergo compares suos, comitumque, nam de ipsomet *cinaedo* subdit *En-*  
col-

colpius: *Et inter rugas malarum, &c.*

*Immundissimo me basio conspuat.*] Babigerum hifce verbis facit Cinaedum. prorsus enim spuitis perfundebat miserum, quem osculabatur. id ergo est, *basio conspuere*, summa concisione, summa elegantia dictum. Talibus Martialis etiam dedit *nares caninas*. quippe adf. uo mucidae. Catullus in Aemen, deformi puellae, *os non siccum*. Immunditiae namque character est. item stultitiae. Nihil aliud vult S. Ildorus Glossographus, & Papias: *Babiger, stultus, Babigera, stulta*. Inde puerilliam nos fatuos ac stultos adpellamus, *babesios, baberes, que se les cae la baba*.

*Sic, ex inguina mea dia multumque frustra moluit.*] Nunc Encolpius quia cinaedi, postea Aescylos, quia equum cinaedus mutavit. Addit, *frustra*, id est, sine voluptate Encolpii robusta.

*Moluit.*] Bonae sunt, quas hic conferunt, symbolae. Adde insuper ego ex Bibliis facis unum aut alterum. Jobo sic & verbum *molere* usurpatum cap. xxxi. 10. *Molat alteri uxor mea?* quod sic explicat D. Hieronymus: *Scorum sit alterius uxor mea*. Et Jeremias Thren. v. 12. *Iuvenes ad molendum rasuerunt*. Et idem S. exponit: *Adversitatibus impudice abusi sunt*. Ceterum conlatio illa, quam ad verba cap. xcy. *Quid sibi vult tam furitica molitio?* symbolae faciunt, omnino est ridicularia. Prorsus non viderunt, *molitionem* illam a verbo *molior*, non *molo*, duxisse originem. Est igitur ibi *molitio*, quaedam quasi machinatio, dictumque *ob gratatum credum*. Epigrammate item 94. hic etiam nuperrime laudat, longe aliud Antonium voluisse, cuilibet patebit legenti, sed si omnia *ἀκρίτως* adducta nobis indicanda forent, quam inficetum adgrederemur opus! & quam invidiosum nobis esset futurum! Verba autem illa *atque omni ei detexit recusantes*, mirifice rem ob oculos ponunt.

*Perfuebant per frontem sudantis acaciae rivi.*] Ad quid *Acacia* in caput cinaedo inducta, jam olim nos vidimus, uti sciunt non pauci, quibus primores nostras in Arbitrum notatiunculas communes fecimus. Postea apud Marcellium, Horatii interpretem, Commentum invenimus nostrum, unde nuper Bourdelotius protulit. *Acacia* ergo sudori immixta defluebat a capillis fucatis. Senex enim cinaedus canos tingebat, quibus malarum rugae mirifice consentiunt. Geminus est germanus ille, licet non fucatus, quem depinxit Appul. lib. viii. fab. Miles. *Cinaedum & Jeannem, eakum quidem, cincinnis semicanis, & pendulis capillatum*. Sic ab oculis sudantium culliblepharo oblitis manare, Eubulus ait in Stephanopolidibus, rivulus atramenti, apud Athen. lib. xiii. cap. i.

Κἀν ἔζητε τὸν Σείρες, ἀπὸ τῶν ἰφ' ἀλακῶν ἰδρούσας

Δύο ῥέεσι μέλανος, - - -

*Si per aestatem vobis est progrediendum foras, ab oculis continuo rivi*

*Duo fluunt atramenti. - - -*

*Et inter rugas malarum tantum erat cretae.*] Insignis, & tempestiva cinaedorum descriptio apud Appul. lib. viii. Metamorph. *Die sequenti variis coloribus indusati, & deformiter quisque formati, facie coenoso pigmento delita, & oculis obunctis graphice, prodeunt: mitellis, & crocotis, & carbasis, & bombyciniis injecti. Quidam tunicas albas, in modum lanciolarum quoquoaversum fluente purpura depictas, cingulo subligati. Unde & Petronius claret supra cap. xxi. ultimo cinaedus supervenit myrta sabornatus gausapila, cinguloque succidatus. Mulcibriter enim variis coloribus induti.*

*Tantum erat cretae.*] Facies quippe depicti cinaedi *creta*, usi potissimum more seminarum, quibus tantum ejus adhibitum (de deformibus sermo) ut forma velut sub larva omnino lateret; ea mens est Martialis lib. vi. Epig. 93. de Thaide:

- - - *Aut acida latet oblitae creta, &c.*

Plura *cretae* genera. de *Selinusia* sic Plinius lib. xxxv. cap. 16. *usus ad mulierum maxime cutem: lactei coloris est, & aqua diluitur celerrima. Ea propter summa cretatae cautio, ab quolibet humore declinare; exsertim Martialis ipius lib. ii. Ep. 41. & Horatius Epod. xii. Sudore igitur nunc cinaedi creta diluta. Alia praeterea & candori acquirendo olim suere usurpata: uti *gyssum*. sic de Medea Cicero lib. vii. fam. Ep. 6. *Optimatus matronis illa manibus gyssatisissimis persuasit. Item cerussa*. Plautus Mosell. Act. i. sc. iii.*

PHIL. *Cedo cerussam. SCA. Quid cerussa opus est? PHIL. Nam qui malas voluam.*

Et Ciceroni, *cerussatae buccae*, dictae sunt; & Eubulo apud Athenaeum lib. xiiii. cap. i. *πεοιπιπλασμεναι λιμυθιοις, cerussis oblitae* feminae, quo circa post paucos versus addit:

Ἐπι τῷ προσώπῳ δ' αἱ τριχες φορέμεναι

Ἰξασι πολλοῦ ἀνατλεῖ λιμυθιοῖς.

*Qui vero capillus in facie volitat*

*Cinno similis, cerussa plenus est.*

*Cerussatum* namque frontem adtingebat, non vero, quia *cerussa* foret capillus fucatus, quod insigne erratum fuit viri eruditi. Etiam *Melinum*. Ibidem Plautus. Vere autem *fulsum candorem* illum adpellavit Propertius lib. i. El. ii. *Ast creta* latius pro quavis terra candeficiente sumta auctoribus praefcis invenitur. Glossae veteres: *λευκόγειον, creta, cretifodina*. Sic & *cretatum* pro candido, uti *cretatum bovem* Juvenalis Sat. x. *candidum* interpretatur Scholiastes, & Persii Sat. v. *cretata ambitio* candidati sunt. Sed de fucis his alii quam insigniter hic nobis fucum faciunt!

*Detectum parietem nimbo laborare.*] Id est, parietem

riectis opus albarium nimbis esse dilutum. Id opus *teclorium* vocabatur; & ab ipsi albedine, *albarium*, etiam dictum; ex Vitruvio patet lib. VII. cap. 2. uti & conficiendi modus ipsum *albarium opus*, sive *teclorium*. Rem vero totam perspicue illustrat Bernard. Baldus Opere de verbis Vitruvianis erudito, voce, *Albarium opus*. Nostra haec mens jam olim, puto, & Wouwerii. Bourdelotius tamen aliter locum interpretatur, nec inconcinne. ipsum vide. Haud infrequens metaphora est ab parietum teclorii ad faciem variis officiiis cooperatam, & incrustatam. sic Juvenalis Sat. VI. vers. 468.

*Tandem aperit vultum, & tecloria prima reponit,*

*Incipit agnosci.*

Qui locus omnino capiendus est de facie illis, quibus domi apud maritos feminae faciem incrustabant, & removebant, ut moechis placerent, foras prodituri; puta, pane lacte afinino madido, & similibus, minime autem de cretae albedine, gypsiive, quam subinde inducebant faciebus. nam isthaec sane, non *prima tecloria* dicerentur. prius secunda: quippe ipsa inducta, postquam jam reposuissent prima. Vulgo hocce factitari etiamnum hodie videmus. Ubi tamen eius loci interpretes parum constantes video. Ratio dubio procul est, totius Juvenalis loci, ubi spectatio scelus illud perfringit mulierum, laxatio, ordoque veruum praeposterus, quod miror tot doctos viros non animadvertisse. Sic ergo vulgari leguntur nullo bono sensu, immo valde inconcinno, parumque cohaerenti:

*Interea foeda aspectu, teterrima vultu,  
Pane tumet facies, aut pingua Poppaeana  
Spirat. Et hinc miseri viscantur labra mari-  
ti.*

*Ad moechum veniet lota cute. Quando videri  
Vult formosa domi, moechis solitata parantur.*

*His emitur, quicquid graciles huc mittitis In-  
di.*

*Tandem aperit vultum, & tecloria prima reponit,*

*Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur,  
Propter quod secum comites deduxit asellas,  
Exul Hyperboreum si dimitatur ad axem.  
Sed quae mutatis inducitur, atque fovetur,  
Tot medicaminibus, coctaeque fleginis affus  
Accipit, & madidae, facies dicatur, an bul-  
cus?*

Ita autem reporendos cogitamus:

*Interea foeda aspectu, teterrima vultu,  
Pane tumet facies, aut pingua Poppaeana  
Spirat. Et hinc miseri viscantur labra mari-  
ti:*

*Tandem aperit vultum, & tecloria prima reponit,*

*Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur,  
Propter quod secum comites deduxit asellas,  
Exul Hyperboreum si dimitatur ad axem.  
Sed quae mutatis inducitur, atque fovetur,  
Tot medicaminibus, coctaeque fleginis affus  
Accipit, & madidae, facies dicatur, an bul-  
cus?*

*Ad moechum veniet lota cute. Quando videri  
Vult formosa domi? Moechis solitata parantur.*

*His emitur, quicquid graciles huc mittitis  
Indi.*

Mens sic Satyrici Poetae, quam supra tetigimus, plene percipitur, remanetque clarior,

*Quam Solis radii esse olim, quam solum'fl, fo-  
lent.*

Cap. XXIV. Quaesio, inquam, domina, certe *Embascicoetam* iusseras dari.] Valde hic viri cruditi notis ad Aristaenctum demiror incogitantiam, qui *Embascicoetam* incubum interpretatur. Nam praeterquam quod longius abit originatio, iniquissima insuper foret Encolpii querela. Si incubum enim promittit Quartilla, incubum praeficit. Neutiquam nos inficias imus, alios ab incubis esse cinaedos, sed in haec propudiosae libidinis fabula cinaedus plane incubi partes agebat, ut nos sit pluribus. Inquit de ipso Encolpius cap. praecedenti. *Super inguina mea diu multumque frustra morat, & paullo post: Ab hoc voce equum cinaedus mutavit.* Longe ergo alia fuit Arbitri mens. Nam poculi genus erat haud dubio *Embascicoetas*, cuius apud Athenacum mentio lib. XI. Dipnosoph. [p. 469.] Εμπόσιον καλεσμενον ποταριον Εμβασικωεταν κτας φησι καλεσθαι Φιλοβων ο Αθηναϊος. *Ephelus* poculi genus, quod nunc *Embascicoetam* nominant. Itaque quum, *Embascicoetas* datur, iussit Quartilla, poculum illud exhibendum, pro certo habuit Encolpius, mente autem Quartillae cinaedus erat, qui *Embascicoetas*, quod illa subdit: *Quid? tu non intellexeras, cinaedum Embascicoetam vocari?*

*Per fidem, inquam, vestram.]* Hic iurandum est, ut cap. c. *Per fidem, inquam, pater, cuius haec navis est? &c.* Encolpius sic Eumolpium obstringebat, ut verum diceret. Sic nos, *Per vestra se, Por mi fe.* Galli per *coire soy, par ma soy.* Formula istam erit in deprecationibus, & obtinationibus, usurpata. Exemplum in Arbitro non pauca. cap. XXIII. *Per fidem, saktem nobis ferce, qui te nunquam lapidavimus.* Et cap. XXVIII. *Per fidem, Emulse, reduc puerum.* At cap. cxiv. *Per fidem, miserere, oremadam tam tu p...* Sic Appulejus Miles lib. II. *per fidem vestri m' huius, Q. miles, per pietatem publicam, per nos dei su fide.* Quod etiam & Brillionius vidit in Formulis.

*Equum cinaedus mutavit.]* Nam usque huc, uti iam distinximus, Encolpius erat equus cinaedi. Cap.

(Q)

praep.

precedenti ipsammet inquit: *Sifer inguina mea diu*  
*mittumque frustra moli.* De hocce nequam in-  
cquitandi molo etiam meminere alii scriptores.  
Horat. plane expressit Sat. VII. lib. II.

*Cui locus ante agitavit equum lasciva supinum.*

Martialis lib. XI. Ep. 105.

*Hektoro quodlibet foderat uxor equo.*

Quem locum prae aliis libentius adduxi, ut, quam  
diversam Naso de Andromacha opinionem ha-  
buerit, obiter palam facere possem. inquit ergo  
lib. III. de Art.

*Parva rebatur equo: quod erat loquissimum, nun-  
quam*

*Thebais Hektoro iuxta refedit equo.*

Quod & antieris dixerat lib. II.

*Omnibus Andromae ve visa est spatiosior aequo.*

Hinc & equitare, verbum impuritatis. Juvenalis  
Sat. VI.

*Inque vices equitant, & luna teste moventur.*

Quod & cum Graecis habuere commune Latini,  
uti notatum pluribus. Eiusdem notae & illa Eu-  
molpi molitia cap. CXL. qui nimirum *puellam ex-  
oravit, ut fideret supra commendatam boritatem.* Et  
mulier apud Lucianum impudicissima, cuius  
videlicet nequissimas vester, & quo ipsa inequi-  
tare volupe habuit, asinus fuit, non equus. Ea  
vero Madaurensi scriptori *pendula venus* dicitur  
lib. II. Miles. fab. Ast & cinacdis nec illud de-  
fuit, ut prorsus feminae vel ideo viderentur.  
Clare Petronius, cui suppetiatum venit Appule-  
jus lib. VII. Metamorph. de eisdemmet loquens:  
*Passimque circumfusi nudatum, supinatunque jave-  
nem execrandis uredinibus flagitabant* Ubi & alia  
non pauca hujus Petronianae scenae gemina ger-  
mana. Item Arnobius lib. V. ubi Bacchi narrat  
propudiosam flagitium: *Et postica ex parte nuda-  
tus accedit, subdit, insidit, &c.*

*Bastisque dilhrivit.*] Infra hanc locutionem cum  
aliis similibus conferimus. *Tro* notae turpitudi-  
nis verbum, hic non adeo profligatae est, uti ali-  
liis in locis. Parissime autem cap. XCI. *Perfajum*  
*os lacrimis vultu meo contera.* Barba dixit Juvena-  
lis in re tamen longe turpissima, initio Sat. IX.

*Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habe-  
bat*

*Ravola, dum Rhodopes uia terit inguina bar-  
ba.*

Ceterum nequiori significato Petronio alias, ubi  
& nos alia.

*Et risu dissoluebat ilia sua.*] Pueri namque &  
puellae in risum proni, ea propter, modicum  
ridere, filiam apud Lucianum anus erudit, quip-  
pe, ut ille ait,

----- *Dijcunt etiam ridere puellae,*

*Quaeritur atque illis hac quoque parte decor.*

inquit ergo *διαλ. έταιρ. κό. Πώς ή ταύτη έατήτα-  
τη άντρα; κρώ. Τό μιν πρώτον κατακομύσα έαν-  
την έπρωώς, & έσαλής έσαι, & φαιδός πώς*

*έταρ. τος, έτοι άρρη ή καγγυζειν έσδιως, καθέπειρ  
σου έταδως, άλλος μειδύστω πού & έπαγωγόν COR.*

*Quo pacto autem haec acquisivit Lyra? CRO. Prin-  
cipio quidem exornando seipsam eleganter, deinde fa-  
cilem atque hilarem gerendo se erga cunctos; non eo  
quidem usque, ut in caccinnum facile solveretur,  
quemadmodum tu soles, sed adridendo suave ac blan-  
dum quiddam. Sic Circe infra cap. CXXVII. *risit tam  
blandum*, ubi nos plura. Haud secus nequitiarum  
magistellus in lib. III. de Arte suas etiam puell-  
las edocet, qui locus & Petronio nunc adpositis-  
simus:*

*Sint modici ridus, parvaeque utrinque lacunae:  
Et sanimos dentes ima labella tegant.*

*Nec SCLIA perpetuo contendat ILIA RISU:*

*Sed loquor, nescio quid, femineumque sonet.*

Cui facit & illud Varronis: *Ridus parvissimus, ut  
resrenatus risu roseo.* Arbitr, *dissoluebat*, inquit,  
sic Arnobius lib. I. *Atque in lasciviam dissolvamini  
caccinorum.*

*Cujus esset puer.*] Puer hic *άγνώος* accipiendus,  
nam Gitonis aetas puerilis demonstratur; quae  
una ex notionibus ejus, ut supra jam diximus.  
Planum hoc ex praefatio illo, quo Gitonem A-  
scyltos quaerit, cap. XXVII. nam ibi serio agitur,  
& inquit praeco: *Puer in balneo paullo ante ober-  
ravit amorum circa XVI. &c.* Itaque fere semper  
de Gitone dictum hoc in Satyrico.

*Mox manum dimisit in sinum*] Vicem subeat in-  
terpretamenti locus Senecae P. ex praefatione in  
lib. IV. Controveri. *Inter juveniles condiscipulorum  
sinus lasciva manu obscena luserit.* Sic, *turpia lu-  
dere* Juvenalis Sat. VII. Accinit & illi Rhetori Ci-  
cero Christianus, Laetantius inquam, lib. I. de  
Fals. Relig. cap. 20. *Et Mutinus, in cuius sinu  
pudendo nubentes resident, ut illarum pudicitiam prior-  
deus delibasse videatur.* Apertius & morem itum  
refert S. Augustinus lib. VI. de Civit. Dei cap. 9.  
Feminarum autem *sinus* haud prorsus absimilis.  
ipsarum namque in sinum manum immittere,  
etiam inter contrectationes impudicas habitum.  
Terentius Heauton. Act. III. sc. III.

----- *Vidine ego te modo manum in sinum huic  
meretrici*

*Inferere?*

Quod Plauto omnino est, *papillam perstrare.* Un-  
de & notior redit Catullus, quam ad Passerem  
Lesbiae:

*Qui cum ludere, quem in sinu tenere.*

Item Amalthaeus:

*Fert nitido duo poma sinu formosa Lycoris:*

*Illa eadem nitido fert duo fraga sinu.*

Et vetus quidam Poeta:

*Sinus expansa profert cinnama.*

*Asculo tam rudi.*] Sic, *rudes lacernae*, sunt  
Martiali novae; uti &, *rudis toga*. unde locum  
elegantem petivit Ep. 36. lib. III. Ita *rudes curae*,  
nuperrimae, nondumque per ora hominum e-  
vul-



vulgatae. Sic *rudis foetus capellae* eidem tenellus est. & Tertullianus parissime de infantis sanguine cap. 8. Apolog. dixit: *Fugientem animum noxam fletu, excipe rudem sanguinem.* & Appulejus lib. 1. Miles. *Quae vel auditu noxa, vel visu rudis.* Sic & *filia rudis* ipsi Valerio est, immatura virguncula, pusilla. Et Ovidius iv. Pastor. similime inquit de Iuvenca nondum marem experta:

----- *Juveneam*

*Mactarunt operum, conjugique, rudem.*

Et Epi sola Helenae:

*Sum rudis al Veneris furtum: nullaque fidelem  
(Dii mihi sunt testes) iustissim arte verum.*

Uti Arethusa apud Propertium lib. iv. El. ii.

*Quam rudis urgenti brachia videri dedi.*

Quoniam igitur pacto, adloquor virum doctum, inter titulos censendus est puer parvissimi peniculi, nondumque Veneris initiatus; si necessarium tituli futuri sunt Cornuto immanibus pensilibus juvenes peculiati? Hocce adhuc plantas sit ex frequentibus: *Hodie post asellum diaria non fumo.*

*Hic, inquit, tulle cras in promulside libidinis noxae, &c.]* Hoc translativè dictum, ut supra monitum est, ad verba cap. xxi. *Gustatione mirifica: iusti.* Ait ergo scortillum, in *promulside libidinis nostrae*, id est, ac si diceret, loco mihi erit Veneris gustationis, & irritamenti libidinis. scite, nam in gustu, quae aviditatem cibi provocarent, exhibita.

*Militabit.]* Verbum amoris Ovid. lib. i. Amor. El. ix.

*Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido:*

*Arice, crede mihi, militat omnis amans.*

Et in Epistola Didonis:

*Errat, Amor, castris militet ille tuis.*

Etiam Veneris, qui utus longe ab superiori diversus, nunc Petronius, perinde atque Appulejus lib. ix. Metamorph. *Convivium prima stipendia Veneris militabant noxi, & nudi, milites.* Puto & Horacius lib. iii. Carm. xxvi.

*Vixi pusillis nuper idoneus,*

*Et militavi non sine gloria.*

Sic & *militiam* usurpavit Naso lib. iii. Amor. El. vii.

*Quae (membra) nunc ecce vigent intempestiva, valentque:*

*Nunc opus exposcunt; militiamquo suam.*

Item *raehuri* translatum. Appulejus lib. ii. Miles. *Tota enim nocte tecum fortiter & ex animo praehaber.* Alibi: *Praehiare, & fortiter praehiare.* Item *Augur*: Cornelio Gallo, sive quisquis ille sit:

*Foris ad occasum ni fignem solis ab ortu,*

*D. trabat ignavo protinus arma Venus.*

Ita & Petronius cap. ix. *Cum supra muliere pugasti.* Primam autem velitationem, levemque pugnam innuit nunc Arbitr.

*Hodie enim post asellum diaria non fumo.]* Hunc

locum licet infra attingamus, loco proprio nunc magis intueamur. Afini ingenti membro sunt praediti: unde te bene vasati homines *aselli* dicti. Plane Javenalis Sat. ix. 92.

--- *Alique hiepidem sibi quaerit asellum.*

Huc indubie meretricula adlucit, ludens scilicet ambiguitate vocis *asellus*, denotantis promulsidis gestatores, quorum inferius haud ambigua mentio cap. xxxi. *Ceterum in promulsidari asellus erat Corinthius cum Lysaccio positus.* quem qui vas fecit toto coelo aberravit. ex Corinthio aere asellum erat elictus procul dubio, cui iudicium facit indubitatae fidei impositum *Lysaccion*. Sive ad *asellum sycem* respexit, qui valde olim preciosus & gulonibus exactus. Plinius lib. ix. cap. 17. post accipienierem *praecipuam auctoritatem fuisse aspo, & ASELLIS*, ex Cornelio Nepote, & Laberio, tradidit.

*Diaria.]* Lexicon vetus: *ὄψιον, Opsonium, Diarium.* At *diarium* tenuissimum erat opsonium, nempe alimentum unius diei, exiguum tamen, ut patet Krurorum, ancillarumque (Horat. lib. i. Ep. xiv.) eorum item, qui in carcere vinciti. Sic Seneca Pater Controvers. 27. lib. iv. *Quum introdundus esset e carcere in Senatum, postulaturus ut diaria ei daret.* Victorum autem vicium ita tenuem fuisse, ut solum mortem proliberet, minime autem augetet vires, notum, vel ipso Sallustio testante lib. iii. Hist. *Namque ut illis (alimentiis carceris) exiguitate mors prohibetur, senescunt vires Mulierulae igitur dicaculae mens cuiquam jam satis non patebit?*

Cap. XXV. *Al aurem ejus.]* *Al aurem*, sive, in *aurem*, aliquid dicere, antiquis erat, secreto nimirum loqui. id nos *hisor al oido* dicimus. Ipse Petronius cap. xxviii. *Et tary an in aurem secreto aliquid diceret.* Sic & cap. lxxxvi. *Consurrexerit ad aurem miles dormientis.* Inde facillime quendam Cinnam Valerius noster infectatur Ep. 90. lib. i.

*Garris in aurem semper omnibus Cinnam,*

*Garris & illud, t. se quod licet turba.*

*Riles in aurem, quereris, arguis, ploras,*

*Cantus in aurem, iudicas, taces, clanas.*

*Adore penitus felle hic tibi moris,*

*Ut fasce in aurem, Cinnam, Coesorem laudes.*

Sed nondum Cinnarum genus extinctum est, aures videlicet miserorum, quibus obviam sunt, perpetuo obtundentium.

*Devirginatur.]* Glossae Isidori: *Devirginat, corrumpit.* Sed plura de hoc verbo interpretes. Ad eius normam simili in re simile verbum conflatit Caecilius Comicus, nimirum *deintegrare*. inquit: *Notum virgines*, (sic factus est legere, quam *nomen virginalis*) *nisi m'rum est, deintegravit.* Bene ergo interpretatur Nonnius, *deminuit*. Minui enim dicebantur virgines, quum earum *virginitas interseidatur*, ut Appulejus loquitur,

(Q 2)

quod

quod itidem Livius, expugnare decus muliebri, vocavit.

Et quae non plus quam septem annos habere videbatur.] Sic nescio quae Dionysia apud Poëtam veterem (Martialem patant Scaliger, & Scrivenerius) ostensim scilicet, sacris itidem Veneris initiata; tale ergo in ejus monumento elogium legi, finxit Epigrammaticus:

Hic iucae exutis Dionysia stebilis amnis,  
 Extrinsum tenui quae pede rupit iter.  
 Cujus in octava Isistevia surgere messe  
 Ceperat, & dulces fingere nequitiis. &c.

Nec puellam ejus acavis esse, ut muliebris patientia legum possit accipere.] Huiusce sententiae elegans illa Allegoria Horat. lib. II. Carm. V.

Nondum subacta ferre jugum valet  
 Cervicæ: nondum mania comparis  
 Aquare, nec tauri ruentis  
 In Veneream tolerare pondus.

Ἀρχαίος erat Psyche, Quartillæ autem videbatur jam γαμίζεσθαι posse. inquit ergo Platarchus in libello de Amore: Χάος γάρ, ὁ Πρωτόγενος, ἢ ὁ Σήλοσ ὑπὸ τοῖς τῷ ἀρίει κίχλησ πάρος τῶν παλαιῶν καὶ τὴν ἑπο γάμων ἔρχουσαν ὡσαν ἢ Σαπφῶ παρὸς αὐτοῦσσι φησὶν ὅτι σπονδῶ μοι παρὶ ἑμῶν φάινται κῆρυκεσ. Chiris enim, o Protogenes, à veteribus vocatum fuit obsequium, quod femina viri praestabat, atque adeo Sappho quandam nondum viro maturam compellans, ait: parva mihi videris, & ἄλλοις, hoc est, Charitum Venerearum expertis. Idem & Scholiastes Pindari, Sapphone itidem laudata efficit. Etiam Maximus Tyrius Dissert. VIII. sed καὶ ὁσπερδολῶ, inquit Heliodorus, καὶ εἰς μνηστικῶν ἑμῶσιν φησὶν ποσδολῶν. Formae excellentia multum etiam addit ad proceritatis speciem. Ideo Chariclia, ipso referente, Charicli videbatur, jam matura viro, etsi non plenis nubilis amnis. Inquit ergo lib. II. Ἄγχι με παρὸς αὐτόν, καὶ δεικνύσιν ὅσος, ἀμύλασ τε καὶ δαιμόνιοσ κάσος, ἢν αὐτόσ με ἐπιλασθῆ γερουσίνοσ ἐλεγεσ, ἐμοὶ ἢ νῦν ὡσά γάμωσ περὶ κησίζεσ ἔφησ. Ducit me ad sese, & ostendit puellam, insigni & divina forma praeditam, quam ipse annos septem natam esse dicebat, mihi vero jam non procul abesse à tempore apto conjugio videbatur. Septennis erat, ut Pannychis. Sed notandum etiam est, quod ille nimirum, qui istiusmodi puellarum potiretur immaturarum, Siculos, acerbas uvas decerpentes, imitari dicebatur. Aristaenetus lib. II. Ep. 7. Σικελὸσ ἐμῶσ κησίζεσ Πεδουλίησ περὶ αὐτοῦσ παιδιστάροσ, καὶ ὁ φιλόμαλοσ ἀμῆσ. Siculos imitari videris, acerbas uvas legentes, quum puellam ante tempus decerpis, etiam bastorum imperitam: quod postea apud Graecos abiit in Proverbium, referuntque Zenodotus, Diogenismus, & Suidas. Sic apud Eulathium ad Ilinciam, suae virginittatis florem praemature delibare satagentem, inquit Ismene.

φῆσαι παρθενίασ ἐμῆσ· μὴ παρὸς ἑτέροσ ὀπιλιησ τῆσ εἰχνοσ, &c. μὴ τίνεσ καὶ λὴν τρυγητοσ ὀμῶσ κησίζεσσαν. Parce virginittati meae, ne ante messem spicam evulseris, &c. ne acerbam uvam decerpseris. Unde iam & splendida lux Horatio adfulget eodem in Carmine. nescio an ejus viderint interpretes:

----- Tolle cupidinem  
 Immitis uvae. -----

Est omnino illi, immitis uva, quae Varroni, virgo acerba, in Satt. Sic Nicetas Choniates lib. I. Andronici: Καὶ παρὸν κησίζεσσασ ὁσπερσ τὴν ὀμῶσ κησίζεσσαν. Amphlexatusque est maturus acerbam (virginem). Pariter ergo ὀμῶσ κησίζεσσαν ulurpavit nam supra Eulathius quoque dixit σαφῶσ λὴν ἐμῶσ κησίζεσσαν, uti & Glossae veteres: Ὀμῶσ κησίζεσσασ, acerba uva, uva immatura. Isthæc ego sic ad lujus Petronii loci illustrationem jam pridem concinnaram. Sed postea quum in eruditi Bourdelotii Commentarium incidere mus, pauca ex eis addingentis, delendo, ut meum est institutum, calamus jam paratus erat. Sed continuo femel eis parcendum in praesentia decrevi, fors inde nonnihil gratiae à Lectore initerus: praecipue quum methodus hic mea modisque procedendi longissime alius mihi servatus olim sit.

Quum primum virum passa sum.] Ovidius v. Fast. Virgineo nullum corpore passa virum

Immerito hic in Sciopium invehuntur Symbolae. Junonem meam iratam habere.] Formula isthaec execrationis est, ut infra ad verba cap. CVIII. Data ergo acceptaque patrio more fide, dicimus. Nunc vero inquo in imprecationibus etiam iratos deos fuisse invocatos antiquis. Afranius-Deposito:

----- Dii sint tibi irati,  
 Qui conciere cogites tantum mali.

Ovid. III. de Arte: Crimina dicuntur, resonat clamoribus aether: Invocat iratos & sibi quisque deos. unde lux ipsi Arbitro cap. cxxxiv. ubi Proseleus anus enervatum profatur Encolpium; Nec contentus ipse peccare, mihi deus iratos excitasti.

Poste taurum tollere.] Nequiter proverbium traductum, de quo jam plus satis interpretes, de taurique significatione. addam tamen locum Horatii ipsis praetermissum Epod. XII.

----- Pereat male, quae te  
 Lesbia quarenti taurum, monstravit inertem.

Ne majorem injuriam in secreto.] Elegans injuriae acceptio de stupro. saepius Petronius cap. LXXIX. Voluitusque liberius cum fratre non suo, sive non sentiens injuriam, sive dissimulante. Et cap. cxxxiii. Usque in injuriam vigilavit. Et cap. cxi. Accessi tentaturus an pateretur injuriam. Hinc etiam & locus ille cap. cvi. interpretandus: Nec se minus grandi vexatam injuria. Convincit impuritatis vox, vexatam, de qua alias. Similiter usus & Plautus Cistellaria I. III. 32.

*Ita illi ut it, ejus ex injuria  
Porsiphe] gnatum, atque eam se servo illico  
Deditque exponendam.*

Itidem & Nais Epist. Helenae :

*Utilis i. tordum est ipsis injuriis passis.*

Conjurrexi ad officium nuptialis.] Hoc est, ut ad-  
essem ad nuptiarum celebrationem, & sollempni-  
tatem, meque comitantium nuptiali pompae immi-  
fecerem, videlicet ne majorem injuriam frater in fe-  
retero acciperet. Exorbitant enim, qui ad nequam  
magis officium desistere locum solum conantur.  
Enim vero sic apud Tranquillum idem nuptia-  
rum officium in Claudio cap. xxvi. *Ac six uno  
interposito die consecit nuptias, non reperitis qui se-  
querentur exemplum, excepto Libertini quodam, &  
altero primitivari, cujus OFFICIUM NUPTIA-  
RUM & ipse cum Agrippina celebravit.* Et in Ne-  
rone cap. xxxviii. de nefandis ejus cum puero  
Sporo nuptiis loquens: *Candide, & flammeo per  
Jovene NUPTIARUM celebratio OFFICIO deduc-  
dam ad sese &c.* Solemnitatem ergo pluribus re-  
bus adhibitam, pompamque comitantium, notissi-  
mum est, priores officium adpellasse. Sic Tertul-  
lianus cap. 16. de Idololatria nonnulla recensuit:  
Circa OFFICIA vero privatarum, & comitentium,  
solemnitatum, ut togae purae, ut sponsalium, ut  
NUPTIALIUM, ut nominalium, nullum putem  
periculum observari de statu idololatriae, quae inter-  
venit: causa: enim sunt consideratae, quibus praes-  
tatur OFFICIUM. Agimus de aliis nos Opere  
in illo. Officium ergo pompa erat, comitatus  
plane cum Arbitro Appuleius lib. iv. Merum  
Consensu parentum tabulis etiam maritus nuptiatus  
ad nuptias, OFFICIO frequentis cognatorum & affi-  
nium stipatus.

Cap. XXVI. *Puellae caput incederat flammulo.]*  
Trita res nuptiarum ritus hac, etiam ludicra, se-  
na servati. Flammæ manus, nuptiarum vultus  
velare. Martialis:

----- *Velar ut flammæ vultus.*

Velatae enim ubique gentium novae nuptiae: &  
inde ab *nubende*, id est, velando, dictae nuptiae;  
nobis exia *Velaciones*. Caper lib. de Orthograph.  
*Vir ducit, mulier nudit, quia pallio obnubit caput  
suum, genasque.* Illud Petronio, involvere. Flam-  
meum dictum velum illud, aut vitta, quasi *Flam-  
meum*. Sive quia eo assidue utebatur Flamini-  
ca, uxor Flamini, auctore Festo, cui divor-  
tium facere non licuit: sive quia lutei coloris,  
qui flammae similis, ac floris calthae, & geni-  
tae, ovique vitelli, sed nonnihil purpurascens.

*Praeferebat facem.]* Nuptiale verbum, *praeferre*.  
Martial. lib. iii. Ep. 93.

*Uxorque taedas praeferat novae nuptae.*

Seneca, sive quisquis auctor est Octaviae Act. ii. sc. ii.

*Hic mihi jugales praeferat taedas Deus.*

Alii. Idem, *Praelucere*, Graecis *δραδίζω*. Ser-  
vius ad illud iv. Aeneidos, *Fugere ignes,*

inquit: *unde hodieque & facies praeferebat.* Uellus:  
*Resi solit fax, qua praelucente nova nupta deducta  
est.* Martialis lib. xii. Ep. 42.

*Praelucere facem.*

Ipse autem, qui praelucebat, *δραδίζω* Philo-  
strato in Epistol. Latine *praelucens*.

*Facem.]* Facibus illis nuptialibus, lucis quod  
satis est, dederit plures Posturum interpretes;  
& non pauci, qui de nuptiarum ritibus scribere,  
Lis tamen adhuc est inter Criticos de ipsius nup-  
tialis facis materie: an *pluviam*, an *fluvium* fe-  
cerint scriptores. Sed sic ego exillimo: ex utra-  
que arbore sacrum indubie confectae; ita etiam  
Plinii aevo ex *carpino*, & *corryo*, ut ipse testatur  
l. c. *cerreas* & fuisse adierit Servius ad viii. Ec-  
log. Virg. *quae quasi dimissimè luceant*. Eas quo-  
que *odoriferas* fuisse factas, docuit me Aristaenetus  
Ep. 13. lib. i. hadaenim nimirum piceae aroma-  
ta inducebant, uti nos facibus nostris eam;  
loquitur de nuptiis Acontii & Cydippae:  
*Ἐκων ἡ κατὰ δάμαζε δαίσις ἐν λιβανωτῶ συγκρι-  
μυαί, ἀσι λυα κραιπύ, κῆν θυαυιάδ, κῆν παρι-  
χιν τὸ φᾶς μετ' εὐωδίας.* *Ardere interea in acidi-  
bus taedae tunc accensae, ut simul & arderent, &  
jussissent aedes, humerique cum odore suavi praebarent.*  
Haud vero Varronis retinenda est facis nuptialis  
origo, Virgillii etiam Scholiaste eam referente:  
*Varrus in Aetia dicit, sponsae facies praefere, quod  
antea non nisi nocte ducta tur ab sponsae.*

*Longum agmen.]* Servatus hic & mos ille, qui  
hodie quoque omnino servatur. Satagebant igitur  
antiqui, ut ingenti comitentium frequentia  
Jomum sponsi nova nupta deduceretur. Quinti-  
lianus Declam. cvi. *Vis scire quid sint nuptiae?  
A specte illam virginem, quoniam pater tradidit, ex-  
tem die celebrari, comit nite pagis.* Plures. Id vo-  
cabant, *officium nuptiarum*, uti iam dictum; & ad  
*officium venire*. Suetonius Caligula cap. xv.

*Plaudentes.]* Hinc novinus, inter nuptiarum  
sollemnia fuisse plausibus locum; quod à Graecis  
Romanos accepisse, observo ex Aristacneto Ep.  
10. lib. i. ubi insigne rei testimonium, dum A-  
contii describit Cydippaeque nuptiarum celebra-  
tione: *Ἐπεὶ οὖν ἡ πότις ἀνακτὶ ἐπὶ κρητῆι, κῆν ἡ δὲ-  
ξία τοῖς δακτύλοις ὑπερλαμύνοσ τὴν ἀρσιστεγάνη πλη-  
την εἰς τὸ κῆλον. Ἰὴ ἀσπν αἱ χεῖρες ὑβωνοῖσ συμ-  
πλητῆσεναι προπον κραιπύλων.* Qui locus male ab  
docto interprete habitus, dum τοῖς ὑπερλαμύνοις  
δακτύλοις, reddit, *digitis diductis*: quum gestus  
plaudentis, verbumque ipsum omnino velint  
*contractis*. Latine ergo sonat floridus scriptor:  
*Alius ad cantionem modulomini plaudabat, dextera-  
que manus contractis digitis subjectum sinistram ferie-  
bat in cacam, ut manus percussae instar cymbalorum  
modulatum sonum efficeret.* Vide quae nos de plau-  
sibus supra.

*Taliumumque ingesta exornaverant veste.]* Illud  
est Aristacneti in eadem Epistola: *κῆν δευτεροσ*  
(Q 3)

ὁ θάλαμος ἐνομιεῖτο thalamusque iterum exornari coepit. Thalamus ergo est, quod post pauca cubiculum vocat: correptumque Girona in cubiculum traxit, Quartilla nempe, quod erat pronubae officium. Cui simile est illud Luciani Dialog. Panop. & Galen. ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπὸ λυθροῦ εἰσαν εἰς τὸν θάλαμον, ὑπὸ τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ ἘΠοσειδῶνος παραπυρθόντες. Thetis ac Peleus concesserant intro in thalamum, deducētibz eos Amphitrite ac Neptuno.

[Facerent.] Facio, etiam verbum libidinis. sic cap. LXXXI. Facient nunc amatores obligati noctibus totis. cap. CXLII. Facuerunt ergo una, non tantum illa nocte, &c. Martialis XI. Ep. 23.

----- Quod nudo cum Ganymede facies.

Per rimam adplicuerat oculum curiosum, & libidinosam speculabatur diligentia.] Schema furtim spectantis. Sic cap. XCII. Obiterque per rimam foris speculanti diligētissime coepi. Appulejus lib. III. Mil. Ipsa per rimam ofstiorum quantum iuliet spectare. Et lib. IX. Ac de rima quidam prospiciunt.

Oculum curiosum.] Subinde curiosos oculos, patientes porta, spectaculi prospectu gratissimo reficiens. Appulejus lib. X. Metamorph. Sic & alias.

Commonebat valgiter labra.] Lamias turres, & pectines solis nobis hic exhibent Critici suis commentationibus. nos vero, quae nostra sunt, conueto more, sincere proferimus. Valga igitur illa labiorum commotio, oris est omnino conformatio osculum laceffentis; ea autem haud aliter, quam labio obtorquendo, forasque vertendo, fit: quod antiquis Valgire dictum, ostendunt Grammatici. Inquit in Glossis S. Isidorus: Valgis, foras versi, tumentibus. Lege, foras versus, & labiis intellige. Nec aliud Fulgentius vult, quum alterum Petronii fragmentum profert in Expositione sermonum antiquorum ad Caledian Grammaticum: Valgia sunt labellorum distortiones in sapinatione, sicut & Petronius ait: Obtorto valgiter labello. Apertius tamen Balbus Catholico: Valgia à Volvo dicitur, quasi Volvia, id est, Retortio. Inde equidem rectius forsan deducere videor mihi vocem nostram, balfo, scriboque Valfo. Graphice illum habitum oris expressit Hispanus Isidorus: foras versus, tumentibus. Porro & Graecis sunt valga videlicet labra χειλῶν λοξῆ dicta, uti ex Arinaei Epigrammate iam pridem ego observaram. Postea idemmet & Jos. Scaligero in mentem venisse, ipsum ab eo Latine factum Epigramma fecit ut credam:

Ὅμματα διδούς κρυθίαν ἐνθάλασσα πυρρῶν,  
Χείλα δ' ἀγροβαρῆ λοξὰ παρακτανυείς.

Vertit Scaliger:

Lumina distortae tacitas prodentia flammis,  
Ductas purpurea valga labella rosa.

Effinxit & Anacreon in suae puellae imagine:

Γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,  
Προβαλλόμενον φίλγμα,  
Facito labella Suadae,  
Quibus osculum laceffat.

Ceterum subdit Balbus: Proprie enim labiorum obtorsio est, quam facimus, quum aliquem deridemus: unde Valgire est retorquere. Unde & dies omnino inluxit Principis Comici loco in Milite II. I. 16. qui totiens viris doctissimis negotium faceffat. Ratio autem in proclivi est, eadem enim oris est conformatio contemnifica, ac basiorum est invitabunda.

[Et me tanquam furtivis osculis verberabat.] Acute hic more suo Arbiter. Revera oscula Quartillae furtiva non erant, videbantur tamen, quum quicquid temporis à spectaculo vacaret, osculationibus velut subriperet, ac furaretur. Ideo illud tantquam, opportune additum. Proprium autem vocarentur oscula furtiva, quae praesente patre, aut custode, aliove, averso tamen, atque, ut scire sit, à tergo amanti imprimeret puella. Pari ratione Hispani haud inscite vulgo id vocant, à Hurtadillas. Praeterea, osculis verberare, dictum ut cap. XXIII. basio consueverit. & cap. XXIV. basio distorere.

Cap. XXVII. Videmus senem calvum.] Incipit hinc Neronianae hujus fabulae Actus Trimalcionicus. Sub larva autem Trimalcionis ipsum Neronem Principem latere, alij jam subodorati sunt. Longum vero eruditus ille vir aberravit, qui in Horatium edidit Quotidiana: dum ex Trimalcionis calvitie, sive rasura, ut ille vult, ipsum conditione libertina, libertumve fuisse, auguratur. Paucis id palam hic facere in animo est, simulque rei toti adpositum Praefatiunculam. Primum equidem quaero, anne Libertus, ut Deus Mercurius, effingi nimirum auderet, quod Caligulae Principis, ut postea dicemus, fere omnibus fuit audacius deliramentum? insuperque ab ipsa Minerva tenebris duci, quum ideo vel suo Jovi fastus infamissimi nota inureretur? Sed quid loci est ambigendi reliquum, quum plane ipsemet se praebeat denique divinandum, & in Deorum numerum à Mercurio referendum? quae omnia cap. XXVIII. parent. Praeterea addimus, quod etsi iam dicta removerentur, imo potius ingenuitatis indicia reperiri facile foret in de Trimalcione narratiunculis, quam ejus videlicet libertinitatis. Ingenuorum dignitatem totam in Praenominibus Romanos antiquitas postam habuisse, jam olim observavit Turnebus lib. II. Advers. cap. 19. adductisque fulcivit testimoniis, illis quippe servi generis homines nimirum carerent. Quo & illud facit Horatii lib. II. Sat. V.

Quinque, puta, aut Publi (gaudent praenomine molles Auriculae.) - - -

Et Ciceronis Ep. 32. lib. VII. Tam. *Quod siue*  
*Trimalchionem & Junium dicitur, ut dicitur, ut in epistola*  
*am magistri, &c.* Amici namque, inter se hono-  
 res adhibere consueverunt. Talem ipse Trimalchio,  
 paullo post quadam in inscriptione solas praeco-  
 nuntias nota insignitus. Unde Doctus P. ma-  
 nifeste tamen illam eodem Trinebo, Trima-  
 leonem nobilitas animadvertitur. Juvat & in  
 eadem inscriptione *Magistri*, additum. *Magistri*  
 namque Imperatores dicti, ut ibidem notat Bour-  
 delotus. Sed quid? quum nec rasura interitio  
 fuerit invidibilis ingenuitatis, & libertinita-  
 tis; siquidem liberti saepius insigniter reperian-  
 tur comati, cuius unico testimonio, inlutri ta-  
 men, erimus in praesentia contenti. Ecce su-  
 perbus ille caudicatus est graphice Martiali figu-  
 ratus, qui, adhuc servili Epigrammate frontem  
 quam haberet inscriptam, nihilominus tamen  
 delicatissime capillatus memoratur eidem Ep. 29.  
 lib. II.

*Cujus ovis toto pinguis coma Marceliano.*

Nec te remorari debet, quod *Procurator*, quod  
*Dispensator*, videatur quoque designari Trimalchio.  
 nam simulata ea plane dicta sunt, ut quemad-  
 modum ad summum Imperii fastigium erectus  
 Princeps foret, vel ita commode à Satyrographo  
 percuto possit subinducari. Quod etiam ut  
 inanimissimum Princeps depingendum curasset,  
 suspicari me Hercules maxime est proclive. Apce  
 enim dispensator de Imperatore diceretur; quod  
 equidem, si probatione indigeret, satis superque  
 hic redderem manifestum. Deformem ergo, ut-  
 que ridiculum senem quam vellet Petronius Tri-  
 malcionem proponere, opportune reapse calvam  
 eiecit, quae ultima deformitas, ut saepius in  
 isto opere ostendemus. Nec te loquendi modi  
 turbare debent, nam *raius* pro calvo, vicissim-  
 quae *calvus* pro raso Petronio, ut aliis parcam,  
 utupati videlicet, cuius Siren testimonia exhi-  
 bebant. Juvenis vero Trimalchio erat depictus,  
 ubi Mercurium induerat capillatus; quae omnia  
 diligenter curiosus pictor cum inscriptione red-  
 diderat. Addimus autem in fine, quod, licet  
 toto in Satyrico Arbiter tangat Neronem, hic  
 tamen mores eius, ingenium, ac delicias signan-  
 tissime exprimendas sumptuose videatur.

*Inter pueros capillatos.*] Fueri, quibus impudice  
 utebantur, capillati. Commendatioribus plane cri-  
 nibus vultus. Talis erat ficti divitis apud Mar-  
 tialem grex:

*Quem grex togatus sequitur, & capillatus.*

Et alibi ipsorum mentio:

*Ludimagister, parce simplici turbae;*

*Sic te frequentes audiant capillati.*

Sed hocce caprimulgis notam. Exin Ganymedes  
 καὶ γοῖς, καὶ κρυφῶς, formosus, capillatus Luciano,  
 pluribus.

*Ludentem pila.*] Pilae laium parum seni oppor-

tunum, juvenum propriam esse. Trima fronte  
 videbatur eoque. Sic Apollinaris lib. V. Ep. 17.  
 de Illimatio senex:

*Augus & ipe manu juvenum tentare labo-  
 rum.*

*Sphaeristarum se turm illius constanter immiscuit.* I-  
 deo, inquit Savaro, seni Trimalcionem inlu-  
 dit Petronius. Sed omnia haec simulata. Ver-  
 rum enim vero saepius pila senes etiam exerci-  
 tati. clare indicat illud Martialis lib. XIV. Ep.  
 47.

*Ite procul juvenes, mitis mihi concenit ae-  
 tus;*

*Folle decet pueros ludere, folle senes.*

Et Spurina apud Plinium juniorem: *Movetur pila*  
*vobementer & aitu: nam hoc quoque exercitationis*  
*genere signat eam senectute.* Pariter & in inscri-  
 ptione antiqua apud Vesterum Monum. August.  
*Uijus Togatus*, qui senex, ipso testante, primus  
 vitrea lusit pila.

*Qui solatus pila sparsiva exercebatur.*] Adfentior  
 hic adferentibus, trigonali pila ludere Trima-  
 leonem, ostendere nunc Petronium voluisse.  
 Omnia enim quae de illa tradunt viri doctissimi,  
 adprime verbis Arbitri conveniunt, nos singula  
 testimonia evincimus. Primum inquit, *solatus*,  
 aptissime, nam illo pilae genere inferiores  
 ludentis partes firmae manebant, superiores  
 vero agitabantur continuo, unde recte Mercuria-  
 lis de illo cepit Celsum, quum cap. 6. lib. 1.  
 alvum lubricam medicatur: *Quem vero frequenter*  
*citata alvus exercet, huic opus est pila, similibusque*  
*superiores partes exercere.* Solcatus ergo: immo-  
 tae quippe inferiores luforis partes illo lufus  
 genere; alio enim quolibet soleae forent impedi-  
 mento, quo minus moveri posset expeditus.  
 Nam, qui ait, aptatis soleis omnino indicari,  
 post lotionem pila luffe senem, ludos facit, plane  
 enim paullo post, finito lusu, intrat balneum  
 Trimalchio. Testimonio autem Martialis sulcari,  
 fortassis alicui videatur, insolentiam illam lufos  
 Trimalcionis jam loti, soleatique, Epig. 84. lib.  
 XII.

*Colliget, & reseret lasum de pulvere fo-  
 lem.*

*Esti jam lusu, jam solatus erit.*

Sed per jocum est, ac per risum dicta exagger-  
 ratio: nunquam enim factum, nisi à misero quo-  
 dam coenae captatore. Solcatus autem non solum  
 post lotionem exluffe, haud dubium est, A.  
 Gelliusque ostendit lib. XIII. cap. 20. Deinde  
 inquit Petronius, *Pila sparsiva*; ubi & ludendū  
 modum mirifice expressit: nam sic à lufore sal-  
 lente mittebatur in proximum couluforem pila,  
 ut spargi videretur, nobis hoc notissimum. Ad-  
 dit Arbitri, *ne eam amplius repetebat, quae ter-  
 ram contigerat*; ubi & ad duo respexit, ad lautitias  
 nempe hominis delicatissimi, de quibus infra

fra; etiamque ad ludi genus, quod postea clarius significat, quum ait: *Alter numerabat pilas, non quidem eas, quae inter manus lusu expellente vibrabant; sed eas, quae in terram decidebant.* nam perdebat illas. Trigonalis enim pilae maxima laus, ne unquam caderet; cui impediendo utraque manu utebantur lutores, uti ex pluribus Valerii Martialis locis docuit Mercurialis lib. 11. Art. Gymn. cap. 5. Ideo ut decideret pila accipienti, astus omnino mittentis erat: cui plurima ad id fraus adhibita. *Traho ego & ad lulum huncce novum inventum Urbi Togati, qui nimirum vitrea pila ludere, primus edocuit, ut periret, quum caderet.* Sic apud nos ollis, aut id genus fictilibus vasculis, id factum. Elegantissima quidem inscriptione apud Velleium inter Augustana monumenta vitreae illius pilae exstat memoria:

VRSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS PILA  
LVS I DECENTER CVM MEIS LVSORIBVS,  
&c.

*Nec eam amplius repetebat, quae terram contigerat.*] Signanter hic ingenium exprimit Neronis, deridique absque dubio. Illi enim valle in deliciis fuerunt deliciae similes. Sic de ipso Suetonius cap. xxx. *Nullam vestem bis induit.* Quidnam igitur jam mirum, si pilam haud iteravit post terrae contactum? Nec ambigendum, id in aliis servasse. nam Alagabalus, qui Imperator quum esset, dicebat se *Neronem imitari*, narrante Lampridio, *calceamentum nunquam iteravit: annulos etiam negatur iterasse.* Etiamque *linteamentum nunquam adtigat, mendicos dicens, qui linteis lotis uterentur.* Et, quod ridiculum magis est, eadem illi mens in Veneris voluptatibus: *Idem mulieres nunquam iteravit, praeter uxorem.*

*Follem.*] Lexicon vetus: *ἀζοα, mantica, foliis.* Vegetius de Re militari lib. 11. cap. 20. *Denique decem folles, hoc est, decem faggi.*

*Matellam tenebat argenteam*] Vas reddendae urinae inserviens *matellam* adpellabant antiqui, etiam *matulam, lasanum, scaphium.* Hispani *U-rinal* ab *εργον* Graecorum. Qui autem *Matellio Corinthius* Ciceroni est v. Paradox. dubium. Et subsidii nihil à Varrone iv. L. L. ita variantes sunt lectiones. Quod tamen certius constat, Alagabalum, est, carius mixtisse. Sic de illo Lampridius: *Onus ventris auro exceptit: in myrrhinis & onychinis mixxit.*

*Quae inter manus lusu expellente vibrabant.*] Non usque adeo improba haec lectio, ut egeat necessario emendari. *Vibrare* enim neutraliter sumitur, ut saepius alibi Auctoribus praecis.

*Digites concrepuit.*] De haece consuetudine consulendi interpretes. De ipsa & intelligendus Vellius Longus de Orthograph. *Nam & digitorum sono pueros ad respondendum clemus.* Fuit etiam,

obfero ego, inter signa amantium nocturna ille digitorum crepitus. Tib. lib. 1. El. 11.

*Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis;*

*Non mihi, quum multa decidit imber aqua.*

*Non labor hic laedit, referet modo Delia postes,*

*Et TOCET AD DIGITI ME TACITURNA SONUM.*

Novo autem more Petronius, *concrepare digitos*, dixit. alii Latini auctores *digitis concrepare*, ut Plautus in Milite, Cic. 111. de Officiis. At nos de aliis digitorum sonis alibi egimus.

*In capite pueri terfit.*] In coma pueri dependula linteoli vice. res mira, nova nondum quid simile in antiquitate ostendere mihi adhuc contigit, praeter illud Epigrammatistae nostri ad Theopompum formosum puerum:

- - - *Has uncto polivit ungue comas?*

Tacco de capillis Mariae absterforis pedum Domini apud Pharisaicum discumbentis, tantum veneror.

Cap. XXVIII. *Itaque intravimus balneum.*] Etiam de Trinalione hocce capiendum, ut ex sequentibus liquet. & apte. nam pila se exercuerat senex. Post exercitationes enim lavandi à primis temporibus consuetudo percrebuit. Ideo, obfero ego, *Gymnasia olim prope mare constructa.* Plane docet Aelianus de animalibus lib. vi. cap. 15. *Τὸ γυμνασιον τοῦ τῶν ἱατρῶν ἐπίκειται τῇ θαλάττῃ. Ἐὖτε ἐφῆσαι μετὰ τῆς ὁρομῆς, ἔ τας κοίτρας κατόντες ἐν ταῦτα ἀπελθόντο κατὰ τι ἐδοῦ ἀρχαίον.* *Fasensium igitur Gymnasium mari imminet: illic ephesi post curjus, & palastras mare ingressi, antiquitus recepto more, lavabant.* Jucundum sane saluberrimumque habebatur in primis, pulverem ac sudorem aqua abluere. Ea propter itidem fuere & juxta flumina. Philostratus indicat in Apollonii vita cap. 18. lib. vi.

*Ἄγε μοι τῆτον ἐπὶ τῆ ποταμῆ ὄρχαν ἐδ' ἢς αὶ παλαισοι.* *Ipsum autem ducite (canem scilicet) ad fluminis ripam, ubi palastrae exercentur.* Proinde sane & in Campo Martio, qui Romae secundum Tiberim erat, juvenus Romana exercebatur. Diserte tradidit Livius lib. 1. V. C. *Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem & Tiberim fuit, consecratus Marti, & Martius deinde didus, quia exercitia ibi fiebant: palaestritae in eo se exercebant, & jam fatigati ludo abhucant se in Tiberi, & natabant.* Quod etiam Vegetius lib. 1. de re milit. cap. 10. ad exercendum militem videtur retulisse: *Ideoque Romani veteres, quos tot bella, & continuata pericula ad omnem rei militaris eruditionem, Campum Martium vicinum Tiberi delegerant, in quo juvenus post exercitium armorum sudorem, pulveremque diluerat: ac lassitudinem corporis natandi labore deponeret.* Luculenta est ipsius Campi apud

Strabonem lib. v. ejusque exercitationum descriptio, quem vide. Inuit morem etiam Themistius Orat. 1. ubi de Athletico ritu apud Eleos, & Pilatas, verba in hunc modum intulit: Ἄλλα τόνγε ψιλάκιονα ἐπέειν ἐκ ἀν ποτε ἤρισαν πρὸς τῷ Ἀλφειῷ κρησατῆραι, μὴ ζυμμαστρυχόντος Ἀριστοτέλους τῷ γένει, & παῖδα ποιηταμένους. Vertit Petavius: Verum Philammonem illum nuntiquam ad ALPHEUM ASPERGI PULVERE sive visissent, nisi testem se generis ejus professus esset Aristoteles, atque in filium adoptasset. Ideo in thermis postea utraque conjuncta, gymnasia, & balnea; ut ab exercitiis irent protinus lavatum. Ostendit insignis Plinii Junioris locus Ep. 6. lib. v. describens Tusculanum suum: Ἀποδύστηριον ἰαπερποσῖτον ἐστὶ Σφαιροδύστηριον, quod plura genera exercitationis pluresque circulos capit. Unde autem Apodysterium, dicimus infra hoc capite.

[Et sudore calefacti mimentis temporis ad frigidam eximus.] Recte Laconico usi, ubi fudarent, quia non se illi exercuerant; eo autem Trimalcio, si lubuit, potuit abstinere: praevisu necessario sudor lavationi, quod, puto, lippi jam viderunt. Sadoris autem excitandi varii modi: nam quibus exercitia defuissent, huius tantum subsidio sudatorium. Plures recensent Celsus lib. 11. cap. 17. Aëtius Petrab. 1. Sect. 111. cap. 9. Cella illi, ubi sudor eliciebatur, Laconicum vocata, Sudatorium, Ajum, Cella alba, Cella sudatoria, & Sudatio Vitruvio. Eam jam olim ex Pisani balneis descripsit Robortellus, quem vide. More vero Laconum a Laconico ad frigidarium transitum fecerunt, medium, ubi calida lavabant, praetergredientes. expresse Martialis lib. vi. Ep. 42. de Hetrufci thermis:

Ritus si placeant tibi Laconum,

Contentus potes arido et igne.

Cruela virgine Manticae mergi.

Vide Plutarchum in Alcibiadis vita. Sic de Plinio Nepos ejus Ep. 16. lib. vi. Ujus illi sole, (sudatorii vice) mox frigida, gustaverat jacens. Hance vero huius loci veram esse scripturam, evincunt illa Ep. 5 lib. 111. quae de avunculo quoque: post solem plerumque frigida lavatur, acinde gustabat. Erat aetate Neronis id frequenter in usu. Carmis quippe, Massiliensis Medicus, valde probaret, suaderetque. Sic de Paconio Atrippino, quem in exilium egit Neronis faevitia, (ut narrat Tacitus extremo lib. xvi. Annal.) tradidit Epictetus, post exercitia quinta hora frigida lavari. Ita & Seneca *Psychrolochem* seipsum vocat, hoc est, lavatorem in frigida, Ep. 53. & 83. Ratio in proclivi est. nam ut docet Galenus in x. Method. sic membra, quae excelsa sunt, sive in anterioribus solis, sive in exercitiis refrigerantur: ac vires, densitate, simul firmantur; ubi hocce latius persequitur. Interdum (ut morem non protritum hic

haut praetermittam) postquam sudorem excitaverant, antequam in frigidam descenderent, corpora sicis pulvisculis conspergebant; cutem sic aliquantulum conspantes, ne corpus sudore jam laxum, & transpirabile subita frigiditate rigorem pateretur, morbumque contraheret. Hocce ego ex Plinii didici insigni loco lib. xxi. cap. 19. sic de rosarum foliis loquentis: Et aridis, & expressis, aliquis usus. Diapasmata inde sunt ad sudores coercendos, ita ut a balneis inarescant corpora, dein frigida abluantur. Retinui veterem scripturam, inarescant corpora, quae plane concinnior ad mentem auctoris. Huc etiam spectat & quod praemiserat cap. eodem: Et sicis (rosarum foliis) femina consperguntur. Distinctim & diapasmata vocavit, hoc est, conspergoria. Constabant ex aridis floribus, additis nonnunquam aromatibus. Inuit plane Theophrastus lib. de Odoribus: Ἄς ἔτι τα ἀρωματε, & τὰ διαπασματα, συντιθεντες, ζεοῖς πρὸς ζεῦα. Ut qui aromata, ac diapasmata, componunt, sicca sicis. Unde Plinius lib. xiiii. cap. 2. Sicis odoribus constant, quae diapasmata vocantur.

[Jam Trimalcio unguento perfusus.] Eo usque luxus illius acvi. Plinius lib. xiiii. cap. 3. Lini que jam non solum, PERFUNDI UNGUENTIS gaudent. Sic ego distinguo locum, aliter confusum, minime tamen cinendatione indigentem. Sed planius adhuc inlustrat, quid sit nimirum unguentis perfundi, quum inquit: Vicinus etiam vestigia pedum tingi: quod M. Oribasium monstrasse Neroni Principi ferebant. Quae so, ut qualiter conjicitur, juvareque, ab ea parte corporis? Nec non aliquem ex fricatis audivimus iussisse, spargi parietes balnearum unguento, atque C. Principem, solia temperari; ac ne \* principale videatur hoc unum, & postea quendam ex servis Neronis. Unguentis ergo dilutis in balneari solio lavabant, & sic vere tunc illis perfusi, madefactique. Plane de Cajo ipso Caligula Tranquillus cap. xxxvii. Commentus roborum balnearum usum, portentoissimum genera ciborum, atque coenarum: ut calidis frigidisque unguentis lavaretur. Verum enimvero post Cajum eo deliciarum ventum, ut ad servos usque Neronis devoluta sit insignis luxuria. Qui igitur de Principe ipso sentiendum, cui id tribuit in praesentia Petronius? Dicit Eutropius lib. 1. cap. 4. de ipso loquens: In tanto luxuriae, sumtumque, ut qui, exemplo Caligulae, in calidis frigidisque lavaret unguentis. Item Eusebius in Chronico: Aro tanto luxuriae fuit, ut frigidis, & calidis, lavaretur unguentis. Signantur ergo admitti a hie notat illum Arbitrator sub Trimalcione. Ceteri vero interpretes veniunt galeati, prorsus esse Andabatas arbitrabris.

\* Id est, Principum.

(R)

T. r.

*Tergebatur.*] In Apodyterio, in quo Cornelius Celsus docet, *se novissime, qui se lavissent, abstergere, & ungere consuevisse.* Ita Galenus quoque lib. x. Method. In Apodyterio etiam, quod & tepidarium vocabatur, ad balneas ingredi exubant vestes, unde ei nomen *σποδύτηριον*. Latine sonat *spoliatorium*, sive *spoliarium*. Vetus Glossæ: *σποδύτηριον, spoliarium.* & D. Hieronimi Glossarium: *Spoliaria, exteriores balnearum cellulae.* ita Lexicon Arabico-Latinum: *Spoliarium, exterior balnei cellula.* Hinc juniori Plinio faciem splendidam accendo lib. III. Ep. 5 ubi de avunculo: *In secessu solum balinei tempus studeo eximibatur, quum dico balnei, de interioribus loquor, nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dicebat.* Plane indicat in exteriori cella distringi, ac tergi, hoc est, in Apodyterio. Describit ipsum Baccius lib. VII. de Thermis, præbetque ichnographiæ icona. Vestes igitur in Apodyterio deponabant, quam balneum intrabant; ac postquam laverant, eodem revertentur; & ungebantur ibidem, & tergebantur, iterumque vestes fumebant.

*Non linteis.*] Vide quæ dicimus ad verba capituli XXI. *cum linteis & strigilibus*, quæ huc pariter spectant

*Sed pallis ex mollissima lana factis.*] Nihil de pallis illis interpretes, sed manum, ut est in proverbio, sub pallio continent. Ego suspicabar jam olim *Endromidem* esse, ex illis nempe, quas *Tyras* vocat Juvenalis Sat. VI. exponuntque interpretes, purpureas, molles, pretiosas, ac leves. Endromide enim sudorem ceromate permixtum, in palæstra & cursu excitatum, abstergebant, unde ei impositum nomen. recte igitur Trimalcionis unguento perfuso & endromis abstergendo adhibita. Nec obstat, quod ipsam faciat *Martialis pinguem, & jordanam*, quam levissimas, mollissimasque conquirere facile beatioribus. & utunque res sit, de endromide etiam ipsi Valerius effert lib. XIV. Ep. 126.

*Pauperis est munus, sed non est pauperis usus.* Recentioresque, à divitibus usurpari solitam, palam fecerunt; sicut & ad usus balneares adhiberi, viri docti Rhenanus, Pamelius, & Salmasius; præcipue autem post frigidam. Præterea & *Martialis* testimonio mihi, quæ nunc dixi, videor sulcire; mittit ad amicum endromidem, & posteaquam, variis ejusdem munitis recensitis, multifariam laudasset, addidit lib. IV. Ep. 9.

*Non sic in Tyria sindone tutus eris.*

Hoc est, fatius & tutius tibi erit, pallio isto tergi & abstergi, quam linteis aliis Tyriis videlicet. Sindonem enim, notum est ex Polluce lib. II. cap. 16. consci olim ex Aegyptiaco lino; & sic vocatam credimus, quia primum, ut opinatur etiam Baysius cap. 13. de re vestiar. in Si-

done urbe fieri coeperit: restetque Tyria ideo a Martiale dicta, quia vicinae erant urbes Tyrus & don. quo etiam & id mire facit Marcelli: *Piægae, grande LINTEUM tegmen, quod nunc toralie, vel lecticariam sindonem, dicimus, quarum diminutivum est, Plagalæ.*

*Latrialptæ.*] Frequens est intralptarum mentio in gymnasiis; erant veluti medici athletarum, qui interdum *Gymnastæ, Progymnastæ, Paedotribæ, & Aiptæ* nuncupati. *Progymnasti* à Seneca Ep. 83. de quibus plura Mercurialis, Turnebus, & Petr. Faber. Hic vero Petronio unctores sunt, qui tamen, ut Principem deliciosissimum decebat, simul artis Medicæ gnari quum essent, scite officio suo fungerentur, manibusque doctissimis. *Medicunctorum* haud incommode possent Latine nominari, sive *Reunctorum*, ut ex Plinio volunt nonnulli, meo autem animo non bene.

*In conspectu ejus salernum hibeant.*] Potabant large & in balneis. nonnulla consuetudinis proferam testimonia. Adpositissimum hocce Martialis est lib. XII. Ep. 71.

*Linea ferret Afro vacuus quum vernula nuper,*  
*Et supra tegulam lusca sederet anus;*

*Atque olei stillam donaret Opelius unctor;*

*Nudorum tetricus censor, & asper, erat.*  
*Frangendos calices, effundendumque Falernum*

*Clamabat, hiberet qui modo lotus eques.*

*A sene sed postquam nuni venire trecenti,*

*Sobrius a thermis nescit abire domum.*

*O quantum diatibeca valent, & quinque comati!*

*Tunc, quum pauper erat, non sitiebat Aper.* *Falerni* hic Valerius pariter meminit, itemque *unctoris*, quem *Arbiter*, ut diximus, vocat *intralptam*. *Quintilianus* autem do aliud testimonium extremo cap. 6. lib. 1. *Igitur ut velli, & comam in gradus frangere, & in balneis perpotare, quamlibet hæc incaserint civitatem, non erit consuetudo, quia nihil eorum caret reprehensione.* Inter mores igitur corruptissimos & ille habitus olim, quapropter ipsam exagitat non semel Seneca F. Vide *Epist.* 122. & *Plinium* lib. XIV. cap. 22. & *Arnobium*, ut puto, lib. 1. *Potionem* vero calidam in balneo quoque præberi solitam, ex *Plauto* ego jam pridem observabam in *Rudente* II. III. 43.

*Adepol, Neptune, es balneator frigidus:*

*Cum vestimentis postquam abs te abii, algeo.*

*Ne thermopolium quidem illum ille instruit;*

*Ita salsum præbet potionem, & frigidam.*

Videlicet uti balneator perversus. Causam autem, cur in conspectu Principis, adpositissimum edit *Bourdelotius*, quem adi.

*Hinc, involutus coccina gausapa.*] *Hinc*, id est, è balneo, exiit nimirum *gausapatus*. Simile il-



lud Senecae Ep. 53. *Sed memor artificii mei veteris, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausafatus.* Ibi etiam Lipsius notat. Nos vero de *Gausafis* jam cap. XXI. *Uinc ergo*, id est, ex balneo, *lecticae impostus est*, ait Arbiter. Ejuscemodi erant Trimalcionum deliciae. Increpat idem divinus Seneca loco inlustri cap. 12. de Brevitate vitae: *Audio quandam ex delicatis (si moso deliciae vocandae sunt, vitam, & consuetudinem humanam delijcere) quum ex balneo inter manus elatus, & in sella positus esset, dixisse interrogando, jam sedeo?*

*Gausafa.*] De *Gausafis* supra memoriam fecimus cap. XXI. ubi de ea meminuit Petronius.

*Lecticae impostus.*] Viri docti plura jam de lecticis. Insuper tamen ego Luciani locum addam in Cynico rei inlustrandae opportunum: *Ἰμεῖς οὐ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ ὑποζυγίων χροῦνται, κλιθεὶτε ἢ αὐτῶν, ἢ τῶν ἀμάξων, τὰς κλίνας τοῖς τοαρχαλοῖς ἄγχι, αὐτοὶ δ' ἀνω κἀ κλειστοὶ τρυφῶντες, κ' ἐκίτησεν, ἂν πῶρ ἕνας, ἰνὸς ἰῆε τῆς ἀνθρώπου, ταυτὴν, ἀλλὰ μὴ ταυτὴν, τοσπερταὶ κλιθεῖσιν, εἰ οἱ ταῦτα μάλιστα τοῖς ἄλλοις μάλιστα ἀσκαμίζονται.* *Tus, inquam, qui Lominibus tanquam jumentis utimini. Nam eos jubetis, ut Lecticas tanquam currus in cervicibus ferant. Ipsi vero in sublimi rejeditis delicati, atque illinc homines, perinde tanquam asinos, aurigamini inmerantes ut haec, non illac, eant. &, qui haec facitis maxime, iidem maxime beati vidimini.* Ast magnus vir, dum Elect. lib. 1. agit de lecticae forma, satis non vidit, quid asseres essent in illa. Lecticam enim ex asseribus compactis videtur formare: quod licet equidem non inficior, minime tamen hic adfirmare dubitem, ipsorum neutiquam esse, quam faciunt scriptores priscae memoriam. Longe enim diverso usui in lecticas fuerunt asseres illi adhibiti, quod ego sic ostendo perspicue. Perfecta jam lectica oblongi nimirum inferebantur asseres per ejus latera, ipsi porro hinc inde foras scilicet ab illa progrediebantur, ac prominebant eo usque, ut illis, videlicet asserum extremitatibus, aut humeris, aut manibus, impostis, facile lecticarii servi tollere possent lecticam, loris tamen à collo pendentibus, ponderi nempe minori cum labore sublevando, super interdum additis. Huc procul dubio trabendus Martialis:

*Quem grex togatus sequitur, & capillatus, Ricensque sella, linteisque lorique.*

Nunc autem ipsi sumet tantum testimonium, quae doctus vir, invitis autoribus, ad suam deflectere conabatur sententiam, nostram, ut planius constet, stabilire proposui; quae paullo penficulatus examinanda. Sic Juvenal. Sat. VII. vers. 132.

*Perque foram juvenes LONGO prae mit asserere Medos.*

Apertius adhuc Martialis lib. IX. Ep. 23.

*Et canisfinatus nostro Syrus asserere sudet.*

Erant enim, quod magis quidem rem convincit, asseres illi omnino exemtilis. Plane Juvenalis indicat Sat. III. 245.

*- - - Ferit hic cubito, ferit asserere duro*

*Aiter. - - -*

Et Suetonius in Caligula cap. LVIII. *Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium adcurrerent.* Enim vero nobis haec cognitu prorsus facilliora sunt, qui hujuscemodi gestatorias sellas, exemtilibus asseribus, lorisque, à servis itidem deferri videmus passim.

*Præcedentibus faleratis curjibus quatuor.*] Cursores isti diversi ab illis, quorum cap. sequenti mentio, de quibus & nos ibi. Symbolae autem inepte confundunt. Horum ministerium satis unico Seneca indicare Ep. 123. *Omnes jam sic peregrinantur, ut agmen cursorum antecedit.* *Turpe est nullos esse, qui occurrentes via dejiciant, quis longisum hominem venire magno pulvere ostendant.* Antecedebant ergo dominos, turbamque submovebant. *Faleratis* autem cursores suos fecit Trimalcio luxu insanissimo: *Phalerae* namque Equitum, ac nobilium erant ornamentum, ut vel sic intemperiam Principis innueret Arbiter. Idemmet notatum Tranquillo de ipso Nerone cap. xxx. ut jam, illum Imperatorem hic repraesentari, videret, qui inter Criticos elucet Tiricias: *Nunquam carrucis minus mille fecisse iter, traditur, soleis muliarum argenteis, canisfinatis mulionibus, armillata, & phalerata cum Mazacum turba, atque cursorum.* Praeterea phalerae sunt & equorum ornamenta. Quid si dicamus, eas dedisse cursoribus Neronem, uti *alas* Verus Imperator, Spartiano teste, *ventorianque vocabula*, ut illorum sic pernicitatem uterque significarent? Judicium penes doctos esto. Procul dubio vero servi, qui a pedibus dicebantur, intelligendi cursores. Fortean & cursores *Anteambulones* vocati. nondum tamen mihi videre contigit locum ullum, unde colligere liceat, anteambulorum operam haud liberorum fuisse. nam disertim Martialis de seipso loquens lib. X. Ep. 74. ait

*- - - Quamdiu saluator,*

*Anteambulones, & togatulos inter,*

*Centum merebor plumbeos die toto.*

Erant omnino officio illi togati, qui sportulae mercede officii gratia potentiores comitabantur anteambulantes. Ipsi Valerius Ep. 18. lib. II.

*Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis:*

*Tu comes alterius; jam sumus ergo pares.* Et lib. III. Ep. 7.

*Centum missi jam valet quadrantes,*

*Anteambulons congiarium lass.*

Item Suetonius in Vespasiano cap. II. Quae autem ratione, qui de Operis fervorum scripserunt, ipsos in familiam urbanam intruissent,

(R 2)

ego

ego profusus ignoro. quod animadversione dignum iudicavi, ne juvenus studiosa deciperetur. Verum enimvero cursorum ministerium plane fervile, quod vulgo fati notum. qui velit tamen adeat Paulum Jctum leg. 99. §. ult. ff. de leg. 3. & de Cursoribus.

In quo delictae ejus ferebantur.] Ad exemplar profusus M. Antonii, cuius inter alia flagitium hocce exagitat Cicero Philipp. 11. qui locus Petroniano simillimus: *Vehebatur in effedo Tribunus plebis, (Antonius) illores laureati antecede- bant: inter quos, aperta lectica, Mimz portaba- tur, &c.*

Delictae ejus.] Quos in delictis habebant, delictas vocabant. Statius in Epicedio in filium lib. v. Sylv. v.

*Non ego mercatus Pbaria de puppe loquaces  
Delictas, doctumque sui concivica Nili  
Infantem, linguaque simul, salibusque protercum  
Dilexi. - - -*

Virgilius Eclog. 11.

*Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,  
Delictas domini.*

Quo adlusit Propertius lib. 11. Eleg. ult.

*Edix, intactum Corydon qui tentat Alexin,  
Agricolae domini carpere delictas.*

Elegantem & noxter Quintilianus lib. 1. cap. 2. *Gaudemus, si quid licentius dixerint: verba ne Alexandrinis quidem permittenda delictis, risu & osculo excipimus. Sunt omnino, qui pueri Alexandrini Petronio infra cap. xxxi.*

*Puer vetulus.] Qui pueri vetuli, supra jam vidimus cap. xxii. Varro adpositissime Bajis: Quod non solum innubas sunt communes; sed etiam VETULUS PUERASCUNT, & multi pueri puellae- rant. Hofce & apud divinum Senecam haut ob- ferant delineatos, mihi videre videor Epist. 122. nec non Eunuchos, qui ideo videlicet castrati, ut diutius itidem eorum abuterentur pueritia: Non vivunt contra naturam, qui expetunt, (sic legit Lipsius) ut pueritia splendeat tempore alieno? quid fieri vel crudelius, vel miserius, potest, num- quem vir erit, ut diu virum pati possit? & quum illum contumeliae sexus eripuisse debuerat, ne aetas quidem eripiet?*

Cum minimis symphoniacis tibiis.] Inlustris deti- biis locus. Verbatim nos persequimur. Tibiis, duas quippe uno spiritu animabae. Inventum hocce Hyag- nis est, Appulejo teste in Floridis. Postea in usu crebriter. Martialis lib. xiv. Epigr. 62. Lemnate Tibie. Plura sic antiquorum simulacra duas inflando & hodie visuntur. Progredior, sym- phoniacis, hoc est, concinentibus, consonanti- bus. Ubi & genus expressit concentus, ex gra- vi scilicet, & acuto temperati. Symphonia, inquit D. Isidorus, modulationis est temperamentum, ex gravi & acuto concordantibus sonis, sive in voce, sive in FLATU, sive in pulsu. Eandem sympho-

niae modulationem, parissime quoque in sono- rum triplici genere musicorum, & Cassiodorus agnovit: *Symphonia est sonitus gravis cum acuto temperatus, modulationem efficiens in voce, vel in organis quae percipiuntur, aut INFLANTUR.* & iterum lib. de Musica: *Symphonia est temperamen- tum sonitus gravis ad acutum, vel acuti ad gravem, modulamen efficiens: sive in voce, sive in FLATU.* Signanter etiam melos illud symphoniacum, hoc est, ex gravi & acuto temperamentum, dedit & tibiis Appulejus: *Primum Hyagnis laevis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, gravi bombo, concen- tum musicum miscuit.* & plures alii. Pythagoras autem ex impari tibiis longitudine sympho- niam quoque in sonorum differentiis quaesivit, quod large Cenforinus ostendit cap. 10. Addit demum, minimis. recte; nam tibiae olim aliae erant breves, ac longae aliae, & inter utraque mediae. Ut plurimum breves pueriles erant, di- ctae ideo puellatoriae, sive ob clariorem sonum, uti voluit Solinus cap. 11. Polyhittoris. Pueri enim pariter, ac feminae, & spadones ὀξυφωνοί sunt: angustior quippe illis arteria, ut docent Aristoteles de Hist. Animal. & Sect. 11. Problem. & Alexander Aphrodisaeus Problem. lib. 1. Sed puellatoriae erant, quae Graecis παρθενιοί dictae: nam differre eas voluit nonnulli à puerilibus, quas Graeci παιδικὰς vocabant. Athenaeus lib. iv. εἶπε δ' οἱ αὐτοὶ (ἡμίποιοι) τοῖς παιδικαῖς καλομέ- τοις, οἷς, ὅτιν ἄτιν ὀργανοῖς, πρὸς τὰς εὐαχίας χρᾶν- ται: δὲ δὲ καὶ τετραγὰς αὐτὸς κέλευκεν ὁ Ἀνακρέων. Sicut autem ipsae (\* Hemiopi) eadem cum pueri- libus tibiis, quibus, quod ad canendi certamina mi- nus idoneae, in conciviciis utuntur. quamobrem & teneras vocavit Anacreon. De hisce omnino capi- endus Epigrammaticus, ubi Turanium ad coe- nam invitat, Ep. 78. lib. v.

*Parvi tibia condyli forabit.*

Et eis haud puto absumiles, quas rebus faeris ad- hibere postea Catholici, vocavitque pueriles fistulas Venantius lib. 11. Carm. ad Clerum Parisiacum. Utraque igitur illas pueriles, & puella- torias, minimas agnoscimus, & proprium eas puero Petronium tribuisse. Breves etiam fuere & Gingrinae. Festus: *Gingrine asperum vocis pro- prium est. Unde genus quoddam tibiis exiguarum, Gingrinae.* Eadem Solinus adpellat breviores. & Hesyechius: *Γιγρίαι, αὐλοὶ μικροί.* unde claret error ibi scribentium, *υἱεοί.* Latius autem eas ex Xenophonte descripsit Eustathius in lib. xvii. Iliad. Homeri. Porro de mediis memoria apud Hesyechium: de longis apud Dionem, sive Xiphili- num, in Othone.

*Prasinatus cerasino succinctus cingulo.]* Certum est sese medios cinxisse Romanos cingulis, bal- theis,

\* Semiplenae, sive, semitonicae.

theis, zonis, femineis, linteis, aliisque, de quibus plurima mentio aliis scriptoribus, etiamque Arbitro est. nunc forstiarum cinctum vides *cerasino cingulo*, quae fortassis nota peculiaris servorum Neronis fuit, aequae ac *prasinus* color. notum Praesinae factioni fuisse Principem. Servus autem illo cingulo etiam forte notatus, eo quod *cinguli* olim indices fuerint Magistratus, dignitatis, imperii. Suidas; *Λασι, ἢ ἀζιμασ.* & in Jure Civili *cinguli honor.* l. 14. Cod. Theod. de privil. eorum. Et leg. 2. C. ut dignit. ordo. ut vel exin Neronis infantis conjici quoque facile possit. Sed alias nos in isto opere de diversis cingulis latiuscule loquimur.

*Prasinatus.*] Notum & hinc jam in Neronem satyricum scema. Ego autem magis adhuc confirmo. Nam Casum Principem, quem penitus aemulari, gloriosum duxit imprimis ipius Nero, (ut alibi dicimus) Suetonius testatur, nimis factioni Praesinae fuisse addictum. inquit ergo in Caligula cap. LV. *Prasinæ factioni ita addictus, & deditus, ut coenaret in stabulo adfusus, & maneret,* &c.

*Cavea pendebat aurea, in qua pica.*] Martialis Ep. 6. lib. III.

*Ponitur in cavea mortua pica mihi.*

*Argentæ autem caveæ plitticæ Melioris* apud Stetium lib. II. Sylv. ubi elegans perfectaque omnibus suis numeris id genus cavearum descriptio:

*At tibi quanta domus rutila testudine fulgens? Comexuque ebori cingarum argenteus ordo?*

&c. ubi & *limina, & fores.*

*Pica varia intrantes salutabat.*] Firmata fatis lectio *picae variæ*, et si scriptura altera, quam sua editione Bourdelotius ex nescio quis MSS. exhibuit, ferri & optime possit. nimirum, *pica varia intrantes salutabat.* nam eam non leviter tueri videtur id Nasonis in Philomela:

*Pica loquax TRIAS modulatur gutture cois, Scurriliter strepitu quicquid & audit, ait.*

Vulgaris tamen temper a nobis præferenda est. Variis enim velut ex centuncalis pica velita spectatur, nigerrimis, & candidis. Nobis avis est vulgarissima simili vocabulo *Picaea*, & aliter *Craca* dicta. Erant igitur doctæ antiquitus, quæ volucres erant vocales, potissimum silutare, *καίε, αὐε, vale, salve*, dicentes, cujus innumera scriptoribus vctustis testimonia.

Cap. XXIX. *Non longe ab ostiarii cellæ canis ingens catena vinculus.*] Servi, qui aeduum olim custodire erant pro foribus adhibiti, *Ostiarii* vocabantur, *Janitores, Custodes, Clausitrii,* & *Pueri à janua.* Notum jam hoc & iis, qui nondum aere lavantur. Præterea erant & illis insuper additi *canes*, natura sua excubitores vigilantissimi, ut ab iis tandem ingressi arcerentur ignotus ille, qui aliud videlicet agentem præfugisset janitorem. Adposite hic nosser Columella recitan-

bus lib. VII. cap. 12. *Nunc, ut exordio priorem pollicitus, ac mutis custodibus loquor: quoniam canis falso dicitur mutus custos, nam quis hominum clivus, aut tanta vociferatione, Vestiarum, & si furem, prædicat, quam iste latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comis? quis cultus incorruptio? quis excubitor inveniri potest vigiliantior?* Trimalcionis vero canis mutus custos vere diceretur. Ceterum ad limina erant utrique janitores, ut à loco, videtur, discedere non possent, alligati, catenæque vincti. Hocce tamen videntur nonnulli ignorasse ex Petronii interpretibus, sed adeo res clara est ex pluribus locis utriusque Senecæ, patris, & filii, Suetonio in Vitellio cap. XVI. & lib. de Claris Rector. Ovidio passim, perinde ac Tibullo, Plauto, Phaedro, Afranio, Naevio, aliisque innumeris, ut pudeat in eo diutius immorari. Unicum tamen ex Theodoro Metochita proferam testimonium, quia Neronis ævi est, lectique sane dignum. *Ἐπι τῆ Νεζωνῶ καὶ Σίμων ο μαγῶ ἦν. πρὸς ὃν ὁ κοουραῖν ἐλθὼν, εἶπε κυνα δ. δερμῶν ἀλυτοί ἐν τῷ πυλῶνι αὐτῶ, κατεθροιστῶ τὰς ἀνευ πρὸς τῶν ἐπιχρησθῆν ἑσσελθῆν ἐπὶ τον Σίμονα. ὃ δὴ καὶ ἐνελευσεν ἐσσελθῆν, καὶ ἀνθ. ὠπινη φανῆ πρὸ Πέτρον ἀπαγγέλλαι.* Vertit Meurfus: *Sub Nerone etiam Simon magus erat, ad quem quum vir summus Petrus accessisset, canem invenit in vestibulo ad catenam alligatum, dormitantem qui ingressu ad Simonem intrare vellet. Hunc intrare ille jussit, & de Petro voce humana nuntiare. Vincula illa impedimenta vocata invenimus, etiam & comedes.* Porro canis iste Trimalcionicæ domus custodiæ joculenter erat adhibitus. Ast alibi apud Petronium ipsum catenarius est Molossus vivus, quem janitrix comes in Eumolpum instigat cap. xcv.

*In pariete erat pictus.*] Emissi ergo olim canes janitores per jocum ac per risum magnarum domorum vestibalis, sive vivorum vice, sive additi cum vivis. Ex auro, & argento sculpti in regis Alcinoi aula Homero sunt, VII. lib. Odyssæ. Ex marmore autem duo Anno 1558. reperti fuerunt prope Tiberim, via Vitellia ad hecram duobus passuum millibus ab Urbe. Antiqui omnino sunt illi, & artis industria, ac magnitudine, mirabiles. Fuisse autem in eum, quo de agimus, usum effigiatos, quam multa plane convincant, tum sedendi modus, ac totius corporis habitus, imitar excubitorum formidabilis, nullum prorsus ambiendi locum reliquum faciunt. Habent præterea & sua collaria, ut catenæ eis infunderent, quibuscum alligabantur, uti jam diximus. Illos nobis jam deest in suis Antiquitatibus Romanis Boissardus. ipsum adi.

*Quadrata litteræ.*] An litteræ erant, quæ longæ Plauto bis aut ter dicuntur? an aliæ ab illis, erantque olim litteræ diverse *longæ, & quadratae.*

tae? Vide ipsum Comicum Aulularia I. I. 39. Poenulo IV. II. 15. Rudente v. II. 27. Ego etiam olim per somnium cogitabam, an fors haec aut simili forma litterae illae fuissent figura-

tae? **CAVE CAVE CANEM,**

uti in nonnullis numis antiquis literae similes hodie spectantur. Verum enimvero quum litteras minuscultas, quibus hodie utimur, & olim in usu fuisse, ceitum sit; haud inepte ut masculas, aut capitales, denotaret, adderet signanter, *quadrata littera* fuisse titulum scriptum. Fidem nobis minuscularum litterarum faciunt veteres inscriptiones, quarum copia apud Gruterum non minima, observavitque Scaliger F. cap. 19. suorum ad ipsas indicum, quod est rerum Grammaticarum. Alias & aliae quoque reperiuntur inscriptiones nonnullae, quae adstruunt id ipsum. Non autem proculdubio, ut hocce insuper moncam, idem Josephus istud animadverterat, quando apud Wouwerium suavit, *quadratas litteras* omnino esse quae-rendas. Ceterum quod ex Quinctiliano vir doctus comminiscitur, ego prorsus non capio. quum pariter Petronii aeco, & Quinctiliani, vel ipso adfertore, capitales, quadratae litterae fuerunt in usu: antiquissimae vero adeo obsoleverant, ut neutquam Arbitr ereret, formam quadratarum designare, ut non vetustissimis characteribus illud fore descriptum, intelligeretur.

**CAVE CAVE CANEM.]** Per locum etiam erat admonens inscriptio cani depicto addita; quod ex edicto Aedilium non liceret, canem mordacem ita habere, ut cuiquam nocere, vel damnum inferre posset. leg. 40. cum seq. de Aedilit. edict.

*Venalitium titulis pictum.]* Pictum in porticu venalitium, ut infra hoc capite *grex curforum*. apte ut figurarum varietate spatiantes delectarentur, fallerentque tempus expectantes. Sic in publicis porticibus depicta munera gladiatoria exponi solita, Plinius adserit cap. 7. Hist. Natur. lib. xxxv. quod videtur innuere inventum fuisse Neronis liberti, nisi C. Terentii Lucani esse mavis. Erat ergo apud Trimalcionem grex catallorum depictus, quibus (ut in foro, ubi venum expositi) *tituli* collis erant aptati. Quid tituli illi indicarent, novimus ex edicto Aedilium Cerulium, ubi qua parte de mancipiis vendendis cautum est, scriptum sic fuit testante A. Gellio lib. IV. cap. 2. **TITVLVS SERVORVM SINGVLORVM VT SCRIPTVS SIT CVRATO, ITA VT INTELLIGI RECTE POSSIT, QVID MORBI VITHQVE CVIQVE SIT: QVIS FVGITIVVS ERROVE SIT: NOXAVE SOLVTVS NON SIT.** Recte igitur a venalicio mango *Venalitarius* dicitur. Lexicon vetus: Μεταπρεπής ανδραποδων. *Mango, venalitarius.*

*Et ipse Trimalcio capillatus caduceum tenebat.]* Nofce jam simiam Caligulae, quem typum sibi proposuit Nero penitus imitandum, ut alibi dicimus. inquit ergo de eodem Cajo Philo Judaeus legatione ad ipsum; **Ἰσοαύτη δὲ τις εἶσι αὐτὸν ἢ λούτῃ καὶ παμφορῶν ἔ παρακοῶν μακρῶν, ὡς ἔ τὸς ἡμιβέας ἰπερίας ἰπανήν, ἔ ἐπαπειδύετο τοῖς τᾶν κριζῶν, ἔ ἀμφιθαλῶν εἶναι σεβατμοῖς, Ἐρμῶ, ἔ Ἀπόλλωνῶ, ἔ Ἄρεος. Ἐρμῶ τὸ πρῶτον κρηκυῖος, ἔ πεδίλοις, ἔ χλαμύσιν ἐντεναζόμενος.** *Tantus autem ei ierat furor, tam insana vaecordia, ut non contentus se aequiparari iemideis, ad majores Deos versus, acclamationem cum eis susceperet; cum Apolline, Marte, ac Mercurio. Mercurii primum caduceo, talaribus, chlamydeque ornatus.* Ipsummet & Tranquillus cap. LII.

*Ratiocinari.]* Ratiocinari de Procuratore olim dictum. recte, quum ipse *rationes acciperet*, ut ait Arbitr cap. seq. hic omnia simulate dicuntur, & aliud in titulo, ut ait proverbium, aliud in pyxide est.

*Mercurius rapiebat.]* Hic Trimalcio divinandus proponitur, cui Mercurius praecerat, ut doctè hic notat Bourdelotius, quem vide.

*Notari etiam in porticu gregem curforum cum magistro se exercentem.]* Carpitur & hic dubio procul Nero. illum immodico curus agitandi studio deditum fuisse, palam faciunt, insectanturque simul, Suetonius, Dio, Tacitus, Philostratus, Constantinus Manassès, Plinius, Orsius, & alii. Nunc vero dissimulante Principem tangit, abusive vocans *curfores*, qui revera *aurigae* erant. Aurigae enim circum metas currendo sese exercebant. Faciunt & huc *grex, & magister*, quorum ibi mentio. utrumque quippe de aurigis proprium. Sic *gregis* meminit Suetonius in Nerone cap. xxii. *Quare spectaculum multiplicatis missibus in ierum protrahabatur, ne dominis quidem jam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum, greges ducere.* Et *magistri* lapis Lanuvinus apud Gruter. cccxxxviii. 2.

M. AVRELIO LIBERO PATRI ET  
MAGISTRO ET SOCIO DOMINO  
ET AGITATORI FACTIONIS PRASINAE  
AURELIUS CAECILIUS PLANETA  
PROTOGENES OB III. PALMAR.  
HOC DONVM VOVIT  
NATIONE AFR.

Exarata à magistro quodam inscriptio factionis etiam Prasinæ, conlega simul, socioque defuncti. Aurigationis tyrocinium est, quod ibi Petronius denotat: *rudimentum* Suetonius vocavit loco laudato. Vesti insuper & curribus aurigarum *curfores*, quod Athenienses, testante Dionysio Halicarn. extremo lib. VII. nuncupabant, **δραπέδες**, Poetae **πυξιδες**. Plures antiquitus & *curfores* alii, sed de quibus parum foret in  
prae-

praesentia opportunus sermo.

*Grande armarium.*] Armaris signa continet, majorumque imagines, neutiquam novum. Id in animo Juvenali initio Sat. VIII quum  $\epsilon\sigma\tau\iota\omega\sigma\iota\varsigma$ , *tabulam capacem*, vocat:

*Qui fructus generis tabula jactare capaci  
Corvinum, &c.*

Loquitur de cereis avorum statuis, quae in atriis per stemmata dispositae, disertim vero Plinius lib. XXXV. Hist. Natur. cap. 2. *Expressi cera vitulis singulis disponerantur armariis, ut essent imagines, quae comitari aut gentilitia servira.* At grandi illi armario plures aediculae fortassis; ubi inter alias & illa fuit, quae Lararii vicem praestabat. Ut ut autem sit, quod aptum ad servandum imaginem, nec ineptum aliis etiam signis continentis, *armarium* olim vocatum.

*U cuius aedicula erat lures argentei positi.*] Lares antiquitus familiares Dii cuiusque domus, ipsi Lar in prologo Aululariae Plauti:

*Ego Lar jam familiaris, ex hac familia,  
Certe exivim me affexisilis, hanc domum  
Jam multos annos est quon possideo, & colo.*

Majores cuiusque familiae, eidem fuere Numina. Non tamen omnes, sed illi tantum, qui recte & honeste curriculum vivendi à natura datum confecerunt. Plane Appulejus de Deo Socratis, cuius locum rei toti aperiendae longiusculam recitare non gravabor: *Astrum humum emeritum glisendit vitae, corpore suo a jurantem, veteris Latina lingua reperio LEMUREM auditum.* Ex his ergo Lemuribus, qui posterorum jurum curam sortitus, placato & quieto nomine domum possidet, LAR dicitur FAMILIARIS, qui vero ob adversa vitae merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, seu quodam exilio, punitur inane terriculae nuntium horis hominibus, ceterum nuntium nullis, id genus plerique LATRAS praebent. Quam vero incertan est, quae cuius sortitus esse ait, utrum LAR sit, an LARVA, nomen MANEM deum nuncupant. Ipam, sed brevius, Martianus Felix lib. II. LEMURES, *si citas prioris adjuti fuerint bonitate, in LARES domorum, urbiumque, convertuntur.* Si autem depravatur ex corpore, LARVAE perhibentur, ac MANIAE. Ideo ipsorum similia vix abesse contingeret à domo alicujus, sed Larariis imposita celebrantur honoribus, supplicabanturque thure, vino, & coronis. Plautus docuit. At, observo ego, *lucernis*, etiam ante aediculas pendebantur. Planum hoc sit ex bylchni lucerna aenea Lugduni reperta anno 1565. apud Gruter. 14. cvr. *cujus catenis inserta tabella erat cum hac inscriptione:*

LARIBVS  
SACRYM  
P. F. ROMAN.

Id est, *Publicae Felicitati Romanorum.* Apud Guilielmum Choulium lib. de antiqua religione Ro-

manorum hujusce lucernae imaginem videre est. Confirmo insuper veteri inscriptione Praeneste in Latio inventa, apud Gruter. 3. LXXVII. ubi inter alia.

ET. CVPIDINES. ꝛ CVM. SVIS

LYCINVCIIIS. ET. LVCERNA. LARVM. *Argentei* haud insolentiter facti. Municipibus Rheginis T. TARENTIUM reperio inter alia legalis LARES ARGENTEOS SEPTEM. Sic ex marmore constat Calabriae civitatis apud Gruter. pag. clxxiv. 7.

*Veneris signum.*] Lares non solum in illis Larariis, sed & aliorum numinum inibi habuere simulacra. Lampridius in Alexandro Severo cap. xxix. qui locus & supra de Laribus dictis aderit opportunus: *Matulinis boris in Larario suo (in quo & Divos Principes, sed optimos electos, & animas sanctiores, in quibus & Apollonium, & quorundam Scriptor suorum temporum dicit, CHRISTUM, Abraham, Orpheum, & hujusmodi deos habebat, ac majorum effigies) rem divinam faciebat.*

*Et fixis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius.*] Hic & digito Neronem indicat, ut ex Dione [seu Xiphilino] patet lib. lxxi. pag. 698. *Μετω δ̄ τὰ αἰετῶν αὐτοῦ ἰσοπέδης ὑγῶν (πρωλήθη δ̄ Ἰδεῖνα-λῖα, ἀσπίστου κλισουδύμα) & ἰστέλλου ἐπι τῶν γενεῶν αὐτοῦ ἐφ' ἧ τὸ τοῦτο πρόσωπον ἐξέλασθ' ἐκατ' ἑτεροῦς ἰσοπέδων τῶν ἡγετῶν Ἰουδαίων αὐθιγῆς τῶ Διὶ τῶ καπιτωλίου.* Pylhaec celebravit festa aeternis generis, quae dicuntur *Jucenalia*, ex propter barbam ejus, quae tum primum rari fuerat, facta sunt, cujus sibi in fluxum auream conjectos Joci Capitolino consecravit. Etiam Suetonius cap. XII. quem locum interpretes adferunt.

*Atrium sem.*] Qui forent *atriensis*, M. Varro docet lib. VII. L. L. *Si ab aede & tuendo atrium est, cur ab atrio & tuendo non atrium sit potius, quam atriensis?* Atrium ergo atriensis tuebantur, hoc est, atrio praefecti quum essent, aliisque servis praepositi inferioribus (qui *atriarii* dicti) sedulo curabant, ne quid ex signis, stemmatibus, picturis, ac ceteris in atrio r. poni solitis, deperiret. In atris enim omnes census, divitiarumque servarunt antiqui, ut ostendunt Plinius lib. xxxv. Hist. Natur. cap. 2. Vitruvius extremo cap. 4. lib. VI. Valerius Maximus lib. v. cap. 8. Servius in libb. I. & IX. Aeneid. Unde qui honoratiorum erant, & integrae fidei, seavi atriorum observationi adhibiti, pariterque picturarum porticum, quod ex Arbitro liquet. Ut autem prompti magis excubare possent, cellae atris in ipsis erant atriensibus adstructae, uti hostiarii pro foribus. Suetonius indicat in Caligula cap. LVII. Plura adhuc insuper possem de atriensibus adferre, ni res jam pridem à viris doctis foret praecoccupata. Nota ergo nunc mihi, quam opportune de picturis atriensium Encolpius interrogavit.

Quas

*Quas in media porticu.]* Sic hiatulum supplevi ex consensu fere omnium doctorum virorum, ibi *porticum* subintelligi, ubi frequenter olim picturae conlocatae, adfirmantium. Induxerunt pessimo exemplo asteriscum nuperae editiones, ejus in locum haut quid substituunt idoneum. Commentum vero Scaligeri F. de Medica porticu longius putamus abire, quam possit convenire Petronio. Dempsterus vult *media* substantivè esse positum, atriumque significare, quod & nobis non displiceret, si constaret, sic atrium adpellatum ab antiquis.

Cap. XXX. *Procurator rationes accipiebat.]* Plures procuratores fuere, quibus non hic tempestivus sermo: nam de illo tantum nonnulla delibabimus, qui rationibus nimirum praeerat. Ipsissimi ergo sunt, qui in antiquis monumentis PROCURATORES A RATIONIBUS vocantur. Sic in veteri lapide Lanuvino apud Gruter. 2. ecclxxi.

T. AVRELIO  
AVG. LIB.  
APIRODISIO  
PROC. AVG.  
A RATIONIBUS

*Rationes accipere*, quod Hispanis, *tomar las quantas*. Sic Seneca Ep. 14. *Rationes accipit, forum conterit, Kalendarium versat, sit ex domino procurator.* Et Ep. 122. de Sp. Papinio: *Audis circa horam tertiam noctis flagellorum sonos: quare, quid faciat? dicitur rationes accipere.* Illae enim rationes domesticae erant, quae quotidie relegebantur, quod vel ex Seneca claret. nam diurnum Papinii vitae recenset tunc ordinem. De iisdem ergo rationibus Petronius loquitur: quas bene *Diurnum* vocavit ideo Juvenalis Sat. iv. 482.

---- *Longi relegit transversa diurni.*

Non autem intelligendi sunt Hispanus Philosophus, & noster Satyricus, de aliis rationibus, quas a dispensatoribus accipiebant domini, de quibus Cicero in Hortensio apud Nonium: *Quid tu, inquam, soles, quum rationem à dispensatore accipis, si aera singula probasti, summam, quae ex his confecta sit, non probare?* Rationes enim istae non tam crebro accipiebantur, quod abunde constat ex dispensatoris munere, de quo infra. Viros autem principes, haud dubium est, habuisse id genus procuratores, qui diurnas domus rationes acciperent; non ita vero alii minoris fortunae homines, sed ipsimet accipiebant, uti Sp. Papinius. Dispensatoris autem rationes vel ipse imperator relegebat. Suctonius in Galba cap. xii. *Et ordinario quidem dispensatori breviarium rationum afferenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexi se.* Hocce *breviarium rationum* summarium est acceptae expensaeque pecuniae, minime vero quotidie imperatori exhibitum; neque in eo contentae expensae domesticae, ac minutae. Differentia etiam satis constat ex ipso

Petronio, qui dispensatorem aureos numerantem facit; procuratorem vero accipientem rationes. etsi scriptores (ut hoc item moneam) interdum confundant. Porro rationes illae vel immaniter exactae, ut & in Seneca visum: nae tunc saepe vapulabant servi. Juvenalis itidem loco citato,

----- *Longi relegit transversa diurni,  
Et caedit, donec lassus caedentibus, &c.*

*Quod praecipue miratus sum, in postibus triclinae fascēs erant.]* Luculenta hujusce loci interpretatio petenda est à Lipsio lib. i. Elect. cap. 23. paullo ante finem. ipsum vide.

*Quasi embolium navis aeneum.]* Glossarium vetus: *Εμβολιον. ἐπι νῆας. Haec Rostra, singularia non habet.* Non ergo *rostrum* pro adunca illa navis parte proferrent emendati scriptores. Ferrea semper fuere rostra, aeneave. unde Graecis vox consilata *χαλκευεσθολος, aeneum embolium.* Plutarchus in Pompejo: *ὀνηθένοντι ἢ χαλκευεσθολος παρελάθει. Nonaginta aereis rostris armatas naves accepit.*

*Lucerna.]* *Triclinaris*, sive *convivialis*. nam erant jam in triclinio. Talis est illa Martialis lib. xiv. Ep. 41.

*Inlustrem quum tota meis convivium flammis,*

*Totque geram mixtas, una lucerna vocor.*

Discrimen enim lucernarum fuit haud secus ac lectorum. Erant namque *lucernae* aliae, quae *cubiculares*. Id genus illa, cujus Tibullus meminit lib. i. El. III.

*Haec tibi fabellas referat, positaque lucerna,*

*Deducat pleno flamma longi colo.*

Eiusdem generis sunt, quae nocturnis Veneris conluctationibus praesunt, earumque est apud politos scriptores memoria haud inficeta. Martialis lib. x. Ep. 38.

*O quae proelia! quas utrinque pugnas*

*Felix lectulus, & lucerna visit!*

Et lib. xiv. Ep. 39. ipsa loquitur cubicularia:

*Dulcis consilia lectuli lucerna,*

*Quicquid vis, facias licet, tacebo.*

Quae Galieni Imp. mens est in Epithalamio:

*Ludite, sed vigilis nolite extinguere lychnos:*

*Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernae.*

Item Propertius inter alia voluptatum suarum specimina illud memorat lib. II. Eleg. xv.

*Quam multa adposita narramus verba lucerna?*

Causam autem, cur eam amatorum in deliciis suis adhibuerint, Appulejus edidit opportunam lib. v. Fab. Mil. *Quum lucernam scilicet amator aliquis, ut dulcius cupitis etiam nocte potiretur, primus invenit.* Aliter enim haud cederet deformis admodum vultus emendatissimo. Erant praeterea & *sepulcrales lucernae*, de quibus alibi.

*Blivchnis de camera pendebat.]* Harum pensilium lucernarum supra meminimus, cap. praecedenti, & cuiusdam elingem esse apud Guillelmum Chou-  
lium,

lium, etiam monuimus. Ipsae Lucretio lib. v.

*Pendentes lychni*

dictae. Similem eleganter descripsit S. Paullinus Natali 9. Felicis, Petroniumque illustrat haec veribus:

*Ecce vides quantus splendor, velut aede renata,*

*Rideat insculptum camera crispante lacunar.*

*In ligno mentitur ebur. tectoque superne*

*Pendentes lychni splendis retinentur abenis.*

*Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant*

*Fimbriis. undantes flammis levis aura fatigat.*

Lucerna bilychnis *δύο* est, sed quam vocem alias ego nusquam offendi.

### III. ET PRIDIE KAL. JAN.

G. NOSTER FORAS COENAT.] Hocce non oblique & de Nerone tradidit Suetonius cap. xxvii. *Coenabatque nonnunquam & in publico, Nomonachi, praeterea, vel Martio campo, vel Circo Maximo, inter scortorum totius urbis, ambubajarumque, ministeria.* Nonne jam vides, cur perditissimos homines, Encolpium pata eiusque socios, in Trimalcionis conviviam intulerit Arbitr? Nec minus clare Tacitus lib. xv. Annalium cap. 37. ubi & causam reddit: *Ipse quo fidem acquirere, nisi, utquam perinde lectum sibi, publicis locis struere convicia, totaque urbe quasi domo uti.* Et nec inconcinnam Vertranii emendatio, *nihil utquam paticulosum sibi*, scribentis. Aegyptiis olim illi hoc commune. Sic de ipsis Mela nosser lib. 1. cap. 9. *Cibus palan & extra sua tecta carbant.* Ita & Hispaniarum reges in publico (sic & nos dicimus) cibos bis, terve, capiunt in anno, non tamen extra regiam. Antiquiores autem Romani alio spectabant, quam in propatulo coenarent. Ita S. Iudorus lib. xx. Orig. cap. 2. *Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, & commuiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret.* Quo de egregius est Val. Maximi locus lib. 11. cap. 5. *Fuit enim illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo, humanitatis simul, & continentiae, certissima index. Nam maximis viris prandere, & coenare, in propatulo, recunditiae non erat: nec sane ulla epulas habebant, quas populi oculis subjicere erubescerent.* Idem pluribus Salesburienfis in Polycratii lib. viii. cap. 7. refertque leges olim latae fuisse, quae iubebant, ut patenticus hostilis coenaretur. Ipsas VALVIPATAS & VALVIRAGAS appellari, auctor est Portunianus, antiquissimus scriptor.

*Altera luna, eorsum, stellarumque VII. imaginis pictas.*] Puto hic coenationem illam Neronis designari, (jum enim in triclino erant) de qua sic Suetonius cap. xxxi. *Praecipua coenationum rotunda, quae perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur.* Imitabatur omnino coelestem machinam. quapropter & planetarum imagines ibidem quoque necessario adessent, quorum mentio

in haec Trimalcionici triclino descriptione nihil posset signantius aliud prae se ferre. Facit enim & huc terculum illud xi. signorum. Conveniens namque omnino foret etiam ipsum illi coenationi.

*Qui dies boni, quique incommedi essent.*] Ex eventibus rerum securis, & adversis, omnia obfervarunt veteres Luna, vel tristia; cuius plura in Camillo Plutarehus recitat exempla, refertque ab Heraclito reprehensum fuisse Hesiodum, quod *αγέλας* conllicuisset *ιου, ας, & φεβας*, uti in eius opere patet, cui titulus *Ημερα*. Eisdem sacre & superstitioni admodum observatores Romani, & vix, puto, reperiri gentem posse, quae pura omnino evaserit ex simili contagione. Ex nomine apud nos jam solum reliquo dierum, *aciagos*, nuncupatorum colligere est, eiusmodi nugrum rationem aliquando etiam Hispanos habuisse. Eisdem dies faciunt viri docti cum illis, quos *atros* antiqui vocarunt, distoque putant esse quasi *atriagos*. Alii ab Aegyptiacis diebus deducunt, qui in decretis canonicis notati: *Non observatis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Xalomas.* Pessimi omnis habitus dies Aegyptiaci respectu illorum, in quibus Aegyptios olim plagis adstricti, itaque *Acagos* velut *Aegytiagos* vocarunt praeci. Sed nos de his hic non plura, quam loco proprio in de Antiquorum Calculis Diatriba nostra abunde egerimus.

*Ceterum ut motinus dextros gressus.*] Similiter paullo post: *Retulimus ergo dextros pedes.* Hispano dicimus: *redolimus a mano derecha.*

*Procuravit ante pedes.]* Supplicis gestus, precantique. Arnobius lib. iv. *Et quia non supplicis Mutuo procurvimus, atque Talano.* Ritus erat Persarum proprius, uti apud Curtium passim. Sic Alexander ad Sisigambii, Darii matrem, lib. v. *Procurvans saepe in venerari solivisti, inbitui.* Usque ad terrae contactum faciem demittebant procurvientes. indicat Ammianus lib. xviii. cap. 19. de Antonino loquens, qui ad Saporem, regem Persarum, transfugerat. *Sublata si-ri, quum capite summo forebat honoris insigni, distulit equo; curvatisque membris, humum vultu sene contingens saluavit, patronum adpellans, & dominum.* Etiam Curtius lib. viii. *Alexandrum veneratibus Persis, Polypercon, qui cubabat super regem, unum ex his mento contingentem humum, per Palladionem coepit hortari, ut volentius id quovet ad terram, &c.*

*Dispensatoremque in praetulo aureos numerantem.]* Dispensator servus, qui domini pecuniae praepositus erat, eisdemque iusti eam pro necessariis dispensabat, posteaque in sua brevitaria accepti & experti summas, ac rationes, inferebat. Unde apud Jurisconsultos merentur libertatem, si dominicas rationes ipsi transaverint diligenter. Insignis enim locus est apud Suetonium in Vespasiano

fano cap. XII. de dispensatoris cura in referendis in rationarium pecunias Principis nomine expensis: simulque de adscribendo titulum summae, qui videlicet, modo sic fieri posset, addebatur semper: *Expugnatus autem à quadam, quasi amore sui deperiret, quum perduclis pro concubina seſteria quadraginta donaſſet: admonente diſpenſatore quemadmodum ſummam rationibus vellet referri? Veſpaſiano, inquit, adamito.* Petronius vero dixit numerantem, ut Macrobius cap. 4. lib. II. Saturnal. ubi de Augusto loquitur: *Secuto omnium riſu, diſpenſatorem Cuſar vocavit & ſeſteria centum milia numerare Graeculo juſſit.* Sed novitio more: apud antiquiores enim diſpenſatores pecuniam appendebant, non numerabant; unde eis nomen, ſic Pompejus Feſtus: *Diſpenſatores dicti, qui aes penſantes expendebant, non adnumerabant.* Et in eandem ſententiam veniunt Plinius XXXIII. Hiſt. Natur. cap. 3. M. Varro extremo lib. IV. L. L. D. Hidorus lib. X. Etymol. Cornutus, aut quilibet eſt Perſii ille vetus interpres, Sat. II. Papias, alii. Nobis diſpenſatores dicuntur, *Theſereros*, & in Conſtitutionibus pariter vocantur diſpenſatores, qui Principum curant pecunias, theſaurorumque gerunt adminiſtrationem. *Diſpenſatio* diſpenſatoris functio eſt apud Suetonium in Veſpaſiano cap. XXIII. & Othone cap. V.

*Non tam jaſtura me movet.*] Sic cap. CXVII. *Nec illum jaſtura moveri.* pariter & Catullus Carin. 12. de linteo amiſſo.

*Veſtimenta accubitoria* - - - *Tyria.*] Cubitoria, vel accubitoria ſeribas, nihil prorsus intereſt. Faſta igitur ad cubitoria veſtimenta ex purpura. Plinius inquit lib. IX. Hiſtor. Natur. cap. 39. *Purpura dibapha quis jam non triclinaria facit?* Eadem igitur triclinaria, ad cubitoria, & coenatoria, quorum ſupra etiam cap. XXI. mentio. Sed in balneo, quaeris, ſubducta fue veſtimenta coenatoria? haud inquam inepte. nam quum è balneo reſta irent ad coenam, haud indecenter coenatoria jam induci irent etiam ad balneum.

*Sed jam ſemel lota.*] Aliter, ſed tantum ſemel lota. ſed longe ab à ductu litterarum. Qui vero interpretantur, ſed jam ſemel, pro ſed tamen, argute faciunt: aſt durioſcula videtur locutio. Probior lectio mihi eſt, *ſed ea ſemel lota.* exaratum fors erat forma iſta, *ea ſemel.* unde facile ſolidus librarius, *jam*, illud conſlavit. In textum tamen recipere auſus non ſum. Plurima eſt ſcriptoribus mentio de veſtibus illis. Eleganti autem ambage bis tinſta concepit Ennodius Panegyri Theodorico dicto: *Exhibete, Seres, indumenta, precloſo murice quae fucatis, & non uno abens hibentia nobilitate tegmina prorogate.* Eſt memoria & in Sacris Bibliis Numer. cap. XIX. 6. *Coccinumque bis tinſtum ſacerdos mittet in flammam.* Suſpicio precioſiores purpuras pluries murice inſectas, nam mihi Martialis haud oblique praecire

videtur ad hanc conjecturam lib. II. Ep. 28.

*Quaeque Tyron toties egot acere lacernae.*

Et Epig. II. lib. X. qui locus unice Arbitro ſempiternus quum ſit, miror tot interpretibus ſilentio fuiſſe praeterveſtum:

*ET LOTAM, ut multum, terque quaterque togam.*

Cap. XXXI. *Ad ſummam.*] Formulæ hujusce varius apud Arbitrum uſus. ſed quemadmodum in praefentia, ſapies alias uſurpat. Loca parallela iſthacce occurrunt. ſic cap. XXXVII. *Ad ſummam, mirum midie ſi dixerit illi tenebras eſſe, credet,* & cap. CV. *Ad ſummam, ad huc patrimonii mei reliquias olent.* & cap. CXXXIV. *Ad ſummam, qualem putas eſſe, qui de Circes toro ſine voluptate ſurrexit?* cap. CXI. *Ad ſummam, relinquere ſe pueros in dono Eumolpi, ut illum loquentem audivent.* Idem eſt, ac ſi aliter diceret, ut ſummatim & ſine ambagibus dicam, ſive, demum, denique, & quod Hiſpani dicimus: *ten reſolucion, ten fin, i finalmente.* Sic & Vitruvius praefat. lib. VII. *Ad ſummam, mors ejus, ut parricidii damnati, varie memoratur.*

*Vinum dominicum*] Diverſum quippe erat à conviviarum vino. qui neſcio an fatuus divitum antiquorum fuerit, an fordes. ipſius autem apud ſcriptores tam Latinos, quam Graecos, querela eſt creberima. Facete, more ſuo, ſaſpe Martialis. Sic lib. IV. Ep. 86.

*Nos bibimus vitro, tu myrra, Pontico, quare?*

*Prodat perſpicuum ne duo vina calix.*

Tali nunquam nos ſuſpicioni erimus obnoxii, qui abſtemii ſumus, frigidamque omni ne curare potamus ſuavioſorem. Et lib. VI. Ep. II.

*Quod non ſit Pylades hoc tempore, non ſit Orefles,*

*Miraris? Pylades, Marce, bibeat idem.*

Juvenalis etiam Sat. V. 51.

*Non eadem vobis poni modo vina querebar.*

Nec minus falſe cum morem inſectatur Lucianus, apud quem ita Saturnalium legumlator legem tulit: *Οἷος τῷ αὐτῷ πίνειν ἀπαντας. μὴ ἐσω προορασις τῷ πλεσίῳ, ἢ τομάχου, ἢ κεφαλῆς, ἰδύου; ἐς μόνον δὲ αὐτὸν πίνειν τῷ κρείττονι.* Eodem de vino omnes bibunt: neque proſit diviti, ſi cauſetur vel ſtomachi, vel capitis, dolorem, ut ideo bibat de meliore. Et ruruſ in Epit. Saturnal. *Προσπεινῶν ἢ καὶ τοῖς οἰνοχοοῖς, καὶ περιμένειν, ἐπ' ἂν ἐπιτακίαις αἰτήσῃ πίνειν ἑμῶν ἐναυθῶν, ἀλλὰ ἢν ἀπαξ κελεύσῃ, αὐτίκα ἐρχεσθαι, καὶ ἀναδοῦναι μεγάλην κύλικα ἐμπλησάμενος, ὡσπερ τῷ δεσπότη. Ἐ τὸν οἶνον ἢ αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόλαις εἶναι, καὶ τὸν αὐτὸν, εἶναι. ἢ ποῦ γὰρ γεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον, τὸν μὴ ἀνοσομα μεθύσκεσθαι, ἐμοὶ ἢ ὑπὸ τοῦ γλυκύως διαβόλλουσθαι τῇ γαστέρα;* Utque praemonentur pincernae, ne cunctentur, donec unusquisque nostrum septies po-



scat bibere, sed semel jussi protinus infundant, & ingentem calicem impletum trahant, acque atque ipsi domino, utque unum, & idem vinum convivis sit omnibus. Alioqui ubinam ista lex scripta fuit, aut receptus mos, ut hic vino odorato generosoque temulentus sit, mihi contra mystro disrumatur alvus? Et tertio etiam ibidem. Idem & in cibis factum, quod magis adhuc spurcedicium. Unde omnium lepidissime à nescio quo Pontico quaesivit Epigrammatarius lib. 111. Ep. 60.

Cur sine te coeno, quum tecum, Pontico, coenam?

*Ministratoris gratia est.*] Vere: nec fugit Lucianum. ideo cavit istdem in legibus: οἱ διακονοὶ πρὸς χάριν μὲν εὖ μὲν, ἀλλὰ ἀποὶ ἐπιδοκίμαστον, μὴδὲ παρατεμνέτωσαν. *Ministri ne cui quid favore danto, neque cunctantor, neque praetermittunt.*

*Alexandrinis.*] Argutuli Romam exinde adducti pueri, speciosique. Ovid. lib. 1. Trist. Eleg. 11.

Non ut Alexandri clavum datus in urbem  
Delicias videam, Nile jocoje, tuas.

Martialis lib. IV. Ep. 42.

Niliacis primum puer bis nescatur in oris,  
Nequitias tellus scit dare nulla magis.

Et supra Quintilianus.

*Aquam nivatam.*] Notum jam, notari hic etiam Neronem, ejus inventum decoquere aquam, vitrosque demissam in nives refrigerare, ut ait Plinius lib. XXXI. Hitor. Natur. cap. 3, cuius & Juvenalis meminit Sat. v. & Suetonius cap. XLVIII. vocavitque *Neronis decoctam*. Fuit olim & potui nix ipsa decocta; aqua etiam ex nivibus dilutis: itemque aqua cum nive commista, sed quae parum ad Petronii interpretationem conducunt, itemque ad corporis valetudinem, uti apud Macrobius videre est lib. VII. Saturnal. cap. 12. Neronis autem decoctae voluptas frigoris, Plinius addit, *contingit sine vitulis nivis*. Subridet igitur opportune Arbitr, decocta illa uti in conviviis Principem ad pedum quoque lotionem, manuumque.

*In manus infundentibus.*] Plura hic ego congesteram, postea, quum animadverti, id laboris pridem convivialium rerum scriptoribus praecoccupatum, omisi consulto. Addam tamen, quod fortean non ita erit protritum, nimirum Romanos, aequae ac nos hodie, post epulas manus lavasse. Confligo ex divino Seneca, dum Lucilio vitae suae seriem exponit quotidianam Ep. 83. *Parvis deinde stecus, & sine mensa in frandium: post quod non sunt lavandae manus*. Quia sordes videlicet non contraxerat cibo parcissimo: alias igitur non deforet ablutio. Confirmo insuper insultri Suidae loco, qui & plura nos obiter edocebit: Ἀποπύπρον, Ἀριστοφάνης, ἀπὸ τῆς ἀποπύπρον ἐκχέουσι τὸ πύπρον, εἰδῆται δὲ οἱ ἀρχαῖοι εἶποτε ἐκχέουσι ἀποπύπρον ἀπὸ τῶν θυρίδων, ἵνα

μη τις βορρῆ τῶν παριέντων, λέγειν ἐξίσω τὸ ἀποπύπρον τὸ δὲ πύπρον ἐκχέουσι. πρὸ τῆς δευτέρας, καὶ τὸ χυμῶς. *Mallucium.* Aristophanes [Acharn. 616.] *Ue manuum, ac pedum ablatorum aquam, & sordes effundentes, ut jferi.* Antiqui autem, si sordes manuum, aut pedum, ablatorum aqua ex fenestris effunditur, ne quis ea rigaretur, praeterentibus dicere solebant, *De via.* Et ἀποπύπρον, id est, minus abluere, dicebant *POST COENAM.* Ante coenam vero dicebant, καὶ χυμῶς, id est, in manum (aquam funde.) Athenaeus autem has locutiones permutat lib. x. moremque lavandi manus post coenam fatigat multas stabilire. Vide jam, quae so, quam altam ducat originem vulgaris formula nostratium, *aqua va, praemonentium, quum aqua ex fenestris effunditur.*

*Atque infrequentibus ad pedes.*] Nota, quae so, quod lavatio isthaec in mensa, licet in balneo loti jam fatis illis convivae, ut supra visum. Quapropter omnino fallitur vir doctissimus, quum adferit, si in balneo prius fuissent, neutiquam antiquos lavare pedes in convivio solitos. quod Arbitri suffragio plane reluctantis conatur tueri, quum ex antica oppositum hic ostendat ipse Petronius. Sic etiam apud Planudem Xanthus & balneo rediens iterum ante coenam jubet, ut pedes suos Aefopus lavet. Ipsum adi, nos loco parcimus longiusculo. Necessario autem: vel ob hanc consuetudinem, pedibus nudis aduenerent veteres: quandoquidem, ne stragula confpurcarent, haud fuidet prorsus necessarium, quod vulgo jam fatis superque notum.

*Ad pedes.*] Plautus in *Perla* v. 11.

Locus hic tuus est, hic accumbe. Ferte aquam pedibus, praeben' tu suere?

*Pellucium* adpellatum vas lavandis pedibus infervians, ut *Mallucium* manibus: itemque *Malluciae*, & *Pelluciae*, auctore Festo. *Polubrum* quoque idem, teste Nonio. Modum indicat Livius: *Argenteo polubro, & aureo gutto.* Plinius Fabius Pictor lib. XVI. *Aquam manibus, pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua.* Guttus, gutturnium est. sic etiam Varro lib. IV. L. L. *A Guttis Guttum adpellant.* Festus: *Gutturnium vas, ex quo aqua in manus datur: ab eo quod propter cras angustiam guttatim fluat.* Etiam *urceolus manalis* à manando dictus: ut & *aqua manalis*, quam vocem nescio ubi meminisse legisse. Unde Hispanorum *Aquamani* eidem usui. Sic & hodie visuntur in antiquis marmoribus, quae triclinia repraesentant, pueri sinistra manu malluvium tenentes, dexteraque urceolum manalem. Et apud Urinum in append. ad *Triclin.* Ciacon. cujusdam id genus cernitur depicta imago.

*An tota familia cantaret.*] Aptissime dictum de familia Principis usque ad dementiae cantoris (S 2) nam

nam ut est in proverbio: ὅποια ἡ δόξα, τοῖσι  
 ἔθροισι βρα. Qualis vera, tales & ancillae. Ipse  
 autem eo videlicet infaniae tandem devenerat,  
 ut citharœdi habitu depingi amaret impendio nu-  
 misque excudi; quorum hodie nonnullos exsta-  
 re, nemo nescit. Huius item mortem sibi conse-  
 sciscens, novissimum fuit verbum, referente  
 Constantino Manasse:

Οἷον, ὃ Ζεὺς, καθάρσθαι οἱ ἐπιζητεῖται.  
 Qualem, ὃ Juppiter, citharœdium mortales a-  
 mittunt!

Lege capp. xx. xxi. xxii. Suetonii, ubi prorsus delirantem Imperatorem deprehendes, indeque locum istum luculenter inlustrari. Eadem etiam multis Dio, ac Plinius, saepius inculcant, Lucianus in Nerone, Joan. Saresberienfis lib. 1. Polycratici cap. 7. Julianus Imp. in Caesarib. Eutropius lib. vii. Suidas.

Itaque potionem popesci: paratissimus puer non minus me acido cantico exceptit.] Hinc observo e-  
 quidem, nescio an usquam quantum est Critico-  
 rum observavit alius, quod pueri antiquitus bi-  
 bentibus, nec sane intempestive tunc, ut alias,  
 canere essent soliti. Plane etiam Horatius lib. 11.  
 Ep. 11.

Quin etiam canet indoctum, sed dulce, bibenti.

Traho huc & Manilius lib. v. Astron. vers. 327. ubi oriente lyra fidicines & cantores nasci docet:

Ille dabit cantus inter convivia dulces,  
 MULCEBITQUE SONO BACCIUM, no-  
 stisque tenebris.

Verbis autem, nostisque tenebris, convivia desi-  
 gnat antiquorum, quae in multam noctem pro-  
 trahebantur, ut supra diximus. Haud absolum  
 est quod & Atheniensibus in festo, quod Choas  
 adpellabant, fuit antiquitus factum. Indiceba-  
 tur per praekonem certamen bibendi ad tubae  
 sonitum. sic Aristophanes in Acharnensibus, [vers.  
 999.] ubi praeo clamitans inducitur.

Ἀκρίτε, λέω, καὶ τὰ παῖρσι τὰς Χόας  
 Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος. ὃς ὄν ἐκπιη  
 Πρώτιστος, &c.  
 Audi, popule, more patrio Choas  
 Bibendum ad tubam: qui vero ebiberit  
 Primus, &c.

Apud Suidam quoque memini me observasse huc  
 conducentia, quae nunc non occurrunt.

Pantomimorum.] Qui Pantomimi, dicat nobis u-  
 nicus Manilius lib. v. vers. 473.

Externis tamen aptus erit nunc voce pot-  
 tis,

Nunc saturo gestu, referetque affectibus ora,  
 Et sua dicendo faciet, solusque per omnes  
 Ibit personas, & turbam reddet in uno.

Plenius adhuc & planius Aristaenetus Ep. 26.  
 lib. 1. & Macrobius lib. 11. Sat. cap. 7. quos

vide. Ceterum in Neronem agnosce parum ab-  
 errans telum. Adeo enim scenicis artibus fuit  
 addictus ille princeps, ut Peridem pantomimium  
 occisum ab eo, quasi gravem aduersarium, tradat  
 Suetonius cap. LIV. Aequae, ac Petronius, il-  
 lum etiam perstringit Plinius Panegyrico: Idem  
 ergo populus ille aliquando scenici imperatoris specta-  
 tor, & applausor, nunc in pantomimis quoque a-  
 versatur & damnat effeminatas artes, & indecora  
 saeculo stulti. Latius vero Philostratus de vita  
 Apollon. lib. v. Et Joan. Saresberienfis lib. 1.  
 de Nugis Curialium cap. 7. & ceteri jam su-  
 pra laudati scriptores.

Cui locus novo more primus ferebatur.] Vere,  
 novo more. nam medius locus in conviviis hono-  
 ratiore erat Romanis, quod planum fecit scri-  
 ptorum testimoniis inprimis eruditissimus noster  
 Ciaconius lib. de Triclinio, Manutius lib. ix. Ep.  
 Famil. Ciceronis epist. 26. & Lipsius lib. 111. Antiq.  
 Lect. Quod autem ex Festo proferunt interpre-  
 tes non recte capiunt. neutiquam, novo more,  
 primus locus Trimalcioni ferebatur, si rex sem-  
 per supra omnes accumberet. De Pontificalibus  
 coenis tantum Grammaticus loquitur, aut de il-  
 lis quibus Pontifices adhibiti. Nae talibus coe-  
 nis ordo erat. Festo ipso auctore: Rex, deinde  
 Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirina-  
 lis, quinto loco Pontifex Maximus. Confirmatur  
 Pontificalium librorum auctoritate, referente A.  
 Gellio: Super fluminem Didon in convivio, nisi  
 Rex Saurifucus, laud quisquam alius accubuit. &  
 Servius ad illud lib. 11. divini operis vers. 2.

Ide toto pater Aeneas sic orsus ab alto.

Quod satis etiam non vidit vir doctissimus.

In promulsidari.] Supra de promulsidate nos, quae  
 jam ad Petronium post tot doctos viros fulsere  
 videbantur. Addere tamen in praesentia lubuit,  
 promulsidare, sive promulsidarium, mihi esse promul-  
 sidis, sive cocinae primae partis ferculum, reposito-  
 riumve; Martiali gustatorium dicitur Ep. 88. lib.  
 xiv. Arbitroque inferius cap. xxxiv. in promul-  
 side namque seu gustatione & esculenti quid fuit,  
 & poculenti. Minime autem promulsidare vocari  
 adfero vas continendae gustationis destinatum, ut  
 omnes voluere eruditi. Plane hic indicat Arbi-  
 ter, inquit, in promulsidari esse asellum Corin-  
 thium duobus lancibus testum, cui usui repositoria  
 aut fercula in convivium inferri solita fuisse, hoc  
 est, ut lances, & struices patinarias sustinerent,  
 infra dicimus. Plane etiam indicat Ulpianus leg.  
 19. §. 10. II. de aur. & arg. leg. Sed si cui vasa  
 sint legata, non solum ea continentur, quae aliquid  
 in se recipiant, edendi bibendique causa paratum,  
 sed & quae aliquid SUSTINEANT. ET IDEO  
 scutellas, vel PROMULSIDARIA, contineri.  
 Hinc vero neutiquam colligere est, quod promul-  
 sis necessario pro vase usurpetur aut lance: Item-  
 que pro gustu aut antecoena minime usurpari  
 posse

posse *promissilem*, ut voluit nuper vir doctus ad Pallium Terulliani, adseverans scilicet, nusquam de gustatione aut antecoenio *promissus* dixisse primum scriptorem. nam praeterquam quod suomet ipse gladio jugulatur, verba illa proferens Arbitri cap. xxiv. *Hoc belle eras in promisside libidinis nostrae militabit: hostie enim pest offellum*, &c. omnemque admittit sententiae leporem, ibi assellum cum promisside confundens, quod, si diis placet, nunc in promissidari artificiosi valde convivoris assellum quoque vidit. plura praeterea testimonia obvia erunt cuique, ex quibus, ipsum falli, constabit manifesto. Adeat interim Ciceronis Epp. 16. 20. lib. ix. ad Familiares, ubi aperte *promissilem* pro gustatione extulit Cicero.

*Aelius erit Corinthios cum byaccio.*] Veri, quae hic Richardus & Bourdelotius cogitant. Sed nemini ex nostris, certo scio, quod addam, in mentem venit: nisi ille, de cuius pravitae facpius in isto opere conseror, postquam cum illo feci communes lucubraciones meas, pro suo, uti alia plura, hocce venditarit. Ecce originatio indubitate fidei est, quam de Hispano nomine *Bijacas* a *Byaccio* Romanorum duco haud cunctabundus. Vide Covarr. Thesaur. vocibus, *Bijacas*, *Bicacas*. Sordebunt prae illa indubie quaelibet alia Etymologos nostrates consulenti. Quod vero addit *tegebant assellum duas lances*, est videlicet inter duas lances esse illum constitutum.

*Facrunt & tomacula supra craticulam ferrentia argenteam posita: infra craticulam Syriaca pruna cum granis Punici mali.* Primi nos huiusce loci sensum odorati sumus reconditiorem. in eo videlicet (quum ipse ex illis sit, qui ad Principis ingenium penitus exprimendum sunt compacti) plus aliud, quam verba sonant, necessario fuit requirendam. Sed jam ad rem. Primum sciendum est, quid sint *tomacula*. Verius enim, quod nos cognoverimus, adferemus in medium. *Tomacula* ergo ex variis plerumque carniū generibus olim fuisse confecta, indubium est. Carnes enim valde minutatim concidebant, unde eis nomen, *τῶν τῆς τοῦ*, id est, *incisione*. Eas sabinde condiebant cum ovis, aromatis, & oleis, ex quibus omnibus in unum perfecte redactis globulos ad nucis magnitudinem efficiebant. Demum pilas, aut globulos illos oramento involutos, aut in sartagine larido frigeabant; aut, quod frequentius factum in craticula torrebant. Longum foret loca, unde isthaec depromimus, referre. Bene igitur, qui idem cum tomaculis faciunt *offellas*, quod indicare mihi videtur & Martialis hexametro illo Ep. 221. lib. xiv.

*Parva tibi curva craticula sudet ofella.*

Quo & ille facit Ep. 48. lib. x.

*Et, quas non egeant ferro structuris, ofellae.*

Et alius lib. xii. Ep. 48.

*Me mus ad subitas incitat omnia fellae.*

Ubi, *subitas ofellas*, non subito factus interpretor, nam id non facile: sed illico, ut amicus adfuit conviva, super craticulam ad torrendum impositas, qui è fumo videlicet fuissent quamprimum detrahae. Ibi enim, uti notatum alii, durabant, siccabanturque. Idem proflus hodie parissime nobis usurpatum, variis postillimum in suum sarciminibus. Verum enim vero quum tomacula, ofellae, sive insitia ex porcinis constarent ut plurimum partibus pinguisimis, necessarium in mensam producenda erant satis calentia palato atque stomacho consulentibus. Id autem fieri neutiquam poterat, nisi craticulis ipsis adferrentur, foculoque opportune iisdem subiecto. Aperte hocce innuit Petronius, quum *tomacula* illa facit *ferrentia*: aperte quoque Martialis, quum *sumantia* lib. i. Ep. 42.

*Quod fumantia qui tomacula rautus*

*Circumfert tepidis corus popinis.*

Ubi, id significare Valerium, & Raderus animadvertit. Ast numne, ais, ignis est subtus craticulam Trimalcionis argenteam injectus? Omnino, inquam ego: simulatus tamen & effectus, non verus. Ipsum indubie ut repraesentarent, Syriaca pruna infra craticulam posita fuere, & grana Punici mali. Alter ineptissime profecto ferventibus edulis adungerentur. Quam proprie vero prunarum vicem pruna Damascena, & Punici mali grana possint subire, quisque animadvertet. Similes enim lusus infanientium fuere Principum deliciae, Neronis autem ingenio adpossitissimi. Non alio abeunt, quae sequuntur cap. xxxiii. lignae gallinae, in corbe ova ex farina sigrata incumbentis, nugamenta, ut dicemus ibidem. Parisinae fuere & parissimis principibus infaniae. Sic Alagabalo Neronis similiae convivas suos ludibrici ipsissimus animus. Istaec inter alia de ipso Aelius Lampridius scripta reliquit: *Pisum cum aureis, lentem cum ceraunias, fabam cum electris, & oryzam cum albis exhibens*. Cuius sane loci mentem penissime Casaubonus percepit, quicquid nuperus eiusdem Historici interpretes incallum reluctetur. Nae ille miscbat aurum, gemmasque cum oleribus, aut natura aut arte iisdem assimilantes, ut falleret sic etiam, perinde ut pluribus aliis, convivas suos: quum cibos adgrederentur. Inde prius Trimalcionicus concoena fatetur ingenue, cap. xxxiii. se suam fictorum ovorum partem voluisse abjicere; *nam videbatur illi join in pullum collige*.

Cap. XXXII. *Ad symphoniam adlatus est.*] Adferbantur in triclinium ad tibias, sed nimio tantum luxu profluentes. Sic Antiochus, referente Polybio lib. xxvi. Histor. apud Athenaeum lib. x. cap. ii. ad symphoniam adlatus est: *εἰ δὲ καὶ τῶν λεωτέρων, φασὶ, συνμιθιστὸ τινὰς εὐμαχομένης*

ὅπως δὲ ποτε, παρῆν μετὰ κεραμῶν, καὶ τυρῶνας.  
 Et sicubi convivari juvenes intelligeret, cum lagenis, & symphonia, illuc accedebat. Pariter & domum deducebantur à coena praecedentibus quoque lucernis, facibusve. Cic. in Catone: C. Duillium M. filium, qui Poenos primus classe devicerat, redeuntem à coena senem saepe videbam puer. delectabatur crebro funali, & tibicine, quas sibi nullo exemplo privatus sumserat: tantum licentiae dabat gloria. Idem de C. Duillio plures referunt. Allatus, nempe Chiramaxio, aliove fellae gestamine, vel cathedrae. Sed verius lectica, ut supra cap. xxviii. Lecticas impositus quum ergo adferretur.

*Ad symphoniam.*] Sic instrumentum quoddam musicum, symphonia adpellatur, describit S. Isidorus lib. iiii. Orig. cap. 22. Symphonia vulgo adpellatur lignum cavum ex utraque parte, pelli extenta, quem virgulis hinc & inde Musici ferunt. Fitque in ea ex concordia gravis & acuti suavissimus cantus. Eiusdem enim formae sunt antiquorum Sistris, nostrisque Panderos. Etiam S. Hieronymus Epistola ad Damasum adfirmat, quosdam olim Latinorum, symphoniam genus fuisse organi Musici, existimasse. An ergo de simili quodam musico instrumento capiendus hic, & saepe alias Petronius, ubi de symphonia mentio? Doctiores viderit, nos vero progredimur.

*In cervicalia minutissima.*] Cervicalibus locum fuisse in lectis triclinaribus, jam Critici monuere. A cervice autem denominari, Priscianus docet lib. iv. & recte: nam delicatolorum cervices subfulciebantur cervicalibus. Eadem cum pulvinis facit Volaterranus lib. xxviii. Plumae erant resecta. plane Martialis lib. xiv. Ep. 146.

*Tinge caput nardi folio: cervicali debet.*

*Perdidit unguentum quum coma, pluma tenet.*

Inde Plinius jam claret, quum in Trimalcionis ejusmodi invehitur lib. x. Histor. Nat. cap. 22. Eoque deliciae processere, ut sine hoc INSTRUMENTO plumae durare jumentorum quidem CERVICES possint. Loquitur ibi de lana anserum molissima. Cervicalia nunc, affericos, nos adpellamus non magna vocis differentia si eraditur littera, a, in principio addita.

*Expressit imprudentibus risum.*] Id est, novitiis convivis, qui id nondum spectaverant. Sic cap. lxxix. imprudentiam locorum tribuit eis nimirum, quibus, per ejusmodi anfractus egredi, non contingerat. Contra senem indigenam, suaeque rerum civitatis bene conscium, prudentiorem adpellat advena Encolpius cap. lxxxviii. Consule prudentiorem coepi aetates tabularum &c. De veteri autem conviva inquit cap. xxxvi. At ille, qui saepius ejusmodi ludos spectaverat, & cap. sequenti: Deinde ut audivi veterem convivam.

*Pallio enim coccino.*] Supra hunc locum, le-

viter tamen, tetigimus, ubi de palliis egimus. plene vero Lipsius cap. 23. Amphith. quem vide.

*Circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam.*] Et locus iste nominatim de Nerone accipiendus. Palam faciant Historici. Tranquillus sic prodidit in vita ejus cap. li. ubi mappam illam Judarium vocat: Ac plerumque symphoniā induitus, LIGATO CIRCA COLLUM SUDARIO prodierit in publicum, sine cinctu & discalceatus. Habitus omnino est in triclinio discurrēntis. ac proinde ego exillimo mappis aut sudariis illis linteola omnino respondere, quae, habadores, vocamus, quibusque in mensa utuntur divites nonnulli, ac delicati homines. Dio συρῶνιστος vertit, integrumque locum verbis illis concepit: Τῆς ἑκλειστῆς χιτῶνος τὴν ἐνσέδουρας ἀμμοῦν, & σιρῶνιον πῶς τὸν ἀρχαῖον ἔχων, ἡ πᾶσι καὶ ὅτι ἐν τῆτοις ἡδη παρενέμει, ὡς καὶ ἀξίως χιτῶνας ἐν τῶ δημοτικῷ εἰδόμεθα. Notum est & mappis illis adfutos quoque clavos fuisse.

*Iste.*] Vestis haec mihi palliolum est, quo habebat delicatulus ille caput inclusum; fieri enim aliter non poterat, quin humeros illud necessario contingeret. Aliis vero doctis viris fiscal est, quod itidem, ajunt, esse habitum in deliciis olim, non ad raucedinem solum, aut anginam, adhibitum. Sed praecclare nugentur, nec adferunt exemplum, quo opinionem suam corroboratum videri velint.

*In minimo digito sinistrae manus.*] Longa apud Macrobiū lib. vii. cap. 13. disceptatio, cur praecipue sinistra annulorum gestamina destinata sit. Atteius autem Capito rationem reddit, quam unicam adferre, digna enim scitu est, nobis adlubuit. Agit de immodica antiquorum in gemmis luxuria, scalpturisque ipsarum, ac subdit: Hinc factum est, ut usus annulorum eximus dextrae, quae multum negotiorum gerit, in lixivam relegaretur, quae otiosior est, ne crebro motu, & officio manus dextrae preciosi lapides frangerentur. Plures aliae sunt rationes, quas brevitati confucentes reticemus. Pluribus extequitur Plinius lib. xxxiii. cap. 2. Apion Aegyptius apud A. Gellium lib. x. cap. 11. & apud Macrobiū alii. Inde Tertullianus ait extremo lib. de Habitu mulieb. Et sinistra per singulos digitos de saccis singulis ludit. Notaque est Sabinorum historia, à quibus Tarpei filia quod in sinistris manibus haberent postulavit, annulos intelligens: illi vero scuta pra aureis donis fuere congesta, tradente Livio lib. 1. ab V. C. cap. 11. natantque testimonia auctorum voluminibus. Verum enim vero minimus digitus olim, ut medius, annuli honore privatus, quod plane Petronio, aliisque non paucis repugnare videtur. ipse Capito: Medium & minimum vitaverunt, ut ineptos, alterum ma-

gnitulae, hinc est alterum. Sed postea turbatum hocce, sicut omnia, aperte Seneci lib. VII. Nat. Quae t. Et Martialis Epig. 63. lib. v.

*Per cujus digitos currit h. eis annulus omnes.*

[*Annulum grandem.*] Magnorum annulorum gestationis originem ab ipsifinet olim Sabinis trahere Romani potuerunt. sic Livius loco laudato: *Quod gemmos magna specie annulos habuerint Sabini*, &c. Hinc & Martialis tibi lucis non nihil mutuatur, qui *annulum gravem* vocavit; nam quia grandes annuli, erant & graves. Ideo *Dialyotheca* excogitata ipsis reponendis, ita lib. IV. Ep. 121. cujus Lemma *Dialyotheca*:

*Saepe gravis digitis clauditur annulus unctis:*

*Tuta mea pat sed tua gemma fide.*

Ea propter & inventum potest delicatum discrimen, annuli nempe aestivales, qui leviores; hiemales item, qui graviores forent. Id Juvenalis Sat. VII.

*Somptu vatum digitos circumligat auro.*

Et plautus Sat. I. in Critipum, quod jam Criticis puto esse notatum.

[*Extremo vero articulo digiti sequentis.*] *Annularis* nempe, sive, ut vocat Macrobius *medicinalis*. apud quem & rationem videre est, quam ei praestitit Atticus Capito. Praeterea notandum, in singulari articulis à prisca gestatos annulos, ideo, *extremo*, expresse Petronius addidit. Aperte Seneca: *In omni articulo gemma disponitur*. Immo & in uno articulo plures. Martialis lib. v. Ep. 11.

*Sard. nychas, smaragdos, alamaizas, jassidas*

*Portat in articulo Stella, Severe, meus.*

Nisi de annulo uno ridicularia hyperboice locedictum sit. Sed omnium maxime mirum est, quod ex dictis colligere licet, nimirum quod ipsifinet in articulis annulos antiqui gestarunt, nam id summo manum impedimento foret procul dubio. Fateor me diu hic haesisse; nihilque crepera adnodam in re adfirmare sum ausus, quousque in Clementis Alexandrini locum incidit, qui ut fugitivus nos denuo in lucem proferret, vel solus quidem sufficeret. Inquit ergo lib. III. Paedagogi cap. 11. *Ἄλλα καὶ τὸν δακτυλοῖ σκεῖν ἐπ' ἀφ' ἑαυτοῦ φορητὸν τοῖς ἀνδράσι γυναικῶσι καὶ τῶν εἰς τὸν μισθὸν δακτυλοῖ. καὶ τῶν τοῖς τῆς ἡρώδου κατέβαιναι. εἶναι καὶ ἑστῶς ἐνεργῆς ἢ χρεῖς, ὡς οἱ αὐτῆς δέχεται. καὶ ἢ ἕξει ὁ σφραγιστὴς ἀπαιτεῖν, τῆς μὲν τοῦ ἀοδαῖ σφραγιστῆς δὲ λατ' ὁμοῦ.* Sed neque à viris est annulus in articulo ferendus: hoc ei in est muliebres: sed in parvo digito, atque adeo in extrema ejus parte est collocandus: ita enim erit manus ad operandum expedita in his, in quibus ea egerunt: neque facile excidet sigillum, quod majore articuli ligamento custoditur.

[*Ferreis velut stellis ferruminatum.*] Annulum au-

reum, ait, ferreis stellis ferruminatum, uti Ju-reconsultus, *Josphum argento ferruminare*. Inuit enim Petronius, auro ferreas stellulas fuisse inclusas, alte imprectis, & inligatas, de quo late Salmastius ad Causiam Trebellii Pollionis cap. XVII. Haud abnuit hoc opus ab illo, quod *Termicularum* dicitur. *Atroxia*, Arabico nomine nos adpellamus. nam eo Mauri sunt artifices insignes. De hocce indubie & accipiendus Tran-quil. in Aug. cap. VII. *Tourinum cognominatum, jatis certa probatio. trucidatum, natus juvenem imagunculam eius auream veterem, ferreis ac paucis jam exolecentia litteris hoc nomine inscriptam. ubi Casaub.*

[*Dextrum madavit lacertum armilla aurea cultum.*] Cladius hic Neronem significare non potuit. Sic de ipso Suctonius cap. VI. *Ex aetate juvenis AUREAE ARMILLAE inclusas DEXTRO BRACHIO gestavit*. Inde & notatus Caligula Neronis archetypus, referente ipso Tranquillo cap. LI.

[*Dextrum lacertum armilla aurea.*] Proprie dixit *lacertum*, ubi armilla. nam *Armea* dicta ab armo suprema brachii parte in humeros, collumque vergente. Festus: *Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, aetas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis ar-mos vocabant. Unde arma ab his dependentia sunt vocata*. Ab *arnea* deinde diminutivum *armilla* factum est. Ea quoque suprema brachii pars vocata *lacertus*. Addit, *dextrum*, novo more: nam antiquiores brachii laevis armillas gestare. Livius lib. I. ab V. C. cap. 11. ubi de ambiguo pacto Tarpeiae virginis verba sunt: *Additur fabulae, quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laevo, gemmatosque magna specie annulos habuerint, sepelisse eam, quod in finis*, &c. Quod idem Dionysius Halicarnass. [Lib. II. p. 105. 33.] enarrat. Proprius ergo ornatus fuit militum, ut supra etiam dixit Festus. Isidorus item lib. XIX. cap. 31. *Armillas autem proprie virorum sunt, collatae viri-vitas causa militibus ob armorum virtutem. Unde quosdam vulgo Viriolas dicebantur*. Glossae: *Viriolae*. *Viriola*, *Armilla*. Erat *Viriola*, deminutivum etiam à *Viria*. vocabant & *Calbeos*, sive *Galbeos*. etiam Festus: *Calbeos armillas dicebantur, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur*. Quia in brachiis ergo gestatae armillae, adpellantur & *Brachiales*: ipsae Glossae, *Brachiales*. *Viriola*, & quia in brachiis postea dextris, *Dextralia*, & *D. strach-ria*, ut S. Isidorus, ac plures indicant. Et *S. inter* item genus armillae, ut Festus in *S. inter*, & Priscian. lib. v. Erit igitur *Viriolae* Neronis inrisio illa armillae ostentatio, utpote parum viri, quod satis notum: cuius haud secus mollitiem infectabitur, si vel armillas pro, uti etiam fuere, feminarum sumas ornamentis. Ipsarum autem imagines jam

antiquarii dedere, Chiffletius in Vefontione urbe, & Pignorius de Servis. quibus non injucunde oculi pascuntur intuentium. pluresque statuae hodie spectantur antiquorum, armillis hisce conspicuae.

*Et eboreo circulo lamina splendente connexum.]* Eboreo circulo forte exuviae illae serpentis inclusae; Circulus autem ipse armillae indubie annexus. Erant enim armillae tessellis distinctae, gemmisque. quo pertinet illud Juvenalis Sat. IX.

- - - Cui succina mittas

Gravidia.

Ubi Scholiastes vetus (Probum Birtium nonnulli nominant) *gemma dextroch-via.*

*Dentes perfodit.]* Perfodit, ut Martial. lib. VI. Ep. 74.

*Foditque tonsis ora laxa lentis.*

Appulejus, *exscalpit.* At aliud ed *Dentiscalpium*, nimirum quo dentes lavantur, scalpanturque: aliud *Dentifricium*, videlicet pulveris candidi, quibus dentes fricantur, Graecis ἰ δοντοφρικια. Confudit tamen Appulejus in Apologia, quem vide.

Cap. XXXIII. *Com tabula terebintina, & crystallinis tesserais.]* Aleatorius lusus talorum, tesserarum, & calculorum, res valde consueta est hodie, & implicata. Ea propter non pauci ex humanioris litteraturae candidatis hanc exornandam spartam susceperunt: sed tale horum lutorum fatum est, ut, contrario sibi quum plures opponantur docti viri, tamen de manifesto errore jure postulare neminem possis: tantis sunt scriptorum, qui laudantur, exempla involuta tenebris. Nos olim densam admodum caliginem illam dissecare conabimur, & fortasse non ludemus operam. Interea, quod indubium est, & huc praefertim facit in praesentia, proferimus: nimirum similes ludos inter conviviorum oblectamenta antiquitus numerari, ac fere semper in ipsa inferri solitos. Auctores enim fecerunt testimoniiis. Addimus & Neronem hic plane perstringi, de quo sic scriptum Suetonius reliquit in ejus vit. cap. xxx. *Quadrigenis in punctum HS. aleam ludit*, quod de tessera accipiendum, jam dudum est, quod probe censuit Calcagninus. Ceterum tolerabiliorem facit lusorium tabulam terebintinam gemmea illa M. Pompei, ejus videlicet apud Plinium in Hist. Natur. cum admiratione mentio cap. 2. lib. xxxvii. *Transfudit aleam cum tesserais lusorium e gemmis duabus, latum pedes tres, longam pedes quatuor. & ne quis ea de re dubitet, nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedente.* Latinis alveus, sive alveolus tabula lusoria dicta est, etiam abacus: Graecis τὰ ἀλεια, πλ. ἄθιον, tesserae, λεψυσουλ, jacula, quadrantalia, numeri; item ἀριθμοί, ἑστὶ ἰσχυμένα.

*Pro calculis enim albis, aut nigris.]* Quid ea-

dem in tabula calculi cum tessera? Ludus enim, quem finire cupiebat, calculorum fuit, ut facilius liquet ex sequentibus. Quid ergo tesserae adhibitae eidem ludo? Latet adhuc ludi genus tenebris antiquitatis involutum, unde etiam & non pauca auctorum loca quadam quasi nocte offunduntur. Cedet fortisim diei aliquando caligo, lusumque locaque equidem, si Deus det, luce clara illuciscam in Diatriba de antiquorum Calculis. Nunc autem, calculi, inquam, geminis coloribus erant distincti. Lucanus in Panegyrico ad Pisonem:

*Callidior modo tabula variatur aperta*

*Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,*

*Ut niveus nigras, nunc & niger adliget albos.*

Et Martial. lib. XIV. Ep. 17.

*Huc mihi bissero numeratur tessera puncto,*

*Calculus hic gemino discolor hoste perit.*

Sidonius item Apollinaris Ep. 12. lib. VIII. *Illic tabula calculis strata bicoloribus.*

*Interim dum ille omnium agnos tesseraum inter lusum consumit.]* Locus iste ex illis est, de quibus bene praecipue nos opere in isto meritis esse, existimare possumus. Illum supplemus, & interpretamur, an vere, iudicium tantum penes doctos esto. *Tò agmen*, ubi asteriscus erat, inferimus, ad hoc concinno sensu, ut illud, aut simile quid, necesse habuerit scripsisse Petronius, quod ex peculiari ludi illius ratione (cujus nunc ea tantum, quae huc conducere videbuntur, adtingam) Phoebo fiet meridiano clarior. Ludus ergo ille belli omnino praeseferat imaginem, ut eleganter Martialis dixit lib. XIV. Ep. 20. quod est de calculis:

*Insidiosorum si ludis bella latrarent,*

*Gemmeus iste tibi miles, & hostis, erit.*

Et Lucanus:

- - - *Vitreo pugnantur milite bella.*

Et crebriter omnes. Deinde, ars lusus erat, haud aliter ac in bello sit, calculum hostem inter duos milites, hinc & hinc domunculis tabulae conlocatos, ita comprehendere, ut neutiquam hosti illi subterfugendi alius relinqueretur locus; itaque de medio, revera autem de tabula, velut devictis contingit, tolleretur. Omnia haec mira brevitate Julii Pollucis insignis locus manifesta reddit lib. IX. cap. 7. [Segm. 98.] *Διχρουμενον ἢ εἰς δύο τῶν ψήφων κατὰ τὰς γόβας, ἢ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστὶ, περιλάθει τῶν δύο ψήφων ὁμογενῶν τῶν ἐτερόχρουν ἀναστέιν.* Calculis autem bipartito secundum colorem divisis, ludi hujus ars est: duorum concolorum comprehensione, alterum discolorum tollere. Inde pariter jam multi scriptorum loci lucem accipient. Nobis autem hic unum, aut alterum, designare tantum, adhibuit, quum plenius

nus alibi id simus praestituri. sic Ovidius lib.

111. *καλοῦ ζυγίου :*

*Caritaque non stulte latronum praecia ludat :*

*Unus cum gemino calculus hoste perit.*

Et lib. 11. Trist. Eleg. 1.

*Discalor ut recto graffator limite miles ,*

*Quum medius gemino calculus hoste perit.*

Martialis item lib. XIV. Epigr. 17.

*Calculus hic gemino discolor hoste perit.*

Miique. Inquit ergo Arbitrator : *Dum consumit amicum testorum*, hoc est, dum uniusquisque calculus a gemino hoste circumventus perit, ac tollitur. Hinc jam obicurius in re viros doctos caecutare, nihil erit mirum : modo ignara iuventus, fidem illis habere, caveat omnino. Sic erit & a nupero Petronii interprete hic praecipue cavendum, qui locum illum restituere pariter conatus est. Non vidit vir eruditus, quod tesserarum numerus illo in lusu nunquam consumitur, & terebintinas tesseras in Petronio non esse.

*Testorum.*] Calculorum intelligit. eadem ratio calculorum nominis, ac tesserarum. ut initio lapillis iudebant, ita & tessis. Petronio autem magis, quam *tessa*, videtur *testum* adrisisse, ut rarus infra cap. cxxxvi. *Admaloverti Eboricam cum testis ignis pleno.* Ita & *serapis* vocati sunt calculi illi. Cicero lib. 1. de Oratore: *Pila bene, & xii. serapis, ludere.* Quintilianus lib. 11. *Adversus Saecula in lusu xii. serapiorum, quam prior calculum promovebat, &c.* Nuncupati etiam praecis auctoribus *latrones & latronculi*, & *canis* : suos vero quisque lusor *milites*, alterius appellabat *hostes* : *Αἰετοί, & ἄετοι, & τεττοί* Graecis dicti. Postea autem a materia varia, *gemmei*, Martialis: *viridi*, Ovidio, Lucano, & Martiali: *aurei*, & *argentei*, Petronio.

*Repositorium adlatum est cum corbe, in qua gallina erat lignea &c.*] Repositorium istud etiam in gustatione, indicat clare Petronius, quum inquit: *gustantibus adhuc nobis.* ac postea cap. sequenti. *Et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.* Adhuc ergo in antecoenae illi convivae. Hinc autem animadvertere quoque licet Sybaritici patrisfamiliae exquisitum ingenium, apud quem voluptatis architectum omnia noviter machinabatur gula ingeniosissima. nam quum moris esset, coenam ab ovis tunc temporis frequenter aucupari, ut in eo etiam convivis suis imponeret, & infaniae suae specimen praeberet egregium, ova illa excogitavit Trojana, mira quidem novitate constructa. ipsaque cum rei veritate pugnantia. Et tempestive sane corbis, gallina, & palea simul adhibita; & addita insuper simulatio illa convivoris: *Antici, ait, pavonis ova gallinae iussi supponi. & me-Hercules timore, ut jam concepta sint. tentamus tamen, si adhuc fortilla junt.* quae omnia denique effectissime erant con-

stita, adeoque ut deceptus Encolpius conviva fateri non erubesceret, se paene profecisse partem suam; nam videbatur illi jam in pullum coisse. Ova autem in coenae prooemio apponi solita fuisse, nihil, puto, magis protritum. inde est Horatianum illud, quod formam proverbii habet lib. 1. Sat. 111.

*Si constitisset, ab ovis*

*Uque ad mala citaret.*

Ubi Acron: *Ovum enim initium coenae erat, quod se quod in gustu glutum a balneo offerebatur.* Sic Porphyrio. Athenaeus, Varro, Cicero, & plures alii.

*Repositorium adlatum est.*] Variarum *repositorii* fuerunt scriptoribus praecis acceptiones, quod non animadvertisse, occasione fuit viris doctis insigniter inter se dissidendi. Nobis vero, quaevis unicuique omnia, quid Petronio *repositorium* sit, satis erit offendere. Tabula nimirum illa, quae struces ciborum variae extraebantur, sive ipsae struces imponebantur patinariae, hoc est, lanceae cum opsonio. Petronio vocatur *repositorium*. Huic usui illud destinatum, apud Athenaeum quoque videre est lib. IV. cap. 2. *Και αὖτα τοῦ τοῦ υἱοῦ Πινῆς ἐπιπέρος πρὸ τῆν ἀναμύσειον, ἐν ἧκῃ καθάρισται ἀστυρεῖ, τῶν οὐκ ἰσθῶν ἐπιπέρος, τὰ δὲ τῆν τὸν ἀστυρεῖται, ἀπὸ τῆν πρὸ τῶν ἀστυρεῖται.* *Post competationem, vitrae linc diametri bicubitalis in repositorio collocata argenteo, assis piceibus ornata, quae congelis plena, adhibita est.* Illa ergo ad mensam adferebatur a duobus vel pluribus servis, super ipsamque reponerebatur: unde petuit etiam nomen invenire. Sic etiam auferrebatur subinle, ut alteri sequenti locum relinqueret. Hoc plane Petronius indicat, quum cap. sequenti inquit: *Quoniam haec signum symphoniae datur, & gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.* Et deinde cap. xxxv. *Lutularium FERECULUM imperatorum est, &c.* *Ferculum, & repositorium idem.* Sic, quum ferculum ipsum incipit describere, ait: eodem cap. *REPOSITORIUM enim rotundum, &c.* & cap. xxxvi. *Ad symphoniae illi tripudantes procurerunt, statimque parcom REPOSITORII ABSTULERUNT.* (scilicet rotundi illius XII. signorum) *no facto videmus infra, scilicet in altero FERECULO, & sumbra, &c.* Id genus *repositoriorum* existit apud Plinium. Athenaeum lib. IX. subpr. & Plutarchum mentio, in Pelopidae vita, unde etiam Philander inferat ad cap. 5. lib. VI. Vitruvii, mutari *repositoria* ista consuevisse. Plinium autem de ipsis quoque capio lib. XXXIII. cap. 11. ubi inquit: *Repositorii argentei aut si per membra captum, Ferculla dicit, quae ab imperatore Tiberii Caesaris principum. Sed & rotundum in vltim venisse. Artose autem, quae lignea ROTUNDATA solida, membra membra, quam mensas, fuisse. Se quidem quero QUADRATA, & compacta, aut acere operata, aut*

*ciro coepisse. Mox addidit argentum in angulis, lineasque per comm. facis.* Erant igitur varis figuris fabricata, struibus tamen potissimum convenientia. disertim Petronius ipse cap. xxxvi. *Repositorium enim rotundum duodecim habebat signa in orbe disposita.* Est infra etiam quadratimaliad, aut *quadrangulum*, de quo & nobis erit loquendi occasio. *Compositile* Ennodius vocavit lipig. 22. quod Arbitr *repositorium*, à compositis scilicet in eo lancibus obsoniorum. Septem paropsides gravatae conlocatae erant in illo Ennodii. ubi erudite Sirmondus.

*Convertit ad hanc scenam cultum Trimalcio.]* Istam veram esse hujus loci scripturam, censemus. Optime enim de quovis figmento *scena* dicitur, ducta origine ab eo, quod in scena res gestae, sed fictae ut plurimum, agerentur. Sic Senecae saepius est, passim Appuleio etiam, Tertulliano, & aliis pluribus, quod observarunt jam viri docti, & nos infra cap. cxvii. haud intempestive tangimus.

*Coclearia non minus sex libras pendencia.]* Veterem hic exhibuimus lectionem, cujus sententiae fides non ut religiose sub testibus orationis, sed potius uti exaggerationis jocularis, sumenda est. Id ergo non vidisse, novitiae scripturae hujus, *se libras pendencia*, ansam correctoribus praebuit. *Coclearia* notum est convivialis supellectilis instrumentum, ad liquida capiendi potissimum deserviens. Lexicon vetus: *Coclearia*; *δοιβωζ*. recte. nam ejusdem formae instrumenta coquinariis etiam utibus adhibita. Vide Aristophanem in Equitibus. [vers. 980.] In marmoribus antiquis reperiuntur ipsorum imagines expressae.

*Partem unam.]* Pars de cibi portione. sic Plautus Menaechnis III. II. 14.

*Satur nunc loquitur de me, & de parti mea.*  
Sed plura jam interpretes.

*Pinguissimam ficedulam.]* Valde olim in deliciis habitae sunt ficedulae. sic Phavorinus Orator: *Is nunc flos coenae habeatur inter istos, quibus sumptus, & fastidium pro facetiis, procedit. Qui negant ullam avem, praeter ficedulam, totam comesse oportere.* Ficus fiebat pinguis ficedula, & inde ei nomen. false Martialis lib. xiii. Ep. 49. ubi loquitur ficedula:

*Quam me ficus alat, quam fuscus dulcibus ovis,*

*Cur potius nomen non dedit ura mihi?*

Pari ratione *συναιδι*; dicta Graecis. Ast Becmanus in Originibus Ling. Lat. per auctumnum solum, ait, ei esse ficedulae nomen, quia tunc ficus edat; sed cetero anni tempore *Melancoryphus*, quod apicem capitis nigrum gestet, unde verus:

*Sumque melancoryphus, quod mihi fuscus apex.*

Res est prorsus ridicularia. Erant pingues op-

pido commendatae. ideo *ἀγλααί* Epicharmo *συναιδι*; dictae apud Athenaeum lib. II. [p. 65.] Nitet enim, quod pingue est.

*Ficedulam invenit.]* Non improprie Trojana vocarentur illa ova. nam, ut adposite Sarisberiensis: *Et in hunc modum faciundo quum plurima, facimus esse Trojana.* Neutiquam abimilia, quae apud Martialem ova dicuntur *sceta* lib. x. Ep. 48.

*Sceta coronabunt rutatos ova lacertos.*

Et lib. v. Ep. 79. *divisa*:

*Divisis cybium latebit ovis.*

Quae pariter ei Epigrammaticario in gustatione quoque sunt. Inclusus in illis ovis piscis vocatus *Cybium*, ut in Trimalcionicis ficedula. Platina vero illa condere condireque edocet lib. ix. de tuend. valetud. De his ergo procul dabo erit, me interprete, Juvenalis capiendus Sat. v.

*Sed tibi DIMIDIO conficitus Commarus ovo*

*ponitur.*

Vide etiam quae de porcis Trojanis infra adnotamus.

Cap. XXXIV. *Si quis nostrum iterum vellet, nullum sumeret.]* Primum sitim in coena, immo in promulsade, mulso sedabant antiqui. Plane autem hic docet Petronius, si iterum in gustatione sitirent, nullum & iterum procul dubio potabant. nunc Trimalcionis convivae adhuc erant in gustatione. & quia jam removeve gustatoria proximum erat, clara voce praemonuit Trimalcio, Si quis iterum vellet, nullum sumeret. Aperiunt clarius sequentia: *Quum SUBITO SIGNUM SYMPHONIA DATUR, & gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur.* Haec vera est mens hujusce loci, critque ex sententia illorum, qui auster usque adhuc senserunt. Mulsa aqua & Turcae hodie utuntur assidue. Marcilius autem de mulso plene ad Horatii lib. II. Sat. IV. ac plures alii.

*Calaphisque objurgare.]* Vel hinc discere posses, antiquis, *objurgare*, non tantum verbis fuisse, sed verberibus etiam, quod jam docti viri adnotarunt. Plato apud Senecam lib. III. de Ira, cap. 12. *Tu, inquit, Speusippe, servulum istum verberibus objurga, nam ego irascor.* Columella sic, *objurgare flagello.*

*Insecutusque est supellecticarius.]* Valde mihi hic suspectus *supellecticarius* cum *scopario* confusus, vilissimo mancipio; nisi hocce etiam deliciis Trimalcionis perinde tribuitur, ut in coelo munus ipsum Mercurio dedit facetissime Lucianus in Deorum Dialogis. inquit ergo Deus ille, ubi de laboribus suis cum Matre Maja conqueritur: *Ἐωρεν κ γὰρ ἐβανασαν κ γαιον τὴ συμποσιον διτ.* Nam mane protinus surgendum est mihi, statimque verendum coenaculum, ubi Dii combatant. Nec magis subsidii est in altera lectione, quam plures vul-



vulgati antiquiores praeferunt, *lecticarii*. ideo nobis, eam amandare in desertas insulas, visum, & illam videlicet amplecti, quam ceteris viri docti praeponerent. Illi autem *supellecticarii* sunt, qui in veteribus inscriptionibus dicuntur **A SUPELLECTILI**.

*Argentumque inter reliqua purgamenta seopis cepit verere.*] Simile illud Senecae Patris in *Controverf. 25. Inter PURGAMENTA, & judas coenarium, & spariam in convivio seodem, humanus sanguis EFFERTUR*. Et paullo post: *Inter temulentis ebriorum reliquias humanum EFFERTUR caput*. Plato item Comicus apud Athenaeum lib. xv. Jambicis Ilibis:

Εἴω δ' ἄντων παραγοῖσι εἰσαγοῖσι.  
Κεῖνα δ' παραγοῖσιν.

*Aquam lavandis manibus ut effundam, venis:*

*Ego vero EFFERRAM.*

Plato equidem per singulos missus officio suo functum esse supellecticarium, immo, quoties mutarentur repositoria. Verumenimvero inter novas Trimalcionis elegantias etiam videtur illud recensendum, hoc est, seopis verri precioso pavimenta apud ipsum, quam potius illa leviter albis spongiis extingerentur antiquitus, confectis tamen prius, quae de mensa cecidissent, purgantibus, ut docet Ulpianus, quod de Astartoris vulgare est.

*Equus Mens amat.*] Proverbium sapit, ductum fortassis ab illa origine, a qua ortum etiam, ut Marti equus immolaretur apud Romanos Idibus Decemb. nimirum quod crederent, *ἵππῳ τῶν Τρώων ἐλαύνεται, equo castam suijse Trojam*, ut ait Plutarch. *de Rom.* Sed quidam equus habet cum illo commune, *mensam cuique suam alligari?* Suscribatur ego, quod haud aliter, atque uno in equo tantum unico fesseri sella paratur, quod & Martialis dixit lib. v. Ep. 40.

*Uno credis equo posse sedere duos?*

sic & in illis mensis factum, quum unicuique scilicet convivae mensa sua assignaretur, quod igitur evitando aestui foret indubie potissimum remedium; in Heroumque convivis fieri solitum; ex Homeri *Odyssaea* lib. i. notat Athenaeus.

Addiditque, *obvii & per accessum sibi mitem nobis aestum subata frequentia facient.*] Sic lacunam suppleri, & sic locum desperatissimum haud incommode restituere conatus sum, quo loci tantum nostrae emendationis est vox *obvii*, quae propius accedere visa ad monstrum illud dictionis *obit*, quod in *obiter* vulgati nonnulli ineptissime mutant. Ceterum ex variantibus MSS. Codicum lectionibus concinniora seligentes integram periodum constavimus, cuius sentus perspicuus. Aestum remove re Trimalcionis surgenti duo venerunt in mentem, primum, conviva-

rum cuique suam mensam assignare: alterum, elevare frequentiam concursantium servorum, iussis videlicet ab triclinio nonnullis discedere. Haec ad unguem omnino cohaerent, ac dum alius meliora nobis exhibet, possunt tolerari.

**PHILERNUM OPIMLINUM ANNORUM CENTUM.**] Cuius generis vinum anno videlicet DC XXXVIII. V. C. genitum (cuius tunc fecundissimus proventus) L. Opimio Consule, *Opimianum* fuit ab eo denominatum. Clare hoc Plinii indicant verba lib. xiv. cap. 14. *Aphobaeus suijse, & diffundi solita vina anno DC. XXXIII. Urbis apparet indubitato Opimiani vini argumentum, jam intelligente suum bonum Italia. Nondum tamen ista genera in claritas erant. Itaque omni latere genita unum habent Consulibus nomen.* Id tunc, ipsam annum DC XXXIII. denotat, quo ipse Opimius Consul. Idem Plinius sibi nescit quidem interpret cap. 4. ejusdem libri: *Anno fuit omnium generum bonitas L. Opimio Consule &c. ita & lib. 11. Velleus Patereulus cap. 7. Ille est Opimius, a quo Consul celesterrimum Opimiani vini nomen: quod jam nuncum esse sciatio avarum configi potest, quoniam ab eo fuit ad te, M. Tullii, Consulium CLI. Quo & procul dubio Martialis addidit lib. vii. Ep. 78. quam ait, se *vicium convulare* potasse, anniculum vero seoptice subintelligens. Sed major mercurius Palerni Trimalcionici aetas, si hominum aetates computamus. Anno videlicet DC XXXIII. Consul Opimius: ad mortem vero Petronius actus anno DCCXXIX. medii ergo sunt inter utrumque CLXXXV. anni. Satyrici autem hujusce coelicilli, ut primum dictum est, supremae tabulae fuere Arbitri testamenti. Parum igitur Petronii fides ex Vellejo constaret, nisi pro illa plane testimonio expresso flaret Plinius Secundus oculatus testis, nimirum quum de opimo Opimiani Consulatu addit cap. 14. *Durantque adhuc vina ducentis fere annis.* Exsertim, *adhuc*, hoc est, sua aetate. Praeterea autem *saeculare* aliud vinum apud Martialem lib. viii. Ep. 48.*

*An hora centeno Consule facta minor.*

Ubi, *facta minor*, illud est, quod Hispani dicunt, *decentada*. Velut lib. xi. Ep. 27. ad suum Ganyemedem:

*Pocula da lauris facta minorera tuis.*

Ait, **ANNORUM CENTUM**, subintelligiturque, **ET QUOD EXCURRIT**, id namque interterdum non additum usque ad integrum saeculum.

*Primum est, vinum Opimianum praeflo.*] Ishaec antiqua est, & vulgata lectio, nostraque adpositissima interpunctione vera justa atque clara. Facessant ergo hinc viri doctissimi cum suis emendationibus, quibus nequiquam jam hic concedendus locus. Illud autem, *verum est, imo a modo*

proferendum, quod rem miram valde adferere videatur Trimalcio, hoc est, vivere vinum adhuc tam multæ ætatis videlicet.

*Larvam argenteam.*] Explicet hic unus Seneca paucissimis verbis totum de larvalocum, quem miror tot interpretis prætermisisse. Ecce sic Ep. 24. loquitur. *Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, & tenebras, & larvarum habitum nudis offibus cohaerentium.* Est igitur, ut inde patet, σκελετός. Petronius etiam evincit postea illo ver-  
 fu:

*Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.*

Verum enim vero quum apud varias gentes constet, mortis in convivii memoriam fuisse haud infrequentem, non omnium videlicet finem eundem fuisse, certum est, quod adhuc non vidi observatum doctioribus. Perfundiorie nos rem adtingimus in presentia, forteam alias plenius acturi. De Etesdonibus memoriae prodidit noster Mela lib. 11. cap. 1. *Funera parentum lætos, & victimis, ac festo coitu familiarium, celebrare.* Ac postea addit: *Capita ubi fabre exsolivere, cincta pro poculis gerunt.* Ipsi quidem τελευτή γλυκείη prorsus videbatur, ut Orpheus inquit, hoc est, mors dulcis, & vere, quum finis multiplicis miserie in morte sit, teste Cicrone. Unde apud plures nationes morem servari fecimus, ut lacrymis excipiantur nascentes, defunctis vero gaudio magna exultatione parentetur. Etesdonibus ergo, exhilarandi animi gratia, sati memoria in convivium tempestive injecta; locus namque ille hilaritudinis. De Scythiis vero sic ipse Mela; *Pocula, ut Etesdones parentum, ita inimicissimorum capitibus exsolire.* Idem Solinus cap. 25. Herodotus lib. 11. [62. 64.] Strabo lib. 11. [p. 298.] In mensam igitur sic Barbari isti mentionem inferebant hostium interfectionis, ut vel exin delectationem caperent. Ita de Alboino, Longobardorum rege, conligere est apud Warnesfridum lib. 1. cap. 27. qui videlicet, postquam de Gepidis victor evasit, in eo praelio, addit, *Alboin Curimundum occidit, caputque illius sublatum ad bibendum ex eo poculum fecit: quod genus poculi apud eos Scala dicitur: lingua vero Latina Patera vocatur.* Ast quid de Aegyptiis dicendum, ad quos & ipsius consuetudinis origo videtur referri? Scriptores haud sane consentiunt. Herodoto omnino est Epicurea invitatiuncula, quo largius nimirum ideo perpotarent, & oblectarentur convivæ. *Ἐς τῶν ορεῶν, αἰτ' ἀπὸ τῶν ορεῶν, αἰτ' ἀπὸ τῶν ορεῶν, αἰτ' ἀπὸ τῶν ορεῶν* [lib. 11. cap. 78.] Sed Plutarcho longe mens alia in septem Sapientum convivio: *Ὅσοι δὲ γόπιθ' σκελετός, ὃν ἐπιπέλας εἰσφέρουσιν εἰς τὰ συμπόσια προτίθενται, καὶ παροικαλοῦνται μελυσθαι τάχα δὲ τοιαύτας ἐσομένους, καίπερ ἄχαρις, καὶ ἀαρῶν ἐπίκωμ' ἕκων, ὅμως ἔχει τινὰ κέρρον, εἰ μὴ πρὸς τὸ πίνειν*

καὶ ἰδοῦσθαι, ἀλλὰ πρὸς φίλον, καὶ ἀγάπην ἀλλήλων προῖρηται, καὶ παρακαλεῖ τὸν βίον μὴ, τῷ χρόνῳ βραχὺν ἔσθαι, παρὰ μὲν μακροῦς μακρὸν ποιεῖν. *Aegyptii inferre in convivia solent scelerum, borta- rique convivas, ut meminerint sese non ita multo post tales fore. is quanquam ingratus, & intempestivus comestator, tamen suum habet locum, non ad potum & voluptates, sed mutuum amorem, dilectionemque cohortans: monensque vitam, breve tempus fortunam, non debere malis rebus longam reddi.* Petronius autem hic aperte adfentitur Herodoto, uti poetarum fere chorus illustrior.

*Postquam nos auferet Orcus.*] Nota genus loquendi poetis elegantioribus familiare. Propertius lib. 11. El. 20.

*Ambos una fides auferet, una dies.*

Et Eleg. 11.

- - - Tecum uno munera læto

*Auferet extremi funeris atra dies.*

Et Virgilius 11. Aeneid.

- - - Et ad ubere raptos

*Abstulit atra dies.*

Orcus. Horatius itidem lib. 11. Sat. v.

- - - Si quis casus puerum egerit Orco.

*Ergo vivamus.*] Hic vivere ἀπλῶς, genialiter vivere est. Ita & cap. xcix. *Ego sic semper, & ubique, vivi, ut ultimam quamque lucem tanquam non redituram consumerem.* Sed hic fatis interpretes. Proprie nobis est illud vivere, darje buz-na vida, Scaligero F. bolgar, nam & Hispanè nescire non passus est. Galli itidem, ut nos, inquit, *se donner bon temps.*

*Dum licet esse bene.*] Id est, dum vivimus. Manduxit nos ad hanc interpretationem haud incerta via Maecenas quodam apud Senecam carmine:

*Vita dum superest, BENE EST.*

Et eadem Inscriptionis illius sententia;

*AMICI, DUM VIVIMUS, vivamus.*

Sic parillime ergo Petronius: *Ergo vivamus, DUM VIVIMUS*, sed, *Esse bene*, ductum ex formula illa bene precantium, *BENE SIT*, qua nihil crebrius in prisca scriptoribus, & in lapidibus. Persius Sat. 11.

*Ingemit, hoc bene fit.*

Marmor vetus:

*BENE. SIT. FILIIS. FILIABUS. MEIS.*

*QUI. ME. BENE. COLUERUNT.*

Usurpata itidem & veteri interpreti Psalm. 127.

- - - *Et bene tibi erit.*

*Structor.*] Alius à Carptore Petronio est, Martiali vero idem lib. x. Ep. 48.

*Et quæ non egeant ferro structoris offellæ.*

Carptor enim Arbitro scissor est, sive cibicida, ut paullo infra dicimus. Qui vero *structores* Petronio sint, Wouwerius exponit. Nomen est à verbo *struere* ductum, quod est conviviale. Sic, *struc-*

struere convicia, & epulas, Tacito, & Plauto, mensas exstruere.

*Super arietem cicer arietinum.*] Et nomine, & formae similitudine, aptum legumen hocce arietis signis. De ipso sic Plinius lib. xviii. cap. 2. *Est enim arietino capiti simile cicer, unde ita adpellatur, album, nigrumque.* Etiam Columella cap. 10. lib. 11. ejusdem meminit. Nos autem hic tantum illa signa tetigimus, quae neglecta olim interpretibus fuere. cetera namque ab ipsis profus petenda sunt.

*Super geminos, testiculos, ac renes.*] Aptissime nam geminos certe habent renes animalia, ac geminos testiculos. Nec obstat si quis forte obiiciat sciolus, *butoribus ternos*, Plinio testante lib. xi. cap. 49. *tes esse, unde Triores dicitur*: et in Brileto, ac Tharno, *quaternos renes cervis*, ibid. cap. 37.

*Super cancrum coronam.*] An turdorum iſthaec corona? uti illa Martialis lib. 111. Ep. 47.

*Illic coronam pinguis gravem turdis.*

Et lib. xiii. Ep. 51. de qua forte capiendus Natio lib. 11. de Arte:

*Quis etiam turdoque, licet, missaque corona  
Te memorem dominæ testificere tuæ.*

Sed potius ad floream coronam, ego autumo, ibi respexit Ovidium. An *Lucanicorum* sarcinam erat Trimalcionica? de illa sic ipse Martialis lib. xiiii. Ep. 35.

*Filiæ Picenæ venio Lucanica porcae.*

*Pultribus hinc niveis grata CORONA datur.*

Ast ejus ejus fuerit, quid coronæ cum cancro, ut bene de fructore Encolpius fenserit? Equidem puto, rationem Aitronomicam hic locum habere. Nam quum Cancer exoritur, Corona in occasum vergit, sic tamen constituta, ut media Coronæ pars supra Horizontem emineat, altera media non apparente. Ille sensus est illorum Ciceronis versuum ex Arato Latinae consuetudini redditorum:

*Non simul ut supero se toto lumine cancer  
Extulit, extemplo credit delapsa corona.  
Et loca convexit cauda tenus infera piscis,  
Dimidiam retinens stellas distincta corona  
Partem etiam superi, atque alia de parte re-  
pulta est.*

Ipsum Festus Avienus dixit in Arateis Phoenomenis. Et Leontius Mechanicus in constructione Sphaerae: *Οὐρανὸς, ὅστις πρὸς τὴν ἡμῶν ἀνατολῆν, ἢ ὀρεῖται τὸ κέντρον τῆς σφαιρῆς.* Veluti quod oriente cancro occidat dimidium coronæ. Bene igitur in seculo præcit corona cancro, quum pariter & præire videatur in coelo. Quod etiam Carolo Paschali, doctissimo viro, existimo in mentem venisse.

*Super virginem, stericulam.*] Adcurata ex antiquis editio Lugdunensis Joan. Tornaesii hic ad

marginem habet: *Nimite, Scrotinam, quæ Augusto mutaretur.* Scrotina intelligens pomum, quorum apud præcos agricultores mentio. notumque est, Augusti mente solem ingredi Virginis signum. Eadem editio Scorpionis defectum sic relucit: *Super scorpionem, ejusdem nominis piscem.*

*Super aquarium, anserem.*] Longe abit viri docti ad hunc locum interpretatio, quam videre est apud Symbolas. Cur autem aquario anser optime conveniat, ratio in proclivi est. In lacubus enim, amibusque anseres continuo versantur, ut notum est fatiis, ac docet Aristoteles lib. de Hist. Anim. viii. cap. 3. Quapropter *aqueus anser* dicitur in Priapeis dixit vetus poeta.

*In medio autem cesses cum herbis excijus faciem sustinebat.*] Recte in centro signiferi circuli cæpes cum herbis constitutus. ibi enim sedes propria terræ est. Eidem autem impositus *faxus*, urbes fatiis opportune repræsentat, quod elegantissime dictum Virgilio loquenti de apibus iv. Georg.

*Solæ communes natos, consortia tecta  
URBIS, habent.*

Et paullo post:

*Nec vero a stabulis pluvia impendente recedunt  
Longius, aut credant coelo, advenantibus Lu-  
vis:*

*Sed circum tutæ SUB MOENIBUS URBIS  
aquantur.*

Quibus loco obscurissimo faciem accendimus, in tenebris usque adhuc relicto ab interpretibus.

*De Laspiciario nimo canticum extorquet.*] Loci corruptissimi confectionem à doctis viris præstitam libentius nos eo in præsentia amplexi sumus, quod concinna valde interpretatione succire ipsam possemus. nam omnino de tibia capiendus est locus è laserpitii caule perforato confecta. Ubi etiam acu Neronem Petronius tetigit. Inlustrem rei locum Plinii dabo lib. xix. Histor. Natur. cap. 3. *Ab his proximum dicitur autoritate clarissimum laserpitium, quod Graeci, Siphion, vocant; in Cyrenaica provincia repertum; ejus succum vocant Liser, magnificum in usu, medicamentisque, & ad pondus argentei denarii pen-  
sum. Multis jam annis in ea terra non invenitur; quoniam publicani, qui pascua conducunt, majus ita vicium sentientes, depopulantur pecorum stabulo. U-  
nus omnino caulis nostræ: resertus memoria, Neroni Principi missus est.* Aptissimus enim erat caulis ad tibias: apud Botanicos autem ejus pictura hædenus non videtur: ast ego ex nummis Cyrenæo-  
rum hæc delineavi.



Tales ergo numos Silphii nota signatos Cyrenensibus fuisse, auctor est Aristoteles, testante Aristophanis Scholiaste in Plato [vf. 926.] & Equitibus [vf. 890.] Verum enimvero proferre quid obstat, quum jam emendationi sit concessus hic locus, longe mihi illam placere, quae ἀπορροήν ὑπὸ ἰψῷ ἰσθμῷ αὐτοῦ videlicet *de laserpitio mimico canticum extorquet*. Veteres Codices habent: *de laserpitio minico*, & *de laserpitio & minico*. qua enim, praeterquam quod veteris atterisci lacunula magis refarciri videtur, sensus quoque, quem ex verbis elicere necessarium est, exprimitur planius. Idem tamen bene significari lectione illa, quam in textum admisi, jam olim senserunt Scaliger F. & Erycius Puteanus.

*Suadeo, inquit Trimalcio, coenemus; hoc est jus coenae.* Videtur hic innuere Petronius voluisse, vi quadam olim ad edendum urgeri solitos, potandumque, qui apud Principem decumberent coenaturi; illudque coenae quasi jus praesentissimum fervari. Idemmet & iis hodie usu venire ferme solet, quibus molestum videlicet, ac pertinacissimum contingit habere convivatorem. Contendet usque adeo, pugnabitque amoris, & benevolentiae obtentu, donec, velis nolis, cibi jam tibi futuro, etiamque palato tuo ingrattissimi, sumendi necessario sint. Jus vero illud hic apud Petronium Neronianum (si hodie usquam gentium) inviolatum adhuc apud Phagesyposios conservatur Cimmericos. Protinus hanc gentem cognoscat, quem Erycii Puteani non fugerit Comus elegantissimus. Cum illis ergo cui datum est semel discumbere, nequequam ipse sui manet deinceps iuris, sed intemperantiae, sive, quod idem est, convivii domini: haud secus ac qui navem conscendit, in naucleri potestate, pelagique.

Cap. XXXVI *Superiorem partem repositorii.* Ferculum hocce duobus constabat repositoriis, sive repositorium malis vocare, duobus ferculis: superiori nempe, & inferiore. In ipsis ergo, ut in ceteris, omnia erant ad vivum efficta. Ideo superius Zodiacum quippe orbem repraesenta-

bat: apta enim rotunditate erat circinatum. Inferius autem, quoniam stagnum quoddam, Euripumve, tetragona, proculdubio, erat quadratum figuratone. planum id ex verbis: *Notavimus etiam circa angulos repositorii Marfyas II.* Vix unquam est, ut fiant aliter stagna. Illas autem repositoriis formas fuisse, jam ex Plinio supra didicimus. Opportune etiam stagni in medio Pegasus, cujus ungula fontem aperuit Hippocrenen. sic apud nos mediis Euripis montes visuntur, sic castella, insulae, ac monstra varia.

*Marfyas quatuor.* Signa olim fontibus imposita, ex quorum rostris, aliave corporis parte, aqua illire solita, varias potissimum Satyrorum species repraesentarunt. Inde ortum, ut *Sylvanorum* plurima mentio, ubi est fontium, qui postea injuria temporum in *Sitanos* degenerarunt; quod pridem & docti viri animadverterunt, germanamque vocem restituere conati sunt. Marfyas quoque ex Semicaprorum turba fuit, unde & huc opportune adducti IV. illi. Plura hic doctè Wouwerius, cujus & scriptura, *veretr. culis*, mihi arridet valde. Eo autem, uti ego autumo, prae aliis Satyrorum simulacris fontes antiqui exornarunt, quod hortis viridariis, ubi fontes creberrimi, illa scilicet, amuleti loco, insuper forent adversus fascinum. In eum usum Satyrica signa posita olim, ego ex Plinio didici lib. XIX. Histor. Natur. cap. 4. *Contra incidentium effusionem sive in hortis Satyrica signa.* Quae enim quam aptius & simulacris fontium ridiculariis accipiantur prae Phallis, & Ithyphallis, uti alii volunt, tute vides.

*Garum pipperatum.* Quid garum, hodie nemini ignotum; paucis tamen illud conficiendi modum Plinius tyrunculis tradat lib. XXXI. cap. 7. *Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garum vocaverit, intestinis piscium, cacterisque, quae abjiciendu essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies.* Frequenter & pipere condiri garum consuevit. Apicius in Polytele. *Fungi faginei divi calidi exsiccati in garo pipere accipiuntur, ita ut piper cum liquamine teras.* Id vocabant *pipperatum*; ipsum vero garum *πάρ' ἕξοζον* liquorem, & *liquamen*. Veteres Glossae: *πάρ' ἕξοζον*, *liquamen*. Magni illud antiqui aestimarunt, valdeque in deliciis habuerunt.

*Super pisces, qui in Euripo natabant.* Et hic nos elegantiam subodoramur haud cuilibet obviam. nam quum omnia ad vivum essent in convivio illo ingeniose effigiata, ut revera pisces viderentur *natare*, alio colore in Euripum non erant inferendi, etsi jam cocti, quam quo essent videlicet vivi. nam coquorum fuit & tale artificium olim. Didicit & inter alia deliramentum hocce à Nerone princeps Alagabalus, recensente Lampridio, qui locus certissimo nobis ansam praebet hujusce commenti: *Pisces semper*

in modum aqua cum colore suo coctos conditura Veneta concedit.

[*In Euripo*] Euripi, hoc est, Pagna olim erant in hortis, pariter ac hodie, adendis pisicibus, ut hic Petronius d. notat. Item ad Petiniam. Seneca Epist. 83. *Inter trares Pygmalionis, qui Caledonis Januarius in Purgam jactabam.* Hispani vocamus, *Stampe*, vermicina, auctore me, originatione: videlicet, quia in eo *st. p. t. aquae*. Ideo Plinio nepoti Ep. 3. lib. 1. *Euripus viridis, & genueus*, qui omnino color aquae flagrantis est, non fluentis. Ceterum mirum est, quod Lampridio narratur, scilicet Algabalum in Euripis vino piscis naxalis Circofjes excoluisse.

[*Cujusmodi methodi*.] *Methodium* hocce Tor-naeciana editio ad orum *tranctum* interpretatur; & seculi videtur subintelligere. Doufa P. impugnat, & *methodium*, pro *methodo*, hoc est fictione, seu ludificatione, dictum, contendit. Wouwerius, *Methodo*, legit, à *ustraius*, id est, interjecto cantico. Bourdelotius ad Scalig. P. Aufon. Lectiones lectorem remittit, ubi, quid hic *Methodus* sit, ait, reperiri. Equidem tamen nos idum cepi, quoniam modo huc faciant, pertineantve Scaligeri illa. Illa haec videlicet sunt, quae huc usque excogitarunt interpretes: per me autem hic bit omnino, ut

----- *trahit jura quaeque voluptas.*

[*Sijjer*.] Carptor, Cibicida, Divisor, Diribitor, Cerodeta. Etiam Petronio *Carus* joculariter dicitur, ut simul vocet, & imperet Trimalcio. Quod antiquis erat hac notione *scindere*, *dividere*, *carper*, nos *Truncas* dicimus, scitoremque, *Maistre jura*, *Truncante*, sicut Galli *Tranciant*. Adde insuper, & acceptione ista verbo *secare* usos fuisse sapientiale veteres. Juvenalis Sat. v.

----- *Nec minime sane discrimine refert,  
Quo gesta sepres, & quo gallina jecetur.*

Et Sat. xi.

----- *Haud illos peior gallina jecatur.*

[*Ad symphoniam gestibus lacerauit obonium*.] Recte, quum olim ciborum divisores arte, & agilitis fuerint edocti, ut ad numerum, velut Pantomimi, aptis gestulationibus gladium inter concidendum moverent, prius in ulmea nimirum coena lignaeque versiti, exercitatieque. Quis vero *symphonia* ista, alibi inquirimus.

[*Ut jures Denium hydrauce cantante peguare*.] Indicat Darii exercitum ad Organica instrumenta pugnasse, haud secus ac Sybaritarum, de quibus sic Plinius lib. viii. cap. 42. *Equorum docilitas tanta est, ut univcrsus Sybaritarum exercitus equitatus, ad symphoniarum cantum, saltatione qualem moveri solitis, incitantur*: Sic ergo & cuncti omnes motus, & cibicidae Trimalcionis gestus apte omnino ad symphoniacae respondebant modulationem.

[*Supra me accumbet at*.] Id est, superiori loco. Cicer. lib. 11. Famil. Ep. ult. *Accubam me hore neta, quum ad te tarum exemplum in codicibus exarcti, a. c. c. ubi apud Volcanium Eutrafelion: & quum supra me Attius, infra Terentius, famularer est*. Sed quum jam enim omnibus innoverit antiquorum discumbendi modus, quid *supra*, quid *infra*, accumbere sit, non erit obicuum. Hae in parte & memora auxilia sunt; etiam antiquarii, qui rem jam pridem mirifice illustrarunt. Vide Ciaconium de Triclinio, & ibi Urfinum, Lipsium lib. 111. Antiquar. Lection. & Stuehium Antiq. Conviv. lib. 11. cap. 34. 35.

[*Carus est tunc*.] Nomen *Carus* olim & verum nomen fuit; ejus memoriam bis, aut ter, in Lapidibus inveni. Sic in magno Inscriptionum opere pag. dcix. 6. ex urna marmorea.

D. M.

CARPO. FILIO

DVLCISSIMO

VIX. ANN. II.

DIEBUS. XXVIII.

CARPVS

CAESARIS. LIB.

Iterum ibidem num. 5. Sic & pag. dcxxii. 3. ex ara sepulchrali:

CARPVS. AVG. LIB.

PALLANTIANVS

&c.]

Iterum pag. dccclxvi. & alias. Etiam apud Martialem nostrum lib. vi. Ep. 39.

[*Carpe, eodem verbo vocat, & imperat*.] Vocat, quia Carpus vocatur; imperat, quia cupere est, scindere obsonia. *Carpere* enim verbum est conviviale, id etiam haud incommode significans. Martialis lib. 111. Ep. 13.

*Dum non vis leporem, dum non vis carpere mul-*  
*lum.*

At vero illud Nafonis ex lib. 111. de Arte ad huncce Martialis locum ab docto ejus Interprete adductum:

*Carpe cibum digitis, est quidem gestus edendi, parum me-Hercules erit opportunum. Verbis quippe istis Nafonianis longe quidem diversa inest elegantia: scilicet ne tota manu rustice & imunde cibos in os ingerat puella, immo potius primoribus tantum digitalis, ait Plautus, quod ex sequentibus planius:*

*Ora nec immunda tota perorare manu.*

Hocce speciatim virginibus dedit Eustathius lib. v. de Ismene & Ismenia, praecipue in adripiendo calice. Ego autem miror, virum eruditum animadvertere non voluisse.

[*Cap. XXXVII. Sed conversus ad eum, ut plurima exciperet*.] Qui ad mensam accumbebant, in latera versus illum, quo cum volebant loqui, sese convertebant, adposite fatis ad Petronium indicat

dicat Juvenalis Sat. iv. de conviva adulatore loquens:

----- Nam plurima dixit  
In laevam conversus.

Sic enim factum. nam dum fumebant cibos, aliter atque aliter discumbebant; nunc in ventrem prona, postea modice resupina, dorso nimirum pulvinis fuffulto. ad summam corporis habitum, situmque, varie quisque mutabat, modo jam superiori, inferiorique concoenae molestus non foret. Praeterea eleganti illa locutione, ut plurima exciperem, saepe usus est Cicero, aliquae emendati sermonis architectedi.

Arcessere fabulas coepi.] Sic cap. cxxxix. Quinque diu tecum esset locuta, & me accersito sermone lassasset.

Uxor, inquit, Trimalcionis.] Mulierculam hancce, quam hic satyrico stylo describit Petronius, in Neronis historia oportet investigemus. Alibi enim quaerere profus esset, ut ajunt, lanam ab asino. Illa haec vero de illa prodit hic videlicet Petronius. Trimalcionis (Principis inquam) uxorem esse; Numnos modio metiri: Et adeo ex humili origine ad magnam fortunam ascendisse, ut jure Fortunata possit adpellari: Itaque omni ex parte beata quam esset, merito videri in caelo jam esse collocatam. Nec mirum hocce, quam ad libitum suum Imperatorem modificare, ipsi liceret. Equidem sane, ni Musae me omnino fallunt, ipsam reperi: asseroque Acten illam fuisse libertam ex Asia oriundam, de qua sic loquitur Dio lib. lxi. pag. 692. Ἡ ἕτη Ἀ τὴ ἐπεπελεύθη ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ἀγαπήθη δὲ ἡ ἐπὶ τῷ Νερωνί, ἕως τοῦ τῷ Ἀπριλίῳ γένεθι ἐπέλθει, καὶ πολὺ ὄψεθ τὴν Ὀκταβίαν τὴν γυναικὰ αὐτῆς ἀγαπῶσα. Fuit autem Acte empta ex Asia, cujus amore Nerone ita captus erat, ut eam retineret in familiam Attali, & Octavia uxore multo chariorem habuerit. Etiam Tacitus lib. xiiii. Annal. Ceterum in frastra paulatim potentis matris, delasso Nerone in anorem libertae, cui vocabulum Acte fuit. Et quid mirum si effrenator hic fuerit tyrannus? quum ne severioribus quidem, addit post pauca. ipse Cornelius, amicis adversariis, muliercula, nulla cuiusquam injuria, cupidines Principis explete, quanto ob uxore Octavia, nobilique quidem, & probitate: Jp. Clatae, fato quidam, an quia praevaleat illicita, abhorrebatur, metuebatque ne in supra feminarium diffusum prorumperet, si illa libidine prohiberetur. Sed Agrippina libertam acemulam, NURUM ancillam, alique eundem in modum muliebriter fremere. Ubi disertim Tacito uxor ejus vocata. Tranquillo tamen revera non fuit. sic ait cap. xxviii. Acten libertam, paululum abfuit, quin juxta matrimonio sibi conjungeret: sui missis consularibus viris, qui regio genere ortam speravit. Sed verum est enim, et si nimium contentae, ob nuptiarum spem re-

gium ei splendorem adferere voluisse.

Numos modio metitur.] Habuit & magnam pecuniae vim Acte proculdubio, utpote acceptissima Principi effuso nimis amata. Vestigia hujusce apud Tacitum remanent, adhuc de ipsa ita loquentem: Ex cujus familiaribus Amacus Sere-nus, simulatione amoris adversus eandem libertam primis adolescentis cupidines velaverat, praebueratque nomen, ut quae Princeps furtim mulierculae TRIBUEBAT, ille palam largiretur. Proverbialis tamen ea Hyperbole est, sic habet Suidas: Μόδιον ἀπὸ δριμύτητος ἄρα ἔ πατρὸς ἀργυρίου. Modio paternam metior pecuniam. & intelligit, τῶν τῶν μεγάλων ἔ ἀδύων προσδοκῶντων ὄψεθαι, de iis, qui magnum & confertum lucrum expectant. Falluntur autem omnino, qui putant, μέδιον esse Romanorum modium: nam, Suida ipso ibidem auctore, modius est pars sexta medimni. Sic etiam docent Fannius de Amphora loquens, Cornelius Nepos in vita Pomp. Attici, Budaeus de Assē lib. v. Georg. Agricola lib. 11. qui est de mensuris Graecorum, & plures alii ex recentioribus. Medimnus enim antiquis erat, quod nobis hodie est Fanega, & sic maius Romanus continebat duos nostros celemines. Praeterea modius Romanus continebat duos nostros celemines. Praeterea modius lignea olim erat mensura, non fictilis. Disco ex Catone, quum cap. 11. petit inter alia instrumenta modium praeferratum, nos barreado dicimus. Ipse quidem, nisi ligneus esset, vix est, ut praeferrari potuisset, aut praeferratione indigeret. Similis ergo erat his, quas hodie nos aridorum mensuras habemus, ut passim plures videntur.

Trimalcionis tapanta est.] Satis superque interpretes hanc lectionem firmarunt. Insuper nos satis multa addere possemus, sed jam inutile. Conferimus tamen, ut symbolam, unicam Isidis inscriptionem eruditam, quae Capuae exstat ad S. Benedicti, in corpore Gruteriano 2. lxxxii.

TE. TIBI  
VNA. QVAE. ES. OMNIA  
DEA. ISIS  
ARRIVS. BALBINVS  
V. C.

Bene quidem, juxta Aegyptiorum mysteria, quibus Isis terra fuit, Nilus Ostris. Vide sis plura exempla apud Heraldum ad Epig. 69. lib. 1. Martialis. Praeterea tamen nefas duximus praetere mellitam, & jaculatoriam orationem, crebiter Sancto Francisco, ut plures testantur, usurpatam: DEUS MEUS, ET OMNIA. Illi enim B. Ambrosius videtur non latuisse, qui Epist. 56. ait: Sanctis OMNIA DEUS est. Ceterum multiplici formula sententiae illud fuit antiquis enuntiatum. Sic Quintilianus usurpavit: Principes in Caesaris amicitia agunt, fueruntque CUNCTA. Aliter Apollinaris Sidonius Carm. 7.

----- Tum respublica nostra  
TOTÆ Camillus erat.

Et aliter Phaedrus Fab. 58. [Lib. III. Fab. 19. v. 1.]

*Aesopus domino SOLUS quum esset familia.*

Qui locus ibi Rigaltio sic desumptus acute.

*Mero meridie si dixerit illi, tenebras esse, credat.]*

Videtur hocce & Senecae haud latuisse, quum scripsit Tacitus, contra illius monstri cum matre, pro pudor! nefarium concubitum, rem scilicet tanti momenti, omniumque gravissimam, subsidium à femina hacce petivisse, ut ad illum deserret, perculgatum esse incestum gloriantem matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. Nullum igitur tunc ivit alium Seneca quaesitum, ut nonnihil metus Principi videlicet incuteret; nam bene satis noverat, summi apud ipsum mulierculam illam ponderis, ac potentiae, fuisse.

*Coenam Trimalcionis.]* Et locum hic dedimus isti de porco Trojano, quod apud Sarisberientem lib. VIII. cap. 7. de Nug. Cur. exstat, Petronii monumento, ex hacce haud dubio celebri Trimalcionis coena desumpto. Macrobius lib. II. Saturn. cap. 9. Cincius in susatione legis Fanniae objicit sculo suo, quod porcum Trojanum mensis inferant, quom illi ideo sic vocabant, quasi aliis incluisis animalibus gravidum, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. Hinc & sua hausit Sarisberientis, cujus plura exscripsit Erhardus. Insigne porro exemplum est id genus porcorum apud Athenacum l. IX. c. 5. [p. 376.] ille nempe, qui altera ex parte tollus, altera elixus, simulque habebat oppletam alvum multifariam lautitias. de ipso ergo isthaec verba sunt coqui artificis: και γὰρ κίχλας οὐ φαυτῶ ἔχει, καὶ ἄλλα ὀνείδια, ὑπομασεῶν τὴ μέση κοίτην, καὶ μήτρας τόμης, καὶ τῶν ὠν τὰ χρυσῶ, ἐπὶ τῶ ὀνείδιον γαστέρας αὐτάλητι μητρῆς, καὶ καλῶν ζωμῶν πλείς, καὶ τὰ οὐ τῶν σαρκῶν εἰς λεπτὰ καὶ κεννίζήδρα, καὶ μετὰ πεπερίδων συμπλατρήδρα. Et turulis enim farctus est, & aliis aviculis, & portionibus quibusdam abdominis porcorum, & vulvae particulis concisis, & ovarum vitellis, & gallinis, quarum venter plenus est, tum vulvae frustris, tum lautis buxeis & lucanicis confectis ex carnibus minutim tritis, ac cum pipere subactis.

Cap. LI. *Faber fuit &c.]* Injurios sane in Petronii manes se praebent ejus editores, qui narrationem hancce, simplici dictionis ambitu comprehensam, silentio praetermittere ausi sunt. praecipue quum viri docti fragmentum esse Satyrici genuinum, ex vetustatis nimiram parietinis cruderatum, jam pridem adserere non dubitarint. Inter ipsi forsitan sunt, ut hoc item praemoneam, aliqui Britannici naevi pulcritudini Romanorum emendatissimae. Sed tamen ideo nequam solatium hocce invidendum est, quibus

levis lacunulae supplementum auro contra gemisique videlicet carum erit. Propterea equidem libenter admisi, illudque etiam pauculis notis inlustravi. Trimalcionis ergo isthaec verba sunt, ex ejusdem Sarisberientis testimonio, lib. IV. cap. 5. apud quem ita initium narrationis habet: *Apud Petronium Trimalcio refert, fabrum fuisse, qui vitrea, &c.* Unde colligere jam facile cuique omnino est, quod non solum gulae epulum ille convivarum paravit, sed auribus etiam, quod est longe suavissimum.

*Caesarem adiens admittus est.]* Sic etiam S. Isidorus lib. XVI. Orig. cap. 15. eundemmet narrans eventum: *Dum admittus fuisset ad Caesarem, &c.* Esse hoc ex veteri more dictum, sciendum est. nam cuiuslibet libere aditus non patebat ad Imperatorem, nisi per admissionum magistrum, ut Ammianus loquitur lib. XV. cap. 5. *accitus esset.* Inde hujusce admissionis, & admittendi officii plurima mentio in scriptoribus antiquis. Item, *Praefecti admissionum, & Magistri & Proximi:* qui etiam *Admissionales* vocati. Sed de his latius jam Bulengerus lib. II. de Imperat. cap. 22. quem adi.

*Se coelum Jovis tenere, arbitratus.]* Addenda est ista proverbialis locutio similibus ab Adagiographis jam congestis, *in coelum abire, in coelo esse, &c.* de homine supra modum felici usurpatis. sic supra ipse Petronius de uxore Trimalcionis, & infra de Encolpio, sive Polyacno, cap. CXXXI. *ut me in coelo positum ad inferos traheres.* idem contigit misero illi artificii, sed quidem immerito. Sic principes Latini sermonis aevo illo loquebantur. inquit Seneca lib. I. de Benef. cap. 13. de Alexandro: *Tamquam coelum, quod mente vanissima completebatur, teneret.*

Cap. LV. *Et poetarum coesit esse mentio.]* Facta in convivii poematum mentione, dicit aliquis locuples, &c. ait Persii vetus interpres. creberrima quippe inter pocula olim poetarum memoria, qua in re nec feminae sibi temperarunt. Juvenalis scoptice caput Sat. VI. vers. 35.

*Illam tamen gravior, quae, quum distumbere coepit,*

*Laudat Virgilium, periturae ignoscit Elisiae,*

*Committit vates, & comparat inde Maronem,*

*Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.*

*Rogo, inquit, Magister.]* Magister erat, qui & Praeceptor, & Doctor, etiamque Professor. Exemplum plura jam Alb. Gentilis congestit Lect. Virgil. cap. 4. ubi & plures Magistri, sed qui huc non faciunt. Equidem autem Agamemnona hic adloqui Trimalcionem, non inepte existimo nam & ipse in convivio aderat, uti ex illo cap. XXVIII. & cum Agamemnone ad januam pervenimus, &c. colligitur. Quam apte ipsi illius appellationis honor conveniret, Declamatio ipsius.

(V)

eru-

eruditaque dissertatio initio fragmentorum habita aperte indicat.

*Aterum disertiozem.*] Ciceronem proculdubio, vel Catalo teste in gratiarum ad ipsum actione:

*Disertissime Romuli nepotum.*

Nec aliud voluit Martialis lib. III. Ep. 38.

*Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso.*

Et Arnobius lib. III. *Et ante omnes Tullius Romani disertissimus generis.* Multus vero Quinctilianus de ejsdem genere dicendi.

*Tuo palato elujus pavo pascitur.*] Integra pavonum historia apud Varronem lib. III. de Re Rustica cap. 6. ubi, inter alia, prima eorum in coenam introductio, ac postea aestimatio: *Primus hos Q. Hortensius augurali adjiciali coena posuisse dicitur. quod protinus factum tam luxuriosi, quam severi, boni viri, laudabant. Quem cito secuti multi, extulcrant eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis (id est, uno floreni) ipsi facile quinquagenis, hoc est, decem florenis. Notum, aves, ut pinguescerent, claudi consueville. nec aliter hodie t, quod motus earum, & lux, pinguitudini est inimica, docente ipso Varrone. Laeva igitur coram mens, qui, elujus, eunt mutatum. Ait Seneca Ep. 122. *Aves, quae concivii parantur, ut immotae facile pinguescant, in obscuro continentur.**

*Plumato amictus auro Babylónico.*] Elegans lusus inest verbo, *plumato Babylónico.* Prisci namque *plumas* vocarunt, notas videlicet ex auro, vel purpura, aliave materia, aut colore, forma rotundas, & in modum plumarum factas, quibus intextebantur vestes, variabanturque. Hinc *Plumarii* adpellati non solum textores, ejuscemodi vestium conficiendarum periti, sed etiam illi artifices, qui multifariam pictura, multiplicibusque coloribus ac figuris, variegatas vestes acu pingent. & opus hocce *plumatum* etiam dictum. Idem & *Babylonicum* vocatum. Plures antiquorum edocent. nos unicum Martialem producimus, brevitati in nota isthac consulentes, quippe de his omnibus Salmasius egit abunde ad Carinum Fl. Vopisci cap. xx. ait ergo lib. VIII. Ep. 28.

*Non ego praetulerim Babylonica pista superbe*

*Texta, Semiramica quae variantur acu.*

Ludit igitur Mimus pavonis amictu, qui praeterquam quod perfecte imitaretur pictum illud opus plumatum Babylonicum, splendente notatum colore auri & purpurae; plumis insuper ille erat revera contextus. Omnia inlustri loco Achillis Tatii confirmo, in quem fors incidi novissime, cum nostra raptim colligere commenta. Verba sunt lib. I. [p. 55. edit. Salm.] ubi pavonis habitum floridissime describit: *ο ἴδ' ἔταυ λευκῶν εὐκαθεστῆς ἄ. πεφτυεῖν ἢ αὐτῶ χ' χρυσοῦς ἐν τοῖς πηγρεῖς, κύκλῳ ἢ τὸ ἀλλοτρίως τὸν χρυσοῦν περιβάσει ἢ*

*ἴσον κύκλῳ, & εἰς ἐφθαλμὸς ἐν τῷ πηγρεῖ. Saneque pavonis hoc pratum alio quovis longe floridius est. in ejus enim pennis oculorum serie distinctis, aurum omni ex parte purpura aequaliter convestitur. Unde jam nescire non poterit, quam insigniter inceptiverit ille, qui, auro, sollicitavit jam olim, & in auleo mutatum ivit.*

*Gallina tibi Numidica.*] De Numidicis avibus infra loquimur ad verba cap. xciiii.

*Atque Aesrae volucres.*

*Gallus spado.*] Capus est, quod jam viderunt interpretes. Varro edocet: *Ex gailo gallinacco castrato fit capus Galli, quum castrati sunt, non jam galli, sed capi, nuncupantur. Contra sacerdotes Cybeles, qui Galli non dicuntur, quousque castrantur, de quo pluribus Symbolae.*

*Tollat pedes indomita.*] Procul dubio quid sit, tollere pedes, ostendit versu illo Ovidius lib. III. de Arte:

*Melanion humeris Atlantae crura fer. bat.*

Unde lucem accipiunt plures auctorum loci, qui negotii nonnihil Criticis faceffivere. Aliud tamen, tollere pedem, est cap. cxvii. de re spurdicica.

*Probitas.*] Recte qui pudorem interpretantur, quod quum feminarum sutilia recenseret ornamenta, illud praetulit verum, *pudicitiam.* adposuit Seneca ad Helviam: *Maximum decus visa est pudicitia.* Et Pythagoras apud Justinum lib. xx. vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse, adfirmat.

*Palam prostare nudam nebula linea.*] En mulier cum veste nuda, adeo amacula olim fuere rara, adeo pellucida. Belle Athenaeus initio lib. IV. [p. 129.] *Καὶ σακευκίστραι τινες Ῥόδιαι, ἐμοὶ μὴ γυμναὶ δοκῶ, πλὴν ἔλασόν τινες ἔχουσι χιτῶνας. Et sam'ucam pulsanter Rhodias quaedam mulieres, quae mihi quidem videbantur nudae: aebant tamen nonnulli, tunicis indutas fuisse. Nemo autem, ut Varro, hoc expressit eleganter, ejuscemodi vestem vocans vitream togam, Modio Satyra. Sic item Claudianus Panegyrico in Consul. Probrini & Olybrii belle de Tiberi stuvio;*

*Palla graves humeros velat, quam necerat unxor*

*Illi, percurrrens vitreas sub gurgite telas.*

Sic & Martialis inter alias conlatione illa botri vase vitreo conditi lib. viii. Ep. 68.

*Femineum lucet sic per bombycina corpus.*

Talis vestis antiquitus *αρχαῖος* dicebatur Graecis, id est, quae aranearum telas imitaretur. observo ego ad Eustathium, unde loca nonnulla huc transferam opportune. inquit ille lib. II. de amoribus Isoneniae & Isones, ubi temperantiae describit imaginem: *Ἀραχνοῦδος ὁ χιτῶν τῆ παρθεναί, τὸ χρῶμα λευκός. Tunica erat virgini aranearum telas imitabunda, colore candida, &c. Etiam*



lib. IV. Themistius item in oratione ad Nicomedienses. Ἀμφινοστο ἢ ἀπινοστο τῶν ἀπὸ νῆων. Vertit Petavius : *Aranearum telis subtiliori veste duatur.* Et Sanctus Aferrius Homilia de Divite & Lazaro : Τὴν βουσσὸν ἐπιζήτησι, ἢ ἑυαίης τῶν Περσικῶν σκαλίκων νῆμα ἢ ἴσον ἢ ἀνεχθὲς ἀνεκτικὸν ὄσσησι. Rubenius vertit : *Ut byssum requiris, & Persicorum stamina vermicum colligis, unde canida, ut ita dicam, aranearum tela contexitur.* Pro re autem tenuissima ubique nebula usurpatur, sic ipse Valerius in lepidissimo Epigrammate de phiala nimis gracili lib. VIII. Epigr. 33.

*Hac fuerat nuper NEBULA tibi pagma perun-  
dum.*

Ait igitur nudas proflare vestibus illis, quod & meretricum fuisse vulgo notum est, unde veriorum interpretationem sumendam esse loco illi cap. VII. *nudarium meretricum*, reor in praesentia. *Tunicas rallas* similes & Plauto Epidic. II. II. 46. vocantur, unde & nos, *Ralus*, quoque vocamus.

Cap. LXXIX. *Nec fax ulla in praesilio erat, quae iter aperiret errantibus.*] Bernardinus Gomezius noster Opere, quod *de Sile* construxit, aptissime ad hunc Petronii locum interpretatur Horatii illud lib. I. Sat. V.

----- *Tuum*  
*Præbuit, & parochi quae debent, signa,  
Jalemque.*

Per signa scilicet non solum ignem ad focum intelligentis, sed cereos etiam & funalia, quae perregnis praebent parochi ad pernoctandum, & ut suspicari licet, commode etiam per urbem deambulandum. Quod itidem & in Urbe factum, nihil dubium est. Sic apud Athenienses coenantibus *Oenoptae* (genus erat magistratus) funalia praestabant, & *elychnia*, ut postea luminis praesidio possent domum redire, quapropter & *Oculi* ipsi vocati, ut constat ex Philini Oratoris loco apud Athenaeum lib. X. Item ex Eustathio ad L. Z. Odyss. *Οἱ τοῖς θεοπύργοι λαμπρῆς, καὶ ἑυαίης, τὴν ἑρμῆος, Ὀφθαλμοὶ πρὸς τινὸν ἐκάλειτο.* Qui coenantibus candelas, aut lucernas exhibebant, oculi dicti nonnullis.

*Nec silentium noctis jam mediae.*] Carpit etiam hic suum Imperatorem. Redibant ergo à Trimalcionis convivio media jam nocte. Eousque enim coenam protraxit gurgis ille, testante Suetonio cap. XXVII. *Epulas medio die ad mediam noctem protrahabat.* Quo & illud Taciti facit lib. XIII. *Annal. Profecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahabatur.* Signantius vero Juvenalis Sat. IV. ubi de Montano sermo: [v. 136.]

----- *Noverat ille*  
*Luxuriam imperii veterem, nodisque Neronis*  
*Jam medias.*

Notatum insigniter illud, quia magis erat more

receptum, veteres sub solis occasum, nocte jam imminente, convivia finire.

*Promittebat occurrentium lumen.*] A coena itidem, ut illi, redeuntium. Plurimis quippe lucernarum usus antiquitus fuit convivis domum redeuntibus, facumve, cereorum, candelarum, funaliorum, lampadum, aut laternarum, de quo late Athenaeus Dipnosophita opere extremo. Servi, qui ea praeferrent, *λαμπροχοί, & λαμπροχοροί* Graecis adpellati, etiam *σαρδύροι*: Latini *Praeluces*, sed hoc jam vulgare, notaque plura testimonia à Cicerone, Valerio Maximo, Livio, Floro, Appuleio, Juvenale, aliisque petita, apud Graecos quoque plura sunt, apud Athenaeum vero variis in locis plurima.

*Acedebat hic ebrietas.*] Ebrii redibant, desistitque ebriorum auxilio, nam & ei quoque provium. Temulenti quum à mensa recedebant, praesidio fervorum utebantur, qui eos titubantes sustinerent, & vix aliter reversuros, domum reducerent. Eo igitur ibant servi illi adversum heris. Plautus *Mossellana* IV. I. 23.

----- *Solus*  
*Nunc eo adversum hero ex plurimis servis.*  
Terentius initio *Adelphorum*:  
*Storax, non redit hac nocte à coena Aeschynus,*  
*Neque fervolorum quisquam, qui adversum irent.*

Exin vocati *Adversitores* ii servuli, ut ait ibidem Donatus. Parissime sane, atque illi, Propertius desinitus, ut ipse Eleg. 29. lib. II. narrat:

*Hesperia, mea lux, quum potus nocte vagaretur,*

*Nec me fervorum duceret ulla manus.*

Congruens item & S. Asterii elegantissimus locus Homilia, *An liceat homini dimittere uxorem quamcumque ex causa.* *Οὐ μὴ ἂν εἰς συμποτικὴν ἰδὼν ἑα ποτε, καὶ ἀπὸ κέρους καὶ ἐκέρους ἀπέριψε τὸ μέθος μισήσασα· ἀλλὰ καὶ ὑπερβῆκεν καὶ συγκράτης ἀνοητικῆς, καὶ ἐχρησάτο γὰρ σὲ τὸ καλέζοντα, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθελοπόρπεν τοῖς ἄτομοῖς πῶδον κερῶν τοῖσι, ἀδύγκησι ἢ ἐπὶ τὴν κοίτην τὴν γαμικὴν, μὴν συμπότικα, τῶν οἰκετῶν γελάντων, καὶ ἐπιγλαυζόντων τὴν εἰς τὸ μέθος παραπορῶν.* Nec redeuntem à symposio, vino oneratum & insipientem, ebrietatis odio non admisit, aut rejectis; sed cum venia ac lenitate, quasi humanitatem nostram decet, te suscepit, & reprimentem, ac verberantem, ad lectum manduxit, sedulo curavit: sola nimirum tui misera, quum famulantis ob errorem & agitationem herum deriderent, ac suscipiantur.

*Per omnes servos, gastrorumque, &c.*] Metram illam Erischthonis filiam puta hic spectare, de qua Ovidius:

Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cer-  
vus, abibat.

Tot namque sunt hujusce loci μεταχηματισμοί. Ex MSS. Cod. primae editiones habuerunt: *Per omnes scirpos, grurumque*. inde ergo fecerunt postea *scriptos, scrupos, scrupos: & gastrorumque, caricumque, castrorumque, glarearumque, grumorumque*, ac denique *gastrorumque*. fed quid multis? plures hic cucurbitae pingunt. nos vero lectionem praestitimus, quae probior viris doctis olim fuit visa, quum nihili prorsus sint, quas manu exarati codices repraesentant. Nec aliter fieri debuit sequenti altero loco corruptissimo, & nos per eandem terram admisit. Ita Richardi emendationem ibi recipimus, quod & parili ea Virgillii loco stabiliri videbatur, &, utpote omnino concinniore, praetulerunt ceteris viri hocce eruditionis genere singulares. Item sic loquutus Petronius in fragment.

--- Cellaque capti

Deridet Festrā, Romuleamque casam.

Inquit ergo Encolpius haud inlepedo sensu: *Itaque quum hora paene tota per omnes scrupos, gastrorumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes*. Cui parissimus est Appuleji locus lib. II. *Metamorph.* Sed quum primam plateam vidimus, vento repentino lumen, quo utebamur, exstinguitur: ut, vix improvidae noctis caligine liberati, digitis pedum deturjis ob lapides, hospitium desefsi rediremus. Item & Martialis Epigramma 75. lib. VIII. de Gallo Lingono:

Dum repetit fera conductos nocte penates  
Lingonus à Testa, Flaminiaque, recens.

Expulsi offenso vitiatum pollice talum,  
Et jacuit toto corpore fufus humi.

Ideo scite Alexis in Midone protulit apud Athenaeum [p. 700.]

Ὁ πρῶτος ἐβράν μετὰ λυχίχρα πεπατην  
Τῆς νικίος, ἢ τις κιδεμάν τῶν δακτύλων.

Gestare primus qui lucernam repperit  
Noctu, digito curabat ille provide.

Et Ovidii Corinnae speciatim inde laus quoque petita, quod docte sciret videlicet

----- Impercussos nocte movere pedes.

Prudens enim pridie, quum luce etiam clara timeret errorem, omnes pilas columnasque notaverat.] Sic puella illa apud Poëtam veterem:

Intrepidas tenebris ponere docta pedes.

Ipsissimum enim de celebri anicula nomine *Celestina* memoratur ridiculi causa. cujus omnibus numeris absolutissimam fabulam, totoque orbe jam olim decantatissimam scripsit Hispanus eruditus. Multo quidem expedite magis noctu, quam interdiu curstabat: observatis videlicet diligenter vicorum, ac viarum, obicibus, anfractibusque, quum adhuc lucefceret.

Anus enim ipsa &c.] Janitrix plane, de qua infra cap. xcvi. Anus praecipue lippa sordidissima

lintheo praecincta, soleis ligneis imparibus imposta, canem ingentis magnitudinis catena traxit, instigatque in Eumolpum. De ipsa autem nos non semel in hisce Commentis loquimur.

Et transfudimus hinc & hinc labellis

*Errantes animas*] Aliter hunc locum, quam copia interpretum, lubebat jam olim interpretari. animas hic de mutuo ac mixto amantium habitu, ac reciprocante inter basandum spiritu, dictum esse, cogitabam. Sic Latissimi scriptores locuti, quod vel mediocriter doctos hodie non latet. nonnulla tamen exhibeo insignia loca. Caecilius comicus inquit Plotio:

----- Quae mihi ubi domum

Adveni, ac sedi, extemplo savium dat jejuna anima.

Sic Titianus Fullonibus:

Interea fetida anima nasum oppugnat.

Plautus Afinaria v. 11.

Dic, amabo, an fetet anima uxoris tuae?

Et alias. Virgil. II. Georg. vers. 134.

----- Animas, & olentia Medi

Ora foveat illo.

Inde ventorum status eleganter animae dictae Laetretio pluries. sic lib. v.

Impellunt animae linthea Thraciae.

Item Horatio lib. IV. Od. XII.

Aurariumque leves animae.

Etiam Claudiano I. de Raptu Proserp. Virgil. lib. VIII. Aeneid. ac pluribus. Adposita satis est & isti interpretationi illa descriptio apud Achillem Tatium, amantium videlicet anhelitus suos commiscantium, lib. II. [p. 147]. *Ἡρώς δὲ τὸ τέγμα αὐτῆς τῆ Ἀφροδίτης ἢ γυνῆ γενομένη πέφυκεν ἀσθμαίνων ὑπὸ καυματώδους ἠδονῆς. τὸ δὲ ἄσθμα σὺν πνύματι ἐρωτικῷ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν χειρῶν ἀναθροῦν, συντυγχάνει πλανάσμα τῷ φίληματι, καὶ ζητῶντι καταθέσθαι κάτω, ἀνασφραγίς δὲ σὺν τῷ ἄσθματι τὸ φίλημα ἐμικθὲν ἐστίν, καὶ βάλλει τὴν καρδίαν.* Igne ergo isto amatorio fuculam Martiali accendo, modo hic aliasve, ubi forteam parafineum pudorem violarim, veniam pudicae aures condonent. inquit ergo lib. XII. Ep. 55.

Nec clusis aditum neget labellis.

Neget aditum, inquit, scilicet halitui, quod necessario fit, si labellis clausis oscula impinguntur. Sed longe fateor ingenue, ardentior est amoris adfectus ille, quem ipsorum constare animorum per ora commercio, jam pridem monuerunt Critici. Vicem hic interpretis subeat Aristtaenetus Ep. 19. lib. II. loquens in hunc modum: *Οὐ μόνον σέξω ἀσφοζόντες, ἀλλὰ καὶ φίλημασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχὰς. τὰτο γὰρ φίλημα δύναται καὶ τῆτό ἐστιν ὁ βάλει. σπασθῶσιν αἱ ψυχὰι ἀπὸ τῶν σομάτων πρὸς ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὰ χεῖλη συναντῶσιν. καὶ ἡ μίξις αὐτῶν γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν.* Vertit Mercerus. Non ad-

motis solum pectoribus, sed junctis per oscula ipsis etiam animis hoc enim osculum potest, hoc petit. Festinant invicem ad sese animae per ora, concurruntque circum labia, fitque ibi coitus animarum dulcissimus. Quo & illud indubie Lucilii pertinet Sat. xx.

Eduxiq;e ollis animam in primoribus labris.

Plane vero veteris Poëtae hocce in Catal.

Jungere & innumeras nexa per ora animas.

Valete curae.] Sic Martialis Epigrammate 7. lib. xi.

Pallentes procul hinc abite curae.

Et Anacreon [carm. xxiv.]

Μεθετέ με Φρονηθεις, ἰ  
Μηδεν μοι και οὐτω εἶσθαι.

Tu vero abito cura,

Mecum tibi nihil sit.

Gaudio dispoliatum torum.] Gaudium hic adpellative de puero. ita pariter de amica Plautus Bacchidibus 1. 11.

----- Quis istic habet?

P1ST. Amor, voluptas, venus, venustas, GAUDIUM.

Non satis rem viderunt interpretes Petroniani, qui hocce ejus confundere videlicet cum aliis gaudiam.

Somnumque morti juugerem.] Vide quae infra notantur ad verba extrema Trojanae Halois cap. LXXXIX.

----- Et continuat in mortem ultimam

Somnos.

Res tuas ocuis tolle.] Adulsiue dictum, respectu scilicet ad solennia verba in divortii faciendis usurpata. Liquido Lex edocet XII. Tabularum: Si VIR AB UXORE DIVORTIT, UXORI RES SUAS SIBI HABERE JUBETO, ETQUE CLAVIS ADMITTO. Transfuit etiam & simile Martialis lib. x. Epig. 51.

Dicere te lassum quoties ego credo Quirino,  
Quae tua sunt, tibi habe; quae mea, reddere mihi.

Plautus itidem in Trinumo Act. 11. 1.

---- Apagesis amor.

Tuas res tibi habe. Amor, mihi amicus ne suas unquam.

Locum quem polluas.] Ludit dilogia. Istiunc autem locum Murrhedius Rhetor loco inlustrat insigni apud Senecam patrem lib. 1. Cont. 2. Nolimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam si primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt. Est haec Martialis sententia lib. xi. Epig. 79.

Paedicare semel cupido dabit illa marito,

Dum metuit teli vulnera prima novi.

E libero mutuatus est carmine, nescio an viderint eorum interpretes. Sic Carm. 111.

Quod virgo prima cupido dat nocte marito,  
Dum times ALTERIUS vulnus inepta LOCI.

Sic & Quintus Serenus :

Obscoenos si pone locos nova vulnera carpent.

Pro femineo utero saepius apud Lucretium est etiam locus.

Quem polluas.] Admodum hic tempestivum illud Propertii Eleg. 34. lib. 11.

Polluit ille deus (Amor) cognatos, solvit amicos :

Et bene concordēs tristia ad arma vocat.

Et plura hujusce Elegiae, quam confer.

Partiti manubias jumus.] An istae manubiae, quarum apud Fulgentium memoria est, Libello de Prisco sermone? nam alterum Petronii citat ibi fragmentum: Tot regum manubiae penes fugitivum repertae. Ego sic censo. Encolpius enim Ascyltosque plane fugitivi.

Age, inquit, nunc & puerum dividamus.] Ludit iterum in Gitonis divisione Ascyltos, ut cap. xi. Ibi enim ad facinarum divisionem respiciens, quae cap. x. praecesserat. hic vero ad nequissimam illam cap. xi. Ibi sane cum Encolpio, flagitiosissime Gitonem dividente, jocus primus fuerat Ascyltos, ipsum Encolpium in hunc modum adloquens: Sic dividere cum fratre nolito, sive ut ibidem nos emendare conabamur: sic dividere tu fratrem nolito. Nunc vero rursus, quum manubiarum jam partitio esset facta, ambigua improbitate vult etiam idem Ascyltos particeps esse in Gitonis divisione.

Cap. LXXX. Contentus.] Interpretor, perseverans. A me Nonius plane; Contentum, continuum, perseverans. Cicero Tuscul. lib. v. Socratem ferunt, quum usque ad vesperam CONTENTUS ambularet, quaesitumque esset ab eo, cur id faceret. Etiam Appulejus in Floridis de praecone loquens: Et quidem perditu star, aut ambulat, aut plerumque CONTENTISSIME clamitat. Cui opponit Proconsolem, qui moderata voce RARENTER, & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit.

Intorto circa brachium pallio.] Laevum nempe, clypei loco. Sic Appianus Alexandrinus lib. 11. de Bello Civil. pag. 503. habitum describens percussorum Caesaris post perpetratum scelus. Οἱ ἡ στρατῶν ἐκδοθέντων τινῶν ἐν τῷ βασιλευσσίῳ, εἰδὼς ἡ παραμειναντες, τὰ ἱματια ταῖς λαίαις, ὡσπερ ἀσπίδας, ἐπιπλήξασθαι, ἐ τὰ ξίφη μετὰ τὰ αἵματῶ ἔχοντες, ἐσοδοσκον σπιλια καὶ τυγανον ἀνελεῖν. Percussores autem ejus voluerant quidem aliquid in senatu dicere: sed quum nemo ibi maneret, togis circum laevas manus obvolutis, vice clypei, cruentos gladios tenentes, currentesque vociferabantur, regem, &c. Praeterea & lucis nonnihil videtur ex isthoc Arbitri loco sibi foenerari Donatus, ubi de vestitu comico agens sic loquitur: Parasiti cum INTORTIS PALLIIS veniunt. circa brachia nempe, aut circa corpora.

(V 3)

Tar

*Tangebatur utriusque genua.]* Vide quae supra notantur ad verba cap. xvii. *Protendo igitur ad genua vestra supinas manus, &c.*

*Thebanum par humilis taberna spectaret.]* *Thebanum par κατ' ἐξοχὴν* dictum de Theocle & Polynice fratribus, Oedipi, regis Thebanorum, filii, ex nefando scilicet Jocastae matris concubitu editis. illi nimirum ob regni sceptrum mutuis vulneribus confossi, ambo occubuerunt; simul mater, quae se mediam interponebat, ne pugnarent filii. quo etiam adlusit plane Propertius extrema elegia 9. lib. ii.

*Non ob regna magis diris cecidere sub armis*

*Thebani media non sine matre duces,*

*Quam mihi si media liceat pugnare puella:*

*Mortem ego confugiam morte subire tua.*

Quem locum adumbrasse Petronium, parum abest ut credam. nam parissima omnia, nempe Propertius cum rivali pugnare volens, modo Cynthia sit media, ob quam videlicet confertum proelium. Tu autem nunc eum Arbitro facile conferras. Ipsummet Passeratio in mentem quoque venisse, videre videor. *Tabernam* itidem pro diversorio Plautus saepius posuit.

*Nudo ecce jugulum, convertite huc manus.]* Simile illud Encolpii cap. xxvii. *Praebeat ecce cervicem, funde sanguinem.* Pluribus id genus conlationibus paremus, ne rebus nihili nos immorari, Critici missitent delicatissimi.

*Fulminatus.]* Id est, fulmine veluti ictus. talis enim attonitus manet, stuporeque adfectus. quod nunc, ut Encolpio conveniat, quisquis jam videt. Plura autem huc conducentia supra jam praenotata sunt, ad verba cap. xvii. *sed attoniti,* quae rursus adire, haud abs re erit in praesentia.

*Damnatae manus.]* Explicet ipse Petronius, quae *damnatae manus* sint. inquit cap. lxxxiii. *Damnabat Apollo novias manus. Novias,* id est, secestratas. Sic & Propertio sunt *damnatae manus* El. 7. lib. iv.

*Egreditur superbus cum praemio Aescylos.]* Rivalis scilicet victoris more. Multus in eo exprinendo Aristaeus tota Epistola 6. Lib. ii. ad quem te remittere hic satis sit.

*Nomen amicitiae.]* Verbi hujus acumen non senserunt interpretes. Non hic amicitiam nomine *amicitiae*, ut volunt, auctor intelligit: immo potius, nihil aliud praeter nomen in amicitia esse. & vere: quum illius fidem homines tantum servent inter se, dum illis conducit, expeditque; postea vero turpi vertant ora fuga, ut Petronius loquitur. Plane hocce tuetur Ovidius lib. i. de Arte:

*Nomen amicitia est, nomen inane fides.*

Etiam Euripides:

*Όνομα γὰρ, ἔργον δ' ἐκ' ἔχουσιν οἱ φίλοι,*

*Οἱ μὴ πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.*

*Nomen quidem, sed rem ipsam amici non habent,*

*Qui sorte tristi non se amicos exhibent.*

Idem de virtute in magno M. Bruti morientis verbo apud Dionem lib. lvii. [p. 406. Ed. Steph.]

*Ὁ πλῆμον ἀρετῆ, λόγῳ ἄρ' ἤσ'· ἐγὼ δέ σε*

*Ὡς ἔργον ἤσκων· σὺ δ' ἀπ' ἰδμευες τύχη.*

*O infelix virtus, itane quum nihil quam nomen esses, ego te*

*Tanquam rem aliquam exercui, quum tu fortunae servieris.*

*Si, quatenus expedit, haeret.]* Eleganter divinus Seneca Ep. 9. *Hae sunt amicitiae, quas temporarias populus adpellat. Qui causa utilitatis adiunctus est, tandiu placebit, quamliu utilis fuerit.* Proinde addit Petronius:

*Quum fortuna manet, vultum servatis amici:*

*Quum cecidit, turpi vertitis ora fuga.*

Quod parissime dixit & Seneca: *Hac re florentes amicorum turba circumfedit, circa everfos ingens solitudo est: & inde amici fugiunt, ubi probantur.*

*Calculus in tabula mobile ducit opus.]* Sententia est Quod si amicitia diutius non durat, quam utilitati videlicet inserviat, omnino calculorum ludum ipsam sic imitari, quo nimirum potissimum id artificium servatur, ut hinc & illinc alio libere moveantur, nec ulli tabulae regioni plus temporis inhaereant, quam illis nempe conducat, conveniatque. Neutiquam vero, ut doctissimus auctor Adversariorum lib. i. cap. 15. voluit, quia amicitiam calculi fervarent inter se, quatenus ludo utile foret, quum quidam velut amici essent, quidam hostes. Quod viro omnia erudito ex ludi ignorance indubie excidit. Calculi quippe, qui ab ludi initio erant hostes, ad finem usque tales habebantur, ipsissimumque de amicis intelligendum. nec pro ludi utilitate amicus, quem alibi *militem* adpellavimus, suae factionis commilitonibus unquam adversarius fuit. Quae supra jam de calculorum ludo persunderie ediffertare nobis adlubuit, de nostra interpretatione, ac de magni viri errato ambigere in praesentia non sinunt, itemque de legitima scriptura, *mobile*, quam servant veteres libri, non vero quae primum eufos invasit, *nobile*, & Adversariis suis etiam ille amplexus est.

*Grex agit in scena mimum.]* Grex etiam de scenica caterva & familia, Graecis *πρόδοξος*, uti apud Aristophanem. Inde nos vocavimus: *Compannia*, & hillriones *Companneros*. Donatus Praefat. in Terentii Adelpbos: *Haec sane acta est ludis Scenicis funebribus L. Aemilii Paulli, agentibus L. Ambivio & L. Turpione, qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant.* sic etiam Plautus pluribus fabularum Prologis. Unde error cujusdam erudi-

diti

diti Horatii interpretis, aliorumque jam claret, adferentium nimirum, *nimum* fabula n fuisse ab uno solum agi semper antiquitas solitam. At si Petronius illis fidem facere non potuit, quid pluribus aliis, quid ipsi Horatio suo poterit respondere?

- - - *Vel partes nimum tractare secundas,*

inquit Ep. XVIII. lib. I. cui tot tum Graeci, tum Latini, scriptores accinunt, ut tantum nomina recensere, esset impotuntum.

*Mox ubi ridendas inelasti pagina partes &c.]* Sensus est, post fabulae exordium auctores figmenta exuere, personaeque, & sic oris sui manifestum proferre veritatem. *Partes ridendas,* extremos interpretantur, quod non displicet, licet omnes Mimi partes ridendae erant, ut alibi dicimus. *Pagina* hic *παιδοποιία*; fabula est. insigne dabo equidem testimonium aliud. Donati ecce verba sunt ex argumento Adolphorum Terentii: *Is hinc ridendis Actibus fabulae identidem meminimus: primo paginaron dicitur. rationem neque Graecos, neque Latinos, servat, quum ejus distributio, &c.*

Cap. LXXXI. *Antejobolus.]* Quinam *antejobolus* olim ex longa Professorum natione? Puto adhuc vitis litteratis non liquere. An fors *antejobolus* erat *Profobolii* Praefectus, *Profobolus* etiam appellatus. Doctiores viderint. *Profobolium* enim locus erat in Schola velo tantum ab auditorio dilectus, ubi pueri, antequam ad Magistrum accederent, oris sui totiusque corporis componebant habitum, *profobolii* videlicet aditane praefecto omnium praemonitore. Haud enim vulgaris consuetudo ex antiquis puerilibus conloquiis utraque lingua descriptis plane conligitur. ait ergo puer: *ὡς ἐπὶ ἄλλων πρὸς τὴν κλημικὴν ἀνδρῶν οὐκ τὰν σαθρῶν ἀτείμα, ὡς ἔδει, & οὐ τῶν προχορῶν ἀτεθνηκε βίβλιος, & κατέψυξεν ταίχιας. καὶ ὡς ἡμαῖσι κεντρανὴ εὐχάλοισι & τρωάδων ἡσπαρταυὴ καθηγήσας, συμμαθήσας.* Ut ergo *veni ad scalam, ascendi per gradus otio, ut oportebat, & in profobolio deposui birrum: & demoravi capitulos, & sic elevato cantone introeci, & primum salutarum praeceptores, condiscipulos.* En *vela*, quae D. Augustino memorantur lib. I. Conf. cap. 13. *At enim vela pendent in limatibus grammaticarum jobolanum, &c.*

*Ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare?]* Gemellus locus cap. xcviii. *Utinam me solum inimicus ignis hauriret, utinam biberim in caderet mare.* quae verba Gitonis sunt. unius quippe ejusdemque fortunae semper cum Encolpio fuit, nec ab eius latere unquam discessit transversum unguem. Vide autem quae infra notamus ad ipsum locum. Hic autem insuper addere, omnino necessum: nimirum hujusce felicitis Encolpii successus supra jam meminisse Arbitrum cap. ix. nunc vero indubie eis-

dem in verbis, *Ergo me non ruina terra potuit haurire?* speciatim ad genus illud pegmatum respexit, quae, quum ruinam subitanam patiebantur, chafinate absorberentur. De iis sic Appulejus lib. Metamorp. x. *Jamque tota suavis fragrans caeca, montem illum igneam TERRAE TORAGO decerpit.* Ubi cum pegmate necessario & homines, qui impositi, absorbebantur, bene igitur, qui ibi, *recepit*, legunt, ut Arbitri, *haurire*, ita apertius exprimere potesset, quod inibi valet *decurare*. Sic est ipsi Milesiarum scriptori lib. v. *Meminitis consilium vestram, scilicet quo mihi justissis, ut bestiam, quae mariti mentio nomine mecum quiescebat, priusquam ingluvie voraci me missellam hauriret, ancipiti novacula perimrem.*

*Graecae urbis.]* Graeca urbs Parthenope est, postea *Napolis* dicta, quasi *nova civitas*. Ea enim quum esset à Longobardis eversa, ut in Constitutionibus Neapolitanis scriptum est, à Graecis postea fuit restaurata; & inde adpellata *nova civitas* in posterum, & *Graeca urbs* quoque optimo jure. Taciti autem testimonio à Lipsio indicato, addam insuper & Papinii alterum non levidense, Parthenopen scilicet in Epicedio Patris adloquentis:

*Si tu stirpe vetus, famaque obscura, jaceres, Nil gentile tenens, illo te cive probares*

*GRAMAM, atque Euboico majorem sanguine, duci. Antejobolus.]* Giton, ut voluit recte Doula P. Eventum certe, quos hic recenset, *ἀναγκαστικῶν*, ut fecerunt alii, aliter accipere non sinunt. Pariter & ipsius acumini subscribo, *exilio*, loco *τῷ exilio*, substituentis, quae praecedenti confessione nitens ipsius Gitonis cap. lxxx. emendatio verissima est. *Ergo mari debeo, &c.*

*Cujus amici ad tesseram venerunt.]* Leve scelus hoc summae Encolpii indignationis, ideo pro certo habeo, latere mendum. Odorati etiam sunt Pithoeus, & Lipsius, reposueruntque *venerunt*, haud perspicuo sensu. Reor, annos ad tesseram venire, illis esse, puerum primos agentem annos, simili amatoria lite, commissum ad tesseram fortem ad amatoribus rivalibus. Itaque enim *in eligendo fratre salva illi tunc libertas non esset*, potius *judice fortuna*, ut ipsum Arbitrum usurpem, *caderet alea*. Ea propter ad illum eventum postea respiciens, ut melius tunc puero succederet, illi videlicet, voluit *Aescylos*, judicium committendum. Sed hic, quidem fateor, dubia lux est, parumque distans à tenebris.

*Quid ille alter, o Di! qui tanquam togae virilis solam sum?]* De Aescylo indubie hic incipit loqui. Verba autem etiam sunt inprimis corrupta, quod MSS. repraesentant, plane vitiosum est. Tornaeus edidit: *Quid? ille altero die, qui tanquam togae virilis, &c.* quod quidem absque sua confessione dignum exilio. Deinde editiones plures id praetulerunt: *Quid ille alter \* die, qui*

*tanquam togae virilis*, &c. unde Lipsius: *Quid ille alter, o dii! qui tanquam togae*, &c. quod recentiores fere editiones occupavit. Criticorum autem nupera proles ad libitum postea refixerunt. Ideo adhuc puer tentabam ego levissima omnium mutatione, & probo admodum sensu, *Quid ille alter? qui die, inquam, togae virilis, stolam sumsit.* haud tamen hodie fatiscit valde. Adsit igitur cum suo tripode Apollo. nobis namque insanire est, veritatem per divinationem quaerere. Utrumque vero sit, mens claret. Ascylltos ergo *stolam sumsit*, quod proprium feminae. Ita Tertullianus de Achille in puellam transvestito libro de Pallio cap. 4. quippe ne vir esset, à matre quoque persuasus est: *Adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere*, &c. Sic etiam de Antonio Appianus lib. v. Bell. Civil. [p. 677.] deliciante.

*Qui postquam conturbavit.*] *Conturbare*, decoquere, est, & pecuniam dissipare. De servis etiam dicitur, qui rationibus dominicis paria non faciunt. Et de quibuslibet denique, qui expedire nomina, & aes alienum, quod contraxere, solvere non possunt. quod Hispani vocant, *Quebrar*, *faltar de su crédito*.

*Sic Pedito conturbat, Matro deficit*, dixit Juvenalis Sat. VII. 129. ut Terentius etiam, Martialis, Cicero, alii.

*Et libidinis suae solum vertit.*] Hoc est, commutavit locum, ubi prius libidinem vario erat perpeffus. nam postquam conturbavit, se in pedes conjicere, illi fuit necessarium. Sensus iste verus, perspicuus, & quem vel ipsius Cicero tueatur, quum quid, *solum vertere*, sit, exponit in Oratione pro A. Cecina paulo ante finem: *Exilium enim, non supplicium est, sed perfugium, porusque supplicii. Nam qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo SOLUM VERTUNT, hoc est, solum ac locum mutant.* Et pariter pro domo sua: *Quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant.* Et pro Pub. Quintio: *Qui exilii causa solum venterit.* Suffragatur nobis parissimus Juvenalis locus, sententia, verbis, Sat. XI. vers. 46.

*Hi plerumque gradus: conducta pecunia Romanae,*

*Et coram dominis consumitur. inde ubi paulum*

*Nescio quid superest, & pallet foenoris auctor, Qui vertere solum, Baias, & ad Ostia currunt.*

Ait scilicet, profusos, & luxuriosos nepotes patriam mutare, quum alienam pecuniam consumfere. Inde vocabulum *soliverfor* constat, usurpatumque in ludicro Grunnii Corocottae testamento: *Magirus cocus dixit, veni huc everfor domi, soliverfor, fugitive porcelle, ego bodie tibi vi-*

*tam adimo.* Graecis illud est, *γῆν πρὸ γῆς, terram pro terra.* Alciphron in Epistol. *Ἀναστῶσα ὀπίποσε γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι μάλλον.* *Demigrants quolibet fugiam potius, terram terra commutans.* Item Cicero ad Atticum.

*Secutuleja.*] Elegans, & scripto satyrico, quod ejusmodi amat vocum insolentiam, adpositissima dictionis compositio. Rem autem plures exprefere scriptores, quorum apud interpretes testimonia. Isthac illis adde. Propertius Eleg. 5. lib. IV.

*Non te Medae delectant probra sequacis.* Sabinus in Epistola Ulyssis de Clytemnestra, Agamemnonis uxore:

*Tyndaris has illi laetas pro foedere poenas*

*Stuxerat, externos ipsa secuta viros.*

Sed, ohe, jam satis est, tametsi plura possimus.

*Unius noctis tactu omnia vendidit.*] Veterem scripturam retinui, licet in novitiam, *paetu*, valde inclinarem. *Vendidit*, id est, posthabuit. Hisp. *aventuro todas sus obligaciones.*

*Libidinibus atriti.*] *Tero*, extremi flagitii verbum. parissime cap. LXXXVII. usurpatur: *utcumque igitur inter anbelitus sudoresque tritus, quod voluerat, accepit.* Sic & Martialis lib. IX. Ep. 59.

*Culus tritior Hedyli lacernis.*

Plauto etiam Captivis IV. II. 108.

- - - *Boius est, Boiam terit.*

*Liberorum quaeurndorum causa ei, credo, uxor data est.*

Argute ergo, qui exin Propertium interpretantur lib. III. El. 20.

*Forfitan illi alio pectus amore terit.*

*Alio amore*, id est, alia amica. Ast satis explorum, quae satius ad morboniam mitterentur.

Cap. LXXXII. *Gladio latus cingor.*] Sic locutus Appulejus lib. II. Miles. Nam *gladio solito cinctus altrinsecus.* & Hispani dicimus, *Cenir la espada.* Haud aliter & Propertius dixit El. 13. lib. III.

- - - *Nixetum latus ense revincit.*

Sed quodnam latus inuuit Petronius, dextrum an sinistrum? me Castores dubium. Eandem & Lipsius lib. III. de Milit. Rom. Dial. 3. quaestionem movit; ipsum vide. *Gladius* vero procul dubio Hispaniensis foret, nam nostrates illos à temporibus Annibalis, patrios gladios deponentes, adsumpserunt Romani, ut docet apud Suidam anonymus scriptor. unde conjicere abunde licet, quampridem illi fuerint in precio. vide & Lipsium ibidem.

*Pbaecasiati milites ambulat.*] Mendacii miles ille arguit Encolpium opportune ab calceatu. nam milites olim Romani *caligati* incedebant, non *pbaecasiati*. vide Valtrinum lib. III. de re Milit. cap.

cap. 13. Et Balduinum *Calcei Antiqui* Auctorem cap. 19. *Phaeacium* autem calcamentum album fuisse, quo Athenienses sacerdotes, & Alexandrini utebantur, ex Appiano ego didici lib. v. Bell. Civ. ubi de Antonio sermo est cum Cleopatra vitam degente.

*Non bibit inter aquas, &c.]* Difficile Epigramma, cuius mens interpretibus praecritata: an quod contemferint, an vero quod non adfecuti sint, me-Hercules dubium. Impotens dives, tyrannus hic cum Tantalo confertur, qui enim quid inter se simile habeant, neutiquam est facile visu. Ille sane, etli obrutus curis, cupitis tamen fruitur indubie: quod alteri fecus accidere, notum. Ciceronis autem duorum locorum conlatione, qui officio nunc fungitur interpretis, facile ex his angustius educemur. Ecce primi verba sunt ex lib. iv. Tuscul. Quaeſt. Cui *miseriae proximus est is, qui adpropinquans aliquid nihil metuit, exanimatusque pendet animi. quam vim significantes mali, Poetae, impendere apud inferos saxum Tantalum, faciunt ob scelera, animique impotentiam, & superbiloquentiam.* Insuper ergo additus ingens lapis Tantali imminens capiti, unde ortum, ut praetimore exanimatus poma quidem esuriens non attingeret, aquam & sitiens itidem non gustaret. Quod fuit dubio procul fabulae verum lignentum, expressam quoque parissime à Dionysio tyranno atlu illo, quo voluit indicere nihil esse ei beatum, qui semper aliquis terror impendat. Id etiam narrat ipse Cicero lib. v. Tuscul. Quaeſt. ubi regias delicias pergit luculenter describere, & inter ipsas constituere Damoclem, reges, qui ipsarum potiebantur, beatos cogitantem: *Aleant unguenta, coronae, incoedebantur olores: manus conquistissimis epulis exstruebantur. fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparitu fulgentem gladium è lacunari seta equina adpenſum demitti Dionysius iussit, ut impenderet illius beati cervicibus.* Itaque nec puleros administratores adſpiciebat, nec plenum artis argentum, **NEC MANUM PORRIGEBAT IN MENSAM.** Et eleganter Horatius:

*Districtus ensis cui super impia  
Cervice pendet, non Siculae dapes  
Dulcem elaborarunt saporum.*

Nulla ergo aequae, ac Tantali imagine, tyranni principis potuit misera repraesentari beatitudo, de quo inquit nunc cum Cicerone Arbitrator, quod omnia cernens, scilicet bona sua, illis frui praetimore non potest. qui prorsus & plurimum Poetarum fuit ipsitimus animus. Fuit certe Lucretii verbis haeſe lib. III.

*Atque ea nimirum, quaecumque Acberunte profundo*

*Proditae sunt esse, in vita sunt omnia nobis.  
Nec miser impendens magnam timet aere saxum  
Tantalus (ut fama est) caesa formidine torpens:*

*Sed magis in vita Divum metus urget inanis  
Mortales, casumque timent, quemcumque ferat  
fors.*

Pindari quoque O. l. Olymp.

— Κορυφῶν ἐρε,

Ἄβην ὑπερπλάγ,  
Τὰν οἱ τὰλῆρ ὑπὲρ κείμασσι,  
καρτίῳ αὐτῷ λίθῳ.  
Τὸν αἰε μινωτῶν κεφαλῆς βαλεῖν  
Ἐφροσύνας ἀλλῶται.

*Saturitate autem accepit (Tantalus)*

*Dammum immensum,*

*Quod ipsi pater superadpendit,*

*Falidum lapidem:*

*Quem semper cupiens à capite depellere,*

*À laetitia aberrat.*

Tuit & Euripidis in Oreste. Sed mire enim à Suida commentum nostrum juvatur, rescire tamen valde discuperem, unde conlegerit: *Ἰάωλαλθω, τῷ Διὸς υἱός. ἀξιώτως ἢ τροπαιοζης τῶν θεῶν, ἐδημοσιουσειν αὐτῶν τὰ μυστήρια, & διὰ τῷτο κηράζεσθαι ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαστηρίοις, πείρων ἔχρον ἐφ' ἑπερθιν αὐτῷ ἐξήκεινον, & κῆλα ὑδαρ πολυ, κ' βλαστήματα κερποφορα. ὅτε ἐν ἕβελε πιεῖν τῷ νόαλθω, ἐπιπλεν ὁ λίθῳ ἐπ' αὐτῶν, διὰ τῆ δ' ἐλήκελο, ἄρῶν ἔξ ἀφ' ἧν ἔδει φηγεῖν, κῆμ πιεῖν, μὴ δυναμένθ ἔε.*

*Tantalus, Jovis filius fuit. Quum autem hunc Dii sua mensa dignati fuissent, eorum arcana publicavit. Et propterea punitur in iudiciis, quae sunt sub terra, saxum habens capiti suo impendens, & infra multam aquam, & fructus feras arboreas. Quoties vero aquam bibere volebat, saxum cadebat in ipsum, & siti consciebatur. Cernebat enim unde edendum, & bibendum esset; sed edere, & bibere non poterat. Non ergo ob cibi potulque fugam jejunos ille; sed edere, ac bibere lapidis casus impediēbat. Ast ut semel conficiam negotium, prodeat Athenaeus, qui, quod primum ego conjectaram, quum aurem mihi pervelleret Cicero, proferat disertim. Longam disputationem de voluptate instituens lib. VII. Tantalum, narrat ex quodam scriptore, qui Atridarum in patriam reditum scripsit, voluptatibus admodum deditam fuisse: sed postea quum in deorum consortium pervenisset, Jovem optionem ei dedisse petendi quidquid vellet. à quo nimirum postulavit, ut ei ad eum modum jugiter inter epulas vivere concederetur. Tunc autem, addit, ἐρ' οἷς ἀγανακτοῦναι τὸν Δία τῶν ἔ εὐχρῶν ἀπορίσσει διὰ τὴν ὑπόχρεσιν ὅπως ἢ μηδὲν ἀπλάκη τῷ προσηκειμένῳ, ἀλλὰ διατελεῖ παρατῶμενθ, ὅτι τῆς κεφαλῆς ἐξήρῳσεν αὐτῷ πέτρον. δι' ἧν ἔδύναται τῶν παραρῳεινῶν τῶν ἰν δένος. Jovem indignatum ea de re, quia pollicitus esset, praestitisse quod optavit. At ne fruatur adpositis verum moestus, & anxius semper esset, super caput saxum appendisse, quod obstat, ne quis eorum;*

(X)

rum, quae admota sunt, capere possit. Caecus ergo quidam post se in eandem foveam plures caecutientes praecipites dedit. Itaque inter aquas & poma puniendum ridicule Tantalum, potius fane, ut veluti oscillatione luderet, constituerunt. haud fecas atque Eumolpum alibi conlocavit Petronius. Neroni igitur id Epigrammation, qui non sentiant propritum convenire, à me sciat ille, cor plumbeum prorsus habere. Cacterum, qui in avaritiam tradiderunt, factum id esse, decepti omnino sunt mendosis Codicibus, ubi sic admodum diverse invenerunt scriptum:

*Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit*

*Tantalus infelix, quem sua vota premunt.*

*Divitis haec magni facies erit, omnia late*

*Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.*

Ita Fulgentius, & Priscianus exhibent, & inter Catalecta veterum Poëtarum haud fecas, nisi quod corruptius, reperitur. Cujus sententia, licet ineptissima, adstrui quippe insuper videbatur parili Horatii similitudine lib. I. Sermon. Sat. I. nihil mirum, si viris doctis jam pridem imposuerit.

- - - *Quem sua vota premunt.*] Ex verbis Athenaei supra adductis lucis, quod fati est, capit hoc hemistichion. Ob insana namque sua & immodica vota Tantalum impendentis lapidis supplicium punit ac premit. Matth. Bergius aliter versus integrum distinxit, & sic parenthesi includit:

*Tantalus (infelix, quem sua vota premunt!)*

Quod postea & Rittershusio placuit. Nec nobis valde displicet, quod aliquot libri veteres praesentant,

- - - *quem sua fata premunt.*

*Divitis haec magni facies erit.* &c.] Distichi hujus sensus est, Tantalum nempe imaginem esse tyranni, qui omnia quum cernit bona sua, illis frui prae timore non potest. quod mire facit, ut fati jam constat, ad fortunam tyranni. Si alteram vero lectionem liceret praeferrere;

- - - *Omnia late*

*Qui tenet,*

ad avari ingenium.

*Et sicco concoquit ore famem.*] Sicco de jejuno. sic infra cap. cxI. *Itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca.* & Martialis lib. XI. Ep. 32.

- - - *fame siccus.*

& Tertullianus Apologet. cap. 40. *Nos vero jejuniis aridi.* Item de abstemio Lucilius Sat. VI.

*Lanificam dici, siccam, atque abstemiam ubi audit.*

Etiam de muliere vexata, sine adspergine tamen feminali, dixit ipse Valerius eleganti Epigram. 82. lib. XI.

*Cum sene communem vexat spado Dindymus Englen,*

*Et jacet in medio sicca puella toro.*

*Sed omnes operis oculis bona sua computant.*] Caeci omnino, qui divitiis inhiant. Exprimit infra eleganter Petronius cap. cxLI. ubi de elusis Eumolpi captatoribus: *Excaecabat ingens fama oculos, animosque miserorum.* utriusque loco Varro venit interpretes *Andabatis*, qui gladiatores erant operis capitibus, ne alter alterum cerneret, pungentes: *Non mirum si caecutis. minus aurum enim non praestringit oculos, quam τὸ σὸς κρανίον, tua galea.* Bona isthaec fortunae sunt, unde ipsa, quae dividit, prorsus exoculata effusa, uti Appulejus loquitur. Vere Tullius in Laelio: *Non ipsa solum fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est.* Eadem ratione & divitiarum deus *Plutus* itidem caecus antiquis habitus. Vide *Aristophanem* in cognomine fabula. Itidem *Phineus*, qui in modum avaritiae positus, auctore Fulgentio Mythologo ext. lib. III.

*Bona sua computant.*] Id est, cogitant, quomodo opes consequantur. Sic & simpliciter computare dictum antiquis. Magnus Seneca lib. V. de Benef. *Quotus quisque uxoris optinae mortem timet, ut non computet?* id est, ut lucrum, ex ejus morte eventurum, non sibi proponat. Et Ep. 14. *Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci: plures computant, quam oderunt.*

*Quod hodie non est, cras erit.*] Simile illud est vice oraculi olim habitum.

*Tarpejo quondam fedit quae vertice cornix,*

*EST bene non potuit dicere, dixit ERIT.*

Aliter viri docti accipiunt hunc locum, scribuntque: *Quod hodie non est, cras non erit: sic vita traditur.* Sententiam mire & acore illo suo Perius expressit Sat. V.

*Cras hoc fiet. idem cras fiet, quid? quasi magnum*

*Nempe diem aonas, sed quum lux altera venit,*

*Jam cras besternum consumsumus: ecce aliud cras*

*Egerit hos annos, &c.*

*Semper in hac re qui vincitur, vincit.*] Eadem ipsius Arbitri verbis illis cap. cxIX.

*Pellitur à populo VICTUS Cato: tristior ille est*

*QUI VICIT.*

Ubi & nos pluscula notamus.

Cap. LXXXIII. *Nam & Zeuxidos maris cidi nondum vetustatis injuria videtur.*] Vere. nam de ejusdem Zeuxidos tabulis, quibus Crotoniatae templum Junonis magnifice exornarunt, sicutiam Cicero initio lib. II. de Inventione: *Is & ceteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars*



pars usque ad nostram memoriam, propter sani religionem, remansit. Non post multum temporis vixit Petronius.

[Cum ipsius naturae veritate certantia.] Eximia laus tabularum Protogenis, nimirum cum naturae veritate certare: nam vel Seneca Patre adfertore, semper citra veritatem est similitudo: & Cicero in Oratore: Sine dubio in omni re vincit imitationem veritas. Haud est illud Eustathii ab simile, ubi virum in pictura expressum è balneo exeuntem anhelare, inquit, videri, lib. iv. de Iminetia & Iminetis amoribus, Οὐτως ὁ τεχνητός νῆρας ὄψεται αὐτῶν ἀπειμύλιτος τοῖς χρώματι. Adeo ipsius artifex easdem rerum naturas coloribus imitatus est.

[Non sine horrore tractavi.] Non sine religione, & reverentia. Sic docet Servius ad illud i. Aeneid.

----- Horrentique astringum nemus imminet umbræ.]

Horror plerumque ad odium pertinet: plerumque ad venerationem, ut hoc loco. Sic Lucanus:

Arboribus juis horror inest.

Hinc & locus, qui praecessit cap. xxi. interpretandus: Inter nos periturum esse tam horribile secretum.

[Quam Graeci monochromon adpellant.] Ego libentius legerem, monochromaton, ut illustres veteres loquebantur pictores. Monochromata enim picturae erant unicolores, ut vox indicat. Plinius inquit lib. xxxv. cap. 3. ubi de picturae gradibus sermo est: Itaque talem primam fuisse, secundam SINGULIS COLORIBUS, & Monochromaton dicam, postquam operosior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Optime ad mentem Petronii, quum etiam, postquam facta esset pictoria ars absolutissima, pinxerint & monochromata artifices eximii. De Apelle hic Petronius testatur, de Zeuxide Plinius extremo cap. 9. lib. xxxv. Pinxit & monochromata ex albo. Porro genus quoddam inest Antonomastiae verbis illis: Quam Graeci monochromon adpellant. Longe vero diversae sunt picturae, quibus semel, aut pluries colores inducti, uti quater Iulys illi à Protogene, Plinio cap. lib. xxxv. memoratae. Quarum confusione insigniter erravit vir eruditus.

[Tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem praecisae, &c.] Locus est subobscurus illi praesertim, cui de pictorio artificio haud quicquam innotuit. Nam verbis istis, extremitates imaginum praecisae, me interprete, intelligit procul dubio Petronius: lines illas extremas, quibus omnia includuntur depicta, extremumque cujusque corporis est. Summa enim prorsus picturae est, corpora in tabula lineis illis tanta subtilitate praecidenda, ut, visum tamen ibi corpus ipsum, certum sit, visum tamen omnino fallat, & ambire sese extremitas ipsa videatur, & alia post se promittere, hoc est,

revera id corpus eminere, & quod in superficie plana est, foras exsulare. Exactissime hocce tradidit Plinius cap. 10. lib. xxxv. qui locus rei, Petronioque, illustrandis unice quidem compactus est: Primus (Parmasius) argutias cultus picturae dedit, et elegantiam castili, concussatam oris, confessione artificum in lineis EXTREMIS palmam adeptus. Haec est in pictura summa SUBTILITAS. Corpora enim pingere, & media rerum, est quidem magni operis: sed in quo multi gloriam tulerunt, EXTREMA corporum facere, & DESINENTIS PICTURAE modum includere, rarum in successu invenitur. Ambire enim debet se EXTREMITAS ipsa, & sic desinere, ut promittat alia post se: ostendatque etiam, quae occultat. Qui insignes hodie pictores sunt, idemmet quoque magni habere cognovi; contraque cane peius & angue vitare fidas, sic enim ipsi haud inepte vocant, extremitates. vulgari idiomate est, jecos perfiles. Unde valde miror, artibus hifce virum eruditum adeo ab scopo aberrasse, ut intrepide adferere non dubitavit, Opticen Plinio verbis illis esse descriptam.

[Ut crederes etiam animorum esse picturam.] Magna enim haec laus semper in pictura fuit, ibique etiam fuit, artis labor & opus. Sic Antiochus Epigrammaticarius dixit:

† ὅτι καὶ τῶν ψυχῶν χρωμάτων, μορφαὶ τῶν ζωῶν  
ἔτι

† Ἰδίοιο.

Pingere difficile est animum, depingere corpus

Hoc facile est.

Qui primus pinxerit, tradidit Plinius; & quid animum pingere sit, exemplis patefecit. utrique indicando insignem ejus referam locum ex cap. 10. lib. xxxv. Aequalis ejus fuit Aristides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos vocant Graeci ἰδῆ: item perturbationes, acrior paulo in coloribus. Hujus pictura est, oppido capto ad matris morientis è vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque sentire mater, & timere, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat, &c. Vide quae infra notamus ad verba cap. LXXXVIII. qui paene hominum animas, &c.

[Hinc aquila ferebat sublimis d. u. r.] Omnia, quorum in praesentia meminit, tabularum signenta (quod etiam silentio haud erat praetereundum) studio quidem sunt ejus argumenti quaesita, quae perdis maxime hominum Gitioni & Ascylo pugnant ex antea. quod semel factis sit, nunc indicasse. Vulgaris est Ganymedis fabula, Naonique pluribus lib. x. Metam. descripta. Legge item lepidissimum Luciani dialogum, qui inscribitur Dearum judicium. Nomen tamen Dei latius apud antiquos patebat, quam restricte necessum sit capere de Ganymede nondum in deorum numerum recepto. unde incogitantiae Arbitrum perperam insinulat novitius interpres. De

pulcerrimis saepius dictum, & Petronio ipsi iterum cap. cxxvii. *Libuit DEAE nomen quaerere.*

*Illinc candidus Hylas repellebat improbam Najada.]* Nec minus trita est de *Hyla* fabula, nam plures adhuc referunt, plene vero Idyllio Theocritus, *Hylas* cognominato. Ideo ergo Virgilius exclamat Georg. III.

*Cui non dictus Hylas puer?*

*Najada*, id est, fontis aut fluvii Nympham. nam aquatum ivisse, quum à Nymphis raptus, omnes scriptores uno ore profertur: Zenobio tamen excepto, qui venatum tradidit. *Naiadas Eumenidas* ideo vocavit Aufonius Ep. 93. fatis eleganter. nam quum puerum, ut potirentur, mergerent, quid nisi lethum illi peperit ipsarum amor?

*Improbam Naiada.]* Vide quantum venustatis, quantum leporis hic locus accipiat, si cum illo conferas cap. LXXXVII. *Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat.* Voluit ergo Petronius innuere, improbis lenociniis à Nympha puerum pellici, ut si fors tandem ab illo extorqueret amorem.

*Dannabat Apollo noxias manus.]* Nota fabula *Hyacinthi* intercepti ab Apolline disco nimirum, quem flatu suo in pueri caput converterat Zephyrus contentus amator, & zelotypus. Latius canit Orpheus apud Ovidium lib. x. *Metamorph.* Nicander Theriac. paullo ante finem, & Joannes Tzetzes Histor. II. Lucianus deridet duobus venustis Dialogis Mercurii, & Apollinis; Junonis, & Latonae. Pinxere item & uterque Philostratus eleganter in suis Imaginibus.

*Lyramque resolutam modo nato flore honorabat.]* *Honorabat*, id est, coronabat. ubi morem aperte tetigit citharoedorum. Ipsos nimirum finito carmine citharam redimire consuevit, ex Papinio plane conligitur lib. vi. Thebaïd. ubi de Apolline etiam sermo est, postquam canere desisset, lyram laureo ferto circumdante:

*Finis erat, differt avidas audire sorores:*

*Dumque chelyn lauro, textumque inlustre coronae*

*Subligat, & picto distinguit peccera limbo.*

Ubi Luctatius, sive Lactantius ait: *Citharoedorum disciplinam expressit, quibus moris est finito carmine coronam detractam citharae subligare.* Post luctum ergo sidicinis dei, mens est Arbitri, opportune enim lyra ejus redimiri videbatur. Ita rursus idem Statius chelyn coronat lib. iv. Sylvar. ad Jul. Meneratem:

*Quumque tibi vagiret tertius infans,*

*Prot'nis ingenti non venit nuntia cursu*

*Littera, quae festos cumulare altaribus ignes,*

*Et redimere chelyn, postesque ornare juberet?*

Addit, modo nato flore. ex Hyacinthino videlicet sanguine. qui flos & sidibus etiam, ut citharoc-

us ipse, gemitus suos ambibat temperare.

*Ipsae suos gemitus foliis inscribit, & α, αἱ, Flos habet inscriptum, junestaque littera dicta est.*

*Resolutum*, denique inquam, hoc est, solutam, humique jacentem. Amans namque deus ille abjecerat prae moerore.

*Ergo amor etiam deos tangit?]* Sic pro certo habebant antiqui. Adposite Heliodorus lib. IV. *Μέγιστον γὰρ θεῶν ὁ ἔργον, καὶ ἡδὴ θεῶν αὐτῶν παρὰ κατὰ τὸ λεγόμενον.* *Maximus enim deorum est Amor, & ipsos etiam deos interdum tangere dicitur.* Id autem diis indecorum fuisse, satagit demonstrare Aphthonius in *Ἀνακρέωνος* exemplo, cantat tamen palinodiam in *κατασκευῆς*. Eleganter vero de juvene amplius aequo placente sibi Ovidius in *Arte*:

*Poste suo tangi credit amore deas.*

*Peccaturus.]* Peccare hic scortari est, meretricari. Sic Ovidius ad amicam Eleg. XIII. lib. III.

*Non ego ne pecces, quum sis formosa, recuso.*

Et Martialis in Epigrammate ejusdem argumenti cum Nafonis Elegia, hoc est, ad Lesbiam, operam videlicet Veneri propriam navantem, lib. I. Ep. 55.

*Incustoditis, & apertis, Lesbia, semper  
Limbinibus peccas, nec tua furta tegis.*

Sed plura hic interpretes.

*Sine armulo.]* Victore, uti Alcyltos, intellige. aliter fides auctoris non constaret.

*Hospitem Lycurgo crudeliorem.]* Lycurgum huncce diversum puta ab illo cap. cxvii. memoratum. Sic in Symbolis ceniet Scioppius, licet postea respuit, novamque lectionem ad oram adpinxit mei exemplaris, *Hospite Lycurgo crudeliorem.* huc etiam deslectens id cap. LXXXI. *Hospitem occidi.* hocce scilicet animo, ut verbis illis cap. cxvii. *Et quicquid Lycurgi villa grassantibus praebuisset,* Arbitr significet, quod focii illi Lycurgi villam non solum spoliarint, sed ejus dominum, qui hospitio nempe illos humanissime exceperat, occiderint, quae fuit & Doufae P. sententia. Sed haece sic constitutis ubinam, quaequo equidem, Lycurgi exstitit crudelitas? immo potius humanus, amicus & hospitalis jure merito audiret. pro quibus meritis illam ei retulerunt gratiam, rapinam, mortem. Sed longe aliter est, quum sine dubio hic de Lycurgo sermo sit, quem merito veteres agnoverunt *crudelcm*, vocaruntque. Alter vero particeps fuit Satyrici, ut claret. Plane nobis Virgilius adstipulatur lib. III. divini operis, ad quem signanter, puto, hic respexisse Petronium. Thraciam describere Poeta adgreditur, quo se primum Aeneas recepit, postquam Troja solvita. *Hospitium* quippe olim fuetat amicum Trojanis:

*Terra procul vastis ceditur Mavortia campis.  
Tetraces arant: ACRI quondam regnata LY-  
CURGO,*

*HOSPITIUM antiquum Trojaz, scitique pe-  
nates.*

Unde *hospite Lycurgo crudeliorem*, adfero, scripsisse Petronium, & huncce habuisse in mente, non alios, ut parum recte volunt alii.

*Exercitati vultus.*] Eleganter dictum de poeta, qui macer & pallidus. nam frequenter Apollinis id genus sacerdotes ex labore & meditatione pallorem contrahunt, quod Persius inuit Sat. III.

*At te nocturnis iuvat impallefcere chartis.*

Et venuisse Martialis lib. VII. Ep. 3.

*Esset, Caelrice, quam mali coloris*

*Vorsus scribere coepit Opianus.*

Id ergo est *exercitatus vultus*, quod abunde profequimur in *Cont. de Pallore Amantium & Poëtarum.*

*Ego Poëta sum.*] Scito & sub Eumolpi persona voluisse Arbitrum, quod delitesceret etiam haud incommodè suus Princeps. Eum ad infantiam usque proclivem prodiderunt ad carmina Historici antiqui. Sic cap. LII. inquit Suetonius: *Itaque ad Poëticam pronas carmina libenter, ac sine labore composuit.* Et Cornelius Tacitus lib. XIV. cap. 16. *Carminum quoque studium a se dicit, contra his quibus aliqua pangendi facultas.* Quod in Luciano vitium. & alibi dixit: *Aliquando carminibus pangendis inesse sibi elementa doctrinae, ostendebat.* Iccirco carmina eius à pluribus, sapient non sine elogio, memorata reperimus: Plinio ita nonnullis in locis, Seneca lib. I. Quæst. Natural. cui *disertissima*: Martiale lib. VIII. Epist. 70. cui *docta*: & lib. IX. Ep. 27. item Philostrato: Grammaticis etiam Servio, & Persii Scholiasta. Poëtica ergo valde laboravit prurigine, uti & alibi dicimus, eoque ineptiarum amens prorsus devenit, ut *recitaret carmina*, referente item Suetonio cap. X. *non domi, sed in theatro.* quod etiam sub Eumolpo signatissime expressum verbis illis paullo infra cap. XC. *Immo quotiens THEATRUM, ut RECITEM aliquid, intravi, &c.*

*Non humillimi spiritus.*] Immo grandis & altisic illud satis simile Propertii El. 7. lib. I. interpretatus est Passeratius:

*Tunc me non humilem miralere saepe poetam.*

Pariter etiam iterum lib. III. El. 15.

*Haec ego non humili referam memoranda cotbur-  
no.*

Contra Eleg. 10. lib. II.

*Surgere animi ex humili jam carmine. sumite vi-  
res*

*Pierides, magni nunc erit oris opus.*

Quod & ideo libentius distichon adduxi, ut belle prorsus, immo vere, interpunctum exhiberem, quum aliter vulgaris omnibus, quos vidi, distinguatur. Illi praeterea & idemmet anima est,

quod Petronio spiritus.

*Si modo coronis aliquid credendum est.*] De coronis Poëtarum si hic conlectanea facimus, non ludemus operam; quandoquidem id haud exacte praestiterint, quibus materies coronaria unicum fuit jamdudum, & potissimum, argumentum. Itaque nos continua jam interpretatione defessi, hocce haud inamoeno, utpote quod plusculis est arboribus constitum, divetitulo aliquantisper recreabimur. Poëtarum olim commissiones habitae sunt in Capitolinis Domitiani, ac Neronis agonibus; in quibus qui coronas adeptus (ipsae namque praemia fuerunt Mulicorum certaminum) coelum ipsum Apollinis tetigisse credebatur. Coronae autem illae tum pro commissionis, tum pro victoriae ratione variae fuerunt. Querna enim praemium extitit Capitolini certaminis. nam quercus arbor Jovi Capitolino sacra, in cuius honorem ipse agon institutus. Martialis lib. IV. Ep. 54. ad Colinum:

*O cui Tarpejas licuit contingere quercus,*

*Et meritis prima cingere fronde comas!*

Et Statius Papinius in Epiced. Patris, dum reddit rationem, cur non victor quoque evaserit ex agone Capitolino:

*Nam quod me mixta quercus non pressit oliva.*

Unde equidem conligo, coronas Albani certaminis pari causa Oleaceas fuisse. nam hoc institutum etiam à Domitiano in honorem Matris Minervae, ut narrat Tranquillus cap. IV. Arbor enim Minervae fuit oliva, & in ejus certamine victor Statius ipse, uti infra dicimus. Itidem & *Palmae* rami Poëtarum capita circumplexi, interdum vero, non semper, *lemniscati*. Aufonius sic:

*Et quae jam dudum tibi palma poetica pollet,*

*Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.*

*Mysae* & ipsae sic palma coronabantur, uti ex Phornuto notum cap. XIV. *Ἐστὶ τῶν Μυσαίων.* *Laurus* item Poëtae redimiti. nam haud fuit solum Imperatoris coronamentum. Ideo eleganter Papinius Domitiani caput imperialis, & poëtica, lauru insignitum lib. I. Achilli. celebravit:

*At tu, quem longe primum stufet Itala vir-  
tus,*

*Graiaque, cui geminae florent, vatunisque, du-  
cumque,*

*Citavim laurus (olim dolet altera vinci.)*

Unde & Aufonius claret, quum Epigr. I. de Valentiniano loquitur, aut Gratiano-

*Come serenatam duplici diademate frontem,*

*Serta ferens, quae dona togae, quae praemia  
pugnae,*

*Bellandi, fardique potens Augustus. &c.*

Nullum frequentius aliud fuit coronamentum Poëtarum, ratione à perenni ejus virore desumpta. Eximium id ac sibi peculiare habet divina Poësis, hoc est, ipsum ninirum poëtam immortalitatem reddere; perinde atque illum, quem ver-

fibis suis sumferit celebrandum. Primum disfer-  
tium effert in statua Claudiani exarata inferi-  
ptio:

LICET. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM  
CARMINA. AB. EODEM. SCRIPTA. SUF-  
FICIENT.

Alterum Pindarus Pyth. extrema Od. 3.

— γινώσκοντα

Δ' ἀρετὰ κλεινὰς ἀοιδαῖς,

Χρονία τελείει.

Quae cognoscitur virtus per inelytos cantus, diutur-  
na est. Et plures passim. Ex hedera quoque factum  
Poëtarum coronamen. aperte Plinius lib.  
xvi. cap. 34. Hederae & semen nigrum, alii cro-  
catum: cujus coronis poëtae utuntur, foliis minus  
nigris. Inde Ovidius, quum queritur, Poëtas  
sine honore esse, inquit III. de Arte:

Nunc hederae sine honore jacent. -----

Ceterum non Poëtae solum ipsi, sed eorum sta-  
tuae. Perius Satyrarum vestibulo:

Heliconiadsque, pallidamque Pirenen

illis relinquo, quorum imagines lambunt

Hederae sequaces.

Item & Musae. Ovid. lib. v. Fastor.

Tunc sic neglectos hedera redimita capillos,

Prima sui coepit Calliopea chori.

Alii. Insuper myrto haud immerito honorati  
Poëtae, praecipue vero amatoria canentes, Ve-  
nereaque, Elegiographi, Lyciri. Ovidius lib.  
i. Amor. Eleg. v.

Sustineamque cana metuentem frigora myrtum:

Atque ita sollicito multus amantis legar.

Et Statius i. Sylv. II. vers. 98.

----- Mitisque incedere vates

Makuit, & nostra laurum subtexere myrto.

Etiam Musae ipsae. Naso lib. i. Amor. El. i.  
quam Eraton adloquitur, quae Elegiographis  
praest, &

----- Nomen amoris habet.

Ex apio denique plectebatur poëtis redimiculum.  
ita Virgilius Eclog. vi. de Lino Apollinis fi-  
lio:

Ut Lino haec illi divino carmine pastor,

Floribus, atque apio crines ornatus amaro,

Dixerit.

Ad quem locum exfertim Servius inquit, in Ne-  
maeo agone, qui in honorem Archemoti insti-  
tutus est, speciatim apio coronantur poëtae. Quo  
etiam omnino facit & illud Juvenalis Sat. viii.  
vers. 224.

Haec opera, atque haec sunt generosi principis  
artes,

Gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu

Prostituit, Graiaque apium meruisse coronae.

Verum enim vero, qui praesentiores novem  
senferunt Deas, & aliquando plures contigit nan-  
cifici coronas. Sic Papinius, ut testatur in E-

pic. patris & alibi, tres obtinuit certaminibus  
Albanis, & Eumolpus itidem, quas pruriens a-  
pud Arbitrum effert jactabundus. Praeterea ex  
dictis observare licet, non inconcinne, quum  
corone illae forent indices adprobatoriae senten-  
tiae judicum, pro ipsa audientium adprobatione  
nonnunquam coronam usurpari. Ita sane apud  
Horatium est loco insigni Poët. Art. quod nescio  
an animadverterint ejus interpretes:

Nec, si quid fricti ciceris probat & nucis em-  
tor,

Aequis accipiunt animis, donantque corona.

Hoc est, quod infima probat, neutiquam equi-  
tes, & nobiles adprobant. Sed jam cursus ad  
metam, & sextuplex, ajo, Poëtarum fuisse co-  
ronamen, ex quercu nimirum nexum, oliva,  
palma, lauru, hedera, myrto, & apio. Aliam,  
sed unius tantum poëtae, principis enim, sed  
per livorem ei traditam, contentumque, coro-  
nam item invenimus: quapropter ipsam inter ho-  
norificas non accensemus. *Linea* videlicet est,  
quod Homerus poëta donatus à Platone in III. de  
Repub. De ea longa est & erudita dissertatio a-  
pud Paschalium lib. v. de Coronis cap. ultimo,  
quem, si vacat, adi.

Quas etiam ad imperitos deferre gratia solet.] Et  
iste in Neronem ictus sat rectus. Sic de ipso cap.  
xii. Suetonius: *Et orationis quidem, carminisque  
Latini coronam, de qua honestissimus quisque contem-  
derat, ipsorum consensu concessam sibi recepit.* Ad-  
postitissimum rei exemplum est, quod refert A.  
Gellius lib. xvii. cap. 4. Menandri scilicet Co-  
mici à Philemone devicti: *Menander à Philemone,  
nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoedia-  
rum, ambitu, GRÆTIQUE, & factionibus saepe-  
numero vincebatur.* Quippe & in ingenua hacce  
ingenii decertatione habuerere suum etiam locum  
summa potestas, divitiaeque corrumpendis judi-  
cium suffragiis, quo & iterum infra respectavit  
Petronius, quum cap. cxxxvii.

Quisquis habet nummos &c. -----

Carmina comparat,

inquit. Minoris tamen ejusmodi victoriae fuere  
omnino factae. Fortunae namque caecutientis  
haud secus ac munera forent, &, uti Seneca di-  
cit, *tanquam consulatus praeturave* contingerent.  
Hujusce argumenti exstat venustissimum Polliani  
Epigramma ad Florum malum poëtam, adeptum  
tamen in certamine praemium, illi obsecundan-  
te fortuna prorsus immerito, lib. II. Anth. cap.  
xl. Epigr. i.

Εἰ μὴ χαιρῶ, Φλῶρε, γενοίμην δάκτυλῳ, ἢ  
πῶς

Εἰς τῶν σῶν τῶν κατὰ τενορῶν.

Χαιρῶ νῆ τὸν κλέρον, ὃν δύκλῆστας ἐν ἄλλοις

Ὡς περὶ χρεῖας ἔσθάνης μεῖδῳ, &c.

Ejus ecce libera Casauboni versio, sive potius,  
fi

si ita vocare lubet, enarratio: prius namque pessime fuit interpretibus acceptum. *Ego vero, o Flore, nisi gaudeo, siam eorum dactylorum, aut peuum, unus, quos tu in tuis chartis torques misere: Gaudeo inquam, idque ita esse, juro tibi per fortunam, & sortem, qua facente tibi coronam poeticam ita nactus es, ut in divisione haereditatis, quae parentum morte obtigisset, partem opinam, &c.*

*Gratia.*] Illic, munera, dona. Ita Sallustius Crispus de Bello Jugurthino: *Fautores legatorum, praeterea magna pars gratia depravata, Adherbalis dicta contemneret.* Inuit pecuniam à Jugurtha per legatos missam. Sic & Appulejus de Paride Deorum iudice, Veneris promissis corrupto, lib. x. *Quum rerum exordio, inter deos & homines agitatione iudicium corruerit gratia.*

*Quare ergo, inquis, tam male vestitus es? propter hoc ipsum.*] Male Eumolpus vestitus, quia Poëta bonus, aliter Martialis lib. vi. Ep. 82. quod erat interpretibus animadvertendum, sed potius confundunt:

*Subrissi modice levique motu,  
Me, quem dixerat esse, non negavi.  
Car ergo, inquit, habes malas lacernas?  
Respondi: Quia sum malus Poëta.*

At Arbitri sententia omnium gentium stabilita suffragiis omni aëro, in re clara immorari non licet. Latius id Lucianus declamat in Saturnalibus. Sed quid? quum olim & sapientes fuerint viri, quibus ab attrita veste petita vanitas. Inde superbientem Antisthenem pertrinxit Socrates, referentibus Laërtio lib. vi. & Aeliano de varia Hist. lib. ix. cap. 35. An fors ambibant sic male vestiti ex nota litteratorum videri. An indicare, veros esse divitiarum contentores.

*Qui peligo credit &c.*] Plenam sententiam istorum versuum verbis Senecae P. excipe conceptam, ubi pariter de eloquentia contemta loquitur, praefatione lib. i. Controversi. *Sive quum praemium pulcherrimae rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia. MULTO HONORE QUAESTUQUE VIGENTIA.*

*Qui pugnas & castra petit, praecingitur auro.*] *Praecincti* milites ut supra notavimus. Recte autem auro dicit, nam in zonis pecuniam gestabant milites, sic C. Gracchus apud A. Gellium lib. xv. cap. 14. *Itaque Quirites, quum Roma profectus sum, zonas, quas penas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* Spartianus item in Pescennio Negro: *Idem iussit, ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos numos portarent, sed publice commendarent, recepturi post praelia quod dederant.* Lampridius rationem reddit in Alexandro: *Miles non timet nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zona.* Hinc & D. Matthaeus x. 9. jam claret: ubi *ζώνη* ideo vulgaris interpretis recte pecuniam reddidit. Ligamenta & habenas habebant cingula & zonae,

quibus circa ventrem cingebantur milites, in medio tamen receptaculum erat, quo numi continebantur, haud focus ac sinum funda habet, quo collocantur lapides. Itaque cingula illa prorsus olim fundam refererebant. Unde non dubio fuit ortum, ut cingulum etiam vocaretur ab antiquis *funda*. Plane indicant Glossae veteres: *Ventrale. κοιλιάδισμα, σήσα.* *Ventrale* etiam est genus zonae. Item alibi, *Ventrile, εἰδίου.* Sed *φῶνα*, scito, Latinum est, non Graecum vocabulum. *Funda* nempe, quae Graecis est *σφενδών.*

*Facet ostro.*] Nam divitum stragula purpurea olim, sive cubicularis lecti essent, sive discubitorii. Iberus Epigrammatographus lib. 11. Epigr. 16. de Zoilo aegrotante:

*Zoillus aegrotat, faciunt hanc stragula febrem,  
Si fuerit sanus, coccina quid facient?*

Ac de eodem discumbente lib. 111. Epigr. 82.

*Cubitis trudit hinc & inde convivas,  
Effultus ostro, sericisque pulvinis.*

*Et qui sollicitat nuptas ad praemia, peccat.*] Adulteria & stupra Romanis prohibita, libidines aliciae ferè permittitae. Ecce D. Hieronymi locus id indicans plane in vita B. Fabiolae, ubi de Ethnicorum legibus verba facit: *Apud illos (Romanos) viris impudicitiae frenata laxantur, & solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria, & ancillulas libida permittitur, quasi culpam aignitas faciat, non voluntas.* De poenis autem moechis irrogatis creberrima apud scriptores mentio. Ideo ergo nuptae mulieres emebant suntuiones, sive, ut Martialis loquitur, *numabant.* nimirum ut praemiorum spe, ubi voluptas defuisset, adulteri delinquentia imminuentia supplicia contemnerent. Illud est cap. civ.

----- *Dat adultera munus.*

*Ad praemia id est, ob praemia,* ut Plautus loquitur.

*Pruinosis pannis.*] Vel pannis solum sufficeret: quum sordidam vestem, ac vilem *pannum* vocarent antiqui. Sic contentim *pannucliam* vocavit vilissimam vestem cap. xiv. & vetus Lexicon *pannum* interpretatur pannuciam, testemque Petronium affert Grammaticus. Ea significatione Seneca Ep. 20. bis *ζώνη* utitur *panno*, cum illorum se ad paupertatem redigentem commendat ingenium: eorumque dicta, si factis tamen haud dissentiant, mirifice animis imprimi, item docet. *Munificentur mihi crede sermo tuus in grabato videbitur, & in P. ANNO.* non enim dicuntur tantum illa, sed probatur. Et post pauca: *Alioquin leve argumentum est bonae voluntatis grabatus aut P. ANNO:* nisi apparuit aliquem *in non necessitate pati, sed malle.* Unde interpretis cusulpan error manifestarius, qui locum videlicet cap. civ. *Statuarum ritu patiemur pannos & vincula?* de amiculis Deorum pretiosissimis perperam

peram capit. nam ibi dubio procul intelligit Arbitrator tegmina & involucria, quibus statuac nimirum, quum aliquo forent deportandae, obvolvabantur, praeligabanturque, ne ullum ab itinere vitium damnumve contraherent. Viles namque ac parvi pretii centones ad id adhibiti.

[*Inopi lingua.*] *Inops lingua*, hic disertata est, facunda; nam, vel eo teste,

----- *Pruinosus horret facundia panis.*

Ex diametro contrarium est Symmacho lib. ix. Ep. 88. *Tu tantum bona venia recipe obsequium linguae inopis.* Hoc est, rudis, & elegantiarum indigentis. Sic *pauper ingenium* eidem eadem in Epistola.

[Cap. LXXXIV. *Vellem tam innocens esset, &c.*] Verba sunt Encolpii, quae in hocce fragmento, querentis scilicet de Aesclyti fide scelere violata, ac de extremo item pueri ingrati flagitio. Cum Eumolpo loquitur: unde ei postea tempestive refert fluprator fenex obscenam de discipulo suo narratiunculam.

[Cap. LXXXV. *In Asiam quum essem à Quaestore stipendio eductus.*] Recte. nam & illud fuit munus Quaestoris. Non solum pecuniam ex provinciis, aut hostium praedis exactam referri in aerarium curabant: sed pecuniam etiam, quae ab aerario nimirum esset in exercitus usum depromta, expendebant, stipendiumque militibus ex ea adnumerabant. in quem usum à Tribunis Aeriariis ipsam ex aerario desumptam, qui Imperatorum Quaestores erant dicti, accipiebant. Aescionis diserte adpositeque ad Petronii illustrationem ad Cic. Verrin. *Pecunia adtributa, quae in stipendium militum de aerario à Tribunis Aeriariis adnumerari Quaestori solet.* Hinc & obiter discis, Pecuniam illam *Adtributam* fuisse vocatam. Illi ergo maneri obeundo, cum singulis Imperatoribus singuli mittebantur Quaestores.

[*Tam severa tristitia.*] *Severa tristitia*, Martialis *triste supercilium* est lib. i. Ep. 24. & *severa frons* lib. i. Ep. 2. Ipse vero, qui simulat, *ambitiose tristis* in Epist. lib. i. Phaedrus etiam *severitatem frontis* vocavit Fabul. 64.

[*Quum in triclinio jaceremus.*] Locus etiam Veneris flagitiis fuit in triclinari accubitu. Notum hoc plane ex ultima haecce impudicitiae narratione, in qua nunc versamur. notum etiam ex nonnullis scriptorum locis, quae in praesentia operae pretium duximus adpingere. Non alio abt simulatio mariti lenonis eleganter apud Juvenalem expressa Sat. 1.

*Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.*

Somnum namque aucupabantur amantes obstantiam in triclinio. diserte paulo infra cap. sequenti ipse Petronius: *ut intellexi stertere patrem, rogare coepi ephebrum, &c.* Eadem Ovidii mens Eleg. iv. lib. i. Amor.

*Vir bibat usque roga: precibus tamen oscula desunt,*

*Dumque libet, furtim (si potes) adde merum.*

*Si bene compositus somno, vinoque jacebit,*

*Consilium nobis resque LOCUSQUE dabunt.*

Et Eleg. v. lib. ii.

*Ipse miser vidi, quum me dormire putares,*

*Sobrius adposito crimina vestra mero.*

Tempestiva & hic historia Galbae & Maecnatius apud Plutarchum Eroticis, & Cippii illius, qui Pararrhenchon dictus, apud Festum in proverbio, *Non omnibus dormio.* Et plura alia, quae praetermitto haud nesciens.

[*Jaceremus.*] Soporati scilicet, ac de omnibus loquitur, qui in triclinio adcumbent. Verbum est funerale, *jacere*. unde opportune ad somnum transfertur, qui mortis imago dictus. parissime Propertius lib. ii. El. xv.

*Ille meos somno lassos patefecit ocellos*

*Ore suo, & dixit, Seccine, lente, jaces?*

Annuat plane & id quod sequitur: *Fere circa mediam noctem intellexi, puerum vigilare.* Sic componere acceptum, ut dicimus alibi.

[*Quia dies solemnis ludum antaverat.*] *Ἀπὸ τῆς ludus* pro literario. Plautus Persa Act. ii. sc. i.

*Cuculus, si in ludum iret, potuisset jam fieri, ut probe literas sciret.*

Sensus ergo est, solemnitate illam parum temporis ludo literario reliquisse. Sed bone Deus! quid *pigritia*, quae sequitur, cum ingenio litterarum otio Martialis in lib. xii. Ep. 4. habuit unquam simile, ut ea conferre Symbolis in mentem veniret? quidem nec per nebulam video, nec ipse, qui conlegit, etsi Argus ipse, potuit videre.

[*Cras illi par columbarum donabo.*] Adpositum oppido votum. Venerem precatur, aves sunt Veneris columbae. Aelianus de Animal. lib. iv. cap. 2. Porro conditio voti suscepti, *si amatum basnaverit.* Columbae adidue rostris sibi invicem mortificatim blandiuntur. belle Martialis lib. xii. Ep. 66.

----- *Basioque tam longo*

*Blandita, quam sunt nuptiae columbarum.*

Et lib. ii. Ep. 105.

*Basia me capiunt blandas imitata columbas.*

Quod plures etiam dixerunt alii.

[*Audito voluptatis precio puer, &c.*] Nefaria etiam flagitia mascula precio utique olim obnoxia. Adpositus & insignis locus Aristophanis est in Pluto Act. i. sc. 2. ubi parissimos, ac Romanorum sunt, perstrinxit Graecorum mores:

*Χρ. Καὶ τὰς ἡ ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας,*

*Ὅταν μὴ αὐτὰς τις πένες πηρῶν τύχη,*

*οὐδὲ προσέχειν τὸν νότον ἢ πλάττειν,*

*τὸν πρῶτον αὐτὰς εὐδὺς ὡς τῶν τρέπειν.*

*Χρ.*

Καρ. Καὶ τὸς γὰρ παῖδας φασὶ ταυτὸ τῆτο  
 δεῖν,  
 Οὐ τῶν ἱερῶν, ἀλλὰ τῶν ἀργυρίων χάριν.  
 Χρ. Οὐ τὸς γὰρ χρῆταις, ἀλλὰ τὸς πόνοις. ἐπι-  
 λήθην οὐκ ἀργυρίων οἱ χρῆται. Καρ. Τί  
 δαί;  
 Χρ. Ὁ μὲν ἴσπων ἀγαθόν· ὁ δὲ κύνες θυρευτι-  
 κάς.  
 Καρ. Αἰτχυνόμενοι γὰρ ἀργυρίων αἰτεῖν ἴσως,  
 Ὀνόματι ἀεὶ πᾶσι τὴν μοχθηρίαν.

Vertit Nicodemus Frischlinus:

CH. *Etiam Corinthiacas ajunt miretriculars,  
 Si quando pauper eas sollicitando ambiat,  
 Nullam rationem ejus habere. At si quis-  
 piam  
 Dives, statim illi facere copiam sui.*  
 CA. *Hoc ipsam ajunt facere pueros tenellulos,  
 Non propter amatores, sed quaestus gratia.*  
 CH. *At tu hoc non de bonis, sed meritoriis,  
 Dici puta: nam frugū argentum haud expe-  
 tunt.*  
 CA. *Quid ergo petunt? CH. Alius quidem ge-  
 nerosum equum,  
 Alius vero expetis, canes venaticos.*  
 CA. *Fortasse dum eos pecuniam exposcere pu-  
 det,  
 Hoc praetextu suam tegunt infamiam.*

Cap. LXXXVI. Gallos gallinacos.] Conveniens rei & voto sponso isthaec. Galli enim salacissimi sunt, ac de praeposita libidine suspecti. Vide Aelianum de Animal. lib. iv. cap. 16.

Coitum plenum.] Votum plenum vocavit Ovidius l. de Arte:

Quantum defuerat pleno post oscula voto?

Unde Arbitr & paulo inferius claret, ubi unum id κατ' ἕξιν nuncupat votum: Deinde in unum omnia vota conjunxi.

Cras puero asturconem Macedonicum donabo.] Votum autem hocce prorsus hic ἀπρονδὲ β.υ.το, venit. nam quid cum summa voluptate habent asturcones commune? Et quonam modo suspicari puer certum quiverat munus, quod patri neutiquam latere poterat; cognitumque ab eo si foret, omnino faceret suspectam paedagogi liberalitatem, ut ipse inquit postea? Notum est, asturcones esse Gallaticos equulos, nobis Aca Gallegas, adpellatos, ab Asturia scilicet Gallaticae olim adensita regionis Asturiones dictos, & Asturcones. exstat & hodie de ipsorum incedendi modo apud Marcialem, & Plinium mentio. Ea propter, postquam diu negotium fecisset nobis locus iste, & mendam altius latere pro certo habuissimus; tandem, anne, asturcone expuncto, ejus in locum substituendum esset struthionem, comminiscbamur. Quam vero apte ipse conveniat rei, uti

inquiramus licet. Alites fuere minorum votorum sponsores, ipsius quasi per gradus augendo, quousque ad summum votum Numolpus pervenit. cujus enim census promissus, quod omnium videlicet maxima ales futura esset, rectus omnino rerum ordo videbatur exigere. Ipse autem struthio sine controverfia est. Ita inquit Plinius initio lib. x. Sequitur natura avium, quarum grandissimi, & paene bestiarum generis, struthiocamelus Africi, & Arabiofici, altitudinem equitis insidentis equo excedunt. Inde eis magnitudinem immensam tribuit Oppian. III. Κουνη.

Τὸς ἡτοὶ μερῶν μὲν ὀπέρειον.

Et vasta ales Claudiano dicitur lib. II. in Eutrop. Μ. γαλλῶν Aristophani in Avibus, & Aeliano passim. Praeterea fuere & insigniter fulaces superiores aves illae, ut forent venercae velitationi mercedulae adpositissimae. Erat igitur & tertia avis futura salacissima, nam commissi jam profligatissimi voti exsiccit munus insigne. Struthio autem adeo salaci est natura, ut vel exin in mimis vocari Struthionem obfoecanam partem virilem, nullum sit dubium. Sic dicit Festus: Struthionem in mimis praecipue vocant obfoecanam partem virilem, a salacitate videlicet passivis, qui Graece φοκός dicitur. Quem locum Aldrovandus recte de struthione isto, quo de agimus, cepit lib. ix. Ornithol. cap. 2. Ideo & Avicenna, carnem struthionis Medicis laudari, memorat, libidini coituique promovendo: nam calida quum sit, praestare id posse, rationi consentaneum est. Ipsi quidem saepissime coeunt, quod fat plurimum habent excrementi. Sed tu forte inquis, in quem usum tam vehementer puer optaret promissum struthiocamelum? Ego enim paucis aperiam, & inquam in duplicem. Sive ut condiscipulis inde convivium pararet, quod & verba illa haud insinuant invite in cap. sequenti. Postquam diu questus est, deceptum se & derisum, traductumque inter condiscipulos, quibus jactasset censum meum. juvatque adpositum, quod in voto praemiserat, struthionem Macedonicum OPTIMUM, ubi & forsitan scriptum, OPIMUM, sed idem ibi optimum valet. Struthiones sane inter luxuriae instrumenta olim non vulgaria. Lampridius auctor est, Alagabulum in coenis aliquoties struthiones exhibuisse; & sexcentorum capita quodam in convivio, ad edenda videlicet cerebella. Ipsum autem nonnullis diebus tantum eisdem vesci consuevisse, sicuti phasianis, & pullis. Sic etiam narrat & Heraclides, regi Persarum inter caeteras animantes quotidie & struthiones Arabicos mactari. Ipsos vero condiendi rationem hifce verbis praebuit Apicius in Trophete cap. 1. In struthione elixo usurpant piper, mentum, cuminum, porrum, apii semen, dactylos, vel caritas, mel, acetum, passum, liquamen, & olei modicum. Quae in cacabo bulliunt, amylo obligant, atque ita partes

*struthionis in larce perfundunt, ac piper desuper ad-  
spargunt. Si autem condituram volueris, acicam ad-  
des. Et rursus: Aiter sic praeparatur: struthione  
elixo, piper Ligusticum, thymum, aut satorejam,  
mel, strapi, acetum, liquamen, & oleum addes.*  
Unde conligere est, illos ab delicatissimis gulo-  
nibus nunquam affiri. Sive expetebat anxie e-  
phebus impudicus struthionem, ut illius specta-  
culum ederet condiscipulis, interque se struthio-  
camelum agitantis, haud insolens iidem lude-  
rent. Antiquos nimirum Romae & spectacula  
struthionum exhibuisse, ex Plauto equidem vi-  
deor mihi oderari: nam in Persa II. II. 17. qui-  
dam carriculo volare iustus quum esset, haud in-  
concinne respondet:

*Isthic marinus passer per Circum solet.*

*Marinus passer struthio est, ut infra dicimus,  
ubi & nonnulla insuper de illo opportune addimus.*  
Ita Pergami, & Athenis coturnicum, & gallina-  
ceorum fuisse, narrant Pollux, Lucianus, Aelia-  
nus, & Plinius. Firmat etiam Vopiscus in Pro-  
bo: *Immissi deinde (in Circum) per omnes aditus  
(cavearum) struthiones mille, mille cervi, mille a-  
gri.* Ipsos & talibus spectaculis minuari, innuit  
Capitolinus in Gordiano cap. III. Verum enim-  
vero auribus jamdudum nostris tinnire moleste  
sensimus, Ubinam tui *Struthionis Macedonici* me-  
moriam? Scrupulus enim est, nos ingenue fate-  
mur, quem in praesentia remove, satis non  
possumus. nam adhuc ego non reperi struthio-  
nem Macedonicum: quum apud Xenophontem,  
Diodorum Siculum, Strabonem, & Lampridium  
*Arabici* sint: *Lybici*, sive *Africi* apud Aristote-  
lem, & Plinium: & *Mauri* etiam apud Capitol.  
in Gord. cap. III. item apud Plinium *Aethiopi-  
ci*: & apud Diodorum Siculum, *Syriaci*. Ast ego in-  
terim ab ipsis quaerem, Ubinam est & *Astur-  
conis Macedonici* testimonium? Nusquam me Her-  
cules scriptorum, & ipsi asturcones Macedonicarum  
nusquam prorsus, ut urbitror, gentium.  
Itaque haud hinc superior evadit scriptura ineptissima,  
& radicitus ex politissimo scriptore evulsa  
quum sit, in Gemonias aeternum abicienda.

Cap. LXXXVII. *Male repugnanti.*] Venustus  
adhuc plane istud est prae illo cap. xx. *non re-  
pugnanti.* Pariter Horatius Od. ix. lib. I.

*Pignusque direptum lacertis,*

*Aut digito male pertinaci.*

Sic & Sulpitius Servastus Junior, quum mollem  
ac levem illam, quam in alveo paulatim facit  
exiguus annis, arrosionem exprimit eleganter:

*Annis insueta solet ire valle;*

*Mutat & rectos via certa cursus,*

*Rupta quum cedit male pertinaci*

*Ripa fluento.*

Gaudium.] Coitum. Tibullus lib. II. El. I.

----- *Discedat ab aris*

*Cui tulit besterna gaudia nocte Venus.*

Abiter ipse cap. cxxxii.

*Nam quis concubitus, veneris quis gaudia nescit?*

Et saepe alias.

*Gaudio lassus.*] Iterum gaudium pro coitu,  
quem, ut indicat hic Petronius subsequitur *lassi-  
tudo*. Sic etiam Ovid. lib. I. Amor. El. 5. sub  
finem:

*Cetera quis nescit? lassi requievimus ambo.*

Et in Sapphus Epistola:

*Et quod, ubi amborum fuerat confusa volu-  
ptas,*

*Plurimum in lasso corpore languor erat.*

Et alibi summa cum venustate:

*Aut te trajedis Aeaea venesica ramis*

*Devoret, aut alio lassus amore venis.*

Item Tibullus lib. I. El. 9. de corruptoris uxore  
pueri sui loquens:

*Et quum furtivo juvenem lassaverit usu,*

*Tecum interposita languida veste cubet.*

Cujus rei Aristoteles rationem quaerit, reddi-  
tque Problem. 22. sect. 4. Unde & Petronius sibi  
ipsi interpret cap. XXI. & cap. cxxxii.

*Pungere me manu coepit, & dicere, quare non  
facimus?*] Fateor me haud secus suspensis pedi-  
bus per hanc fabulam propter incessibile,  
ac si per ignem, per spinas, aut per haetae cu-  
pidem, ut ajunt, mihi contingeret progredi. Ni-  
mio plus charum & egomet hunc scriptorem, me-  
Dius Fidius, haberem, si abique ultimae impro-  
bitatis ejusemodi narratiunculis Satyrici sui fu-  
niculum produceret. Mutuo autem auxilio sibi  
sunt locus iste & ille cap. cxxx. *ut timerem ne la-  
tus meum frater convelleret. Facere notum veneris  
verbum. Unicum Senecam meum produco ep.  
123. Ubi felicitas est bonae vitae, facere, esse, vi-  
bere, frui patrimonio.*

Cap. LXXXVIII. *Haec tropica instituit.*] Sensus  
est, quod artes nimirum, quum ad summum per-  
venissent cacumen, exin pecuniae cupiditas, quae  
medullitus postea homines invaserat, deturbarit,  
ac omnino revertendi imposuerit necessitudinem.  
haud aliter atque solis fax, quum circulos teti-  
git, qui *Tropici* ideo indignantur, convertit se-  
se, ac reflectit cursum suum, ut docent cum Pro-  
clo Astronomorum filii. Paterculus enim diser-  
tis verbis sententiam ipsam protulit extremo lib.  
I. ubi & plura huic Eamolpi declamationi repe-  
riuntur consentanea. *Difficilis, inquit, in per-  
fecto mora est: naturaliterque, quod procedere non po-  
test, recedit.* Alii nescio quas hic somniant um-  
brarum imagines, & incondita ac inania quaedam  
soporatorum deliramenta. Utebantur sane, uti  
vernaculis, nonnullis voculis Graecis olim Ro-  
mani, ob utriusque nempe linguae commercium.  
Sic nos hodie plustulis Latinis. Cape apud Ar-  
bitrium isthaec, *Tropica, Pbilii, Logi, Da-  
phnon.*

*Omnium herbarum succos Democritus expressit.]*

Sic



Sic ipsum cum Pythagora composuit Plinius lib. xxv. cap. 2. *Ab eo Pythagoras clarus sapientia, primus volumen de barbarum effectum composuit, Apollini, Aesculapioque & in totum Diis immortalibus, inventionem & origine assignata. Composuit & Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiar, Aethiopiae, Aegyptique Magis.* Nihil ergo mirum si de ipso Arbitrari adimat, aetatem inter experimenta consumpsisse. Diogenes etiam volumen illud Democriti, Plinio subintellectam, inter ejus recenset opera in vita ipsius.

*Eudoxus.*] Plures Eudoxi, omnium autem celeberrimus ille, cujus hic fit à Petronio mentio. Cnidius nimirum major ille est, cujusque vitam scripsit Diogenes lib. viii. Quam vero coeli, astrorumque observationi motuum diutius vacasset, recte *Ἀστρολογούμενος*, ut Laëlius vocat, sive *ὡσεύμενος*, ut Hipparchus in Aratum Comment. lib. 1. & Anonymus in vita eiusdem Arati, scribere potuit. Plura eiusdem opera Meursius recenset, uti & ceteros Eudoxos, Commentario in Apollonii Dyscoli Historiam commentitiam, quem vide cap. 24. Si de ipso autem plura referre libido foret, consulendi videlicet erant Laëlius dicto jam loco, Suidas, & A. Gellius lib. xvii. cap. 21.

*Ter helleboro animam detorsit.*] Apud Lucianum ait ipse Chrylippus in vitarum Auctione: *Καὶ τὸ κελδαίον, ἢ δέμης γενέσθαι σοφόν, ἢν ὑπὸ τῆς ἐξ ἑρῆς τοῦ ἐλεεινοῦ πῆγης.* In summa, nequaquam sapientem fieri prius, quam ter ex ordine helleborum bibas. quem locum etiam indicavit Bourdelotius. Helleborum enim primum terribile habitum medicamentum, postea adeo familiare redditum, ut studiosi fere omnes epotaverint haud cunctabundi. Nidici ex Plinio cap. 5. lib. xxv. *Candidum (helleborum) vomitione, causaque morborum extrahit, quondam terribile, postea tam prorsus scutum, ut plerique studiosorum gratia ad pericidenda acris, quae commentabantur, saepius sumitaverint.* Chrylippi autem decantati hellebori sic translative meminit Fulgentius Continentia Virgiliana: *Ego vero Chrylippi hellebori rancidulo acreo postposito, cum Musis aliquid blandius fabulor.*

*Statuae unius lineamentis.*] Infra & platarum tangimus lineamenta, ubi de picturae lineamentis studiosè inquirimus. Nunc autem in transcurso Valerii Maximi praemitimus locum, rei sane, qua de agimus, plurimi faciendum. Inquit ergo, ubi de Venere Gnidia loquitur, glorioso illo, inquam, Praxitelis marmoreo pervigilio, juvenis vero Deam ipsam depereantia, amatorio, lib. viii. cap. 11. *Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miramur, quum hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis LINEAMENTIS excitamus videamus?*

*Myron, qui saepe hominum animas ferarumque rere comprehenderat.*] Sic ubi de statuariis Plinius

lib. xxxiv. cap. 8. *Myronem Eleutheris natum, & ipsum Ageladis discipulum, bucula nobilitavit, celebratis versibus laudata: quando alieno ingenio plerique, quam suo, commendantur.* Ac subinde ejus recenset opera, ubi *ferae*, ubi *homines*. Superstites adhuc sunt, nescio an iidem sint, qui Plinio memorantur, versus illustres, qua Graecorum, qua Latinorum, quibus bucula illa celebratur. Nobilitatum item & statuarios plures signa videlicet, ubi animi mores, subtilitate quoque lineamentorum, ad vivum prorsus fuerunt expressi, quod & Plinio non latuit. Ea mens Callistrati est profantis de marmoreo Centauro: *Τοιοῦτος δὲ οὐκ ἔστι σαρματός, εἰδὲς αὐτὸν ἐπιπλόσιον τῷ τεχνήματι, καὶ ἡρωικέον τοῦ σώματος, ἐπὶ προσώπῳ θυμαίους ἐπαίους.* Perro quum tale sit corpus, videas iratum animum in artificio eminentem, & corpus efferatum, & cultui bellicum quiddam inefflore scens.

*Ac ne bonam quidem mentem, aut bonam valetudinem petunt.*] Valetudinem innuit animi, & corporis, ut supra diximus ad verba cap. 111. *amas bonam mentem.*

*Alius donum promittit, si propinquum dixitem extulerit, alius &c.*] Vota haec sunt, quae arcano ore suscipiebantur, de quibus intelligendus Martialis lib. 1. Ep. 40.

*Et nihil arcana qui roget ore deos.*

Cui opponitur: *aperto videre voto*, ut ait Persius. Sed copiose de votis hisce plures jam Critici.

*Capitolio promittere solet.*] Nihil mutare necessum. *Capitolio* pro Jove Capitolino saepius positum. plane Suetonius in Nerone cap. xii. ubi audaces nimis ejus nuperi interpretes ad libitum suum locum resingunt. Prudentius Apotheosi titulo *advorsus Judaeos*:

*Ipsa suis CHRISTUM Capitolia Romula morrent.*

*Principibus lucere Deum.*

Et Ryequius de Capitol. Rom. cap. 5. inter alias Capitolii notiones recensuit. *Promittere*, ait, quum vota scilicet à Senatu nuncupabantur, quorum plurima apud scriptores priscos existant exempla. Quid ergo hocce cum donariis deorum, & auro eis dedicato, quae commiscuit Horatii interpres? Inconditi sane coqui sunt saepenumero viri cruditi, diversa jura confundentes.

*Jovem quoque preculo exorat.*] Hocce dictum ex Jovis Dodonaei oraculo:

*Δῶρα θεοῦς πεῖθει, καὶ αἰδούεις βασιλέας.*

*Munera deos placant, & venerandos reges.*

Quod ore Hesiodi prolatum, refert Suidas, inveniri apud Platonem 111. de Republica. Expresit item & Ovidius 111. de Arte versu illo:

*Placatur deis Juppiter ipse datus.*

Quae eadem Euripidis sententia Medea:

— Πείθειν δῶρα καὶ θεοῦς, λόγῳ

- - - *Donis vel ipsos diſtitant ſeſſi deos.*

Multifque Ariſtophanes in Pluto. Hinc & illud Arbitri exponendum cap. cxxxvii. *Unde poſſitis & deos emere.*

*Peculio.*] Supra quid hic *peculium* ſit, jam diximus. Inſuper tamen addimus in praefentia, dictum Petronii formam proverbialem referre eadem figura, uti illud cuiuſdam poëtae eſt apud Pollucem lib. ix.

Τὴν ἀρετὴν, καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι.

*Virtus teſtudinibus, & ſapientia cedit.*

Olim namque Graecorum in numis *teſtudinibus* effigies inſculpta, uti & pecudum fuere Romanorum numifmatas. Unde & Graecis ἀπλῶς *teſtudines* vocabantur numi.

*Quum omnibus diis, hominibusque formioſior videatur maſſa auri.*] Pariſſimum illud Ovidi lib. iiii. de Arte:

*Munera, crede mihi, capiunt hominesque deoque.*

Eademque ſententia eſt oraculi Jovis Dodonaci ſupra adducti.

Cap. LXXXIX. *Quae Trojae halosin oſtendit; itaque conabor opus verſibus pandere.*] Agnoſce & hic ſub Eumolpi figura imperatoris ad poëticen proclivitatem adumbratam. Inter inſigniora enim poëmata Neronis *Halosin* exiſtit antiquitus *Trojana*. Ubi ſimul amaram carminis occaſionem indubie inſectatur Petronius, quae videlicet immaniſſimo principi ex Romae incendio ſuit oblata. Omnia ſic veteres Hiſtorici convincunt. Suetonius cap. xxxviii. quum urbis incendium deſcribit: *Hoc incendium eſt turri Maecenatiana proſpectans, laetusque flammæ, ut ajebat, pulcritudine ἀλωτιν Ilii decantavit in illo ſuo ſcenico habitu.* Tacitus pariter lib. xv. *Iſſo tempore ſagrantis urbis, iniſſe eum domeſticam ſcenam, & ceciniſſe Trojanum EXCIDIUM, praefentia mala vetuſtis cladibus adſimilantem.* Item Dio lib. lxi. pag. 709. Ὁ Νερόν ἐς τὸ ἄκρον τῆ Παλατίου (ὄθεν μαλιστα συνοπία τὰ ποῦλά τῶν κριομένων ἦν) ἀνῆλθε, & τὴν ſκευὴν τὴν κιθαρῳδικὴν λαβὼν ἤσεν ἄλωτιν, ὡς μὲ αὐτὸς ἐλεγεν, Ἰλίω. Nero in ſummum Palatii, unde magna pars incendiolorum videri poterat, conſcendit, ibique ornatu citbaroedi HALOSIN Trojae, ut ipſe dicebat, cecinit. Aſt revera urbis erat Romae. Scripſit praeterea TROICA, ut Juvenalis vocat Sat. viii. 221. TROICON Perſii Scholiaſtes, & TROADOS LIBROS vetus interpres ejuſdem Juvenalis. Sed de illis latius nos in de Neronis Operibus Libro ſingulari. Exſtat hodie & Τρυφιοῦρα Αἰγυπτίω Γραμματικῶ, & Ἐποποιῶ, Ἰλίω Ἀλωτις.

*Fam decuma &c.*] Ab equi fabrica, perinde ac Maro, conſulto Poëmation ſuum orditur Petronius. Praefatiuncula autem haecce de belli ſtatu praemittenda, longe enim multumque ſuperavit

poëtam principem. quod ſat erit ex conlotione perſpicuum. Sic Virgilius canere coepit principio lib. ii.

- - - *Fraſſi bello, ſaviſque repulſi,  
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,  
Inſtar montis equum, &c.*

Ubi jeſtune Danaum memor fuit tantum ſummus poëta, nulla facta Trojanorum mentione. Arbitrè vero pleniſ utramque gentem commemorans, quod erat eo loci omnino neceſſarium, cultiori doctrina (ſi fas eſt, eſt) vere, hic italoqui) & mira, ac plena rerum, verborum paritate ad equi deſcriptionem ſeſe adinxit. Inquit ergo primis tribus elegantiffimis verſibus:

*Fam decuma mœſtos, inter ancipites metus,  
Phrygas obſidebat mœſſis, & vatis fides  
Calcantis atro dubia pendeat metu.  
Quum &c.*

Ubi utroſque facit belli eventus ancipites, nempe Phrygios, & Graecos. omnibus vero longa obſidionis mora potiſſima occaſio. nam decennali praelio vires Trojanis prorſus fuerant exhaustae. Danais autem Calcantis fides vaticinii, mora itidem, dubio conſtare videbatur.

- - - *Decuma mœſſis.*] Notiſſima haec figura, *Metalepſis* dicta, qua gradatim itur ad illud, quod verbis tranſiuntis oſtendi amat poëta. Pariſſime uſus eſt Martialis lib. iv. Ep. 79.

*Conditæ quum tibi ſit jam ſexageſima mœſſis.*

Pariſſima exſtat & in veteri monumento puellae octoennis:

*Cujus in octava laſcivia ſurgere meſſe  
Coeferat.*

Et alii aliter ſaepius. Aſt infra nos de obſidionis tempore.

*Caefi vertices Ilae trabuntur.*] Tryphiodorus:

Καὶ δὴ τέμνετο δοῦρα, καὶ ἐς πεδίον κατέβαι-

νεν  
Ἰδὼς ἐξ αὐτῆς.

*Et cadebant ligna, & in campum deſtuebant  
Ex ipſa Ida.*

*Obduſti ſpecus.*] Iſti ſunt *ſpecus*, qui obſtant, quo minus apte veterem ſcripturam retineamus eodem verſu:

*Aperitur ingens antrum,*

& quae non ſatis mihi probata fuit, *clauſtrum* nimirum, aut *cloſtrum*, plures autem receperint, reliquerimus. Eadem de re dixit Virgilius:

- - - *Penitusque cavernas*

*Ingentes, uterumque armato milite complent.*  
Poſtremum ſic & Petronius:

*Qui caſtra caperent.*

Praeterea, *obduſti*, ſunt, operti, tenebroſi, quod ita & Virgilius eleganter expreſſit:

*Includunt caeco lateri.*

Tu confer, plura sunt, quae nostrum praeterfugiunt obtutum.

- - - *Decenni.*] Supra *Decuma messis*. Haec est receptor sententia, utpote Platoni III. de Leg. Demosthenis, Tryphiodori, Metastae Corvini, Plauti Bacchidibus, ac deinde recentiorum. Alii augent spatium obsidionis, aut praelii. videlicet Daretem Phrygium, & Thucydid. lib. 1.

- - - *Et in voto latent.*] Variarum hic sunt interpretum sententiarum; nostram vero ingenii exercendi gratia reticere nolimus. *In voto latent*, iniquus, id est, in loco impendio cupito. sic paulo post interpretatur illud:

*Et in vota prosperant.*

Delecti enim fuere, ut includerentur in equo, qui robore, animique virtute forent insigniti. Disertim Virgilius lib. II. Aeneid. sub principum:

*Huc delecta virum sortiti corpora, furtim  
Includunt caeco lateri.*

Etiam Cicero II. Philipp. *In hujus me consilii societatem, tanquam in equum Trojanum, includi cum principibus non recuso.* *Κοιταλογον* autem Cointus Smyrnacus refert lib. XII. post quem addit:

*Ἀλλοὶ δὲ κατεβαίνον, ὅσοι ἐπὶ ἐξῆχ' ἀριστοί.*

*Alii denique intrarunt, qui longe optimi erant.* Indubie ergo in equum includi optarint valde illi, utpote summam animi praestantiae argumentum, ac specimen illustre. Ast quid tempus terimus argutiis, quum plane illud sit à Virgilio desumptum? ipsius sic de equo eodem lib. II. inquit:

*Votum pro reditu simulant.*

Unde postea Petronius ad illud respiciens,

- - - *Et in voto latent,*

dixit. Participium enim est, intelligiturque in equo, quem voverant.

- - - *Pulfas mille credidimus rates.*] Tot fuere in expeditione illa testantibus scriptoribus praefcis, Aeschylus Agamemni. Euripide Androm. Livio lib. v. Plauto Bacchid. Seneca Tragico, Propertio, Ovidio, pluribus. Sic itidem & Poëta antiquus:

*Graecia conjurat repetendam mille carinis,*

*Jurata banc ratibus Graecia mille petit.*

Unde, uti ex Horatio quoque Od. xv. lib. I. Carm. & proba lectio illa, quod *ὦν παροδῶ* inquam, firmior relinquitur,

*Jurata virtus abditur.*

Ast ex Homeri Catalogo II. Iliados constat, naves *εἰσελxxxvi*. fuisse. Unde nonnulli volunt, numerum finitum pro infinito tot scriptoribus poni, nec desunt, qui hocce refellant. nam istae sunt Criticorum quaestiones.

- - - *Titulus fero*

*Invisus.*] Talem, volunt, fuisse:

DANAI MINERVAE ILIADI DONO.

Sive, ut Aëtius in Deiphobo apud Servium Fuld.

MINERVAE DONUM ARMIPOTENTI

DANAI ABEUNTES DICANT.

- - - *Hoc ad fata compositus Sinon.*] *Compositus*, efficitus. ubi etiam ejus innuit totius corporis habitum. Expresit Tryphiodorus vers. 211.

*Μένθεσε πληγῶν ἐκκῆνια γυῖα χαραχθεῖς,  
Αἰσιμίδης ἐλεειπῶ Σινῶν, ἀπατίλιθ' ἤρας.  
Solutus vero sponte membra fauciatius plagis,  
Relictus fuerat Aesimides Sinon, fraudulentus  
heros.*

Et paucis intermissis vers. 219.

*Ὡς τότε λωβητοῖσι περισπῶ μελέεσσι.*

*Sic tunc fligmatis notatus membris faucis.*

Additque:

- - - *καδδέ οἱ ἄμας*

*Ἐλαστο ποιητοῖσιν ἐπέερες νήχουλον αἶμα.*

- - - *per humeros autem ipsi*

*De vulneribus influctis destuebat fluidus cruor.*

Et iterum vers. 251.

*Γυμνὸς ὑπὲρ πεδίοιο φάνη κεκακωμένῳ ἀνήρ,*

*Αἶματι δὲ σμῶδιγγες ἀεικία βεβροῦνται*

*Ἴχνεα λωβήεντα θεῶν ἀπέφανον ἰούλων.*

*Per campum apparuit quispian virnudus, misereque affectus,*

*Sanguine vero vibices indecenter refertae*

*Ostendebant vestigia dira vebementium flagellorum.*

Dolosum valde fuit hocce strategema, eoque dubiis itidem expeditionibus usi magni duces. ejus referam insigne quoddam exemplum ex duobus utriusque linguae probis sane scriptoribus depromptum, mirificeque hujusce loci illustrationi conducens. Ecce primus Julius Frontinus est, qui lib. II. Strategematum cap. 3. in hunc modum inquit: *Cyrus, Persarum rex, suum comitem Zopyrum, explorata ejus fide, TRUNCATA DE INDUSTRIA FACIE ad hostes dimisit: ille, adsentante injuriarum fide, creditus inimicissimus Cyro, quum banc persuasionem adjuvaret, procurrendo propius quotiens acie decertaretur, & in eum tela dirigendo, commissam sibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro.* Plenius adhuc eandem historiam Polyacenus narrat lib. VII. Strat. cap. 12. Dario tamen verius adtribuens, ut Justinus extremo lib.

I. quod Cyro Frontinus. *Δαρείος πολυορκῶν Βαβυλώνα, χρίνω μακρῶ τὴν πόλιν ἐλεῖν ἕχ οἷός τε ἦν Ζάπυροῦ, Δαρείου πατράδης, ἀκρωληρίας τὴν πρόσπον, ἤκεν αὐλομοῦθ, ὡς ταῦτα δὴ ὑπὸ Δαρείου παθάν. Βαβυλωνιοὶ πιστεύουσι τῇ ὄψει τῆς συμφορῆς, καὶ τῷ Ζαπύρῳ τὴν πόλιν ἐπιπέμπουσιν. ὁ δὲ ὑκτωρ ἀνοίγει τὰς πυλῆς, καὶ Δαρείου κραλῆτας Βαβυλώνας, ἐκείνο δὴ τὸ λαμπρὸν ἐσθίγγαλο ἀπ' ἐδὲ εἰκασί Βαβυλώνας ἕχην ἐβρολῆκη ἄν, ἐφ' ᾧτε ἀρῶν*

(Y 3)

τιο

τοιανύτα παρόντα Ζώπυρον. Darius Babylonem oppugnans longo tempore civitatem capere non potuit. Zopyrus, Darii satrapa, mutilata facie, transfugae specie ad hostes venit, quasi bis damnis à Davio adfectus. Babylonii vultus calamitati fidem adhibent, Zopyroque administrationem civitatis permittunt. Qui per noctem portas aperuit, & Darius Babylone positus est.

Et mendacium in damnum potens.] Qui, & copulam recidunt, pessimi pol' literarii fabri sunt. Pulsas quippe esse Graecorum naves, solumque Trojanorum bello esse liberum, etiam mendacium in exitium Priamidum potens firmabat. Id autem mendacium, totum figmentum Sinonis est, egregie à Virgilio descriptum. Inquit ergo Petronius, quod Sinonis habitus simul ac mendacia ejusdem ingeniosissime efficta, fugam Graecorum non leviter adseruerunt.

¶ Jam turba portis libera, ac bello carens

In vota properant.] Similiter & supra locutus est cap. IV. quum ad vota properant. In vota, nunc ait, hoc est, in loca optata. Virgilius id aperit, signatque loca lib. 11. vers. 27.

Perduntur portae, jurat ira, & Dorica castra,

Desertoque videre locos, litusque reliquit.

Hic Dolopum manus, hic jaecus tendebat Achilles,

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

Obsidione namque decennali oppressos Hienies valde cupivisse de urbe exire, certum est; nec non inspicere locos, ubi sua Graeci habuissent castra. quod, hostibus jam amotis, obsessis quidem valde foret jucundum. Id pariter indicavit de Trojanis ipsis Cointus Smyrnaeus lib. XII.

Γηρόστονος δ' ἄρα πάλιν ἐπέδραμον αἰγιαλοῖτι.  
Cumque igitur bilares ad litus procurrunt.

Nihil dubium ergo, portas patere urbium, quando sunt nempe obsidione liberatae. Sic & Fryphiodorus indicat de eadem Trojanorum civitate loquens:

Ἀθήναι δ' ἐξέθορον πυλῶν πύλαστας δόχμους.

Mox vero exsiliabant pandentes seras portarum.

- - - Gaudium lacrymas habet.] Vide quae infra nobis observantur ad verba cap. ex. lacrymisque turbata. ubi de lacrymis è gaudio provenientibus verba facimus.

- - - Neptuno sacer.] Laocoon Anchifae frater primam Apollinis sacerdos fuit. Ast quum Neptuni sacerdos deesset, forte ductus est, ut sacrum faceret Neptuno ad litus, uti Hyginus ait cap. 135. & Euphorion infra laudandus.

Crinem solutus.] Sic Seneca Tragicus Medea, quum ipsa Eumenides evocat Tragoediae principio:

Adeste, adeste, sceleris ultrices deae,  
Crinem solutus squalidae serpentibus.

Tibullus El. 111. lib. 1.

Bisque die, resoluta comas, tibi dicere laudes

Insignis turba debeat in Pharia.

Crinem solutus, dictum ad normam τὸν]αξῶς Graecorum, ut vulgo notum.

- - - Mox reduta cuspide,

Uterum notavit. - - ] Et paullo post:

ITERUM tamen confirmat invalidam manum,

Altaque bipenni latera pertentat.

Unde conligitur, bis fuisse equum à Laocoonte percussum, hasta, & bipenni; utero, ac latere. Inde autem & Virgillii loco simul inluxit dies, adeo in tenebris utque adhuc versanti, ut prisci putarint Grammatici, Servio referente, aliquid poëtae deesse; aut prorsus ipsum sibi repugnantia adstruxisse. Est nimirum locus ille lib. 11. Aeneid. ubi de re eadem:

Sic fatus (Laocoon) validis ingentem viribus  
castam

In LATUS, inque feri curvam compagibus  
ALIVUM,

Contorsit.

Ubi plene utramque scilicet equi percussorem expressit, conjunxitque divinus Poëta. Itaque secum neutiquam ipsum pugnare, haud difficile sit cuilibet modo animadvertere

- - - Fata sed tardant manus.] Manus Trojanorum, ne aperirent, foedarentve, ut Maro loquitur, Durateum equum. nam ex periculo, quod Laocoon fecerat hasta ac bipenni, fatis admone-ri poterant, nisi obtulissent fara. Haec mens prorsus Arbitri est, cui praeivit Virgilius:

Et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,

Impulerat (Laocoon) ferro Argolicas foedare  
latsbras.

Ibat juvenus casta, dum Trojam capit.] Hocce de Graecis dictum. contra de Trojanis Virgilius, qui cum Aenea per ferrum & ignes evaserunt, simili prorsus ἔξομάρω sub Junonis persona dixit lib. VII. 295.

Num capti potuere capi?

Pares enim loquendi modi priscis auctoribus frequentissimi.

Tenedos.] Insula est; in qua Graeci sese occultarunt, dum reditum in patriam simulavere. Virgilius lib. 11. Aeneid. vers. 21.

Est in conspectu Tenedos, notissima fama

Insula, dives opum, Priami dum regna manebant:

Nunc tantum finis, & statio male fida carinis.

Huc se proventi deserto in litore condunt:

Nos abisse rati, & vento petiisse Mycenae.

Hinc

Hinc ergo proditiſſe gemini illi angues Virgilio dicuntur, ac deinde ipſum acmulanti Petronio. Inquit ergo divinus Maro verſ. 203,

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta  
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues  
Incumbunt pelago.*

A Tenedo ergo venerunt angues, qui poenas à Laocoonte, & ejus filiis, repeterent; quod inde nempe erant poſſidea venturi, qui à tota Trojanorum natione. Subdit ipſus poëta princeps verſ. 254.

*Et jam Argiva phalaris inſtrudis navibus ibat  
A Tenedo, tocitas per anica ſilentia lunas.*

Niſi præmonitio fuit dei alicuius Trojanis propitiis, de malo extremo, quod iſdem ab eo loco proxime imminabat. Hyginus vero alio tranſfert primum tempeſtive.

*Unda quæ rejulât ſeiſſa tranquillo minor.]* Obſcure ſententia eſt, naſcio equidem qui ceperint alii. Erit tamen perſpicua, modo in ordinem ſe redigantur verba. *Unda minor ſeiſſa rejulât tranquillo* id eſt, ſuper mare tranquillum. Abſolute *tranquillo* dixit Virgilius imitatus, ubi eadem de re:

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta  
&c.*

Mare igitur, quod prope Tenedon inſulam, pacatam erat, & tranquillam; ſed tunc temporis (quod mirum etiam) undæ littoris faxis frangebantur repulſæ, ac ſaliebant reſciſſæ. Idque vel minori undæ pariſſime contingebat; quæ elegans eſt exaggeratio.

*Pulſantque marmor.]* Aequor fatiſ poëtiſce. Avianus lib. de Oris maritimis:

*Et ſi quæ in illo marmore inſulæ tument.*

Paſſim poëtae omnes, ſciuntque lætantes. Inde Zenoni, Epilcopo & Martyri Veronenſi, *marmoreus ſupor*, poſitus pro mari in Sermonibus de Fide.

----- *Angues orbibus geminis.]* Haud dubie Hypallage eſt, pro, *angues gemini*, quod prius Virgilio dictum:

*Ecce autem gemini à Tenedo &c.*

Iterumque. *Porcem & Charibœam* nominant Quintus poëta, qui Homerum ſupplevit, interpretæſque Lycophronis.

*Liberae ponto jubae Conſentiunt luminibus.-----]* Hunc deſperatam locum, ideoque ſeruo utque adhuc expoſitum Criticorum, nunc a me expoſitum ſingulari *exceſſu* impoſterum relinquam. Proba ejus antiqua lætio juxta atque vera eſt, itemque plana Virgillii imitatio, ut pleraque alia ſunt huius poëmatiſ. Duo ejus loca paucis hiſce verbis eſt Arbitræ imitatus, ubi pariter angues illos depingere, curæ ſummo poëtae fuit. Ecce verba ejus ſunt:

*Pectora quorum inter fluctus arrepta, jubaeque  
Sanguineae exſuperant undas.*

En *jubae*, (quæ, nota, etiam *sanguineae*) ut plane *liberae ponto* ſint. Alit quomodo, inquis, con-

*ſentiunt luminibus ipſae jubae?* Virgilius quoque aperiet, ubi poſt pauca ſubdit:

*Ardeat neque oculos ſuffecti ſanguine, & igni.*

Quo & illud Arbitri, quod ſubſequitur, facit:

----- *Fulmineum jubar*

*Incendit aequor.*

Conſentient ergo, ſimile proſus erunt, oculi *sanguinei*, jubis illis nimirum, quæ *sanguineae* etiam ſunt. Quem ruborem *jubis* anguium ſimulque *oculis* non ſine exemplo uterque dederunt; nam prius fecere alii, quos plures deinceps ſecuti ſunt, eoſque largiter ad Virgilius ſuum retulerunt interpretes. *Conſentiunt*, veniſſe admodum dixit. qua loquendi formula & alibi uſus, cap. ſcilicet cxxiv. *Conſerſitque fugas coeli timor.*

----- *Infulis ſtabant jacri]* Aperte innuit Petronius etiam Laocoontis alios ſacerorum fuiſſe miniſtros. nam illos facit infulis redimitos, qui proprius plane fuit ſacerdotum olim habitus, uti ex Paſchali erudita diſquiſitione ultimo capite lib. iv. de Re Coronar. abunde conſtat, quem vide.

----- *Mutuo metu]* Hoc eſt, unumquemque duorum fratrum perſiſſe prae metu ingentium malorum fratri ſuo imminenti, quum parum de ſeipſo alteruter ſollicitus. quæ ſententia apertius eſt & verbis illis præcedentibus expreſſa:

----- *Neuter auxilio ſibi,*

*Uterque fratri tranſtulit pias vices.*

Auxilii nempe vices. nam viciffim alter alteri proſus auxiliabatur ſuimet oblitus. Similis & pietas illa duorum ſimilium fratrum Saguntinorum à noſtro Silio ſat eleganter decantata lib. 11.

*Accumulat ecce liberum ſanus parvus.]* Phryges enim ideo putabant poenas Laocoontem tueri, quod *laſtam nimirum*, verba ſunt Hygini, in equum Trojanum miſiſſet. Aliter vero alii ſenſerunt, ut ex Euphorione colligere licet. Quo circa ejus locum, latine vero ut ſonat, impræſentia referre, ad Arbitri inluſtrationem facere, cogitamus: *Post adventum Graecorum ſacerdos Neptuni lapidibus occiſus eſt: quia ſacrificiis eorum non velavit adventum. Post abſcedentibus Graecis, quon vellent ſacrificare Neptuno, Laocoon, Thybraei Apollinis ſacerbis, ſorte ductus eſt, ut ſolet fieri, quum deeſt ſacerdos certus. Hic ſacrilegium commiſerat ante ſimulacrum nuptiis cum Antiope uxore ſua coëundo. Et ob hoc immiſſis draconibus cum ſuis filiis interemptus eſt.* Eadem ſere Hyginus narrat cap. 135. quem vide.

*Peritura Troja perdidit primum deos.]* Virgilius lib. 11. Aen. verſ. 351.

*Exceſſere omnes adytis, ariſque relictiſ,*

*Dii, quibus imperium hoc ſteterat. -----*

Ubi multa interpretes, quæ aequè ad Arbitrum faciunt.

*Jam plena Phoebe. -----]* Prolixae ſunt Scripto-

rum dividiae de tempore ac lunae aetate, qua Troja capta. nos vero hic illas non tangimus, factis nostro fecisse instituto existimantes, si Arbitri sententiam suffultam nunc reliquerimus aliorum testimonio. Sic Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. ubi sententias recenset variorum auctorum super re eadem: Ἑλληνικῶν γὰρ δωδεκάτη Θαρρηλιῶν μηνός, καὶ τινὲς τῶν τὰ Ἀττικὰ σπυριβαύματων, ἡγήθη φθινοῦντος, βασιλευσίου τὸ τελευταῖον ἐπὶ Μενεσθεως, πληθυνσῆς σελήνης. *Hellenicus duodecimo mensis Thargelionis, & nonnulli eorum, qui Attica scripserunt, octavo definitis, postremo anno regnante Menestheo, in plenilunio. Idem videtur & indicare parvae Iliadis auctor;*

Νυξ μὲν ἔν μέσα τε, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη.

Noctis erat medium, & splendebat lucida luna.

Juvat etiam quod Ludovicus de la Cerda, vir summa eruditione conspicuus, ad Virgilium observat, nimirum, Graecos nisi plena Luna. pugnae haud confuevit, quod & testimonio Aristidis confirmat ex II. Platonica. Λακεδαιμόνιοι ἢ εἴτε ὑπὸ τῷ πρὸς τὰς Μεσσηνίας πόλεμος, εἴτε καὶ τὴν παντέληρον μένοντες, οὐδὲ αὐτοὶ βοῶντων εἶχον. *Lacedaemonii, sive quod cum Messeniis bellum gererent, sive quod expectarent plenam lunam, auxilium non poterant.*

----- Sepultus Priamidas nocte & mero.] Frequenter ducitur à morte ad somnum translatio. similiter inferius:

Turba sepulta mero.

Sic & Seneca Ep. 12. Pacuvius, qui Syriam usum suam fecit, quum vino & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentaret, &c. Item Ovidius Eleg. iv. lib. 1. Amor.

Si bene compositus somno vinoque jacebit.

Et lib. 11. El. v.

Compositi juvenes unus & alter erant.

Verba componere, & jacere, funeralia sunt, quod nemo ignorat. Kirchmannus copiose lib. 111. de Funer. cap. 8. Etiam Petronius ostendit cap. cxiv. Imprudens arena componet. & cap. cx1. Jacentis corpus admonere debet, ut vivas. & saepius alias. Rem autem sic narrat Hyginus cap. 108. Equum in arcem quum statuissent, & ipsi noctu, lusu, atque vino, lassu obdormissent, &c.

Gladios retractant. -----] Sic Virgilius lib. vii. 694.

----- Ferrumque retractat.

Utrobique duces strinxisse gladios, equidem interpretari ausim, fecerimque verbum, retracto, frequentativum, à retrabo. Itaque retractare fit, foras trahere. Sive cum Fello, retractant, id est, rursus tractant. Sed primum potius est.

----- Commovent orbis manu.] Orbis, clypei sunt. Exfertim Papinius lib. 11. Achilleid.

At ferus Aeacides radiantem ut comminus ORBEM

Caelatum pugnis saevis, &c.

Loquitur de armis ab Ulyssæ Achilli oblatis. Ita & Virgilius lib. xii. de Aeneae hasta loquens:

----- Et clypei extremos septemplex ORBES  
Per medium stridens transit femur.

In orbem erant enim ut plurimum formati. ideo Homero Iliad. E. [vf. 453.] ἀπὸ πρὸς εὐρυκλῆς adpellatur: Callimacho σάκεον εὐρυκλον [Hymn. in Dian. vf. 53. & in Del. 147.] δῖνωτον Apollonio: δῶνητον Nonno. κυκλῶσαν ἴτην vocavit Poëtria Anyta: rotundas parmas Varro in Satyris. Liqueat fat ergo aliter interpretantur supinitas.

----- Et continuat in mortem ultimam somnos.]

Fateri debent, interpretes nondum ceperunt, cur Arbitro mors ultima hic dicta sit. Unde ortum, ut veluti Pentheum Bacchae, sic Critici hunc locum misere dilaniare, habuerint necessesse. Me autem duo viri inultres, & Petronio συγγραφοί scriptores, jam pridem docuerunt, quae praeferis mors ultima diceretur videlicet. Lucilius primus est illo aureo versu:

Mors non una venit, sed quae rapit, ULTIMA MORS est.

Alter est magnum naturae miraculum Seneca F. qui dum verbum illum interpretatur, inquit Epist. 24. *Malo te legas, quam epistolam meam. Apparebit enim tibi, hanc, quam timemus, mortem extremam esse, non solam.* Neutiquam & huic Horatius, quod admonere visum, repugnat sententiae inquitens:

----- Sed omnes una manet mors.

(Quae verissima loci scriptura est, perperam quippe alicubi nox exaratur.) Nam ibi UNA MORS Lyrico longe aliud est, scilicet femel mori, quod patefacit versus ille sequens:

Et calcanda semel via lethi.

Addimus praeterea, saepe & dormientibus contigisse, ut somnus scilicet jungeretur cum morte. Id adversus Aesclyton in mentem Encolpio venerat cap. LXXIX. Itaque apud Heliodorum Thermuthis χάλκειον τινα ἐ πυκταῖον ὑπνον ἔλαυσε, ἀπὸ πρὸς δὲ ἰγμῶν, μοιῶν τάχα βελήσει, πρὸς σὺν ἀνάγκησιν & τρῶσιν τὸ τέλῳ καταστέψασα. *Aeneum quendam & ultimum somnum dormivit, aspidis morsu, fatorum fortasse voluntate, non inconvenientem vitae finem sortitus. Quem & ideo locum adduxi, ut simul indicarem, χάλκειον ὑπνον fataleni illum somnum antiquis vocari. Ita & Homerus lib. A. Iliad. [vf. 241.]*

Ὡς ὁ μὲν ἀδῆτι περὶ ἀν κοιμήταθ γάλκειον ὑπνον.  
Sic is quidem illic lapsus dormivit acreum somnum.

Quod cultius à Marone lib. xii. Aeneid. fuisse protatum, Macrobius inquit lib. v. cap. 11.

Olli dura quies oculos, & ferreus urget

Com

*Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.* Inde Hispanis haud abfimilis somnus, *Suennopejado*, apte vulgo dictus. Sive Petronium sic aliter interpretaberis haud incommode. Somnus, quod notum cuilibet, mortis imago quondam audiit, unde fat recte, qui soporati forent, dici potessent mortui. Sic Appuleus lib. 11. Metum de defuncto, ac de ejus custode somno oppresso, loquens: *Ut ne Deus quidem Delphicus facit discerneret, duobus nobis jacentibus, quis esset magis mortuus.* Ac deinde de eodem custode: *Hic, utpote vicus quidem, sed tamen sopors mortuus, &c.* Itaque mors continuari apte dicebatur, quum occidi dormientes usa veniret. *Ultimaque illa mors vocari probe poterat, respectu illius primae, videlicet somni.* Quod interpretamentum admodum juvat verbum illud *continuat.* Item Euripides, qui somnum esse *αμυμικροτα* mortis, hoc est, informationem quandam eius, & initiationem, uti minuscala mysteria majusculorum in arcanis facris.

*Υπνος ὁ μικρὸν τὰ θανάτου αμικροτα.*

*Ab aris alius accendit faces*] Pendet hinc & sequentium sententia:

*Contraque Troas invocat Trojae sacra.*

Nam quodammodo interire videbatur ignis praecedentium sacrificiorum civium ruinae sacrificantium. Haec meo animo vera est & unica hujusce loci interpretatio. Gemina germana Phaedri sententia illa est Fab. 69.

*Lucernam far accendit ex ara Jovis,*

*Ipsumque compilarit ad lumen juum.*

Cap. XC. *Lapides in Eumolpum recitantem miserunt.*] Scena recitationum Eumolpi lepidissima est, cui, longe tamen diverso modo, & quod Amphioni utique modulatori obveniebat omnino, apud Horat. in Arte.

*Dicitus & Amphion, Thebaeae conditor arces,*  
*Saxa movere sono testudinibus, & prece blanda*  
*Ducere quo vellet.*

Quae & Thebis ipsis condendis illi fat fuerint. Quippe ni & Eumolpo sufficerent in theatris videlicet, in balneis, & ubicumque carmen auspicaretur, lapidam adventitia frequentia profecuto?

*Saeptius poetice, quam humane locutus es.*] Sic & S. Hieronymus adversus Jovianum lib. 1. *Non est carnis nostro, id est, HUMANO more loqui: ALTIUS QUIDDAM adgreditur.* Recte, nam verbis utuntur plerumque poetae ampullatis, tumentibusque, ut stilus clare procedat, non humi repat. ut sermo hominum est familiaris, & quotidianus. Itaque huc facit ideo Ciceronis locus lib. 11. de Divinatione: *Ut si quis medicus aegroti imperet, ut sumat,*

*Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam,*  
*potius quam HOMINUM MORE, cochleam.* vid.

inf. ad verb. cap. exviii. *praecipitandus est liber Jirritus, &c.* Argutissime ergo Arbiter opposuit, quum verum sit, fabulas enim & oracula quibus potissimum conflare possim, constet aperte) contrario nimirum opponi nomine τοῖς ἀποροπτοῖς λόγοις. Ita apud Aristophanem in Vespiis, quum quidam plures ridiculas fabulas effluisset, ei alter respondet dicens [v. 1174.]

*Νη μὲν μῦθος, ἀλλὰ τῶν ἀποροπτοῖν,*

*Οἷος λέγουιν καλίστα τῶς κατ' οὐκίαν.*

*Non mihi fabulas, sed humanas (sermone refer)*

*Quales dicimus inter domesticos.*

*A te exire.*] Insanire. Adpositissimum ergo hic venit, quod de Nerone prodidit Scholiastes Juvenalis ad illud Sat. viiii. 121.

*Troica non scripsit.*

*Hoc ideo, quia Nero Troados titulos scripsit. Unde & maxime insanivit, quia poeta fuit.* Passim enim illum acuto graphio pupugit, saepius nos non sensimus.

*Quotiens theatrum, ut recitem aliquid, intravi.*] Per plurimos exercitationibus & corporis, & ingenii, theatra olim praebuere locum: disertum Appulejus ostendit in Floridis: *Bono enim studio in theatrum convenistis: ut, qui sciatis, non locum auctoritatem derogare orationi: sed cum primis hic spectandum esse, quid in teatro reprehendos.* Nam, si minus est, riseris; si funerepus, timueris; si cantedia est, faveris; si philosophus, didiceris. Alias & Bulengerus recenset lib. 1. de Theatro cap. 39. quem consule. nostrum enim non est, ejus plenum putamus jam indicium dedisse, aliena scripia compilare.

*Si ejuras boediernam bilem, una coenabimus.*] Nam post coenam vel temperantes moderatique poetae carmina plura recitarunt; multi vero, quod omnes sciunt, ipsi conviviis emerunt auditores. Ideo Valerius Martialis lib. xi. Ep. 53. ad coenam quum invitasset Cerealem, pollicituque esset cibos per plures, in fine carminis addit:

*Plus ego pollicitor: nil recitabo tibi.*

*Iffe tuos nobis relegas licet usque Gigantas,*

*Rura vel aeterno proxima Virgilio.*

Plura sunt ejusdem argumenti epigrammata fat venusta, quae tantumdem signo. lib. 111. Ep. 44. 45. 50. lib. v. Ep. 80. lib. vii. Ep. 50.

*Bilem.*] *Bilis* haec poetica est, cuius purgatum sese quotannis, adfirmat Horatius in Arte:

----- *O ego laecus,*

*Qui purger bilem sub verni temporis horam.*

Si vero illam haud expelleret,

*Non alius faceret meliora poemata,*

addit. Mutuum autem hic Petronius, & lib. vi. Ep. 64. Martialis sibi praestant clarorem. Ibi summa cum elegantia inquit:

(Z)

At

*At si quid nostrae tibi bilis inusserit ardor,  
Vivet, & haerebit, totoque legetur in orbe.*

Acuere forsitan possunt Petronianum acumen Pompei Festi verba: *Ejuratio significat, id, quod desideretur, non posse praestari.* Ideoque Arbitrarius inquit: *Si ejuras bodiernam bilem, innuens videlicet, a poeta, etsi polliceatur ipse, etsi valde discupiat carmina non evomere, revera praestari non potesse.* Firmat & commentum nostrum eventus ipse. nam vix est paullo post in hospitium Encolpii receptus Eumolpus, quando nimirum, pauculis verbis interjectis, ad carmina sua redire, deprehendes. Quapropter importunae jam recitationis pertaesus Encolpius ad illum inquit cap. xciii. *Hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem hodie verjuri faceres? Per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapidavimus, &c.*

Cap. XCI. *Cum linteis & strigilibus.*] Horum usus instrumentorum ita apud Plinium min. referuntur lib. iii. Ep. 5. *nam dum distringitur tergiturque.* Conjunxerunt & illa saepe scriptores antiqui, quippe & usu ipso erant conjuncta. Ita Epictetus Arriani lib. iv. cap. ii. inter cetera balinei utensilia: *Ἀγὸ τὸ τοῦ ὕδατος, ἄλιον, χείρες, ἰδιονιον, ἕστρα, νίτρον.* Ideo praesto est aqua, oleum, manus, **LINTEVM, STRIGILIS**, nitrum. Plinius major lib. xxviii. cap. 4. *Sicut linteorum strigiliumque vehementia.* Linteis tergebantur. Idcirco linteum extersui Plauto est Curculione Act. iv. iv. 22. & Ammianus dixit: *tenuissimis se terferit linteis.* Inde linteae ista M. Varro termentaria adpellat lib. iv. l. l. *Hinc linteum, quod teritur corpore, Termentarium.* Istud Glossographi veteres intelligunt: *Terforium. σαρμαγείον. & Ἐκκαρσίον. Tergorium.* Lege *terforium.* Etiam Jul. Pollux lib. vi. cap. 14. *τὸ Ἰ σαρμαγείον, ἢ καὶ χιζόβιακτρον ἐν ἀσπυρτίοις.* Linteum vero detorforium, etiam mantile adpellaris. Et huc facit locus cap. xxviii. *Tergebatur non linteis, sed palliis.* Illa vero linteae, quorum apud Cestulum mentio est Carm. 12. ab istis balnearibus diversa prorsus sunt. Erant quippe convivialia, mappae quoque nuncupatae, quas scilicet alienas epulas aditari secum domo adportare consueverant. Mart. lib. xii. Ep. 29. *Distringi autem strigilibus, notum.* Martialis lib. xiv. Ep. 15. *cujus lemma strigiles:*

*Pergamus has misit curvo distringere ferro.*

Seneca Ep. 122. *Ut sudorem, quem moverunt portionibus (in balneo) crebris ac feruentibus, subinde distringant.* Quod igitur distringebant, sudor erat. Appulejus in Florid. paullo post laudandus. Item Symposius Aenigm. 86. *quod Strigilis est:*

*Dedita sudori medico succumbo labori.*

*Strigilibus*] Et de strigulum forma paucula hic addere, lubido fuit. Praesertim quod sic in Appulei difficilem locum nonnihil studii operaque conferrem. Ipsarum autem multiplicem ma-

teriam jam praeoccuparunt viri docti. Sic ergo Madaurensis scriptor strigilem describit in Floridis: *Juxtaque honestam strigileculam, recta fastigatione clausulae, flexa tubulatione lingulae: ut & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea rivulo laberetur.* Plane in duas partes strigilem dividit, in illam, quam rectam fastigationem clausulae nuncupat, & ejus usus est, *ut in manu capulo moraretur: & in alteram, quam adpellat, flexam lingulae tubulationem, quapropter Martialis, curvum ferrum, vocavit, curvam* Symposius. ejus autem usus est, *ut sudor ex ea rivulo laberetur.* Ejus prorsus imaginem figuravit, quae ex ruinis thermarum Trajani jamdudum effossa est, deditque depictam nobis Mercurialis lib. i. de Arte Gymnast. cap. 8. Habet omnino, quem capulum Appulejus vocat rectum, manubriatumque, non vero anatum, ut plures aliae, quarum effigies nos apud diligentes antiquarios vidimus, Choulum, Boissardum, Pignorium. Praeterea Artemidoro lib. i. cap. 66. *xytrophylax* est, ubi servabantur strigiles. cuius nescio an pictura illa sit, quam Mercurialis praebuit cap. 10. ejusdem lib. i. in cujusdam lavacri delineatione. Ex ipsa enim plures clare adpenae strigiles visuntur, sed illae nempe, quae omnibus procul dubio forent publicis balneis communes. nam alia prorsus diversa esset ratio pretiosas strigiles servandi, puta, thecis, & capsulis. Extant adhuc & se & alios distringentium imagines excusptae in vetustis marmoribus, quas & Mercurialis expressit in dicto jam opere.

*Ut experimentum oculorum caperem*] Hoc est, ut experirer ego, veram fuisse meorum oculorum fidem, deceptumque me non esse, quum illum libenter fervire cognovi, Giton animum suum aperuit, & convertens solum gaudio vultum, miserere inquit, &c.

*Eripe me latroni cruento.*] Hinc nota syntaxis illius vi. Aeneid.

*Eripe me his, invicte, malis.*

Plinius itidem minor lib. vi. Ep. i. *Eripe me huic tormento.* Et Val. Flaccus operis initio ad Vespasianum,

*Eripe me populis, & habenti nubila terrae.*

*Diu vocem neuter invenit.*] Verus amantium adfectus. Eundem Propertius exprimere conatur, quod jam viri docti viderunt, lib. i. El. x.

*Quum te complexa morientem, Galle, puella  
Vidimus, & longa ducere verba mora.*

*Et in hoc peccore, quum vulnus ingens fuerit, cicatrix non est.*] Elegans translatio. Eadem rursus utitur inferius cap. xcix. illustratque egregia similitudine, quem locum vice interpretamenti hic addere, haud erit abs re. Blanditur ergo hisce verbis poeta vetulo Encolpius: *Tantum omnem scabitudinem animo, tanquam bona-*



rum artium magister, deleret sine cicatrice. Incultis asperisque regionibus diutius nives haerent. *At ubi ea aratro domestica tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. Similiter in pectoribus ira confidit: feras quidem mentes obsidet, cruditas praelabatur.* Contra Magnus Alexander frequenter dice-re solitus erat testante Plutarcho, ut maxime sanaretur vulnus, quod esset illatum, cicatricem ta-men quoquomodo manere, immens videlicet, inju-riarum factae memoriam semper ob oculos versa-ri.

*Peregrini amoris concessio.*] Nos supra huiusce loci meminimus, interpretamurque compluribus aliis ejusdem notae figuratis locutionibus, ideo-que fatiis nunc erit, illuc te, Lector, remitte-re.

*Supercilium.*] De superbiante supercilio infra loquimur ad verba cap. cxiiii. *Nec domini supercili-um, &c.*

*Quum duos armatos viderem, ad fortiorem confu- gi.*] Fortior hic & armati, nupta sunt verba. Re-cte ergo armis illis dictus fortior Ascyltos, ut ex narratione proxime sequenti fatiis constabit. Sic supra cap. viii. idemmet valentior à Petronio fa-ctus propudioso illo cum patrefamilias congressu. Haec item acceptione infra cap. cxxx. arma de-stanta elegantibus codicillis: *Paratus miles arma n. l. ubi.* ubi nos plura.

Cap. XCH. *Mulierque coenae mandata curaverat.*] Aedicularum custos. paullo ante cap. xc. *Mando aedicularum custodi coenae officium.*

*Ganymedem.*] Pincernam, pocillatorem. sub- dit: *Et quum puer illi potionem aedisset.* Martialis lib. xi. Ep. 23.

----- *Quod nudo cum Ganymede jacos.*  
Et alias saepe.

*Malo te, inquit, &c.*] Mallo, & velle, ama- ris verba sunt: uti & nolle, odii. De illis infra agimus ad verba cap. cxxvii. *Quemadmodum ego te volo?* Ideo transitum nunc facimus ad alia.

*Quam balneum totum.*] Id est, quam pueros omnes, qui in balneum fratribus, aut dominis, utensilia adierunt.

*Circa solum sedentibus.*] *Solum* vas erat mobile in balneis lotioni inserviens, quo videlicet la- vabant sedentes, unde ei nomen à *Solæo*, aucto-ribus Festo, & Aspero. Formae autem vestigia exsunt verbis, *circa solum sedentibus.* nam hemi- cyclum sine dubio solum referebat. Probo ex Sidonio Ep. 2. lib. 11. *Hinc aquarum surgit cella codicillium, quae sequenti unguentariae spatii pari- tate conquadrat, excepto solii capacis hemicyclio.* Quapropter fatiis concinne ipsum adpellat *Sigma* paucis interjectis: *Hinc frigidaria dilatatur, &c.* ita ut ministeriorum sese non impediende farulatu, tot possit recipere sessas, quot solii sigma personas. Dixit ergo circa pro circum, ut plures omnium lo- cuti, saepe Propertius, Virgilius, & Horatius,

observaruntque jam Critici.

*Carmen recitare.*] Importuni namque recitato- res in thermis lavantibus non peperere. Pariter quoque notavit Horatius satyrico dente lib. 1. Sat. iv.

----- *In medio qui*

*Scripta foro recitent, sunt multi, quique lavan- tes.*

*Juvenis nulus, qui vestimenta perdiderat.*] En ratio, cur ille, qui ex balneis furatus esset, inor- te pleteretur; qui autem ex domo privata, so- lum furti pretium duplum exsolveret, quam ni- mirum inter alias reddit Arist. Sect. 29. Probl. 14. *Ἐκ δὲ καὶ ὁ ἐξ οἰκίας τινος ἀπλοῦσας, ἐν τῷ τοιάτῳ τόπῳ τυγχάνει ἂν, ὅθεν ῥᾶδιον μῆτε πα- θῆναι, μῆτε χλωσθεῖν ἐκ ὑπὸ τινῶν, οἰκοὶ ὄντα, τὸ ἀτύχημα φερεῖν τῷ ἢ σοὶ ἔτι, ὃν ἡ ἀπώλειος ἐργώδης γεγονυμένῃ, ἀσπῆτι δὲ χλωσθεῖσθαι ὑπὸ τινῶν ὑπαρχει τοῖς πολλοῖς. ὁ πολὺ δυσχερέσειεν εἶναι τὴν ἀπώλειαν, διὸ καὶ νομοθέτης μέγιστος αὐτοῖς ζημίας ἐπέγραψεν.* Item qui ex domo privata rem suam amisit sine ulla contumelijsa affectione domi manens, suam perferat casum. At qui in balneis, aut alio id genus loco amiserit, aegre inde nudi dis- cedunt, & plerique omnes irridentur: quod longe molestius, quam rei factura est. Qua de causa legumator damna his statuit graviora.

*Pueri imitatione petulantissima deriserunt.*] Di- verse prorsus excepti in balneo Eumolpus & Ascyltos, quorum videlicet conlationem exhibe- facere coepit Petronius. Contentissime erim, *Encolpi, Encolpi,* Eumolpus proclamabat. Pueri sic & senem imitantes, clamitantesque petulan- tissime deridebant. quod unice sane dictum ad puerorum ingenium. Ascylto vero, qui non mi- nore clamoris indignatione Gitona flagitabat, quid videlicet contigit? dicit ipse Arbitr: *Frequen- tia ingens circumvenit eum plausu, & admiratione timidissima &c.* Et sic conferendo deinceps pro- greditur.

*Habebat enim inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes.*] Interpre- tamenti vice Arnobii hic locum exhibeo lib. vi. paullo ante finem: *Aut genitalibus protris infe- rior Priapus.* Unde jam claret Catullus Carm. 116.

*Non homo, sed vere mentula magna, minax.*  
Haud absimilis & jocus ille est Theodori Epi- grammatarii nasum scilicet nescio cuius Hermo- cratis in hunc modum deridentis lib. 11. An- tholog.

*Ἐρμοκράτης τὸ ρῖός. ἐπὶ τῷ ἰ. κ. λέγοντες Ἐρμοκράτης, μικροῖς μικρὰ μοιζέμεθα.*  
Sic verti licet:

*Dicimus Hermocratem nasi. nam dicere nasum Hermocratis, parvis grandia nempe dare est.*  
Utrumque enim ὑπερβολικῶς dictum. Invenies tamen

tamen revera apud Herodotum *Musa* II. c. 48. simile ferme fascinum in efficitis ab Aegyptiis statuis Bacchi quodam festo, *την δὲ αἰὲν ἀνάγκητι ἐπέλην τῷ Διονύτῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πᾶν χοίρειον, καὶ οὐδὲν χριδὸν πᾶντι Ἑλλήτι. ἀνὰ δὲ φαλλῶν, ἀλλὰ σπιδί ἐσι ἐξούρηθῆα ὅσον τε παχυνάτα ἀγαλακτικῶν νεύρητ' ὡραστὴ τὰ ἀειροσέεστι καὶ κώμας γυναικίς, νεύον τὸ αἰδοῖος, ἔ πολλῶν τῶν ἑλισσον ἰόν ἔ ἄλλης σάμακτ.* quae verba sic reddenda esse, monuerunt Rhodiginus lib. I. cap. 16. & Hospinianus lib. 11. de Festis cap. 11. *Quin & alium diem festum Baccho Aegyptii agunt sine porcis fore per omnia Graeco festo similem. Pro Phallis autem alia sunt eis inventa cubitalia simulacra nervis tractis sua sponte mobilia, quae circumferuntur per vicis mulieres: mentula nutante, quae propemodum instar est reliqui corporis.* Meminit & Lucianus in de Dea Syria ejuscemodi imaguncularum, & itidem νεύρητ' ὡραστὴ vocavit. Hinc jam & Carminis liberi mens haud dubio patet:

*Huic dixi, fer opem, Priape, parti,  
Cujus tu pater ipse par videris.*

Si pars vero hic scriberes, longe admodum augetes Epigrammatis argutiam, quam nunc indubie & expressisse Petronius videretur, etiamque Arnobius. Haud est etiam absimile quod de Patnotiorum auribus tradit Solinus cap. 22. quem vide.

*O juvenem laboriosum!* Et labor olim dictus de molesta coitus agitatione. Sic nunc usurpat Petronius. Sic & Martialis lib. XI. Ep. 82. de sena & spadone loquens:

*Ergo sine effectu prurit uterque labor.  
Aperit & Arbitri mentem id, quod subsequitur:  
Puto illum pridie incipere, postero die finire. Pari etiam nequitia usurpat Priapus Carmine libero:*

*Parum, quod acta sub laboribus luce,  
Parum diebus pervigil trabo noctem.*

Sic autem definit 11. Tuscul. Cicero laborem: *Est functio animi, vel corporis, gravioris operis, vel muneris.*

*Nescio quis enim eques Romanus, ut ajebant, infamis.* Plures Romae aeo illo corruptissimo equites forent Romani, qui auxilium id drauco juveni nudo libentissime praestarent. Nostra autem conjectura est, notare hic Afranium Quintilianum Romanum equitem, & Arbitrum voluisse. Taciti quippe testimonio ejuscemodi infamia fuit ille notatus, Neronisque deinde Carmine satyrico famosus. Ipsum vero Cornelium audiamus, qui lib. xv. Annal. extremo cap. 49. dum Pisonianae conjurationis molitionem narrat, inquit in hunc modum: *At Flavius Saevinus, & Afranius Quintilianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui, principum tanti facinoris capeffere. Nam Saevinus dissoluta luxu mens, & proude vita somno languida. Quintilianus MOLLI CORPORE*

*INFAMIS, & à Nerone improbo carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.*

*Ut tam magna fortuna solus uteretur.*] Ab alio ipsius Arbitri loco petenda lux est & loco isti, pariterque & hinc ille vicissim mutuatur claritudinem. Deprecatione videlicet in illa, qua rebus suis adtritis petit ut subveniat Priapus, Polyaenus inquit cap. cxxx111.

*Et quandoque mihi FORTUNAE adriserit bona,*

*Non sine honore tuum patiar decus.*

Hoc est, quando nervos meos tua benignitate recpero, & insigni marefcentium armorum tentigine me denuo praebebo Achillem, neutiquam tunc, inquam, ego praetermittam beneficiorum illiusmodi redheffimentum. Idem conditio nonnullis scriptoribus accepta. Sic Capitolino de Faustina M. Antonini uxore loquenti. Sic & Lampridio non semel de Alagabalo. Adpositum vero rei exscribam unicum testimonium. *Lavacrum publicum in aedibus fecit; simul & salam populo exhibuit, ut ex eo conditiones bene vasatorum hominum colligeret.* Prorsus uti Petronianus eques. Idem de Hostio quodam Seneca refert lib. 1. Natur. Quaest. cap. 26. Horatio etiam dictum, *fortuna uti*, sed alio sensu; transferri autem & huc illud optime posset. lib. 1. Epist. v. ad Torquatum inquit:

*Quo mihi FORTUNA, si non conceditur UTI?* Ubi pro divitiis accipi vulgare. Pari item ratione apud Arbitrum, *inops*, transfertur eodem carmine cap. cxxx111.

*Sed INOPS, & rebus egenus*

*Adtritis, facinus non toto corpore feci.*

*At ego ne mea quidem vestimenta ab officiosis recepissim, nisi notorem delissem.*] Officiojum hic vocat Arbitr balnearum servum capfarium, aut vestispicum. Innuat item & ipsa haec mancupia, quae vindicandis à furunculis in balneis vestibus erant praeposita, pravum quoque subripiendi studium dupla fraude exercuisse. nam quum servandas vestes à pluribus acciperent, postidea non omnibus reddere tentabant, homines illos se noa agnoscere praetextentes, cui testes adhiberi solebant, qui notitiam rei aut personae profiterentur, *Notores* nempe dicti Senecae Ep. 39. Firmant autem hoc nostrum commentum verba Pauli JC. leg. 3. ff. de offic. praef. Vigil. *Adversus castarios quoque, qui mercede servanda in balneis vestimenta percipiunt, iudex est constitutus; ut si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.*

*Tanto magis impedit inguina, quam ingenia fricare.*] Antiqua isthaec scriptura tolerabilis est, si, impedit, . . . . . accipiatur. Venusta autem est in *ingui*na & ingenia paronomasia.

*Coenae ordinis explicui.*] Ego interpretor, coenae obsonia ordinis suo retuli, quod etiam con-

vivatori fuerat tributum olim munus. Scite enim, ut sic conviva eduliorum praefectus, ei, quod probasset gula, famem destinaret. Convivatori autem schedulam prius ideo tradebat coquus, quae obsonia descripta ordine, quo in mensam erant adferenda, habebat omnia. Sic Athenaeus docet lib. 11. quum inquit: Ὅτι ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δειπνοῖς τῶν ἱστιαστῶν καὶ ἀλλήλων ἀποτίδοσθαι γαστραμίδιον τι, ἔδειχον ἀναγνώσθαι τῶν παρὰ σκευαστῶν, ἐν ᾧ εἶδεναι ὅτι μάλιστα ἕδον φέρειν ἡ μάγειρος. In coenis prisco more convivatori, postquam accubuisse, tabella, in qua omnium ferulorum nomina descripta fuerant, tradebatur, ut jecit ille, quobnam obsonium adlaturus esset coquus. Quod alii ad Martialem de loco isto argutantur, verba non dicunt. Postea vero eundem animadverti, me hic cum Wouwerio sensisse.

Cap. XCVI. *Vile est, quod licet, & animus errorantes inferioris diligit.*] Ita in re amoris ejus censent magistrelli. Martialis lib. 1v. Ep. 38. inquit:

Galla nega: satiatur amor nisi gaudia torquent.  
Et prius Epig. 29.

*Sic stultitiam commendat fastus amicam:*

*Janna nec juvenem semper aperta tenet.*

Et saepius Ovidius. sic lib. 111. Amor. Eleg. 19.

*Quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius urit.*

Eademque mens est horum locorum 111. de Arte vers. 473.

----- *Mora semper amantes*

*Incitat.*

Ac deinde vers. 581.

*Quod datur ex facili, longum male nutrit amorem;*

*Miscenda est laetis rara repulsa jocis.*

*Ante fores jaceant; crudelis janna, clament:*

*Multaque summissae, multa mimanter, agant.*

*Dulcia non sermibus, succo renovamur amaro,*

*&c.*

Et post pauca vers. 597.

*Quoslibet extinctus INFURIA suscitatur ignes:*

*En ego (confortor) non nisi laesus amo.*

Ausonius quoque Epig. 38.

*Hanc volo, quae non volt, illam, quae volt, ego nolo.*

*Vincere volt animos, non satiare, Venus.*

Non tamen praeter modum difficilem se praebere debet amata, nam

*Omnis inmodicos, experto credite, fastus,*

Ovidius addit vers. 511. & alibi:

*Sed neque te sa. illem juveni promitte roganti:*

*Nec tamen edure, quod petit ille, nega.*

Et Martialis ubi supra hunc versum impari ad dicit;

*Sed noli nimium, Galla, negare diu.*

Eademque Epigrammatis 58. lib. 1. sententia est:

*Qualem, Flacce, velim quaeris, nolimne suellam?*

*Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.*

*Illud, quod medium est, atque inter utrumque, probamus.*

*Nec volo, quod cruciat: nec volo, quod satiat.*

Quod & Ausonius acmulatus est dicto jam loco. & Epigram. 82. lib. 1v. dixit rursus Valerius:

*Negare jussi, pernegare non jussi.*

Abunde vero hocce Aristaeus edisserit lib. 11. Ep. 1. quem vide.

*Nolo, quod cupio, statim tenere; &c.]* Hos duos versiculos, quos haecenus alieno in loco, cap. scilicet xv. exulare, & ab sequentibus hendecasyllabis dispelci, nescio quo fato, contigit, nunc demum mutare locum jussimus, & priscis, ut fas erat, fecimus connecti sodalibus. Cum fragmento superiori mire consonat totius carminis sententia. quae ubi disticho illo, quod devium retraximus, comprehensa fuit, apte pluribus exemplis, quae sequentibus continentur versiculis, confirmatur.

*Atque Afrae volucres -- --]* Sallustius: *Epulae vero exquisitissimae, neque per omnem modo provinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum, & ferarum, incognita antea plura genera.* De ipsis sic & M. Varro lib. 111. de Re Rust. *Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas uelut aegros adpellant Graeci. Haec novissimae in triclinium ganearium introierunt e culina, propter fastidium hominum. veneunt propter penuriam magno.* De eisdem, reor, capiendus quoque Manilius lib. v.

----- *Numidarum pascimur oris.*

Supra & Minus Publilianus meminit cap. Lv.

*Gallina tibi Numidica.*

*Quod non sunt faciles -----]* Idem sic & meus exagitat Seneca Consolatione ad Helviam cap. 9. *O miserabiles, quorum palatum, nisi ad pretiosos cibos, non excitatur! Pretiosos autem, non eximius sapor, aut aliqua fornicum dulcedo, SED RARI-TAS, ET DIFFICULTAS PARANDI facit.* Ipsummet pluribus & Lucianus in Cynico, quem vide, A. Gelliumque lib. v. 11. cap. 16.

----- *Ultimis ab oris*

*Adraetus securus ----]* Scito, ne quid erres, aevo Petronii haud necessum fuisse maria longinqua petere, ut inde Romam scari adycherentur. Nam tunc temporis Italiae in littore frequentes jam capiebantur. Sati quippe illi in oris Italiae sub Tiberio, unde ingens ipsorum numerus ortus. Ne autem delirium putes, pisces ferri, Plinium satis erit audire plene scarorum hance historiam narrantem lib. 1x. cap. 17. *Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur rumixare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequens. Promontorium*

(Z 3)

Troa-

Troadis Lecton sponte nunquam transit. Inde adve-  
ctos Tiberio Claudio principe Optatus è libertis ejus  
praefectus classis inter Oslensem & Campaniae oram  
sparsos disseminavit. Quinquennio fere cura est ad-  
hibita, ut capti redderentur mari. Postea frequen-  
tes inveniuntur Italiae in littore, non ante ibi capti.  
Admovitque sibi gula saporos, piscibus SATIS, &  
novum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aves  
Romae parere miretur. Plane hoc indicavit infra  
ipsum Arbiter, quum cap. cxix. inquit :

----- Siculo scarus aequore merfus

Ad mensam vivous perducitur.

Nunc igitur scari originem omnino Petronius  
respexit, quum ultimis ab oris, dixit, fuisse Ro-  
man adlatum.

----- Atque arata Syrtis

Si quid naufragio dedit, probatur.] Plane ipse  
infra interpretatur cap. cxix.

Ut renovent per damna famem. -----

Ubi vide quae adtingimus.

----- Amica vincit

Uxorem. -----] Parisimam victoriae huius  
reddit, uti Arbiter, Naso item rationem lib.  
111. de Arte vers. 585.

Hoc est, uxores quod non patiaturs amari :

Convenient illas, quum voluere viri.

Et paullo post vers. 603.

Quae venit ex tuto, minus est accepta voluptas,  
&c.

Aliunde vero amicae praestantiam Amphis in A-  
thamante petivit versibus istis apud Athen. lib.  
x111. cap. 1. [p. 559.]

Εἷς ἡ γυναικὶς ἐστὶν δῆλοναίθερον  
Γαμητῆς ἐταίρου ; πολὺ γὰρ καὶ μάλ' εὐκόλως.  
Ἡ ἀρ νόμον γὰρ καταφρονεῖσ' ἔνδον μένει,  
Ἡ δ' οἶδεν, ἢ καὶ τοῖς ἰσοποῖς ἀνηλέει  
Ἀσθραπῶς ἐστὶν, ἢ αὖτις ἄλλον ἀπιρίον.

Nonne vero magis amica est,

Quam uxor, benevola, & facilis, idque merito?

Uxor namque lege casta domi manet :

Amica vero probe novit, lenitate suavitaeque  
morum

Esse hominem sibi emendum, vel abscondum a-  
lio.

----- Rosa cinnamum veretur.] Optime & hoc-  
ce ad mentem carminis. nam cinnama in Italia  
non erant, uti rosae, vulgaria. Sic de Cinna-  
momo Martial. lib. 1v. Ep. 13.

Tam bene RARA suo miscentur CINNAMA  
nardo.

Rosarum vero tanta erat copia, ut fuisse in Ca-  
labria oppidum, Servius ad 1v. Georg. Virg.  
vers. 119. tradat, in quo uno anno bis nasceretur  
rosa. Erat nimirum Pasylum, eaque propter Vir-  
gilio biferum vocatum, ac postea Martiali Ep. 31.  
lib. x11.

Oblitus officii.] Hoc est, humanitatis, pro-

bitatis, comitatis. Hacce notione saepe & Ci-  
cero utitur hac voce. Sic pro Roscio de Caeci-  
lia loquens matrona insigni: In qua muliere, ju-  
dices, etiam nunc, id quod omnes semper existima-  
verunt, quasi exempli causa, vestigia antiqui officii  
remanent. Vicem interpretationis subeunt, quae  
subdit Arbiter: Mensam quam humanitate posuissim,  
contumelia tollerem.

Mensam, quam humanitate posuissim.] Formula  
convivialis, ponere mensam. Juvenalis Sat. xv.

----- Nec magnè gaudia coenae

Sentirent, positis ad templa & compita mensis.

Retinet adhuc mordicus politissimum Hispanorum  
idioma, quibus pariter, Poner la mesa, dicitur.  
Sic inter convivialia verba ei oppositum, men-  
sam tollere, auferre. Addit Arbiter, contumelia  
tollerem. Plautus Amphitr. Act. 11. sc. 11.

Am. Sine modo argumenta dicat, quid, post-  
quam coenavimus?

At. cv. Te dormire ajebas. Mensa ablata est.

Etiam Hispani, Quitar la mesa.

Cap. XCIV. Maeste virtute esto.] Id est, auctus,  
cumulatusque esto nova virtute, ejus & nunc  
verbis inlustre specimen praebuit. Res jam vul-  
garis est. Locutionis id genus à sacrificiis tractum,  
ubi τῶ μακτῶν utebantur prisci pro magis auctum,  
aeque atque, adultum, ut Nonius in Adolere.  
Sic, maesta hostia, cum frugibus & mola erat. vix  
unquam nisi maesta immolabatur, caedebaturque.  
unde postea maestare pro caedere usurpatum, praeci-  
pue in sacris κατ' ἐσθημισμῶν, vocisque caedere  
ut ita averteret malum omen. Porro recta con-  
structio erat maestus virtute esto, in casu recto,  
non maeste in quinto; sed talis usus est Syntaxeos  
utriusque linguae, ut palam excimilis fecit Jo-  
seph. Scaliger lib. 1. Ep. xx. ad Vertunianum  
Medicum, ubi latiuscule de maeste etiam patrio  
casu ab antiquis scriptoribus usurpato, non solum  
sexto. Addo tamen insuper ego, junctum geni-  
tivo. Martialis lib. x11. Epigr. 6. vs. 7. in-  
quit:

Maeste animi.

Et Silius Italicus lib. x11.

----- Maeste o virtutis acitae.

Forma.] Pulcritudo. Donatus ad illud Andriae  
1. v. 50.

----- Hujus formam, atque aetatem, vides,

ait: Formam enim dicendo pulcritudinem significat.  
Sic antiquorum plures. Tacitus de Caji Pisonis  
uxore: Testamentum foedis adversus Nerone[m] adu-  
lationibus, amori uxoris dedit. Quam degenerem,  
& sola corporis forma commendatam, amici matri-  
monio abstulerat. Ovid. lib. 11. de Art. vers.  
107.

----- Ut ameris, amabilis esto:

Quod tibi non facies, solace forma, dabit.

Saeptus Petronius. cap. cv. Jam Giton mirabili  
forma exarmaverat nautas. Et cap. cxxvi. Nulla

nox est, quae formam ejus possit comprehendere. Ast vide Sirenem.

Ego laudes tuas carminibus implebo.] Poetae quippe, inquit Plato in Minoë, vim maximam in utranque partem, & ad laudandum, & ad vituperandum, habent. Sed latius infra. Sic & Anacreon Cleobalon puerum celebravit carminibus, teste Maximo Tyrio, & in deos suos, ita pueros indigitabat, Hymnos scripsit, Pindari Scholiaste referentibus. Primus vero Orpheus Thrax, uti ex Ovidio colligere est lib. x. Metam. aliisque non paucis.

Ego paedagogus & custos, etiam quo non jussoris, sequar.] Apte ludit in paedagogi antiqua acceptione. inquit Lexicon vetus: παιδαγωγός. Paedagogus, PEDISSEQUUS. Sic & Gitonem nunc persequi pollicetur amator Eumolpus. Etiam & magister paedagogus vocatus. Donatus ad Scenam II. Act. I. Phormionis: magistrum Latini, quem Graeci παιδαγωγόν, adpellant. Magister autem Eumolpus ipse dictus cap. xcix. tanquam bonarum artium magister. Item custos pro paedagogo usurpatus. ita apud Plautum Pseudolo III. II. 76. Horatium de Arte, & alios. quapropter recte conjunxit Arbitr. Martialis ita ad Charidemum paedagogum suam lib. II. Ep. 40.

Cunaru fueras motor, Charidem, mearum:  
Et pueri custos, assiduusque comas.

Jam malo vel carminibus loquaris.] Hoc est, quod carmina, quicquid loquaris, videlicet sint. Ubi & locum habet illud Ovidii satis simile:

Quicquid conabar dicere, versus erat.

Hunc autem Arbitri locum alibi attingimus.

Vide quam non conveniat bis meribus.] Hunc locum supra jam cum altero pari contulimus cap. x. Intelligo nobis convenire non posse. quorum mens, & Syntaxeos forma, prorsus eadem est.

Et jam semicinctio stantem ad parietem spondam vixeram.] Nostquam istam emendationem in textum recepimus, quod stare recte sententia non posset stanti semicinctio. Praeterea quod nobis plane Scioppius suffragaretur notulis manu sui scriptis in libri mei margine. Item quia eadem sit τὰν junxeram, & vixeram scriptura, unde plures errores orti, ut alibi dicimus. Adde insuper illud diversitoris cap. seq. quum inquit: Quis autem grabatum illum erexit? & plura ex sequentibus. Encolpius igitur erexerat omnino, ut exin laqueo penderet. Ast vero si objicis, quomodo, erecta sponda, super lectum se à Gitone praecipitari, dicat ipse Encolpius? Non ideo, etsi de laqueo locus, ad vestim, ut ajunt, res ista redit. Nam ibi certe de stragulis, & lodicibus, quae de lecto tunc deciderant, loquitur Arbitr. Eundem porro

mirifice illustrat simillimi suspendii artificium, magis à Tacito descriptum perspicue in suprema Epicharisti actione, insignis, & constantissimi animi libertinae, lib. xv. Annal. cap. 57. Postero quum ad eosdem cruciatus ei traberetur gestamine sellae (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinculo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto, indidit cervicem; & corporis pondere comissa, tenuem jam spiritum expressit.

Semicinctio.] Munus semicinctii praecingere est. Martialis indicat lib. XIV. Ep. 153. cujus lemma semicinctium:

Det tunicam dives: ego te praecingere possem.

Essem si locuples, munus utrumque darem.

Haec ego Epigrammaticarii interpretum commentationes non curo, Martialis vero sententiam sic plane confirmo. Inquit S. Isidorus lib. XIX. Orig. cap. 33. ubi agit de cingulis: Cinctus est lata zona; & minus lata, semicinctium; & ex utriusque minima cingulum. Cui adciunt Glossae praecae: Semicinctium. ημιζώνιον. & Semicinctium. ὑπόζωμα. Et iterum: ὑπόζωμα. Subcinctum. Uti vero sunt & hac voce τρικινθία S. Cyrillus in Catechesi 18. Nicetas Paphlago in vita Ignatii, & D. Lucas Act. cap. XIX. vers. 12. Quum autem semicinctia cingula angusta omnino sint, quibus sese medios antiquos cinxisse constat perspicue, nescio, an pro pellibus artificum sumi alicubi possint, tinctorum puta, futurum, aliorumque, quae usque ad poplites demissae undique tegerent hominis anteriora, ut voluit Epigrammaticarii quidam interpres. Porro addunt Plinio semicinctia dici ventralia, quod ad nos & optime facit, quum ventralis procul dubio sit pariter cingulum. Colligo ex Glossis, quae sic habent: Ventrile, φάρδαι; & alibi: Ventrile, κολοδισμα, φάρδα. quibus in locis Glossographi veteres vocem Latinam, ventrale, à Latina sunt interpretati. Funda enim Latinum nomen est, non Graecum: nam σπονδων Graecis est, quod Latinis funda. Fundis enim, certum est, majores nos cingulorum loco; quemadmodum apud nos hodie rusticorum mos est, funda lanea medium corpus praecingere. quod & Vulcanius jam pridem observavit, Hispanicae linguae, & consuetudinum haud imperitus. Puto & idem cum semicinctio Plauti cincticulum esse, Bacchidibus III. III. 28. nam illum adulescentis facit, cui proprie minus latum cingulum conveniret. Vocantur & semicinctiorum confectores, semizonarii. Ipse Comicus in Aulularia nominat III. v. 42.

Strophiarii adstant, adstant semizonarii.

Apte tunc ergo apud Arbitrum potuit, funis insaufi officio fungi, Encolpii semicinctium.

In Ascylii hospitio gladium quaevisi.] Illud est ipse

ipſius Gitonis cap. LXXX. *Quod ſi utique, proclamabat, facinore opus eſt, nudo ecce jugulum, convertite buc manus, imprimite mucrones: ego mori debeo, qui amicitiae ſacramentum delevi.*

*Non longe eſſe quærentibus mortem.]* Inluſtratio hujus ſententiæ petenda eſt à divino Seneca extremo libro de Providentia, & cap. 15. lib. III de Ira. ubi opportuna ad hancæ amantium fabulam obviam procedent, ac ſæpius alias.

*Mercenario Eumolpi novaculam rapit.]* Mercenarius iſte *Corax* Satyrico vocatur. cap. cxvii. e-juſ memoria eſt: *Et mercenarius Corax detractor miniſterii.* Erat nimirum tonſor, eaque propter plures habebat novaculas. ſic conſtat ex cap. ciiii. *Mercenarius meus, ut ex novacula comperiftis, tonſor eſt.* & rurius cap. cviii. Encolpius inquit: *Hinc mercenarius tonſor ferramenti ſua nobis, & ipſe armatus, diſtribuit.*

*Mortem mimicam.]* Vera iſthaec aequæ atque elegans lectio ex illa ineptiſſima, *mortem inimicam*, abique nulla mutatione jam olim facta. Quam nunc mortem mimicam adpellat, infra cap. cviii. fatiſ concinne vocat *tragordiam*, ubi nos denuo utriuſque loci conlationem latiuſcule faciſmus.

Cap. XCV. *Molitiſ.]* Diſtium hoc ob grabatum erectum, ut ſupra jam monuimus ad verba cap. xxiii. *fruftra moluit.*

*Fugere nocte in publicum voluiftis.]* Cicero lib. v. in Verrem: *Cleomenes, nunquam NOX erat, tamen in PUBLICO eſſe non audet, includit ſe domi, &c.* Id, quod nox præſtat, nimirum eo temporis ipſos etiam noxios poſſe libere per civitatem vagari, claſſis Romanæ imperator ille Cleomenes non audebat. Unde in Verrem tunc Cicero haud levidentem invidiam concitavit.

*Non viduae.]* Proverbialis ſpecies. Sic Terentius Heautont. v. i. 80.

*Non, ita me Dii ament, auderet hanc facere viduae mulieri,*

*Quæ in me fecit.*

Ubi Eugraphius, ejus vetus interpres, ait: *Facilis enim illuſio eſt in eam, quæ & mulier, & vidua eſt.*

*Inſulam eſſe.]* Feſtus: *Inſulae dictæ proprie, quas non jurguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato, cinguntur.* Tacitus de German. morib. c. xvi. *ſiam quifque domum ſpatio circumdat, nullis cobærentibus ædificiis, more inſularum.* & Donatus ad illud Adelph. Terentii act. iv. ſc. ii.

*Id quidem anguſtorum,*

ait: *domos, vel portus, vel inſulas, veteres dixerunt.* Inſula igitur ſtabulum illud fuit, nam Romæ quidem longe plures ejuſmodi inſulae erant, quam domus, quæ aliis contiguæ intelliguntur in deſcriptionibus Urbis P. Viſtoris,

& Sex. Ruſi, quod vel exinde patet. Pariter nos hodie, *Islas*, vocamus ſimiles proſus ædes ab aliis diſtinctas. Item eccleſias Patres antiqui *inſulas* adpellarunt, quod neceſſario ab omnibus ædibus ſeparatae eſſe Eccleſiæ debuerint. hoc eſt, *οἰκίαι περιουδοοί*, ut Durantus obſervat de Eccleſiæ Catholice ritibus lib. i. vid. S. Cyrilli in comment. Iſai. cap. 24. S. Hieron. lib. xiiii. in Iſaiam cap. 49.

*Sed M. Manicii.]* An diverſitor ipſe, & ſtabularius, M. Manicius vocatus? forſ non male, ut ipſe de ſe ſic magnifice loquatur. quod locutionis genus, ni fallor, apud Comicos ſcriptores, & Tragicos, obſervaram jam olim, uniceque ad villum capitum eſtingitur ingenium.

*Solvitque clamantis frontem.]* Supra jam hunc locum inluſtravimus ad verba illa cap. xxii. *caput fregit.* quod nunc, ſi tanti eſt, potes rurius adire.

*Redditaque ſcordalo vice.]* Prius Eumolpus in cella incluſerat Encolpium, obduſtoque hoſtio, & adempta clave, ad Gitonem inveſtigandum ſine æmulo cucurrit. Nunc vice verſa Encolpius foras Eumolpum excludit, ac præcluſis foribus ſine æmulo itidem & cella utitur & nocte. itaque ſit tempeſtively nactus vindictæ occaſionem ſenis pruriginem ultus eſt pariſſimo eventu, quæ mens eſt horumce verborum. *Scordalus, ferox* D. Iſidoro Gloſſographo eſt, quod jam monuerunt interpretes. Alii interpretantur eum, qui fordes è balneo defert. quiquid autem ſit, Encolpii verbum eſt Eumolpo conviciantis.

*Et nocte.]* Nequam dictum, uti pluribus nequioris notæ ſcriptoribus. Sic tenebricoſus Satyricus II. Sat. verſ. 13.

*Haec ſanctè ut poſcas, Tiberino in gurgite mergit*

*Mane caput bis, terque, & noctem ſumine purgat.*

Ovidius lib. III. Amor. Eleg. II.

*Protinus ut placuit, riſi, noctemque rogavi.*

Et lib. III. de Arte verſ. 609.

*Sed miſcenda tamen venus eſt ſecura timori, Ne tanti noctes non putet eſſe tuas.*

Juvenalis Sat. I.

*Quum te ſubmoveant, qui teſtamenta merentur*

*Noctibus.*

Alii multi. *Noctibus uti* alio ſenſu Plinio juniori lib. III. Ep. 5. ubi de avunculo loquitur. *Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperatorem. nam ille quoque noctibus utebatur.* Hoc eſt, quod de Petronio noſtro Tacitus: *Nam illi dies per ſomnum, nox officiis, & obletamentis vitæ, tranſigebatur.* ubi plura nos de illa antipodum vitæ perverſa conſuetudine.

*Coctores, inſulariique.]* Coctores, coqui, uti inter-

terpretatur Doufa P. *insularis*, insulae custodes, sunt. Pomponius JC. leg. 16. ff. de usu, & habitat. *Dominus proprietatis, etiam invito usufructuario, vel usufructuario, vel fundum, vel aedes, per saltuarium, vel INSULARIUM, CUSTODIRE potest.* De ipsis alias in Jure haud est infrequens memoria.

*Furca de carnario rapta.*] Disce hinc *furcas* olim è carnariis adpensas. Cui vero usui, disce etiam ab Arbitro cap. cxxxv. *Simulque parvum de carnario detulit furca.* Ubi de carnariis loquimur. Et cap. cxxxvi. *Conaequale natalium suorum sineput in carnarium furca reponit.* Rebus igitur superiori loco reponendis perinde, atque hodie fit, olim *furcae* sunt adhibitae.

*Anus praecipue lippa.*] Venuste hic, more suo, Arbitr, summumque insuper proprietate locutus. *Vetulae* namque propter sanguinis defectum admodum sitibundae sunt, ideoque bibacissimae. Unde *multibibae* dicuntur Plauto, & *Mrobibae*, ac pari joco similis quaedam *Mrob* Aufonio, putricaeque aliis. Merum igitur largiter potare, causa est, cur ancillae saepenumero lippitudine laborent, ut ferme omnibus provenit, qui Patri Libero indulgent liberaliter. Ea nunc palam facere lubuit exemplis. Sic apud Ovidium est anus similis insigniter lacrimosa, quae nomen, quum *Dipjas* vocaretur, *ex re habuit*, hoc est, *Sitis ipsa*, lib. 1. Amor. El. VIII. vers. III.

*Quin alban, raramque comam, lacrymosaque vinu.*

*Lumina, rugosus disraberentque genas.*

Ideo plane Heliodorus lib. v. inquit, ἐπιδορο, γὰρ τι πρὸς δακρυον οὖνος. *Minum enim proclives quodammodo in lacrymas efficit.* Et Lucretius expressit lib. III. dum inter alia, quae homini ebrio necessario proveniunt, addit:

*Nant oculi, clamor, &c.*

Ita & Latinae lyrae princeps Horatius, qui vino nimium deditus fuit, lippum se proficitur Sat. v. lib. 1.

*Hic oculis ego nigra meis collyria lippus  
Mlinere.*

Sed ohe, jam fatis haec lippis erunt, ut morbum adgnoscent.

*Sordidissimo linteo praecineta.*] Persii vetus interpres ad illud, *Discinde vernae*, Sat. IV. inquit: *Praecineta tunica linteo amictuntur vernae.* verissime. Itaque frustra est, qui Scholiastem emendabat, & *linteo loco, licto*, substituens. Erat omnino habitus ille ministrantium. Sic DOMITUS Jesus pedes discipulorum lavaturus apud D. Joannem cap. 13. τὴνσι τὰ ἱμάτια, καὶ λαῶν λεπίον διεζωπεν. εἶτα βάλλει τὸ ὕδωρ εἰς τὸν νιπῆρα, καὶ ποζαλο νιπῆειν τὸς ποδας τῶν μαθητῶν, ἃ ἱμαστειν τῶ λεπίου, ὧν διεζωπένος. *Vulgatus Interpres: Ponit vestimenta sua, & , quam accersisset lin-*

*teum, praecinxit se. Deinde misit aquam in pelvim, & coepit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat praecinctus.* At, si bene memini, negotium jam illhoc est praecoccupatum Criticis, ideoque plura testimonia non addo, quum possem fit multa.

*Soleis lignels imparibus imposta.*] An quia clauda, cujus impar ingressus? Prudentius fatis eleganter similem incedendi modum descripsit in Hymno S. Laurentii:

*Et clodus infra to genu,  
Vel crure trunco semipes,  
Breviorve planta ex altera,  
Gressum trahebat impariter.*

Sic ergo jam anus haud impariter incederet, nam ingressus ferme jam factus aequalis esset, quum imparibus soleis crura imponerentur imparia. At ego exillimo, potius sic ancilae sordidissimum ingenium auctorem exprimere amasse, quasi ei hinc inde adsumtae forent seorsim soleae impares. *Lignae* autem *soleae* videlicet sunt, quas Hispani *Zuecos* vocant: & quibus inter ambulandum crepitus editur fatis stridulus, unde claror Catullo Eleg. ad Manlium:

- - - *Arguta conspiciit in solea.*

Hoc est, *in lignea*, ideoque crepitanti. id *argutum* Virgil.

- - - *Argutumque nemus, sinisque loquentes.*

*Canem ingentis magnitudinis catena trobit.*] Ancilla janitrix comitem canem otiosarium sibi in auxilium adfert, de quo supra meminimus. nam ministerio aditum observandi & feminae propositae antiquitus, sed potissimum ancillae. Plautus Curculione Act. 1. sc. 1.

*Anus hic solum cubitare custos janitrix.*

Cap. XCVI. *Caput miserantis stricte acutoque articulo percussit.*] Percussit τῶ κωνδύλῳ pueri Gitonis caput. *Digitum* sic complicatum *talitrum* olim Latini vocabant. Indicat clare Tranquillus Tiberio cap. LXVIII. *Sinistra manu agilior ac validiore, articulis ita firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret.* Perperam igitur qui digitorum sic complicatorum percussione ibi *talitrum* interpretatur, quam potius sit articulus ipse stricte & acutus. Planius adhuc Glossae veteres evincunt: κωνδύλος τοῦ δὲ χειρὸς. *Hoc talitrum*, lege ex Suetonio, *talitrum*. Praeterea Analektorum quidam conlector lib. 1. cap. 11. omnino fallit, dum putat, percussione illam summam ignominiae notam esse apud Petronium: quum vel ex ipso quidem, quando Tranquillus abesset, constaret abunde, tantum fuisse supplicium puerile. id nobis hodie fatis frequens in usu, *Capon*, vulgo à capite nuncupatum. sive à verbo *cape*, quod identidem repetebat percussio.

*Inviviamque Eumolpo, advocatoremque carpendo-*

(Aa)

[Lm.]

ham.] Primum in M. S. repertum fuit: *Injuriamque Eumolpi, advocacionemque.* unde postea Scali-ger F. fecit: *Injuriamque Eumolpi advocacionem commolabam.* fors non male. nam ei omnino confor-  
nat, quod praecesserat: *favobamque vapulanti.* Alii vero, ut in textu repraesentavimus, cujus videtur sensus esse, advocacionem illam, quam Eumolpo commolabat Encolpius, plus injuriae prorsus habere.

*Et veluti quodam cibo me replebam.]* Recte. nam cibus quodammodo oculorum videtur, quod cum voluptate spectatur. Inde antiquorum plures translativae locutiones abortivae, scilicet *oculis comedere, decorare, item oculis reficere, & pascere,* quibus usus Martialis lib. ix. Ep. 6. lib. i. Ep. 97. Appulejus lib. x. Ovidius lib. iii. Amor. El. 11. Cicero non semel, Symmachus lib. v. Ep. 78. Praeterea nos unum aut alterum elegantiore locum attingimus. Facete, more suo, Ep. 78. lib. iv. Iust Martialis:

*Tunc ego non oculos, sed ventrem, pascere veni.*

Cui simile prorsus & illud Senecae est lib. iii. Nat. Quaest. ubi de nullo loquitur: *Et oculos ante, quam gulam, pavit,* & post multa pariter concludit: *Non sunt ad popinam dentibus, & ventre, contenti, oculis quoque gulosi sunt.* Sic & Plautus Poenulo v. iv. 2. *oculis epulas dare,* dixit, ubi plura ejus interpretes, quae non exferibo. Addo tamen in sine nostrum egregium Poëtam Garsiam Lassum, qui Ecloga 2. usurpavit mirifice: *Sus ojas Mantenia de Pintura.*

*Procurator insulae.]* Omnibus Urbis insulis id genus procuratores praefuisse, dementia est cogitare, sed illis tantum, in quibus ob convenientium hospitum frequentiam similes passim excitari rixas, foret proclive, puta cauponiis, stabulis, popinis, & ejusmodi aliis. Sive Major domus servus ille fuit, cui ceteri parerent. similitum namque inprimis summa dignitas fuit etiam apud antiquos.

*A duobus leſticariis perfertur.]* Tenuiorum olim leſticae parvae erant, ut commode à duobus servis possent perferri. Talem nimirum optat sibi Juvenalis verbis illis Sat. ix.

- - - *Et duo fortes*

*De grege Moesorum, qui me cervice locata  
Securum jubeant clamoso insistere Circo.*

Unde manifestarius ejusdem Satyrici poëtae error interpretis, negantis scilicet, leſticam ullam portari à duobus hominibus potuisse. Ampliores quidem divitum ac potentiorum nihil ambigendum à pluribus necessario gestari solitas, puta sex, aut octo mancipiis. Martialis lib. ii. Ep. 81.

*Laxior hexaphoris tua sit leſtica licebit.*

Et lib. vi. Ep. 84.

*Oedophoro Janus portatur, &c.*

*Leſticariis.]* Servis, qui leſticam portabant.

Seneca de Constantia cap. 14. Jcti, Suetonius Caligula cap. LVIII. Scholiastes Juvenalis ad vers. 142. Sat. ix. & saepe prisci lapides. *Bajuli* etiam, & *geruli* dicti. Tertullianus de Virg. veland. Seneca de Benef. lib. iii. 28. Nonnulla autem de leſticis ad cap. XXVIII. supra retulimus. Ita à cathedra *cathedrarios* *servos* vocavit Sidonius Ep. ii. lib. i.

*Contubernalis mea mihi fastum facit, ita, si me amat, maledic illam &c.]* Servile hocce prorsus verbum, & inurbanum, vilique mancipii ingenio adprime conveniens; qui personarum mores mire à Petronio servati. Sententia tamen, si non indecenter usurpetur, neutiquam sperni debet ab honestissimis adolescentibus. ignoscant modo superbientium puellarum emendatissimae formae, ipsarum quippe, si immodici sunt, fastus intolerabiles. Ita & Magister docuit iii. de Arte vers. 509. quod supra jam fuisse persecutus sum. repeto tamen hic opportunum locum:

*Nec minus in vultu damnoſa superbia vestro:  
Comibus est oculis adliciendus amor.*

*Odimus immodicos (experto credite) F.A.  
STUS:*

*Saepe tacens odii semina vultus habet.*

Ast hic nihil insuper addo, de fultu quippe hocce pluries opere in isto locuti sumus. *Contubernalis* vero haud incommode accipi potest de uxore Bargatae. Vulgo quippe notum est, uxores servorum *contubernales* in jure adpellari, connubium *contubernium*; idque sat multi veteres Juriconsulti testantur disertim, aliique optima notae scriptores.

*Maledic illam versibus, ut habeat pudorem, &c.]* Infra hunc locum attingimus ad verba cap. cxii. *Et homo dicacissimus carminibus vindicaret.* Nemo autem, ut Celtiberus Epigrammaticus, expressit loco interpretibus jam designato, mihi etiam animadverso quoque jam pridem. Apte ergo inquit ad Fulgentium Calliope lib. i. Mytholog. *Nescis, Fulgenti, rudis accola Pieridum, quantum Satyram matronae formident.*

Cap. XCVII. *Cum servo publico.]* *Ministeria publica* vocat Labeo leg. ii. de Serv. fug. Appulejus lib. x. Metam. Alii vero prorsus erant servi illi publici à licitoribus. licet eis quoque tribuat Arbiter *secures.* Aperte innuit antiquum Senatusconsultum apud Frontinum lib. de Aqueductib. *PLACERE SENATUI, EOS, QUI AQUIS PUBLICIS PRAESENT, QUUM EJUS REI CAUSA EXTRA URBEM ESSENT, LICTORES BINOS, ET SERVOS PUBLICOS TERNOS, &c. HABERE.* Item Appulejus extremo lib. ix. qui locus & huic Petroniano parissimus: *Postremum magistratibus placuit, obstinate denegantem scrutinio detegere. Immissis itaque licitoribus, ceterisque publicis ministeriis, angulatim cuncta sedulo perlustrari jubent.* En quomodo servi publici rerum deperditarum

con.



conquisitioni adhiberentur olim, quod auctoribus, qui de fervis scripserunt, praetermissum fuit. Sic illos definitivè Catanæus, *reipublicæ nomine entos, & publicis usibus infervientes.* Titus Popma, officium, & ministerium publicum sacerdotibus, magistratibus, & populo exhibentes. Ea autem officia, & ministeria plures recensent, praefertim vero ipsius Popma, & Pignorius. Postea servum publicum viatorem adpellat Petronius. Itaque ex dictis colligere licet, licitoris, servi publici, ac viatoris, munia promiscua fuisse.

*Facem quaesant.]* Martialis Ep. 43. lib. VIII. *Funeræque toris quaesat uterque facem.*

Propertius lib. I. El. 3. *Et quaterent sera nocte facem pueri.*

Opportune verò Arbitr adhibet facem, nam plena nocte tota isthaec fabula acta. Ipse saepius testatur. supra cap. XCII. *Et jam plena nox erat, mulierque coenæ mandata curaverat, quum Eumolpus hostium pulsat.* & cap. xev. *Fugere nocte in publicum voluistis.* & post pauca: *Et cella utor & nocte.* Ac denique in fabulae exodio cap. XCIX. *Et moraris, inquit, Eumolpe, tanquam prope diem ignores.*

*Haec proclamavit: Puer in balneo &c.]* Duplex mos inquirendi amissæ olim solennis, etiam hic ex Petronio ediscendus: Per praeconem nimirum, & per conquisitores à praetore impetratos. proclamationis, praeconive, aut praedicationis antiquae eximium exemplum praefens hocce Petronii est, cui parissimum Appulejus habet lib. VI. Fabulae Milesiæ, ubi Venus Pitychem investigat Mercurio pracone, *qui sic mandatae praedicationis munus exsequabatur: Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychem, conveniat retro metas Marras Mercurium praedicatorum; accepturus indicii nomine ab ipsa Venere septem saria suavia, & unum blandientis adpressu linguae longe mellitum.* Quod indicium haud semel à Venere promissum. Sic apud Moschum Amore fugitivo:

Ο μαντοπας γέρας ἔχει.  
Μισθός τοι τὸ φίλαγμα τὸ κούριδ' ἔστι. ἢ δ' ἀγέρας νιν,  
Οὐ γυμνὸν τὸ φίλαγμα, τὸ δ', ὃ ξένοι, καὶ πολέων ἔξαις.

----- Dulce index munus habebit,  
Basilolum Veneris, quod si ipsum adduxeris,  
Nan tibi basilolum simplex dabo; at amplius addam.

Per conquisitores autem investigationem haud dubio & Petronius subindicavit sequentibus paulo infra hoc capite, *Interim Aescyrtos, ut pererraret omnes cum viatore cellas, venit ad meam, &c.*

Planius vero Plautus expressit consuetudinem, simul primorem contingens, in Mercatore extrema Scena IV. Act. III.

*Certum est praeconem jubere, jam quantum est conductor,*  
*Qui illam investigent, qui inveniant. Post ad praetorem illic*  
*Ibo, orabo, ut conquisitores det mihi in vicis omnibus.*  
*Nam mihi nihil reliqui quicquam aliud jam esse intelligo.*

Porro & tertium quoque modum animadvertere licet ex Propertio, qui per scedulam erat alicui columnae adixam. diserte enim edocet lib. III. extrema El. 23. tabellas quaerens amissas.

*Crispus.]* Crispitudo olim non leviter pulcritudinem augebat. facetissimus Martialis lib. V. Ep. 62.

*Crispinus iste quis est, uxori semper adbaeret*  
*Qui, Mariane, tuae? Crispulus iste quis est?*

Sic & Theophylactus Simoc. in Epist. amat. loquens etiam de formoso juvene, & Moschus Idyll. de Amore fugitivo.

*Indicium.]* Praemium indicanti, Hispanis, *Hal-latsgo.* Ulpianus leg. 4. de Cond. ob turp. cau. *Si tibi indicium dederò, ut fugitivum meum indices, vel furem rerum mearum, &c.* Supra Appulejus lib. VI. *Metam. Accepturus indicii nomine ab ipsa Venere septem saria, &c.*

*Ut raptim grabatum subiret.]* Idem infra cap. CXL. *Ut lectum, in quo ipse jacebat, subiret.* ubi iterum nos latiuscule loca conferimus.

*Institis.]* Pauperum lecti, grabatique, funibus tenti. Funes vero illi *institae* vocatae, *fasciae, restes, resticulae, fasciolae, vincula, & cadurca.* Sunt & apud nos utique adhuc tenuiorum similes lecti, qui vulgo hodie adpellantur, *Camas de Cordeloc.*

*Sicut olim Ulyxes pro arido adbaesset.]* Si ποροτυπος ἔτι ἢ γυμνατος Gitoniani Ulyxes olim exstitit in Cyclopiis antro, quum graviter effugium suum comminisceretur: ab Ulyxe ergo ipso petenda est ejusdem schematis ratio, ut apertius pateat ejus rei Petroniana descriptio. Idem autem Ulyxes apud Homerum expressit haud obscure lib. IX. Odyssæae vers. 431. quod miror, obvium quum sit, & huc (quod caput rei est) maxime conducat, interpretes non retulisse:

Αὐτὰρ ἔργαγε  
(Ἄρνεϊός γδ' εἶν' ἄλλων ὄχ' ἄριστος ἀπάντων)  
Τὸ κ' ἔωπα λαβὼν, λαοτῶν ὑπὸ γκερῶ  
ἐλευθεῖς  
Κεῖμ' αὐτὰρ χερσὶν ἄνω θεσπεσίῳ  
Ναλωμένως σρεφθεῖς ἐχόμεν' τετλήτι θυμῶ.  
(Aa 2) ----- Ce.

----- Ceterum ego  
(Aries enim erat pecudum longe optimus omnium)

Hujus tergum adripiens (hoc est, hunc supra dorsum [scilicet meum] aptans, ut Volaterranus interpretatur) villosum sub ventrem delapsus

Pendebam ceterum masculis lanam preciosissimam  
Firmiter implicitus tenebam audaci animo.

Lectulum vestimentis implevi.] Id est, stragulis, & loricibus, quae grabato erecto exciderant. Vere, nam antea dixit diversitor: *Quis autem grabatum illum crevit?* Culcitrae enim, & stragula, quibus sternebantur tori, dictae olim *vestes*. Terentius in Heautontim. v. 1.

*Hic est intro lectus, vestimentis stratus est.*  
Horatius in polidissimo murum apologo lib. 11. Sat. vi. vers. 102.

----- Ru'ro ubi cecco

*Tincta super lectus canderet vestis churnos.*

Et Ovidius ad puellum corpore pusillam lib. 111. Art. Amor. vers. 265.

*Hic quoque ne possit furi mensura cubantis  
Insecta laevant fac tibi veste pedes.*

Loco illarum vestium, stragulorum, inquam, & culcitrarum, plumatis pulvinaribus hodie effariuntur lecti.

*Uniusque hominis vestigium.*] Hoc est, unicum vestigium, quod apte dictum; nam duo in lectis vestigia remanentia signa voluptatis transactae fuisse habita praesens amatoribus, certaue haud viduarum, immo potius plane impudicarum, noetium indicia. sic sequentia testimonia ostendunt. Tibullus lib. 1. El. 9.

*Semper sunt externa tuo vestigia lecto.*

Quod & Livius similiter dixerat lib. 1. *vestigia, Collatine, alieni viri in lecto sunt tuo.* Nec hujus Magister oblitus 111. de Arte, & Eleg. VIII. lib. 1. Amor.

*Ille viri videat toto vestigia lecto.*

Item Propertius lib. 11. El. 9.

*Nec domina ulla meo ponet vestigia lecto.*

*Amolitur Afcyltos invidiam.*] Obfervo duobus in locis invidiam Petronio pro calumnia usurpanti, hic, & cap. ci. *Inundatus hac Eumolpus invidia.* Inquit Nonius: *Est enim calumnia malitiosa & mendax insanatic.* Mendax ergo est & malitiosa, quam Afcylto Encolpius imponit; mendax, quam Eumolpo. Ideo uterque continuo se purgant ab ea, ille, *Et se vero nil aliud quam fugitivum suum dixit quaerere, mortem nec hominis concupisse,* &c. iste, *jurat per deos deaque se neque scire, quid acciderit, nec allum dolum malum consilio adhibuisse,* &c. Parisine usus etiam haec notione Symmachus lib. VII. Ep. 16. *Vicem sermonis mei desiderasse te, gaudeo: sed AMOLIOR INVIDIAM negligentiae.* & sequentia, quae excusationis sunt. Ita & Appu-

leus in Apologia: *Mibi jam dudum satis est, si non modo crimina obiecta plenissime dilui, verum etiam radicem hujus judicii, id est, haereditatis quaestae INVIDIAM, funditus substuli.*

Cap. XCVIII. *Sed raptam cauponi barundinem.*] Hic interpretes cauponem malis avibus cum janitore confundunt, ostiariove, cujus gestamen (quod harundo Petronio est, ut ex cap. cxxxiv. constat, *virga Senecae cap. 15. de Constantia sapientis*) nunc quoque ab ostio raptum tribuunt diversitori. Longe enim diversa fuit (de matricie ego ejus, formave, non loquor) cauponis virga, aut harundo. Eius namque illud insigne ejusdem puto notae fuisse cum illo, quod familiae praefectum gestasse, jampridem ego observabam apud Ammianum. Sic ergo inquit lib. XIV. cap. 17. dum sequitoris aevi peritringit corruptos mores: *Utique praeliorum periti rectores, primo ceteras densas opponunt, & fortes, deinde leves armaturas, post jaculatoras, ultimasque subsidiales acies, si fors adegerit, invasuras: ita PRAEPOSITIS urbanae FAMILIAE suspensae digerentibus sollicito, QUOS INSIGNES FACIUNT VIRGAE DEXTRIS APTATAE, velut tessera data castrensi, &c.*

*Ipsos cimices tangebant.*] Libere hic ineptissimam vocem expunximus *Scyniphes*, ejus in locum verissimam substituentes, *cimices*, quos miror tot nasutos interpretes non bulfecisse, quum minus gravi odore sese praebant agnoscendos vel ipsis naribus simis. Scyniphes enim in lectorum lignis locum non habent, maxime vero cimices; in diversorilis potissimum, pauperumve grabatis. Facete innuit Martialis lib. XI. Ep. 33.

*Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus, &c.*

Et Epigr. 57.

*Et teges, & cinex, & nudi sponda grabati.*

Ut constantiam igitur extolleret Encolpius, animalcula foedissima, & diu quoque fastidenda, ut Plinium usurpem, ab ipso puero, ait, ore attingi, & nihilominus tamen non mustitare, vel tantillum hiscere. quae ingens est exaggeratio.

*Ne morientes vellet occidere.*] Nam cui non est mors una satis? uti ait Arbuter ipus cap. cviii. qui duo loci conlati invicem lucem accipiunt. Ideo igitur morientes (mens haec est Petronii) supervacaneum occidere, quia cuique mors una satis est. At, *morientem occidere, volunt Paroemiographi proverbium sapere, ut ἡμῶν ἐπιλαβῆναι, mortuum necare, apud Sophoclem. Et τῆς τελευτήτος ἀπαρῆνευεν, defuncto occidere, apud Aristophanem ἐν Ὀργισσι. Et, jugulare mortuos, apud Laertium.*

*Ut grabatum concuteret.*] Eleganter dictum. Sic etiam Juvenalis dixit de lecti nequam motu Sat. vi.

*Antiquum & vetus est, alienum, Postume, lectum  
Concutere.*

*Salvere Gytona jubet.*] Plus satis interpretes de sternuentium salutatione, & nos insuper adducere possemus non pauca: omittimus tamen, quia pluribus acta res est. nuper vero latiuscule à famiano Strada Romano lib. 111. Prolusion. Academicar. Praelect. 4. Nae Aristoteles cuique fundus erit hujusce dissertationis. ipse enim variis in locis reddit rationes plures, cur sternuentes salutentur. vide Sect. 23. Problem. 7. & 9. & Sect. 33. Prob. 9. ac lib. 1. de Hist. Animal. Lepido autem cum tetrasticho Ammiani, Graeci Epigrammatici, hinc lubet discedere, quod in Proclum quemdam insigniter nasutum scriptum olim fuit, ex Anthol. Graec. lib. 11. cap. x111. Ep. 11.

Οὐ δύναται τῆ χειρὶ Πρόκλῳ τὴν ᾤν' ἀπύπτου

Τῆς ἰνὸς ᾗ ἔχει τὴν χεῖρα μικροτέρῳ.

Οὐδὲ λαγύη, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πικρῆ· ἃ ᾗ ἀκούει  
Τῆς ἰνὸς· πολὺ ᾗ τῆς ἀκούης ἀτέχει.

Sic Henricus Stephanus Latinum fecit:

*Haud manibus Proclus potis est emungere nasum,*

*Nam Procli nasus longior est manibus.*

*Invocat baudque Jovem, quom sternuit. auribus istum*

*Tam procul a naso non caesit ille sonum.*

*Videt Ulyxem, cui vel esuriens Cyclops potuisset parcere.*] Notum hocce totum ex Homero lib. 1x. Odyssæae, ejus & Petronius meminit cap. ci. *Et, fingite, inquit, nos antrum Cyclopi intrasse, &c.* ubi & nos leviter figmentum illud adtingimus.

*Primum araneis.*] De telis, dictum, ut passim omnibus. Afranius:

*Tanne arcula tua plena est aranearum.*

Quod cum Graecis habuere Latini commune. Medicina etiam vulgaris. Illud autem, inter alia Alagabali, deliramentum, non item. inquit de ipso Lampridius cap. xxvi. *Jocabatur sane ita cum Jervis, ut eos juberet millena pondo sibi aranearum deferre proposito praemio. collegisseque dicitur decem millia pondo aranearum, dicens, & hinc intelligendum, quam magna esset Roma.*

*Utinam me solum inimicus ignis hauriret, utinam hibernum invaderet mare.*] Parissimus est superior locus cap. lxxx1. Ergo me non ruina terra potuit haurire? Non iratum innocentibus mare? Mutuam enim lucem accipiunt uterque conlati. nam ignis ille indubie sub pegmate fuit, ubi uterque imposti Encolpius, & Giton, & cujus ruina utriusque salutaris: De eademmet ergo machina duo loci haud dubitanter accipiendi, de illa, inquam, cujus & antierius cap. ix. jam meminit, ubi

etiam nos magis abunde loquimur. Sequens evincit: *arenæ impositi.* Nunc primum à nobis locus iste acceptit clarorem.

*Invaderet mare.*] Id est, devoraret. Saepè hac notione sumtum olim verbum, *invadere.* Tertullianus de Pallio cap. 5. *Servos murensis invadendos objectabat Volius Pollio.* ubi Claudius Salmasius plura contrahit exempla. Hocce in germario illo loco Arbiter palam facit: *Haurire me non potuit mare?*

Cap. XCIX. *Et ubique vixi, ut ultimam quamque lucem tanquam non redituram consumerem.*] Saepè contigit, ut idem placitum longe diverse caperetur à diversis Philosophis. Sic hocce, quod effert Eumolpus, aliter ab Epicureis fumebant Stoici. Utrorumque sententiam è Seneca cape Ep. 12. *Itaque sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet atque expleat vitam.* En Petroniana sententia aureis Philosophi verbis concepta. progreditur autem diversimode eam interpretari. Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, quom vino & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentaret, sic in cubiculum ferebatur à coena, ut inter plausus excoletorum hoc ad symphoniam caneretur, *βέλους, βέλους.* nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus, & in somnum ituri, lacti hilarisque dicemus:

*VIXI, & quem dederat cursum fortuna, peregi.*

*Craftinum si adjecerit Deus, lacti recipiamus. Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui craftinum sine sollicitudine expectat.* Quorum autem agmen insequeretur Petronius, satis palam jam fecimus in Praeludiis. Ratio autem Eumolpi diversa prorsus in praesentia est. nam Neronem ille repraesentat; & facile, puto, cuique probabitur, eum Principem sedaneum fuisse Epicureae familiae, cujus insignis exstitit olim error existimantis, animas cum corporibus interire. Quid ergo aliud est, ultimum quemque diem tanquam supremum deliciosissime consumere, nisi exsertim profiteri, reliquum in toto homine vitae quom nihil sit post corporis interitum, illud saltem vitabile auræ exiguum spatium summa esse cum voluptate transigendum. Hinc plures antiquorum, qua Graeci, qua Latini, saepissime moverunt, quom in hacce dubiae fidei vita non essent deliciae procraftinandae. Duo ergo tantum referam ex ipsis testimonia, quom possem sat plura. Facetissime omnium lib. v. Martialis Ep. 56. in hunc modum ad Posthumum inquit, ubi & ficto nomini suus lepor inest, illum vero utique adhuc non senserunt ejus interpretes:

*Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.*

*Dic mihi cras istud, Postume, quando venit?*

Quam longe cras istud ubi est, aut unde petendum?

Numquid apud Parthos, Armeniosque latet?  
Jam cras istud habet Priami, vel Nestoris, annos.

Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?

Cras vives: hodie jam vivere, Posthume, seruum est.

Ille sapit, quisquis, Posthume, VIXIT heri.  
Et Anacreon pariter:

Τὸ σήμερον μέλει μοι,  
Τὸ δ' αὔριον ἕς ὁ θεός;  
Hodierna curo tantum:  
Quis cras futura novit?

Luce[m.] Lux pro die pluribus, ut tenebrae pariter pro nocte. Ipse Arbiter cap. civ.

Quicquid luce fuit, tenebris agit. -----  
Aliis in re nota propterant parcimus. Item lux pro vita Petronius cap. xciv. Mique a fatali jam meta revocavit ad lucem. Unde Rhetoris patet argutia, quae in vocis est ambiguitate, apud Calpurnium Flaccum Declam. 42. quae est de Raptore excaecato: Erecta autem mihi lux est ante quam morerer.

Tantum omnem scabitudinem animo, tanquam bonarum artium magister, deleret, sine cicatrice, &c.] Eademmet sententiam innuere voluisse Pythagoram quodam symbolo auctor est Clemens Alexandrinus lib. v. Stromat. Πάλιν ὁ Πυθαγόρας, ἔχων τὴν ἀσπίδα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐν τῇ σποδῷ τύπον μὴ ἀπλοῦν, ἀλλὰ τυγγεῖν, ἀσπιδίου, καὶ ταράττειν ἀναστάντας ἐξ ὄντος ἐς τράματα. ἢ ὅτι τὸν ἀσπίδων μόνον δεῖν ἡλιπίετο, ἀλλὰ καὶ ὄντος ἔχειν ἀπολιπίε. ἐπὶ δὲ ἀναζέτατα πικρῶνται, καὶ δὲ αὐτῶν, καὶ πάντων ἀταλίσσειν μνηστικῶν. Rufus Pythagoras, olla ab igne sublatā, praecipit, non relinquere figuram in cinere, sed eam confundere: & qui surgunt e cubili, conturbare stragula. Tacite enim significabat, non solum esse delendam fastum, & superbiam, sed ne irae quidem relinquendum esse vestigium. Quam autem ebullire cessaverit, eam esse componendam, & omnem esse delendam injuriae memoriam. Refert etiam Plutarchus Quaestionibus Convivialibus. Mirifice autem locus facit ad Petronii illustrationem, de quo & supra locuti jam sumus. Cicatrix hic Arbitro irae vestigium est.

Tanquam bonarum artium magister.] Plinius lib. xx. cap. 14. Cato omnium bonarum artium magister. Addit, deleret sine cicatrice, &c. quod scit dictum est ad poetam eruditum, cujus animus cultiori ac placida doctrina excultus nescit omnino difficiles ac tetricos mores. Ea mens Ovidii est III. de Arte vers. 545. eleganter expressa de vatibus itidem loquentis:

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,  
Et studio mores convenienter eunt.

Ecce etiam osculo iram finio.] Osculum olim amicitiae habitum pignus solenne. adpositissime Plautus in Poenulo Act. 1. scen. 11.

Non sum iratus. AG. Da ergo, ut credam, javium.

Nunc autem, ut iterum Eumolpus osculetur Gitonem, amicitiae foedus osculis sancire dissimulata nequitia adgreditur. Foedera enim quum pacitabantur antiqui (saepius post bella id factum) sese mutuo osculantis obstringebant. Sic Petronius cap. cix. pacato jam civili illo in Liccae navi bello. In haec verba foederibus compositis arma deponimus: & ne residua in animis etiam post jusjurandum ira remaneret, praeterita aboleri osculis placet. Praeterea equidem apud Heliodorum observo, caput osculari, blanditias fuisse gratias agentis, adsentantisque. Ita lib. v. Calafridi blanditur Phoenicius mercator, quod illi Charicliam desponderat. Ἰπερηδὴν τῶν ἀκροῦσας, καὶ, εὐγε ὦ πατήρ, ἔσθ, καὶ ἄνα ἰδίαι σπασίαν τὴν κεφαλὴν. Vehementer est delectatus, his auditis: & recte pater, inquit: simulque accedens caput osculabatur. Et paulo ante ubi Nauficles Mitrani adsentatur, gratesque agit, ac simulat nimirum, ejusdem Mitrani beneficio suam Thisben jam recuperasse: Τότε προσδραμὸν ἰδίαι τε ποτὰ τὴν κεφαλὴν ἔμιτρανε, &c. Tunc adcurrrens ille (Nauficles) osculabatur diu Mitrani caput, &c.

Itaque, quod bene eveniat, expedite, &c.] Fausta omnibus fere rebus auspiciandis olim praecatio isthaec adhibita: Quod bene eveniat. Cato de re Rust. cap. 141. Impera Suovitautilia circummagi cum diis volentibus; quodque bene eveniat, mando tibi Mani. Et Arbiter habet cap. cxvii. hisce verbis: His itaque ordinatis, Quod bene feliciterque eveniret, praecati deos. Ita & Cicero lib. iv. Ep. Fam. 14. ad Plancium: Alteris dicebas, te velle, quae egissem, bene ac feliciter evenire. Plura exempla Brissonius congestit lib. 1. de Form.

Expedite.] Conligite, Nonius.

Barbis horrentibus nauta.] Mirae res Arbiter exprimit, ipsas omnino intueri, me-Hercules, facit. Habitus ille plane rusticorum est, incultorumque, puta nautarum, agricolarum, &c. Martialis lib. III. Ep. 48. idem innuit:

Seras putator horridus refert uvae.

Idem Hippocentaurō dedit D. Hieronymus in vita S. Paulli primi Eremitae: Inter horrentia orafotis blandum quaesivit eloquium. Graphice Varro effinxit lib. v. de L. L. In corpore pili, ut arista in spica hordei, horrent. Transulit & eleganter Dracontius in Hexaëmer. quum terram fecit rupibus horridam, ut pilis Petronius nautam.

Pars datur in tumulos, pars aspera rupibus horret.

Praeterea, etiam qui macri, horripili sunt, & squallidi. ideo Vegetius lib. 1. de Re Veterinaria cap. 3.

cap. 3. *Et gracilis borrentibus pilis*, inquit. Qui corporis habitus vel ideo sane convenit insigniter nautis, quod à marina fallugine semper illis fore maeritudo proveniat. Mirifica vox id nobis exprimit, *Herigado*, ducta ab hericio animaleulo spinis horrido. *Barbis* pro barba Latinissimus juxta ac Hispanissimus est.

*Et moraris, inquit, tanquam prope diem igneres.*] Expressi hic mores nautarum, qui sive, ut paratos vectores habeant, simulant festinare; sive, *quaeque sui causa*, ut inquit Cic. Ep. 9. lib. xvi. Fam. Nemo autem ut Plautus id repraesentavit in *Milite*, ubi Pleusides nautum simulans ornatu exit naulerico, urgetque Philocomasium Act. iv. scen. vii. Ibi plura in femininarum mores lepida convicia sunt, ac denique subdit:

- - - *Philocomasium quaerito,*

*A matre illius venio: si itura est, eat:*

*Omnes moratur: navim cujusvis jolere.*

At, *prope diem*, jam olim emendarunt recte viri eruditi.

*Mercenarium sum jam olim dormientem.*] Tonfor enim est, alibi *Corax* vocatus, de quo in Satirico, & in Commentis, haud semel mentio fit. Supra & de Syris illis somnum mentientibus pariter dixerat cap. xxii. *Et slertere tanquam olim dormientes coeperunt.*

*In altum comsono.*] Alia scriptura, *in alutam*, nec inepte, uti infra cap. cii. *Ego vos in duas jam pelles conjiciam, vinctisque loris inter vestimenta pro sarcinis habebō.* Ubi & videndi interpretes. Id vero *institum comsono*, quod litteratus vir comminifecit, interpretaturque *inlatum*, id est, ἐμολογήσθαι, non placet.

*Et adoratis sideribus intro navigium.*] Quae isthaec sidera? Equidem *Geminos* adfero illios *Ledaes*, quos sic Statius precatur lib. iiii. Sylv. Propempt. Metii Celeris:

- - - *Proferre benigna*

*SIDERA, & antennae gemino confidite cornu,*  
&c.

Et Horatius cum aliis navigantium Diis Od. iii. lib. i.

*Sic te diva potens Cypro,*

*Sic fratres Helenas, lucida SIDERA.*

Quo & illud Plutarchi facit in *Theseo*, quaerentis nimirum, cur *Tyndaridae* ipsi *Araes* adpellarentur: *Εισι δὲ οἱ λεγομένης, διὰ τὴν τῶν ἀστῶν ἐπιφθεῖαν Ἀνακας, ὀνομάζουσαι. τὸ γὰρ ἄνω τους Ἀστῆρας, ἀνεκας ὀνομάζουσι.* Sunt autem, qui dicunt, sic nuncupatos propter siderum splendorem, nam *νω*, quod est *supra*, sive *supra*, *Atbeniensēs* ἀνεκας ajunt. Ceterum *Veneris sidus* haud indigne potuit navigaturienti adorari, quia *sidus Veneris* navigationi prosperum, agnovit *Aero*. ex illo fortasse ortum, quod narrat *Varro* lib. ii. *Antiq. rerum*

*divinar. Aeneam Troja profectum, Veneris per diem stellam semper vidisse, donec in Laurentium agrum venit, ubi non est amplius visa.* Fuere praeterea nautis & plures quondam alii dii salutare. *Aeolus*, teste uti supra *Horatio*: *Apollo* *Ἐμπεριος* *Apollonio* lib. i. vers. 359. Et *Νηοτοος* *Apollō*, hoc est, *navium fenerator*, eodem *Apollonio* lib. ii. Eidemque etiam dicitur *αυτιος*. & *Ἰπαστος*, hoc est, *littoralis*. Etiam *Hercules*. nam, ut *Hyginus* refert, non desuit, qui *Dioseuros* *Herculem*, & *Apollinem* fecerit; non *Castorem*, & *Pollucem*: Item *Isis*, *Luciano* auctore *Deorum Dialogis*, & *Juvenale* Sat. xii. vers. 26. *Tibullo*que: *Nymphae* item *marinae*; quas precantur plures apud *Sophoclem* extremo *Philoctete*: *Ac Lares pernerini* (qui *παι οιατῆριος* in *Glossis* vocantur) *Livio* lib. xl. Et qui *Dii littorales* *Catullo* dicuntur *Carin*. 4. *Priapus*que ut infra ostendimus. Ac denique omnes *Dii marini*, quorum longa vulgatioque progenies.

Cap. C. *Insti.*] *Eumolpo*. In animum namque *Encolpii* redierat morbus zelotypiae: nec mirum enim. amoris quippe ingenium tale omnino est, ideoque cap. praeced. ipse jam apte praedixerat, *Non esse in amantium potestate furiojam aemulationem.*

*Sol omnibus lucret.*] Id est, *in publico*, ut postea de aquis noster, & *Seneca* infra laudandus *Natural*. Quaesit. Hinc *lux Arnobio* lib. i. *Quis, ut subiectas res cernere, ut contredare, ut considerare possitis, publicum istud lumen dedit?* Vide autem *Senecam* de *Beneficiis*. Addit *Arbiter*: *Luna innumerabilibus comitata sideribus*, &c. cui integro loco consonum valde illud *Martialis* est Ep. 27. lib. ix.

*Quod, rogo, quod scelus est, mollem spectare*  
*MINISTRUM?*

*Afflicimus SOLEM, SIDERA, templa,*  
*DEOS.*

*In publico tamen manant.*] Sic parissime *Seneca* lib. iv. *Natural*. Quaesit. cap. 13. *Neronis decessum*, suppresso tamen nomine, insectans: *Hoc, quod illa (natura) fluxit & patere omnibus voluit, cujus haustum vitae publicum fecit: hoc quod tam boni, quam feris, avibusque, & inertissimis animalibus, in usum large ac beate profudit, contra se ingeniosa luxuria redegit ad precium.*

*Solus ergo amor furtum potius, quam praemium.*] *Acumen*, quod hic ex *furti* & *praemii* oppositio-  
ne quaesivit *Janus Guilielmus* cap. i. in *Menaechmos* *Plauti*, non parvi faciendum. eo enim mirifice induxit loco haud perspicuo. *Symbolae* quoque illius meminerunt. Nos insuper opportune addimus, *furtum* passim dici *praeicis* scriptoribus de amoris opere, venerisque. ex potioribus nunc hocce adlucuit referre. *Catullus*. El. ad *Mallium*:

*Quae*

Quae tamen est uno non est contenta Catullo,  
Rara verecundae furta feremus herae.

Elegantior Tibullus El. 2. lib. 1.

Parcite luminibus, seu vir, seu femina fias  
Obvia, celari vult sua furta Venus.

Propertius lib. 11. 23.

- - - Nolim furta pudica tori.

Saeptus Martialis Ep. 35. lib. 1. ad Lesbiam:

- - - Nec tua furta tegis.

Ovidius Ep. Leandri ad Heronem:

Interca dum cuncta negant ventique fratrum  
que.

Mente agito furti tempora prima mei.

Inde furtivos amores vocavit Catullus, furtivam  
noctem Ovidius. & furtivos jocos. Frustra autem  
erunt, qui dicunt de adulterio tantum dictum  
fuisse furtum. De ipsa namque veteribus conce-  
ssa venere diserte Ovidius 1. de Arte vers.  
33.

Nos tenerem tutam, concessaque furta, ca-  
nemus,

Inque meo nullum carmine crimen erit.

Immo vero nolo habere bona, nisi quibus populus  
inviderit.] Alibi & hunc locum inlustramus. Hic  
vero, bona, pulcrum amasium equidem amasiam-  
ve interpretor. Sic Propertium capio lib. 11.  
El. 3. ubi impense admodum Cynthiae dotes mi-  
ratur.

Non, non bumani sunt partus talia dona:

Ista decem menses non peperere bona.

Contraria autem ex diametro erat Tibullo mens,  
nolebat quippe omnino habere bona, quibus pop-  
ulus invideret. Sic lib. 1v. ad amicam Carm.  
MIII. v. 6.

Aequo utinam posses uni mihi bella videri:

Displiceas aliis, sic ego tutus ero.

Nil opus INVIDIA est, procul absit gloria  
VULGI: &c.

Planius adhuc mentis Tibulli rationem reddit Au-  
fonius Epig. 70.

Deformem quidam te dicunt, Crispa, at ego istud

Nescio, mi pulcra es, iudice me satis est.

Quin etiam cupio, junctus quia zelus amoris  
est,

Ut videre aliis foeda, decora mihi.

Vietus, & senex.] Proba haec lectio. inquit  
Festi Epitomator: Vietus, languidus, sine vi, &  
naturalibus privatus viribus. Sic Terentius in  
Eunocho:

Hic est vetus, vietus, veterinosus senex.

Ad quem locum ait Donatus: Araneae vestem  
Lucretius vietam adpellat putri mollitie praeditam.  
Plura Zinzerlingus cumulat cap. 6. Promulsid.

Diffidentem.] Jam dudum est, quum ego lege-  
rem hic diffidentem. mirifice enim ad mentem En-  
colpii, verbis praecedentibus conceptam, facit  
legitima scriptura. Omnino de senis frugalitate  
Encolpius diffidebat, pariterque de fide erga i-

psium servanda: solatium tamen suspiciosae amo-  
ris sui sollicitudini quaerebat, dum, falso licet,  
ambibat sibi persuadere, prae senilis aetatis inertia  
minime injuriam Gitoni Eumolpum esse factu-  
rum. Id igitur prorsus est, fraudare animum dif-  
fidentem. nam cum Encolpius haberet animum de  
Eumolpi amicitiae fide plane diffidentem, falle-  
bat se ad rem composito similis imbecillitatis so-  
latio. Juvant & verba: Hoc, id est, Eumolpi  
imbecillitatem, ut infra fiduciam posui. quod est,  
ac si diceret, postquam de fide Eumolpi despera-  
vi, solatium id ex ejus senectae petitum anxius  
amator aucupatus sum. Nostrae autem emenda-  
tionis Douzam P. Meursiumque invenii approba-  
tores: eaque propter, ac facile, quippe (quod  
caput est) commissum illud plane fuit mendum,  
novam lectionem in textum recepi haud cuncta-  
bundus. Janus vero Edoardus mordicus diffiden-  
tem retinebat, Jacobo Boevinio referente, in-  
terpretabaturque, diffidentem ab hac se ani-  
mum.

Quam bene exsulem exciperet.] De se ipsa Try-  
phaena loquitur, & ait: Quam bene deus ille  
me exsulem exciperet! & quam propitium illum  
equidem deum experiret! Patet ex sequentibus,  
quum post pauca inquit Eumolpus: Quid porro  
ad rem pertinet, si dixerō Lycam Tarentinum esse  
dominum hujus navigii, qui Tryphaenam exsulem Ta-  
rentum ferat?

Diu vocem conlegi.] Prae timore, apte. Sic  
apud Achillem Tatium inquit Leucippe lib. 11.  
Μαδὲ ἀνακρηγῆν διὰ τὸν φόβον δυνάμειν, φέβου γὰρ  
γλάφυς ἐστὶ δόσμος. Ut neque vocem praetimore mi-  
tere possent. linguae enim vinculum timor est.

Per fidem, inquam, pater.] Jurisjurandi hic spe-  
cies est, per fidem, ut supra cap. xxiv. quod jam  
monuimus. Alias deprecationis fuit, & obte-  
stationis, uti & nos ibidem.

Super constratum navis.] Super constratis na-  
vium olim navigantes dormisse, nil ambigen-  
dum, vel ipso Petronio teste. Nae super con-  
stratum puppis cubantem etiam ponit dominum  
navis Licam, in insomniisque (quod indu-  
bium est, ibi voluisse Petronium) loquentem.  
sic supra hoc capite: Sed repente, quasi de-  
struente fortuna constantiam meam, ejusmodi vox  
super constratum puppis congenuit. Quum autem  
constratae naves procul dubio sint, quas Caesar  
saepius testas vocat, cave autem credas, constrata  
illa Petronii, super quae cubilia erant, cata-  
stromata fuisse, pavimentaque superiora, qui-  
buscum testam nimirum foret navis illa constrata:  
nam loca illa parum enim opportuna forent no-  
cte ad quiescendum. quapropter de aliis ergo ta-  
bulatis inferioribus Petronius capiendus, quae,  
quod in illis stragula conspicerentur, dubio pro-  
cul constrata nuncuparentur simpliciter, partici-  
pio in nomen commutato.

Cap. CI. *Post hoc fulmen attonitus.*] Apte, nam fulmine tacti manent attoniti, quod saepius adtingimus opere in isto. Plane hoc edocet S. I. fidorus lib. x. Orig. Attonitus veluti furore quodam inclinatū atque stupefactus: *Dicitur autem attonitus à tonitruū strepitu, quasi tonitruo stupefactus, & vicino fulgure, aut à tactu proximus.* Idem Servius ad III. Aeneid. Inde, *Tonto*, Hispanis vocatus stupidus homo, stultusque, & ipse, qui adtonitus, Graecis ἐκτονίζω. Quomodo autem fulmine ic̄ti stupeant, eleganter expressit Ovidius lib. I. Trist. El. III. vers. II.

*Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ic̄tus  
Fuit, & est vitae necis ipse suae.*

*Animum egit.*] Hinc lulum petivit Seneca Ep. 26. *Quid egeris, tunc adparebit, quum animam ages.* Aptissimum similibus jocis verbum agere, quorum plena seges apud Martialem. Sic & ridicule transulit Plautus Trinummio IV. III. 84.  
- - - *Res quum animam agebat, tum esse of-  
fusam oportuit.*

*Mors venit, quae, nisi per te licet, potest esse pro munere.*] Sensus est, mors venit, quae si per te non licet, id est, si à te non impeditur, & omnia facis, quo minus moriamur, potest esse pro munere, hoc est, tandem nobis munus erit, Deorumque beneficium, utpote tot malorum finis ac meta. Ubi & Ovidium exprimit lib. I. Trist. Eleg. II. vers. 52. idem proferentem:  
- - - **MORS MIHI MUNUS ERIT.**

Huc facit & fragmentum illud adulterinum hic insertum, & in Parisina editione vulgatum ann. 1585. *Et mortis hanc à te ineam gratiam.* Verba sunt desperantis, uti & illa: *Aliquando totum me fortuna vicisti.* Patrocinium autem ab Eumolpo petere, certum est: *Miserere*, inquit ad ipsum Eneolpium, morientium, id est, pro consortio studiorum commoda munus. est ergo, *Nisi per te licet, ἀνταρσους.* Potest esse pro munere, fortassis est, pro munere, quod tibi Licas dedit, ut nos in suam navem inferres. Itaque Eumolpi purgatio à calumnia illi objecta subsequitur tempestiva: *Inundatus hac Eumolpus invidia, jurat per deos deasque, se neque scire, quid acciderit, nec ullum dolum malum consilio adhibuisse.*

*Inundatus hac Eumolpus invidia.*] Hunc locum paullo ante interpretari conabamur, cum illo conferentes cap. xvii. *Amittitur Aescylos invidiam, quem adi.*

*Et familiae negotiantis.*] Nihil hic auxilii ab interpretibus. mihi autem res non adeo manifestaria familia negotians est viã, ut de illa nunc cogitare, duxerim prorsus inutile. Plures antiquis familiae memorantur, sed de illis in praesentia à nobis non instituitur sermo. hic vero adferimus, Licae illam familiam fervorum haud dubio fuisse. Sic Ulpianus inquit: *Familiae adpeltatione omnes, qui in servitio sunt, continentur.*

At hoc vulgare: sed addis, Martianum J. C. *ferros negotiatores* designare, qualesque essent verbis istis exponere l. 65. de Leg. 3. *Legatis jereis, exceptis negotiatoribus, Labeo scripsit, eos legato exceptos videri, qui praepositi essent, negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum, vendendum, conducendum praepositi sunt.* De quibus ego & Senecam capio cap. 13. de Constant. Sapient. *Num moleste feram, si mihi non reddiderit nomen aliquis ex his, qui ad Caestoris NEGOTIANTUR,* &c. nam de persona valde contempta sermo ibi est divino philosopho. Itaque de istis & Petronium accipiendum fors adfirmas. Mihi autem non placet. nam mens mea omnino est, Petronium significare, ex fervorum commercio genus negotiationis Tarentinum Licam tractasse, exindeque lucrum fecisse, nimirum hic emendo servitia, & vendendo alibi. *Negotiatio enim ex emto & vendito constat,* ut ait Seneca lib. III. de Beneficiis cap. 38. Hoc enim planius fiet ex nostris quae de negotiatione infra observamus ad cap. cxvii.

*Hic est Cyclops ille, & archipirata.*] Hic Cyclopem Arbitro dici pro archipirata, monuit jam pridem vir doctus, Polyphemum Cyclopem maximum intelligens proculdubio. mihi vero satis non eonstat, quam recte illud notatum sit. Nam, licet non nihil quidem cum piratis monstrum illud Siculum habuerit commune, & huc faciat, quod de illo, Galataeae pulcritudine capto, profert Ovidius lib. XIII. Metam. vers. 769.

- - - *Et tutas veniant, abeuntque carinae:*

Nunc enim εἰρηνικῶς duo enunciat Eumolpus, innuens videlicet, sed dirum Cyclopem Polyphemum Licam esse, nec archipiratam; itaque ullas insidias ab ipso non parari, quae sane Cyclopi illi, piratistae vix unquam defuerunt. At vero, ubi instans periculum agnovit, respuit fenex, & antrum Cyclopi illos intrasse, inquit. quaerendumque necessario esse aliquod effugium, si naufragium fors non contingeret, quae potissima est ab piratis evadendi ratio. Archipiratae ejusdem memoria exstat in fragmento Diarri antiquissimi, anni nempe post R. C. DXXCV. pridie K. Aprileis: DEMIPHON. ARCHIPIRATA. CAPTVS. A. CN. LICINIO. NERVA. LEGATO. IN. CRUCEM. ACTVS

*Fingite nos antrum Cyclopi intrasse, quaerendum est aliquod effugium.*] Et antrum Cyclopi, memoratur Ruso, & P. Victori in 2. regione urbis Romae. Sed de illo Arbitro nunc non est sermo, nam plane ad Homerum adludat lib. IX. Odyssaeae, ubi Ulysses ingressum suum narrat in Polyphemi antrum: deinde quo astu excaecavit Cyclopem: ac demum ipse, & reliqui sex focii, omnes arietes induti, ex Orci cancellis liberi evaserunt. Eo eleganter satis & supra respexit ver-

bis illis cap. xcvii. sic ut olim Ulyxes pro ariete adhaesisset, quod jam monuimus.

*Languentem.*] Aegrotantem. sic post pauca hoc capite: *Et quis non dare manum languentibus volet?* Lexicon vetus: *Νοσῶ. Languo, aegroto.* & *Νοσῆρε. Morbofus, languidus.* Ita Aufonius Epig. 74.

*Languentem Cajum moriturum dixerat olim Eunomus.*

*Operis capitibus an nudis.*] Observare hic plane ex Arbitro licet, aegrotantes, ac valetudinarios obteciis capitibus foras procedere consueviffe. aliter enim mollitie essent notati, qui velassent capita, ut alibi dicitur. Firmat & illum morem, quod de Claudio Imperatore refert Suetonius ejus vita cap. 11. *Ob hanc eandem valetudinem, & gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae matris edebat, palliolatus novo more praesedit.* Qui locus non dubio capiendus de palliis illis, quibus moris erat includere capita, idque Trimalcionem scititare, supra jam vidimus cap. xxxii. *Pallio enim coccineo adrasum incluserat caput.* Firmat omnia & Pelignus Poeta lib. 1. de arte vers. 733.

*Aegrum tu facito ut similes; nec turpe putaris,*

*Palliolum nitidis imposuisse comis.*

Quem locum ex vetustissimis membranis sic restituit Salmasius, quum vulgati libri exhibeant: *Pileolum nitidis*, &c. Sed verum quoque est, diversis rebus antiqui quod caput tutati sint.

*Et quis non dare manum languentibus volet.*] Senem, valetudinariumve sublevare (quod obiter monebo) consuetudo non est, ut cuidam vocatur, sed homini, modo impius barbarusve non sit, ingenita miseratio. Sic de Antonino Pio Capitolinus in ejus vita cap. 2. *PIUS cognominatus est à senatu, vel quod socerum fessa jam aetate, manu, praesente senatu, levaverit: (quod quidem non satis magnae pietatis est argumentum, quum impius sit magis, qui ista non faciat, quam pius, qui debitum reddat.)* &c. Quid ergo jam nunc quaerit Criticus alius?

Cap. Cii. *Et per funem lapsi descendimus in scapham, praecisioso vinculo.*) Funis ipse scaphae vinculum, quo navi ea adligabatur. Plane indicat paulo infra Arbitrator ipse: *Per ipsa gubernacula dilabendum est, à quorum regione FUNIS descendit, qui SCAPHAE CUSTODIAM TENET.* ita & Achilles Tattius lib. 111. p. 159. *οἱ μὲν γὰρ ἐπιβάντες καὶ τὸν κέλευθον ἐκρῆπον, ὃς συνέδει τὴν ἐφαλκίδα τοῦ σκάφει.* Nautae enim jam funem, quo scapha navi adligabatur, praecidiebant. Sic & S. Paullinus Carm. 13. ad Cytherium de scapha loquens:

*Us fune rupto, quo cohaerebat rati,  
Dimitteretur aequori.*

Longis enim navigiis additae semper, ut illis

subserviant, ejuscemodi naviculae parvae. Quod & ibidem Paullinus:

*Scapham sequacem quadremis machinae, &c.*

*Utique gubernator, qui pervigil nocte siderum quoque motus custodit.*] Noctu ex siderum motu navigationem dirigebant antiqui, quod indubium, pluresque alii, & Petronius hic plane subindicant. *Est interdium?* Res est valde difficilis, quum magnetis vim, ac miram naturam, hoc est, pyxidis nauticae usum neutiquam habuerint cognitum prisca. Id nos aperte docuit Leontius Mechanicus in constructione Aratejae Sphaerae: *καὶ γὰρ καὶ οἱ πλωζόμενοι ἐ δια μηχανικῶν ἐργάνων, καὶ ἀκριβῶς, ἀλλὰ δια ψιλλῆς ἀναβλέψεως, καὶ παχυμερῶς, τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν ἐμῶν ἐπισημαίνουσι.* Navigantes enim non mechanicis instrumentis exquisite, sed simplici suspensu, & crasso modo, stellarum positum considerare solent. Ego autem ex Apollonio didici, navigationem veteres interdium è solis cursu moderari consueviffe. sic inquit Argon. 1. vers. 107.

— *Ἐπὶ δὲ ἀνεμοῖο θυέλλας*

*καὶ πλῶν ἢ λίγω τε καὶ ἄσειο τεκμήρασθαι.*

— - - *Egregius vero (Typhis) venti procellas*

*Et navigationem A SOLE, & ASTRIS con-*

*gestare.*

Ubi Scholiales: *Ἀγαθὸς μὲν καὶ ἡμέρας τῶν ἡλίου, καὶ νύκτος δὲ πρὸς τινα τῶν ἀστέρων, τὸν καιρὸν ἔπι πλῆθ τεκμήρασθαι.* Optimus **INTERDIUM** quidem **EX SOLIS CURSU**, **NOCTU** vero **EX SIDERE** aliquo, navigationis tempus praevidendi. Ideo ergo quum coelum nubilum erat, minime ubi versarentur, sed per vastum pelagus errabundi vagabantur. Plane id ostendit Virgilius lib. 111. divini operis vers. 203. quod, puto, non viderunt ejus interpretes:

*Tres adeo incertos COECA CALIGINE SO-*

*LES*

*Erramus pelago, totidem SINE SIDERE*

*NOCTES.*

Necessario ergo navigationi pervigilaret, ut Arbitrator ait, nocte gubernator, quod & D. Paullinus Carm. 13. pariter dixit:

*Cum t'is soporem suaserat tranquillitas,*

*Tantum gubernator vigil, &c.*

*Praecipitari viribus.*] Nempe, in mare, ut paulo post inquit: *nocte servos praecipitasse se in mare.* Spiritum.] Vitam Cicero: *Auferre spiritum sine sensu doloris.* saepius alias. Curtius lib. vi. *Nil est miseris mortalibus spiritu carius.* Alii. Non viderunt Lexicographi vulgares. Hinc & plures Petronii loci interpretandi. Sic itidem anima. Arnobius lib. 1. *Morsu animam serpens tollit.*

*Labris.*] Scilicet pellium. parissima nos translatione, *boca de costal, boca de talego,* dicimus.

*Conclamabo deinde nocte servos poenam, &c.] A-*

*ptete*



pte, ut vectorum absentivorum sic rationem redderet: aliter enim suspectus foret ipsorum discessus.

*Quibus non soleat venter injuriam facere:]* Ommino capiendus locus de strepitu obsequio, cujus mentio cap. cxvii. convincunt & sequentes strepitus, sterutantium nimirum, & sterentium.

*Hoc genus furti semel mihi feliciter cessit?* Prisca scriptura erat: *An quia hoc genus furti semel mea feliciter cessit?* Unde Scioppius ad oram libri mei faciebat: *An quia hoc genus furti semel antea feliciter cessit?* & fors non male, ut simile ejus sit cap. xvii. *Aut ubi fabulas, & antecessura latrocinia didicisti?* Ubi autem id genus furti feliciter Encolpio cesserit, hodie non comparet.

*Tranquillitas nos tenuerit.]* Ipse explicat cap. cix. *Et quia repentina tranquillitas intermiserat cursum.*

*Statuarum ritu patiemur pannos & vincula?] Hunc locum haud infeliciter putamus supra jam enucleasse, quum sermo nobis super verbis illis esset cap. lxxxiii.*

*Sola pruinosis borret facundia pannis.*

*Tanquam litterarum studiosus utique atramentum habet.]* Hocce atramentum est, quod Vitruvius vocat *librarium*, Cornelius Celsus *scriptorium*, id est, quo scribebant antiqui: nam atramenta habuere alia, nempe *testoria*, sive *pidoria*, & *sutoria*. Membranis, quibus Eumolpus scribebat, ut infra patebit cap. cxv. illud erat omnino destinatum. Fuligine conficiebatur, cameris fumum non emittentibus adhaerescente, uti docet Plinius lib. xxxv. cap. 6. Vitruvius loco laudato, & Dioscorides lib. v. Plinius autem agens de atramentis inquit: *Adulteratur fornacum balnearumque fuligine, quo ad volumina scribenda utuntur.* Unde & Petronius cap. cviii. recta oratione locutus est, non figurata: *Ut vero spongia uda facies plorantis deterja est, & liquefactum per totum os atramentum, omnia scilicet lineamenta fuliginea nube confudit, &c.*

*Hoc ergo remedio mutemus colores.]* Pari ratione mox ait, *medicamine.* Sic Commodianus MS. lib. ii.

*Nec non & inducis malis medicamina falsa.*

Ac deinde:

*Mala medicatis quodam superducto rubore.*

Silmasius item observat ad Probum Flavii Vopisci, cap. ult. *colores mutare*, prisca dictum de re scilicet, quae unum tantum colorem haberet, ut Arbitro nunc, Horatio etiam lib. i. Ep. 16. & Vitruvio lib. viii. cap. 7. Verum enim vero illud erat hic majori animadversione dignum. Nempe quod corporis colores saepe, haud secus ac Encolpius vult, veteribus quondam mutati. Corpora quidem ipsa infecti res simulabant varias. Insignis locus est ei patefaciendo apud Paterculum mihi jam dudum notatus lib. ii. cap.

83. ubi de I. Planco loquitur vestito in numen maris. *Plancus quum COERULEATUS, ET NUDUS, casusque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in convivio.* Plane etiam inquit, quod nudum corpus referebat coeruleum colorem, fucis nimirum ac pigmentis ei accersitis.

*A capillis usque ad unguis.]* Proverbialis locutio est omni ratione familiaris. Hispani dicunt: *De los pies ala cabeza.* sic Galli, Itali hodie, alii. Cic. pro Rosc. Comoedo: *Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum, &c.* Sed hoc protritum.

*Et increta facies, ut suos Gallia civis putet.]* Non, quod infici creta consueverint Galli, sed quod albi colore, patet. inficias namque it, ut Aethiopes habeantur, fat fore atramento infini. Praeterea Gallos à niveo lactis candore dictos olim, opinio vetus obtinuit. *Lac enim Graecis γαλα est.* Sic Mantuanus:

*Igne mens Gallis, & LACTEA corpora, nomen*

*A candore datum.*

Unde & Virgilius splendet lib. viii. Aeneid. vers. 600.

*Virgatis lucent sagulis, tum LACTEA colla Auro inneduntur.*

*Nec vestem atramento adbaesuram.]* Hypallage enim est, pro, *nec vesti atramentum adbaesurum.* quod plane & ostendunt sequentia.

*Non accersito ferrumine.]* Quod genus istud ferruminis prorsus, ego existimo, hodie ignotum est. licet ex Arbitro colligere liceat, qualis ejus effectus, & cuinam usui adhiberetur olim. Liquec enim, insuper addi fuisse indubie solitum illis depictis rebus, quibus, aqua dilui & obliterari, proclive foret. Ast vero eodem supra inducto, minime in posterum obliterationi picturae illae relinquebantur obnoxiae. Erat igitur gluten quoddam, bitumenve factitium, simile prorsus illis, quae apud nos, *hamizes*, vocantur, & Germanos *Fürnis*.

*Numquid labra possumus tumore terribimo implere? numquid & crines calamistiro convertere?] Parissime Aethiopem graphiceque describit auctor Moreti:*

*Afra genas, tota patriam testante figura,*

*Torta comam, labrique tumens, & fusca colore,*

*Pectore lata, &c.*

Ubi fuit, qui tentaret, *tota* illud in *testa* convertere, ineptissime sane quum subdat, *fusca colore*, & id esset *πυρολογεῖν*. Potius summa elegantia inquit, *tota figura* Aethiopem patriam testari. nam, ut recte Petronius docet, color non sufficit.

*Numquid & crines calamistiro convertere?] Auctor Phallicorum Carm. 45.*

(Bb 2)

Quum

Quum quendam rigidus deus videret,  
 Feruenti caput ustulare ferro,  
 Ut Maurae similis foret puellae.

Feruens ferrum calamistrum est.

[Numquid barbam peregrinatione figurare.] Isthac antiquior lectio iuxta ac probior. Tuctur valide illam Tranquillus in Nerone cap. LI. Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut eoniam semper in gradus formatam, PEREGRINATIONE Achaice etiam pone verticem summiserit. Praeterea Satyrici genio & peregrinationem vocabulorum quis nescit convenire? Scioppius tamen in meo libro emendabat, peregrini ratione, id est, exotico more. sed prima scriptura indubia magis est.

[Color arte compositus inquinat corpus, non mutat.] Speciem proverbia habet, & dici poterit aptissime de iis, quae, quum in facie facienda nimium quantum temporis consumant, nihil proficiunt, immo potius & operam perdunt, & faciem, transferreturque haud incommode ad alia. Eadem omnino & veteris Poëtae sententia est, hocce disticho comprehensa:

Dum sumit cretam in faciem Sertoria, cretam  
 Perdidit illa simul, perdidit & faciem.

Parum ergo solum professe, hoc est, ut Petronius loquitur, corpus non mutare, vel elegans Lucilii Poëtae Graeci Epigrammation possit satis adstruere ex Antholog. Graec. lib. II. cap. IX. Epigr. 9.

Τὸν κεφαλὴν βάρπεις. γῆρας δ' οὐδ' ἔποτε βάρπεις,

Οὐδὲ παρείων ῥυτίδας ἐπιτυνύσεις.

Μὴ οἶνον τὸ πρῶσωπον ἅπαν ψικύω κριπώπεις,

Ὅπως πρῶσωπιόν, καὶ πρῶσωπον, ἔχειν.

Οὐδὲν γ' ὀπίον ἐστὶ. ἢ κἀνεαί; ἔποτε φύκῃ

Καὶ ψικύω τέρξει τὴν Ἐαθῶν Ἐλένῳ.

Saepe caput tingis nunquam, tinctura senectam,

Aut tensura, genis quae tibi riga tuis.

Parce igitur faciem cerussa condere totam,

Pro facie ne sic larva tibi maneat.

Ecquid adhuc restat? quid quaeris fallere? nunquam

Ex Hecuba fucus reddiderit te Helenam.

Cap. CIII. Hic continuo radat.] Novacula: ea quippe rasura fiebat. Varii namque antiquis depilandi erant modi. Tres disticho uno comprehendit Martialis lib. VIII. Ep. 87. ubi sane & omnes complexus, qui à nuperis additi:

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,

Pars vulsa est; unum quis putet esse caput?

Forfice ergo, sive forficula, tondebant, nos vocamus Tijeras. ideoque bene ex nostris, qui, Tijeras, quasi tonsorias dici autumant. Novacula radabant, cujus haud infrequens apud Petronium mentio. Volsellis vero, aut medicamentis velle-

bant. Praeterea forficulis per pestinam attondebant, stridim novacula. Insignis locus Plauti eù Captivis II. II. allegorice loquentis de tonsoribus:

Nunc senex est in tonsrina: nunc jam cultros adinet,

Ne id quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquinet.

Sed utrum stridimne attonsurum dicam esse, an per pestinam,

Nescio. Verum si frugi est, usque admutilavit probe.

Nota etiam & verbum admutilare, quo non semel ea notione usus Comicus ille, & ad cutem admutilare. Unde nostrum, motillar, fluxit indubie.

[Sed etiam supercilia.] Capitis rasura servis omnibus semper fuit communis. at superciliorum, tantum servi nequam, seditiosi, fugitivi. Inde & mores C. Fanni Chacreae conligit eleganter Cicero pro Roscio Comoedo: Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abraza, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum (si quam conjecturam adfert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis, constare totus videtur? qui ideo capite, & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boui habere dicatur. Habet & illa ab utero proles, ideo antiquitus non liceat alii cuivis abraderi. Sic Pollux crudite cap. 4. lib. II. segm. 50. Καλὸν δὲ τὸ ἔρριον κεφαλαί μιν τὰ σὺς τῆ ἐνὶ μέρῃ. ἔχει δ' τὰ σὺς τοῖς κροτάροις. ἀρμερυλακίον δ', ὃν καὶ συναποκτείνουσι ἀδελφοὶ αἱ τεύχες, ὡππερ καὶ αἱ ἐν βλεφάροις, ἔθεν μὲνον ἀπέρονται ζυγαῖαι τὰς ἄλλας τεύχας οἱ τὸ Αἰγυπτίων ἱερέας. Superciliorum autem capita dicuntur partes hae, quae circa nares sunt; caudae vero, quae circa tempora. Observandum vero est, quod hi pili una nobiscum nascuntur, sicut & hi, qui in palpebris sunt. unde ab his solis, quum reliquos omnes radant, Aegyptiorum sacerdotes abstinent. Ast Polluci (quod mirum est, minimeque praetermittendum) adversatur plane Synesius in Calvitii encomio: Ἦδῃ δ' ἐγὼ κρατεροῦμαι καὶ τὰς ἐν Αἰγύπτῳ χειρουργίας τῶν θεῶν κατὰ τὸ ἐπιθελεφρακίδιον ἀνεχομένους τεύχων. Ego vero etiam sacerdotes in Aegypto vel ipsis ex palpebris prominentibus pilis non peperisisse, intelligo. Ideoque in Aegypto Eudoxum una cum sacerdotibus degentem ἐπιρῶλλον τε ἔβω, καὶ ὄφρως facit Laërtius extremo lib. VIII. hoc est, rube, superciliisque rasum. Itaque supercilia radere, insane apud quosdam non fuisse, Lucianus prodidit in Dial. de Dea Syria: Ἀνὴρ εἶτ' ἂν ἐς τὴν ἱερὴν πόλιν πρῶτον ἀπικνεύσει, καφαλὴν μὲν ἔδει, καὶ ὄφρως ἐξύρατο. Vir quispiam quando primum in sacram civitatem abit, caput ille quidem, & supercilia tondere solet. Sic factum & in

in ludu Artemidorus adserit lib. I. Onειροcrit. cap. 2. 7. *Ἐστὶν ὃν πολλοὶ ἐπιπέποιοντες εὐνοίας φασκόντες.* Vetus enim mos est, in ludu supercilia maculari. Aliquando fuit & mollitici specimen. Sic Scipio Africanus Paulli F. inter pleraque alia, quae P. Sulpicio Gallo obiectare solebat, id quoque probro dedit, ferente A. Gellio lib. VII. cap. 12. Ecce verba ipsa Scipionis: *Non qui quotidie unguentatus adueryon speculum ornatur; CIVIS SUPERCILLA RADANTUR;* qui barba vorsa, feminibusque succolis ambulet; qui in convivii adolescentulus (lege, adolescente) cum amatore, cum ebriata tunica, inferior adubuerit; qui non modo vinosus, sed virosus quoque: eumne quisquam dubitat, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent?

*Frontes notatis inscriptione solerti, &c.*] Inscripti servi olim, praecipue nequam, fugitivi, hoc est, litteris, notisque per totam faciem puncti. Sed nihil hocce inculcatum magis, quo de plura Baronius Cardinalis notis ad Martyrol. Hieron. Alexander Comm. in Insl. Canon. Franc. Connanus secundo Commentario Jur. Civil. Elias Viuetus ad Aufonium, Heraldus ad Martialem, copiose & Lipsius, & postea Pignorius opere de Servis.

*Umbra supplicii.*] Umbram supplicii vocat, quod reapse non erat, etiam aliquid esse videbatur. sic usurpat eleganter Cicee codicillis cap. exxix. *In umbra voluptatis auitius lusi.* ubi nos plura. Ipsum mimicum supplicium *alumbrazam inscriptionem* vocat cap. cvi. *Nunc mimiciis artibus peccati iunus, & alumbrazata inscriptione derisi.*

*Et notum fugitivorum epigramma.*] Quale ergo illud fuit? Nobis hodie non adeo notum. Lipsius autumat, litteras fuisse, aut plura verba, quae crimen continerent, suppliciique causam: velut. *Cave à fure, Cave a fugitivo:* Pignorius vero ipsammet inscriptionem, quam in eorundem fugitivorum collaris, & aereis lamellis incidi, moris erat. Nam quum Constantinus humaniter vetuisset, in facie noxiorum scribi, quod non liceret faciem maculari, quae ad pulcritudinis coelestis imaginem esset effigata, oris ideo contumelia in collaria translata fuit. Se autem Romae collare vidisse, testatur ipse Pignorius in libro de Servis cum tali inscriptione: **TENE ME, QUIA FUGI, ET REVOCA ME DOMINO MEO BONIFACIO LINARIO A**



Ω X. Ubi apud illum plura id genus Epigrammata. Hic autem de amantissimi fugitivo elegans tantum Aufonii unum, duove, nam Scaliger ipsum dividit, adscribere adlubuit:

I.

*Tam segnis scriptor, quam lentus, Pergame, curjor, Fugisti; & primo captus es in studio. Ergo notas scripto tolerasti, Pergame, vultu, Li quas neglexit dextera, frons patitur.*

II.

*Pergame, non recto vituitus, fronte subisti Supplicium, Intae qual meruere manus. At tu, qui dominus, peccantia membra coeerce: Injustum falsis excoeritare nos. Aut inscribere istam, quae non vult scribere, dextram, Aut profugos ferri pondere nece pedes.*

Geminus isti est & Martialis iocus, re tamen absimili, lib. III. Ep. 85. quem vide; plures vero Graecorum Epigrammatum.

*Epigramma.*] Sic etiam ab Aristotele in Rhetoricis inscriptiones reorum & tituli adpellantur *Epigrammata.* Sic & Jurisconsulti nominant, observatque ad Martialem Raderus in Analectis. At Petronio cap. cxv. *Dum epigramma mortuo facit, sepuleralis inscriptio est.*

*Stomacium nausea gravem.*] *Gravem*, id est, morbo adfectum. Sic divinus Seneca usurpavit lib. VI. de Benef. cap. 38. *Medicis gravis annus in quaestu est.* Sive, quia gravis nausea, exonerabat vomitione. *Nauseam* autem, quae plerumque mari commeanibus accidit, odoratus inprimis infuetus, deinde timor Punicae maris fidei, adferentibus praesens Medicinae doctoribus, solent concitare.

*Execratusque omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum.*] Cap. sequent, quod sequitur, planius hocce explicat: *Audio enim, non licere cuiquam mortalium in nave neque unguis, neque capillus deponere, nisi quem pelago ventus irascitur.* Nescio an unus, idemque ritus iste cum illo sit, cujus haud infrequens existat apud veteres scriptores memoria, naufragos nempe, postquam ex procellarum discrimine evasere, diis marinis consuevisse crines consecrare. Ejus unicum tantum huc adscribam testimonium, Lucianique Epigrammation erit, si Lucilli non est, ut mavult Brodacus:

Γλαυκῶ καὶ Νηοῖ, καὶ Ἰ.οῖ, καὶ Μελιέρῳ.  
Καὶ Βουθίῳ Κερνίῳ, καὶ Σαμοθρακῶ, θεοῖς,  
Σοθῆς ἐν πελάγῳ Λακωνίῳ, ὅδε κεκαρῶται  
Τὰς τοῖχας ἐναεθαλίε. ἄλλο ὃν δόξεν ἔλαο.

Latinum sic reddidit Ursinus Velius.

*Glauce tibi, & Nereo, Ioque tibi, & Melicertae,*

*Et, Neptune, tibi, & quos Samothraeces habent,*

*Servatus pelago Lucillius, hanc ego tonsus, Quum sit nil aliud, dedico caesariem*

Nos vero hic amplius non addimus, nostrum quip-

quippe laborem praecoccupaverunt jam eruditi interpretes.

Cap. CIV. *Videbatur mihi secundum quietem Priapus dicere.*] Quinque somniorum genera Macrobius designat lib. I. de Somn. Scip. cap. 3. quod & in praesenti adire operae foret pretium non inutile. Porro isthaec Lycae, & Tryphaenae somnia omnino ad tertium genus, quod *χρηματισμὸν* ille vocat, id est, oraculum, debent referri. Sic de eo inquit ipse Macrobius: *Est oraculum quidem, quum in somnis parens, vel alia sancta gravissque persona, seu sacerdos, vel etiam deus, aperte eventurum quid, aut non eventurum, faciendum, vitandumve, denunciat.* Eumolpus autem ad quartum genus trahere nitentur, quod *ἐνύπνιον*, sive insomnium, nuncupatur. de eo sic concinne fati ipse addit scriptor: *Est enim ἐνύπνιον, quotiens cura oppressi animi corporisve, sive fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti.* ac deinde pluribus. Eadem est & versuum sequentium sententia. Subdit ergo Eumolpus:

*Quicquid luce fuit, tenebris agit, exemplisque confirmat.* Similia pene sunt, quae de somniorum differentiis Artemidorus Oneirocrit. lib. I. cap. I.

*Secundum quietem.*] Cicero I. de Divinat. *Quae ei secundum quietem visa sunt.* Nam Minutio Felice adfertore: *Etiam per quietem deos videmus, audimus, agnoscimus.*

*Scito à me in navem tuam esse perductum.*] Plene inferius causam edimus, cur sibi infensum hic, & ubique, Priapum experiatur Encolpius. Nunc vero insuper addimus, apte à Petronio fingi, quod nauticam istam vindictam fumat etiam Priapus, utpote qui marinum numen antiquis fuit quoque habitus, navigantiumque praefes. Plures Graecorum poetarum evincunt, quorum pauca, adposita tamen, nunc loca afferimus. M. Argentarius inquit in Epigrammate:

Τῷ σὺ Πριάπῳ  
Πειθαρχος, πάσης ἄπειο ναυκλίας.

----- Hoc tu Priapo

*Credens, omnem tange navigationem.*

Item Leonidas etiam Epigrammatarius:

Ταῦτ' ὁ Πρίαπος ἔγαν ἐπιτέλασμα, ὁ λιδρῆτης.  
Hoc ego Priapus impero, portubus praefectus.

Ita & Antipater Sidonius:

Λαίψα δ' ὄσφρα σπέρνιζες, ταῦτ' ὁ Πρίαπος  
Ἰαῖν ἐνορμῆλαις παῖς ἐνέτοι Βορῆαι.

*Vela bene texta extendite, haec Priapus*

*Vobis in portu considentibus puer dico Bacchi.*

*Et mihi simulacrum Neptuni, quo deo nuncupata vota Bajis ter stylo notaveram, videbatur dicere.*] Fortassis nusquam melius de laceris fuimus meriti Petronianis reliquis: loco enim ubi potissimum Arbitro defuit salutaris manus. Et primo

sane mihi audaciae interpretum subit admiratio, qui demta exinde asterisci nota, hoc est, defectus indice, monstrum lectionis continuo ductu primi nobis nec quid, nec quare intrepide adpingere, ausi sint. Omnes quidem MSS. Codices, editionesque, nuperis una vel duabus exceptis, habent concordēs: *Nam & mihi simulacrum Neptuni, quod \* Bajis ter stylo notaveram, &c.* Explere igitur simul vindicis erat, non solum emendare. utrumque, ut vides, nos fecimus; an recte, iudicium tantum penes doctiores esse jubemus. Reliquum autem est, ut inlustremus ipsum locum. Neptuno ergo vota ter, ait Arbitr, nuncupasse Tryphaenam, eaque ejus in simulacro, more antiquo, exarasse. quod vide mihi, quam opportune dictum de femina, cui, mari continuo oberrare, valde erat jucundum. Adpositissimus & hic Appulejus venit initio Floridorum, ut feliciter tamen à Rutgerio lib. v. Var. lect. cap. 5. est restitutus, duarum vocum tantum inversione: *Ut religiosi vianantium moris est, quum aliquis lucus, aut aliquis locus sanctus, in via oblatus est, votum adponere, portum postulare, paulisper adidere, &c.* Praeterea difficili in mari si adversa tempestate jaectarentur, inibi haud raro vota itidem Neptuno nuncupabant antiqui, soluturi, quum in portum adpulissent. Disertim indicat vetus arae inscriptio Capuae in Campania inventae, cujus isthaec verba legi adhuc possunt:

NEPTUNO  
SACRUM

Tres lineae hic studio erasae sunt.

VOTUM. IN. SICULO. FRETO  
SUSCEPTUM. SOLVIT

Hoc est, inter Charybdim, & Scyllam. Porro quod Deorum statuis cera inlitis voti sponsiones exararint veteres, vulgo notissimum est, nosque supra tetigimus, quae & nunc iterum legas tempestive, Rutgeriumque supra laudatum. Styli item cuspidem solitum in ceratis scribi, etiam protritum; ac nos alibi diximus. Potius nuncupata deo vota, prae, facta, suscepta, adposita malumus, nam sic alibi & Petronius locutus est.

*Somnia, quae mentes ludunt.*] Id est, decipiunt, ac deludunt. parissime cap. cxxviii.

Nocte soporifera veluti quum somnia ludunt  
Errantes oculos.

Utrobique videtur illud Tibulli acmulari lib. III. El. 3.

*Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,  
Et pavidas mentes falsa timere jubent.*

Explicat D. Hieronymus Epist. ad Eustochium Virginem: *Nec vero inanis sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus saepe deludimur.* Eustathius itidem in initio lib. v. Amor. *καὶ δὴ με καθ' αἰὼν μωροῦ χάρις ἐνέριων περιεσοίχστε. καὶ μοι συνέπαιζε, καὶ καλῶσαιζεν, ὅσα παίξασιν ὄνειροι.* Dormi-

tari-

tantem vero chorus integer somniorum me circumspexit, mihiq; qua conlufit, qua inuafit, quotcumque modis ludunt fomnia.

Non delubra deum, nec ab arthere nunina mittunt.] Vere hoc certe dictum de infomniis, quorum jam mentionem fecimus. Vere, inquam: isthaec quippe infomnia mendacia sunt, & ab inferis miffa. Virgilius sic extremo lib. vi. Aeneid.

Sed falſa ad coelum mittunt infomnia mures.

De illius autem fomnii genere, quod dictum oraculum, nullo enim modo. Delubris quidem deorum ea venire, autumabant, in ipſiſque eſſe captanda. Cic. lib. i. de Diuinat. Qui praeerant Lacedaemonis Epſori, non contenti vigilantibus curis, in Paſſiphaes fano, quod eſt in agro [propter urbem, fomniandi cauſa incubabant, quia vera quietis oracula ducebant. auſtoribus exempla natant. Id genus quoque ſunt & aegrotantium in templis ſomnia, medicinam petentium, de quibus alibi loquimur.

Quicquid luce fuit, tenebris agit.] Idem docet Nonnus Dionyſiacan lib. xlii. verſ. 324. pariſimilique pene exemplis confirmat.

ἀντίτυπον ᾗ

Ἔργον, ὅπερ τελέει τις ἐν ἡμέρᾳ, νυκτὶ δὲ κενεῖ.

Βῆρολθῶ ὑπνῶων κίρατος βόας εἰς νόμον ἔλκει.

Δίλνα θρηνητῆρα φαίνει καὶ ὄψις ὄνειρος.

Γειοπόνου δ' εὐδονίης ἀγροῦράσιν ἄρχεται,

Ἄλλα καὶ ὁ σπείρασι φέρεσ' ἀχύν. ἀζαλὴ ᾗ

Ἄνδρα μεσημέριον καὶ ἀχρῆτον αἰδοῦσι εἰς ἡ

εἰς βοῶσ, εἰς ἀμείβων, ἀπαιτῆλιος ὕπνος ἐλάθει.

----- Imaginem enim

Operis, quod facit quis in die, nocte cernit.

Pastor dormiens cornutos boves in pascuum trahit:

Retia venatori offert imago fomni:

Rustici vero dormientes arant terras,

Sulcum vero feminant spiciferum. Arida vero

Vitum meridiantem occupatum ardenti siti

In flustum, in aquam, ductum fallax somnus propellit.

Etiam Claudianus in 6. Honorii Consul. Praefatione:

Omnia, quae sensu voluntur vota diurno,

Pectore sopito reddit amica quies.

Venator, defessa toro quon membra reponit,

Mens tamen ad systas, & sua lustra, redit.

Judicibus lites, aurigae somnia currus,

Vanaque nocturnis meta cavetur equis.

Furto gaudet amans, permutat navita merces:

Et vigil elafas quaerit avarus opes.

Biandaque largitur frustra stientibus aegris

Irriguus gelido pocula fonte sopor.

Me quoque Musarum studium sub nocte silenti

Artibus adjuetis sollicitare solet.

Sic & Attius in Bruto, Seneca in Octavia, Lucret. lib. iv. Iſid. Peluſiota ep. 11. lib. i. S. Ambrōſ. lib. i. de Virginiſ. Eufſtathius lib. v. de Amor. Iſin. & Iſin. & prope innumer.

----- Deſoſſaque protulit aurum] Auri ſacra ſames, quae avarum exeruciat vigilantem, nec requiem ſoporato concedit. multis id exprimit Petronius verſibus cap. cxxviii.

----- eſſoſſaque protulit aurum

In lucem tellus, &c.

Ubi & nos plura.

Dat adultera munus.] Huic jam inluxit Petronius verſu illo cap. lxxxiii.

Et qui ſollicitat nuſtas, ad praemia peccat.

quem & nos latius ſuo loco interpretamur.

Somnium expiavit.] Expiare, eſt ſacris mala, quae protenduntur, religioſe deprecari, ac arceret. Variis fiebat rebus expiatio, & vario more; cujus tractatio pluribus jam praecoccupata eſt, nos unico Martialis venuſto ſatis Epigrammate, ad remque faciente mirifice, erimus in praefentia contenti, lib. vii. Ep. 53.

Semper mane mihi de me mera ſomnia narras,

Quae moneant animum ſollicitentque meum.

Jam prior ad fecem, ſed & haec, vindemia venit,

Exorat noctes dum mihi ſaga tuas.

Conſuſiſi falſaque molas, & tburis acervos:

Decreverere greges, dum cadit agna frequens.

Non porcus, non cortis aves, non ova ſuperjunt:

Aut vigila, aut dormi, Naſidiane, tibi.

Plura refert piacularia, ſed plura adhuc ſuperjunt. In eo etiam exorat, expiare eſt, ut procurare Tibullo lib. i. El. 5. & placare lib. 111. El. 5. Praeterea addo ego, in mare expiationum purgamenta antiquos injicere conſueviſſe. Plane Homerus Iliad. i. verſ. 313.

Λαῖός δ' Ἀτρεΐδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.

Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἄλλα λόματ' ἔβαλλον.

Populos autem Atrides luſtrari juſſit,

Illi autem luſtrabantur, & in mare ſordes jaciebant.

Unde Tibullo ſacem accendo lib. iv. El. 3. dum Phocbum pro Sulpitia ſua aegrotante precatur:

Et quodcumque mali eſt, & quicquid triſte timemus,

In pelagus rapidis evehat amnis aquis.

Neque ungues, neque capillos deponere.] Utrumque erat antiquitus tonforis officium, ut jam ex Plauto in Aulularia Act. 11. ſc. iv. Tibullo lib. i. El. 8. Martiale Epigr. 74. lib. 11. notum. Divitum tamen illae erant deliciae, pauperes namque proprios ungues, ut ait Horatius

tius lib. I. Epist. subfecabant. quod nec fugit inibi Marcellum, novitii vero Critici non viderunt. Cur autem id in nave non liceret, plures jam ex ruderibus vetustatis eruire conati sunt.

Cap. CV. *Et hoc nocte intempesta?*] An *intempesta*, sine tempestate, & procella? inquit M. Varro lib. VI. L. L. *Intempesta nox dicta ab tempestate*. Fors non mendax istud commentum, ut hic quoque Licas respiciat ad navigantium omen, cuius mentio cap. superiori. *Audire enim, non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues, neque capillos deponere, nisi quum pelago ventus irascitur*. Aliter enim nihil superstitioni adderet, quod ratura fieret nocte intempesta, id est, concubia, non vero gallicinio, ut id exaggerationis non praetermitteret, *Et hoc nocte intempesta?* Nae in illud privativum omnino est, quaeque illa sit intempestae noctis acceptio.

*Simul ut notae quoque litterarum, non adumbratae comarum praesidio, totae ad oculos legentium accederent.*] Ut libertus ille apud Martialem Ep. 29. lib. II. qui stellantibus splenis stigmata velabat litterarum. sic Valerius illud claudit Epigramma:

*Ignoras quid sit? splenia tolle, leges.*

*Notae.*] Sic illas adpellavit forsitan, quod verba videlicet, quibus epigramma illud esset conceptum, primis tantum litteris forent descripta. Illae namque primae olim litterae *notae* dicebantur. Sic Valerius Probus, & P. Diaconus docent in Praefationibus Notarum.

*Inter cetera apud communem amicam consumserunt pecuniam meam.*] Bene ad rem commentum Eunolpi, nam id dispensatoribus, quorum officium pecuniam domini habere, ut supra vidimus, saepius contigit. Sic Alfenuus JConsultus l. 16. De Serv. Corr. *Dominus servum dispensatorem manumisit, postea rationes ab eo accepit, & quum de iis non constaret, comperit apud quandam mulierculam pecuniam eum consumsisse*, quod etiam adnotavit Pignorius de Serv. Martialis:

*Dispensatorem fallax spoliabit amica.*

Unde simile scortum alibi, *spoliatricam amicam*, vocavit.

*Apud communem amicam.*] Interpretem hic praebeo Martialem. nam plane, quae communis amica sit, indicat lib. XI. Ep. 82.

*Cum sene COMMUNEM vexat spado Dindymus Eglem,*

*Et jacet in medio sicca puella toro.*

Optime & hic Valerius ad mentem Luciani, cui in Eunucho sunt spadones & senes ἀμφόριστοι, viribus pares. Fuere igitur quondam *communes amicae*. quod & Lysias docet, & quo item modo fierent communes, inquit oratione αὐτῶν

τραύματος ἐκ προνοίας, &c. Ἀλλή δ' ὑπῆρχε κοινή, ὁμοίως ἀμφοτέρων ἀργύρου καὶ αἰθεραίων. *At ipsa utrique communis existit, ut cui aequam pecuniae summam uterque nostrum impenderit.*

*Ut tutela navis expiaretur.*] Hoc est, numen, cuius simulacrum in navis puppe impositum, & cuius tutelae sese navigiumque commiserant. Plura hic de navigiorum tutelis interpretet, & nos nonnulla attingimus ad verba illa cap. CVIII. *Protendit ramum oleae à tutela navigii raptum.*

*Tres plagas Spartana nobilitate concoxi.*] Nemo hic Cicerone melior interpretes addit II. Tuscul. *Spartae vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat: nunquam etiam, ut, quum ibi essent, audiebam, ad necem; quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem.* Et rursus Tuscul. V. *Pueri Spartiatae non ingemiscunt, verberum dolore laniati.* Patientia inde Laconum, sive Spartiatarum (eadem quae Lacedaemon Sparta urbs olim) celebris. Unde venusta illa vocabuli Plautina conflatio, *Laconas Plagiopidas*, in Captiveis Aët. III. sc. I. Sed multis hic turba interpretum, plene autem Meursius lib. II. Graeciae Feriat. festo Διαμασίγωσις, quibus & isthaec paucula adpendere lubuit.

*Jam Giton mirabili forma exarmaverat nautas.*] Itidem apud Aristophanem Lysistrata, & apud Cointum Smyrnaeum lib. XIII. Helena Menelaum exarmavit:

τῶ δ' ἄρα θάμβος; ἄεπλον ἐπέλυθεν, εἰδ' ἄρα ἔτλη,  
κάκκος ἰδὼν ἀείζηλον, ἐπὶ ξίφος αὐχένι χύρσαι.

*Insuperatus ergo stupor eum (Menelaum) invasit, nec sustinuit,*

*Ubi inlustre formae decus conspexit, gladium cervici admovere.*

Itidem & eos, qui lapidibus ipsammet erant obruturi, uti ex Stefichoro protulit Euripidis Scholiastes, quem locum Franc. Pithoeus retulit innominato auctore. Itidem denique & sua Ovidium amica. lib. VIII. Amor. Eleg. 5.

*Ut faciem vidi, fortes cecidere lacerti:*

*Defensa est armis nostra puella suis.*

*Deflectit aures Tripbaena.*] Mire hic gestum auctantis exprimit calami pictor princeps Arbitr. Nam creberrime etiam contingit, ut caput leviter deflectendo, aurescue propius admovendo, avidi sermonem aucupemur. Haud secus, atque Arbitr. id Terentius repraesentavit in Phormione, dum sic Getam producit loquentem v. VI. 26.

---- *Hoc ubi ego audivi, ad fores*

*Suspensio gradus placide ire perrexi: accessi: adfuiti:*

Ani-

*Animam compressi. AUREM ADMOVI :  
ita animum coepi adtendere ,  
Hoc modo sermonem captans.*

Sic prorsus sit , & quum aliquid adtente inspe-  
ctamus , nempe , quod oculos desleclimus , ac  
propius admovemus . quod pariter in Licæ ex-  
pressit Petronius paucis interjectis : *Sed continuo  
ad inguina mea LUMINIBUS DEFLEXIS , &c.*

*Jam sua sponte credentes .*] Mirus non hic ad-  
fectus , sed locutio . Ancillæ dicebant , Gito-  
nem esse ; Credebant jam sua sponte Triphae-  
nae aures , quia *notissima* jampridem voce erant  
repletæ .

*Ad inguina mea .*] Quippe ibi indicium Licæ  
abunde cognitum . id plane suspicari licet ex for-  
mula illa foederis cap. cix. ubi cavetur , *Ne Li-  
cas quaerat , ubi nocte dormiat Encolpius* . solens  
namque quaesierat vir pudentissimus .

*Moxit officiojam manum .*] Latet nequitia , & adver-  
sus Licam morsus non sine veneno . Interpretem hic  
Senecam Rhetorem praebeo Praefat. lib. iv. Epi-  
to n. Controversi. ubi loquitur de Q. Haterio orato-  
re eximio : *Almimi illum ( quum libertinum reum  
defenderet , cui objiciebatur , quod patroni concubi-  
nas fuisset ) dixisse : Impudicitia in ingenio crimen  
est , in serbo necessitas , in liberto officium . Res  
in jocos abiit : Non fecis mihi officium , & , Mul-  
tum illo & hic in officiis vorjatur . ex eo impudici ,  
& obseceni aliquamdiu officiosi vocati sunt .* Quam  
conciua sit ad Petronii mentem isthaec *officio-  
sae manus* acceptio , colligere quoque licet ex  
Lycæ nequitia haud obscure expressa in tabulis  
videlicet foederum cap. cix.

*Ulyxis nutricem post vicelesimum annum cicatricem  
invenisse originis indicem .*] Finxerat apud Penelo-  
pem redux Ulyxes , hospitem se è Creta esse o-  
riundum : ait quum postea lavaret ipsum Eury-  
clea nutrix plane agnovit ex cicatrice , quae  
genu super ex vulnere remanserat , ei ab apro,  
dum venaretur , inflicto . Eleganter hocce ab  
Homero poëta summo decantatur Odyss. lib.  
xix.

*Quum homo prudentissimus .*] Puto genio satyri-  
ci , & Petronii magis convenire , *prudentissimus* ,  
perinde atque alium similem locum Arnobii e-  
mendavit Godesc. Stewechius lib. v. ubi de O-  
crisiam legebatur : *Ocrisiam prudentissimam feminam  
dicos inseruisse genitali .* Ut in re impudentissima  
Lycam *agnovit* , *pudentissimum* : Ocrisiam etiam  
*pudentissimam* indigitaverint . aliter enim mire frige-  
rent orationes , licet cap. cxi. vulgatam le-  
tionem nitamur tueri .

*Conversis omnibus corporis indiciorumque lineamen-  
tis .*] Haec sunt ipsamet corporis lineamenta , quo-  
rum cap. cviii. iterum summa cum elegantia  
meminit . De ipso Encolpio loquitur etiam :  
*Ut vero sponsia uda facies piorantis deterjta est , &  
liquefactum per totum os aramentum , omnia scilicet*

*et lineamenta fuliginea nube confudit , &c.* Ver-  
ba alibi de lineamentis coptose fecimus .

*Quod ergastulum interceptisset errantes .*] Locus  
iste ex illis est , quos attingere crudelitissimi  
interpretes dedignati sunt , nobis autem , qui  
tam delicate non sapimus , eos cum tyrunculis  
communicare , facpicule adlubescit . *Ergastulum*  
fervorum carcerem fuisse , ubi vinciti operaban-  
tur , nemo nescit . Illi enim , qui noxii de-  
trusi erant , & plerumque , qui innoxii , velut  
villiores servi , & agrestes , ac solum ad opus  
faciendum apti . Ait , qui , quaevis , ergastu-  
lum interceptisset liberos , ingeniosque , quod  
Tryphaena suspicatur ? Dicit Suetonius in Au-  
gusto cap. xxxii. *Rapti per agros viatores sine  
discrimine , liberi , servique , ergastulis posses-  
sorum supprimebantur .* In illa igitur liberi immit-  
ti soliti , per vim tamen , aut fraudem , quod  
& Lipsius jam vidit . *Viatores* Tranquillus ad-  
pellat , quos Petronius , *errantes* . Sic iterum  
in Tiberio cap. viii. *Curam sustulit repurgan-  
dorum tota Italia ergastulorum , quorum domini in  
invidiam venerant , quasi exceptos supprimerent ,  
non solum viatores , sed & quos sacramenti metus  
ad hujusmodi latebras compulisset .* Exceptos ita  
illos , credidit Tryphaena , & in ergastulum  
fuisse conjectos . ubi qui vinciti , & scripti etiam :  
unde eleganter Juvenalis , *in scripta ergastula* . di-  
xit Sat. xiv. Inde ergo , & vera esse *stigmata* ,  
credebat Tryphaena , ut inquit Petronius : cui to-  
ti firmando adpositum insuper Scribonii Largi  
referam locum ex cap. 231. *Quatenus acrium  
& exulceratorum medicamentorum labita est mentio  
& potemus quo stigmata tolluntur indignis . Ete-  
nim multis haec calamitas ex transverso accidit , ut  
dispensatori Sabini Calvi naufragio in ergastulo de-  
prehensio : quem Tryphon multis delusum , & ne ca-  
sus quidem notas confusas habentem , uno medica-  
mento liberavit .*

*Aut cujus tam crudeles manus in hoc supplicium  
durassent .*] Variæ sunt verbi *durare* notiones , quæ  
nobis in praesentia non faciunt , & plures con-  
fuderunt . Ea autem , qua nunc illud usurpavit  
Petronius , palam sit Quintiliani ex Declamatio-  
ne 279. loco : *Non omnium animos maritorum du-  
rare ad sanguinem : esse quosdam mitiores , qui ne  
conficere quidem crucem possiderent .* Quaerit ergo  
Tryphaena : Quisnam adeo immiti ferroque  
corde inveniri potuit praeditus , qui in punien-  
dis amabilibus formis eo usque pericervarit ?

*Quibus in odium bona sua venissent .*] De se nunc  
loquitur Tryphaena , scilicetque verborum est , eos  
nempe , qui ejusdem Tryphaenæ odissent delicias ,  
pulcritudinem , veneres , elegantias , ac dum ejus-  
met erga ipsos gratiam , ac benivolentiam adeo  
ut , tot amoris posthabitis bonis , furtim se sub-  
duxissent , aliquam ( quod modestè , de se quip-  
pe , dictum ) contumeliam quidem meruisse . Con-

stat enim ex sequentibus, hance esse Tryphaenae mentem : *Sed Lycas memor adhuc uxoris corruptae.* Et ex illo, quod ipsi profert cap. cviii. *Sed contentus amor vires habet.* Sic, bona, rursus accipit cap. cxxxiv. ubi de evirato Encolpio fatitur Profelenos : *O, inquit, ò Enothea, hinc adulescentem quem vides, malo astro notus est : nam neque puero, neque puellae BONA SUI vendere potest.*

Cap. CVI. *Haberemus nos extremum solatium.*] Hocce juxta Ethnicorum dogma videtur dictum. longe aliter nos, qui CHRISTIANI eluimus. Disertim illud expressum reliquit illustri femina Gracchorum mater Cornelia, de qua nobile exstat Ciceronis elogium in Bruto. Illa ergo in quadam Epistola inquit : *Dicis, pulcrum esse inimicos ulcisci, id neque majus, neque pulchrius cuiquam, atque mihi, esse videtur.* Id extremum solatium, minimum, Scioppius in Symbolis interpretatur.

*Et adumbrata inscriptione.*] Id est, simulata, non vera. quod, *umbram supplicii*, vocavit supra, ut jam diximus.

*Nec se minus grandi vexatam injuria.*] Subdole hic facit Petronius loqui Tryphaenam. nam longe aliud quidem, ac prima fronte verba innuere videntur, recessu continent abstrusiori, uti supra ad verba cap. xxv. *ne majorem injuriam*, &c. jam volumus monitum esse lectorem.

*Cujus pudoris dignitas.*] Qui provocabulum *cujus* ad Tryphaenam referri ajunt, divinitus loquuntur : aliter num qui scirent, quae in absentivis Petronii prioribus fragmentis continebantur ? inde enim ejus notitiam constare, indubitabile est.

Cap. CVII. *Me, utpote hominem non ignotum &c.*] Hinc oratoris munere Eumolpus fungi incipit, quem ideo *legatum* Licas adpellat subinde hoc capite, *Si gratiam à legato moliebantur.* Haec autem gratia erat, ut noxios reconciliaret Eumolpus aliquando amicissimis, nempe Licae, & Tryphaenae. nam & ipsis haud erat ignotus fenex, immo valde amicus : qua fiducia Encolpium & Gitonem Licae navi sese *ultra* commisisse, non vero *casu* incidisse, fatagit nunc Eumolpus adstruere.

*Nisi forte putatis juvenes casu in has plagas incidisse.*] Quaestionis ergo potissima pars, an *casu* Encolpius & Giton in navem venerint, an *ultra*. Eumolpus patronus negat, *casu incidisse*, ut non cura, ac studium videretur illud fuisse Deorum, qua praecipue ratione illi periclitabantur : immo potius sponte sua Licae sese credidisse, *Quum omnis vector nihil prius quaerat, quam, cuius se diligentiae credat.* Opponit ergo Petronius inter se, *casu incidisse*, & *ultra venisse*. Paulo infra ait Licas hoc capite, *Ac primum omnium, SI ULTRO venerunt, cur nuda-*

*vere crinibus capita ? & inferius : Ex quo apparet, CASU incidisse noxios in plagas.* Pariter Cicero *casu & sponte* in Part. Orat. *Si imprudenter, aut necessitate, aut casu, quidpiam fecerit : quod non concederetur iis, qui sua sponte & voluntate fecissent.* Fortasse Arbitr etiam opponere amavit, *casu venisse, & divinitus* : nam id curae Diis fuisse, pluribus palam facere conatur Licas. Sic inquit capite praecedenti : *Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexisti, ò Tryphaena. nam imprudentes noxios in nostrum inducere navigium, & quid fecisset, admonuerunt pari somniorum consensu. Ita vide, ut profuit, illis ignosci, quos ad poenam ipse Deus adduxit.* Ita etiam Cicero opposuit expresse lib. II. de Divinat. *Horum quum nihil fieri potuerit, sine aliquo motu, quid est, cur divinitus ea potius, quam casu, facta esse dicamus.*

*Quam cuius se diligentiae credas.*] Eadem utitur & Horatius allegoria Ode politicissima III. lib. I. Carm. in re parissima, ubi & tota crediti ratio exactissime expressa :

*Navis, quae tibi creditum*

*Debes Virgilium, sinibus Atticis*

*Reddas incolumen, precor.*

*Servitia ecce in frontibus cernitis.*] Id est, notas serviles, abstractum pro concreto, ut saepe alias. Sive *servitia* servos interpretetis. Nam ex frontium stigmati servi ab omnibus omnino haberentur. Sic Seneca usurpavit de Tranquill. cap. II. *Huic itaque primum rei pretium detrabendum est, & spiritus inter servitia numerandus.* Hoc est, *inter servos.* Itidem Plautus Curculione II. III. 21.

*Proscriptos.*] Palam, ac plane scriptos, simplici ac primigenia sua significatione.

*Omnia fecisti.*] Formula est proverbialis, *omnia facere*, de illis videlicet usurpata, qui ad aliquid efficiendum nil intentatum, nil inausum, linquunt. Sic Arbitr ipse cap. cxv. *Quae ergo dementia est, omnia facere, ne quid è nobis relinquat sepultura ?* Sic & saepe Seneca F. Similis & illa est, cuius meminere Adagiographi, *omnia experiri*, de qua consulendus Erasimus.

*Ex quo apparet, casu incidisse noxios in plagas.*] Quod factum Deorum consiliis. Supra cap. cvi. Licas ipse : *nam IMPRUDENTES NOXIOS in nostrum inducere navigium.* Imprudentes ergo casu inciderunt. Illis autem ignosci, quos ad poenam Deus deduxisset, foret religio. Hinc plane, quod omnino obesset miseriis, conligitur. Illud vero diluere, & elevare, totis viribus Eumolpus molitur.

*Tam candide ad vestras aures perveniat, quam simpliciter gestum est.*] Plane ergo, *candide*, & *simpliciter* idem. Eleganter conjunxit Epigrammatarius noster lib. VIII. Ep. 73.



*Instanti, quo nec sincerior alter habetur  
Pulchre, nec NIPHA SIMPLICITATE  
prior.*

Et Arbitr iterum cap. cxxxiii. *Ubi novae  
SIMPLICITATIS opus CANDIDA lingua re-  
fert.* Saepe & Symmachus Arbitri peculiare  
formulas facere suas conatus fuit. ita illud est  
Epist. 73. lib. vi. *Sed, ne major ad vestras au-  
res fama perveniat.* Vide Sirenem voc. *Candi-  
dus.*

*Nec tamen putaverunt, &c.]* Locum male usque  
adhuc ab interpunctione habitus: ideo, ut per-  
spicuitati ejus foret consultum, juvenandus dilin-  
tione fuit, illum in modum, ut edi curavi-  
mus.

*Nisi forte miserabiliores calvi solent esse.]* Hoc est,  
magis miseratione digni. haec vera est Petronii  
mens. nam rasura, & calvities certissimum erat  
miseriarum ac calamitatum indicium. quod nescio  
an interpretes viderint, certo tamen scio, *ἀπεργ-  
είοντα* prorsus esse, quae hic producant. Equi-  
dem vero uno aut altero exemplo sententiam Ar-  
bitri subsulcio, nihil quippe hodie magis est per-  
vulgatum, quam cum omni in luctu, tum potissimum  
sunebri, antiquis fuisse abrafos capillos. Herodo-  
tus Musā II. inquit: *Τότι άλλοισι ἀίθρα ποιοι  
νεμθ' άμα κήθει κεκαρθαι τὰς κεφαλὰς τὰς νάρισα  
ικνεῖται.* Apud alios homines more receptum est, ut  
in luctu statim capita tondantur ab iis, quos potis-  
simum is adtingit. Idem & Seneca indicat lib. v.  
de Benef. cap. 6. de Archelao rege loquens:  
*Usque eo ignarum, ut, quo die solis defectio fuit,  
regiam elauderet, & filium (quod in luctu, ac re-  
bus adversis moris est) tonderet.* Vide autem mi-  
hi, quam apte id Petronio dictum de illis, qui  
cum capitibus & supercilia habebant denudata:  
Artemidoro namque teste lib. i. Onirocr. cap.  
27. *Ἐὖος γδ̄ παλαιὸν ἐπὶ πύθει γὼς ἀφρῶας ψιλῶ-  
σαι.* *Vetus mos est in luctu supercilia nudari.*

*Per interpretem.]* Id est, ab Eumolpo. ideo con-  
vertit orationem ad Encolpium inquit: *Quid  
dicis tu latro? &c.*

*Quae salamandra, &c.]* Exculeavimus voculam  
inveteratam, sola, clanculum enim alienum in  
locum importune inreperat, ex repetito nimi-  
rum principio vocabuli sequentis orta, hunc in  
modum, *Sala salamandra.* quod passim fit, adeo-  
que facile commissu est, ut ipsi protoplastae Sa-  
tyrici fortuito excidere potuerit, quam raptim  
illud in ipso pene limine mortis exararet, ut ad  
Neronem mitteret. Primus originem adulterinae  
vocis animadvertit Christoph. Richardus, cui  
lubentes postea subscriperunt viri imprimis eru-  
ditione conspicui.

*Cui Deo crinem vorasti?] Quae rit, Cui Deo?*  
nam pluribus moris erat comam sacrare. *Apollini,  
Herculi, Baccho, Aesculapio:* Deabus etiam,  
*Junoni, Dianae; Hygiae.* & non tantum, quum

praefecarentur crines, sed, quod mirum, quum  
& pascerentur. Sic Censorinus cap. i. *Quidam  
etiam pro cetera bona corporis valetudine crinem deo  
sacrum pascebant.* Ubi late Lindenbrogius, &  
interpretes Virgillii in id VII. Aeneid.

- - - *Sacrum tibi pascere crinem.*

*Ἐν παρόδῳ* autem ab Apolline Delphico placuit  
Thefei comam vindicare, cui ejus anteriorem  
partem consecrasset, ait Plutarchus in ejus vita.  
nam, Polyaeo teste lib. i. Strateg. cap. 4.  
*Θησεύς ἐν ταῖς μαζαῖς τὰ πρῶτα τῆς κεφαλῆς ἀπι-  
κείρωτο, τῶν τοιγὰν τὴν ἀντίληψιν ἀφαιρούμενος.*  
*Thefeus in pugnis anteriores capitis crines abradere  
solebat, prae parans se, ne quis eum adpre-  
hendere ac tenere possit.* Cui facit historia de co-  
matis militibus Alexandri ex Ptolomaeo Lagi fi-  
lio ab Synesio prodita in Calviti encomio. Sed  
utrumque ego puto verum fuisse. nam comae sa-  
ne partem illam, ne adprehenderetur, refecavit  
Thefeus, ipsam vero subinde, more antiquo,  
dono dedit Apollini.

*Pharmace.]* *Φαρμακός*, inquit Suidas, *μυροψός,  
ἢ ὁ σκευάζων δηλητήριον φάρμακον.* *Pharmacus, un-  
guentarius.* Et ille, qui venenata medicamenta com-  
ponit. Vide ergo, quam apte *Pharmacus* voca-  
tur ille, qui eximius technarum ac fraudum ar-  
tífex habebatur. Sive aliter: *Φαρμακός*, rursus  
ait Suidas, *ὁ ἐπὶ -καθαρισμῷ τῶν πύλων ἀναίρημε-  
νός, ὃν λέγουσι νάθαρμα.* *pharmacus, qui propter  
aliquam urbis lustrationem interficitur, quem vocant  
νάθαρμα,* id est, *placulum.* Multis Tzetzes Chil.  
iv. Hist. 23. Itaque ipsum vocavit *pharmacum*,  
ut indicaret, in animo habere, ejus capite  
navem lustrare. Valde enim hocce concinnum est  
ei, quod Licas ipse praedixerat: *Aurabite oculos  
nocentes in medium, ut sciam, quorum capitibus de-  
beat navigium lustrari.* Utraque interpretatio a-  
deo est bona, ut vix discernere liceat, quatenam  
praeferenda sit.

*Cap. CVIII. Turbatus, & deformis, &c.]* Pe-  
riodo in ista aperte hiat sententia, verbi alicujus  
defectu laborans, quod miror tot eruditos ho-  
mines non sensisse.

*Spoliati capitis dedecus]* Recte capitis *dedecus*  
calvities dicitur, si formae *decus* audiunt capilli.  
Arbiter capite sequenti:

*Quod Jumentum formae decus est, cecidere ca-  
pilli.*

*Ut vero spongia uda facies plorantis deterfa est, &  
liquefactum per totum os atramentum, &c.]* Apta  
ei spongia, & in usu olim, uti hinc discimus.  
Ego lepido Martialis Epigrammate amplius con-  
firmo l. vi. 57.

*Mentiris fides unguento, Phoebe, capillos,  
Et tegitur piñis sordida calva comis.*

*Tonsorem capiti non est adhibere necessum:*

*Radere te melius spongia, Phoebe, pectest.*  
*Phoebium autem huncce adpellat per ironiam E.*

pigrammarius. nam *pulcriconi, auriconi, &c.* cognomine passim numen illud decoratum antiquitus. Quod non animadverterunt usque adhuc interpretes.

*Fulginea nube.*] Quomodo hoc accipiendum sit, supra jam indicavimus ad verba cap. cii. *Tantum literarum studiosus, utique atramentum habet.*

*Ac ne ancillarum quidem clamor aciem destituit, uno tantum gubernatore, &c.* Sensus est, quod, licet gubernator regimen navis relicturum se miraretur, nihilominus tamen ancillae Tryphaenae acutum tollebant clamorem, vocibusque aciem incessabant alias inermes. *Illinc Tryphaenae familia, ait Arbiter, nudas expedit manus.* Quod mire dictum de sequiori illo sexu, quem nimirum, natura comparatum est, verbis tantum contra arma gerere bellum potesse. nam *mulierum verbalibus undis, inquit Fulgentius l. 1. Mytholog. & caussilici cedunt, nec grammatici mutiunt, rhetor tacet, & clamorem praeco compefcit.*

*Nobis pro vita pugnantibus.*] Minus semper invidiosum praelium habitum, quod pro vita commissum. Item pro vita pugnare, excitandis militibus est efficax admodum ratio. Quapropter ipsius, modo id foret, non obliti duces in orationibus pugarum praeviis. Sic Thyamis apud Heliodorum lib. 1. paulo ante finem, & Judas, dux maximus, l. x. Machabaeorum cap. 3. 21. *Ἡμεῖς δὲ πολυμῆδεν περὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τῶν νοτιμῶν ἡμῶν.* quod sic reddit vetus interpres: *Nos vero pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris.* Anima enim pro vita in sacris libris passim est. Jonas cap. 4. 3. *Aufer nunc animam meam.* Job. cap. 2. 4. *Pellem pro pelle, &c., quidquid habet homo, dabit pro anima sua.* Ac profani scriptores, ut Drusus jam observavit lib. v. Observat. cap. 10. Sic & Crispinus strenuus dux apud Herodianum lib. viii. ubi Aquilejenses erigit, & confirmat.

*Abscissurum tot miseriarum couffam.*] Res perdidicula est, ne Dius Fidius, hic proferre, verbis illis quid spurci latere: vero namque verius est, patere palam. Encolpius sane Latine dicit: *Giton ad virilia sua, &c. & sine ambagibus quoque gubernator: si non desinat rabies libidine perditorum conlecta.*

*Non dissimulata missione.*] Id est, clara & manifesta inhibitione. ubi, abjecta jam larva faciviae, occultus Tryphaenae erga Gitonem adfectus detegitur plane.

*Tragoediam implebat.*] Eleganter tragoediam usurpavit pro mimiciis caedibus. sic omnino in Tragoediis simulatae. Ipse Petronius explicat verbis illis cap. xciv. ubi de eademmet novacula sermo: *Nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam.* Etiam pro quovis usurpatur figmento. sic Arbiter cap. cxl. ubi de ficto illo divite sermo est. *Et*

*si non servasset integram simulationem, periclitabatur totam paene tragoediam evertere.*

*Selatarium.*] Sic habent V. C. nobisque probatur lectio ipsa vocis peregrinatione. qui naevi Sattyrica in forma dispersi saepius ipsa deformitate delectant. Christ. vero Richardus enucleat dictionem, ipsum adi.

*Ut caduceatoris more Tryphaena inducias faceret.*] Quippe id munus olim caduceatoris erat. Curtius lib. iv. cap. 7. *Alexander, quum & classem procul haberet, & longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento videret fore, caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit.* More item caduceatoris ramum oleagineum praetendit Tryphaenae, nam cum caduceo simul & illum gestabant caduceatores, & interdum oliva ipsa caduceum coronatum. Suidas, alii.

*Data ergo acceptaque patrio more fide.*] Sic factum quum foedera icere contingebat. Id etiam inter Romulum & Tatium intercessisse, ex Ennio constat l. Annal. quum inquit:

*Accipe, daque fidem, foedusque feri bene firmum.*

Quod & Virgilium mutuam inde sumfisse, Macrobius monuit lib. vi. cap. 1. quum petentem inducit Aeneam ab Euandro pacem lib. viii. vers. 150.

*Accipe, daque fidem; sunt nobis fortia bellum.*

*Pectora.*

Porro Cicero lib. v. in Verrem res illas videtur referre, quae vicissim accipiebantur, & quibus foederum fuit fides obstricta: *Ubi exsecrationes? ubi dextrae? complexusque?* Oscula etiam nonnumquam adhibita fuere, ut alias notamus. Maçabant & interdum. Sunt autem Ciceronis *exsecrationes* jurisjurandi genus, quibus deos iratos fallenti imprecabantur. Formula exstat exsecrationis etiam apud Petronium cap. xxv. *Junonem meam iratam habeam, si m. mini, &c.* Et Plutarchus docet in *Añiois*, omne jusjurandum finiri olim exsecratione solitum. *πᾶς ὄρκος εἰς κρῆταιν τελευτᾷ τῆς ἐπιρκείας, omne jusjurandum exsecratione perjuri absolvitur.*

*Protendit ramum oleae à tutela navigii raptum.*] Praetendit (quod idem est) saepe Virgilius dixit simili in re. Etiam Plinius de lauro lib. xv. cap. *Laurus pacifera, ut quam praetendi etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium.* Ast de tutelis navium factis jam interpretes ad illa: *ut tutelamavis expiaretur.* Cave autem credas, in proris imposta simulacra illa, quae erant in navium tutelam. quum nihil adeo notum sit, ut ea in puppibus stetit. Interpretum autem testimonio, quae & hocce pariter convincunt, addere poteris & isthaec. Hefychius: *ἀνάγκαι, θεοὶ Ποσειδῶν, ἔς ἰσᾶσι καὶ τὰς πρυμνὰς τῶν νεῶν. Pataeci. Dii Pbaenicum, quos*

quos statuum in puppibus navium. Virgilius lib. x.  
- - - Et aurato fulgebant Apolline puppis.

D. Gregorius Nazianzenus:

Ναὺς δὲ ποντοπορεῖαν ἰπνεύσα, ἢ παρασίμοις  
κάθησιν, ἢ πρῶτης ἀνδρῶσι λαμπομένην.

Navem vero undivagam laudavi, non insigni-

bus  
Ornamentis, non puppis picturis, expoli-

Ovidius in Ep. Paridis:

Accipit & pictos puppis adunca deos.

Nec voluit aliud Horatius:

Nil pictis timidus navita puppibus  
Fidit.

Et alii prope innumeri. Mos quidem adhuc non obsolevit. Divi quippe conlocantur tutelares hodie itidem in puppibus, unde & naves etiam denominantur. Bene autem qui ex oleae rano, quem in manu, aut capite, haberet in sertum compactum, Palladem arguantur navigii illius fuisse tutelam. Tutelarem enim illam fecerunt plures navitae puppibus suis, unde Tritoniae naves, & illa Nafonis:

Ei mihi, sitque precor, flavae tutela Miner-

vae  
Navis, & à picta casside nomen habet.

Nec Medea furens fraterno sanguine.] Absyrtum intelligit, quem soror Medea necavit, & articulatum discepsit ea gratia, ut, dum sparsum portu corpus pater colligere studet, ipsa interim effugeret cum suo Iasone. Μνήστως δὲ Ζεὺς ὑπὲρ τῶν Φοῦρτων & Ἀΐδης, χεῖμαίνα λάθρον ἐπιπέμφα. ἰερόαλλε πάλιν, inquit Apollodorus lib. i. At Jupiter, ob Absyrti caedem iratus, ingente immensa tempestate Argonautis errores injicit. Quod periculum, quum Medea abesset, haud imminere, nunc Tryphaena innuit. Verum enim vero in his diutius innumeri non lubet. nam tragoedias veteres non curamus, aut nomina saeculis nota, praecipue, quum tyronibus saepe consulere, Critici, qui palato delicatissimo praediti sunt, non patiantur libenter.

Cui non est mors una satis?] Ideo labor supervacuum morientes occidere, ut inquit cap. xcvi. sed vide quae ibi dicimus. Nunc vero alio exemplo patefacit:

- - - Ne vincite pontum,

Gurgitibusque feris altos immitte fluctus.

Cap. CIX. Tabulas foederis signat.] An signat hic est scribit? Festo signare scribere est. Non incommode autem de obfignatione interpreteris tabularum, quibus foedera, conventaque, erant exarata. Inquit ergo Arbiter, Eumolpum videlicet tabulas illas pactorum obfignasse, postquam formulae sequentes forent in illis descriptae: ut plane sic opportune adluderet ad morem illum novissime aetate sua repertum, de quo ita Seneca, Petronio coaevus, lib. III. de Bene-

ficiis cap. 15. inquit: Utinam nec pacta, conventaque, impressis SIGNIS custodirentur: fides potius illa servaret, & aequum solens animus. Recte igitur uterque scriptor, quum hocce in Nerone retulerit Tranquillus cap. xvii. Adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae, ac ter lino per foramina trajecto, OBSIGNARENTUR. In quibuslibet ergo tabulis solennibus & id prorsus indubie servatum. Plenius vero illum obfignandi ritum Jul. Paullus edocuit Sent. lib. 5. Tit. 25. ad L. Cornel. testam. Amplissimum modo decrevit, eas tabulas, quae publici aut privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita SIGNARI, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque impositum supra limum cerae SIGNA imprimantur, ut exteriores scripturae solum interiori servant. Aliiter tabulae prolatae nihil momenti habent.

Ex tui animi sententia.] Formula est in foederibus ac juramentis adhiberi solita, cujus interpretationem Quinstitianus exhibet initio cap. 5. lib. viii. Sed de ipsa multis egerunt, primum Cujacius lib. xv. Observat. cap. 21. & postea Brissonius lib. viii. Formularum, ac demum Hansenius de Jurejurando veterum, cap. 12.

Ut tu, Tryphaena.] Istud malo astro expungunt postremae editiones, quum potius, si abesset, addendum necessario foret, ut duarum formularum ratio nocderum, Licae, puta, & Tryphaenae, satis constare posset.

Nisi pro quaque re.] Sic intrepedi nunc primum edimus. nam ante, nisi pro qua re, omnes libenter amplexi sunt, & tot emundatae nares, mendam latere, non subollescerunt. quum aurem cuique vellere posset sequentis formulae similis omnino clausula: PRO SINGULIS injuriis numeribus, &c.

Prascenes numeraveris.] Infra hunc locum interpretamur ad illud cap. cxvii. nominibusque depositum. Ideo nunc illuc te remittere, satis sit.

Neque quare, ubi nocte dormiat.] Supra hoc tetigimus, cujus & simile est illud Poëtae Celtiberi lib. III. Ep. 91.

- - - Qua parte cubaret,

Quaerunt.

Practurita aboleri osculis placet.] De more isto supra egimus ad cap. xcix. Ecce etiam osculo iram finio. Ipsum sis adi locum.

Conciliant hilaritate concilium.] Ταυτολογία committunt, qui scribunt hic concilient concilium. Itaque nos, concilium, velut ab exilio revocatum in contextum recepimus. praesertim, quum ambigendi jus prorsus de medio tollerent illae formulae ad certamen prolatae. Ubi, ad certamen, me interprete, certatim est. A porfia, nos dicimus, locutionis id genus puro Hispanismo utique experimentes.

*Alius exultantes querebat fuscina pisces.]* Quatuor piscationis insigniora genera tradiderunt scriptores prisca. Sic ea Aelianus memorat lib. XII. de Natur. Anim. cap. 43. Δικύβια, κήλιον, κήκυρλια, κή αλκισρία προσέτι. Fit enim vel reti, vel conto, vel nassa, vel bamo. Habuit ab illo, uti plura alia, Oppianus Ἀλιευτ. IV.

Τὸς δ' ἀγκυρὰς ἐρύπαντας ὁμοίους αἶσα κηχά-  
νει

Κύβλιοντ', ἀγκύρων τε, βαθυπλεκέος τε λί-  
νοιο,

ῥιπῆς τε τριόδουλος.

Reliquos vero omnes simile fatum adprehendit Nassarumque, bamorumque, & late plexi lini,

Itisque tridentis.

Qui vero Aeliano contus, τριόδουλος, tridens, Oppiano est, Polluci lib. x. cap. 30. τριάννα, & hic Petronio fuscina. Rationem autem cum ipsa fuscina piscandi eleganter Oppiani dedere aurea carmina.

*Alius hamis blandientibus convellebat praedam repugnantem.]* Aliud piscandi hocce genus inter superius adducta recensitum. Hamis blandientibus dixit figurate, pro harundine, virgave, calamine, à quo blandiente pendet hamus. Similis est Martialis locus lib. i. Ep. 56.

Et piscem tremula salientem ducere seta.

Ubi eadem omnino ratio est tremulae setae, ac blandientium hamorum. Itemque praedae repugnantis, ac piscis salientis.

*Pelagiae confederant volucres.]* Marinae aves. Sic, pelagiae purpurae, magno Plinio dictae, quod purpura ex marinis conchis conficeretur olim. Late Generus lib. iv. de animalibus. & Pelagiae falerae Mimographo supra cap. LV. Aliter Plinius aves illas, aquaticas volucres, vocat extremo lib. XVIII. Earum autem multiplex genus est Aristoteli lib. VIII. de Histor. Animal. cap. 3. Sextuplex Oppiano lib. i. Ἀλιευτ. Nempe lari, balcyones, aquilae marinae, lolligines, accipitres, hirundinesque marinae. Ast Aeliano lib. XIX. de Animal. cap. 52. triplex tantum, quae eadem cum tribus Oppiani ultimis. Necessario altiuscule volitantes per antennam confederant navis. nam de accipitribus inquit Oppianus lib. i. vers. 435.

Ἰεγεῖες δ' ἀβήης ἄλκας σχεδὸν κερύθουσαι,

Ἄκρον ἐπιφύουσι ἀλός πόρον, ὅσσον ἰδέ-  
σθαι

Ἄμμου νηχομένοισι, κή ἰπλομένοισιν, ὁμοῖοι.

Accipitres vero ipsi proxime maris spumae superimminent,

Supremum adtingentes maris fluxum, ut videantur

Simul nautantibus, & volantibus similes.

Et Aelianus itidem: Οἱ γε μὴν ἰεγεῖες ὑπὲρ τὴν

ἄλκην φέρονται ὀλίγος, ἄς μάλιστα ὄτι μὴ νήχουσαι, ἀλλὰ πύθουσαι καὶ ἰπλοῦνται. Accipitres denique paulo supra summam aquam maris tolli solent, ut ad iudicandum sit difficile natentne, an volitent. Alte vero hirundines, lolliginesque. Idem Oppianus lib. i. vers. 431.

Ἄμ' αἰ μὴ κή τῆλε κή ὑψόθεν ταρσὸν ἰεῖσαι

Τευθίδες, εἰδὲ κεν ὄρνιν ὀϊσσαι, εἰδὲ κεν ἰχθύν,  
Εἰσορέων, ἀγελήδων ὄθ' ὀρυκτῶσι πέτεσθαι.

Αἰ δ' ὄρου τῶν ὑπέροθεν χελιδόνος οἶμον ἔχου-  
σιν.

Sed lolligines quidem & procul & alte alas mit-  
tententes.

Neque avem esse putaves, neque piscem,

Si intuearis, gregatim quando ruunt ad volat-  
dum.

At infra has hirundines viam tenent.

Ithacae autem, ne existimes, ἀγκυρὰς nos protulisse, scire oportet, tempestatis, ob religionis contentum imminetis, Deos sic indubie voluisse, Licam commonefacere; sciteque & consulto signa illa Arbitrum praemisisse. Diserte Plinius, tempestatum ac ventorum recensens praefagia, inquit: Ceteraeque aquaticae aves concursantes. Item Artemidorus lib. II. cap. 17. Λάρι, κή αἰθουαί εἰ ὄρα τοιαῦτα θαλάσσια εἶναι ὄρεα, τὸς πλείους εἰς ἔσχατον κατέγει κινδύνου ἀλλ' ἔκ ἀπολλύσσει. καθεδύεσθαι ἔτι γὰρ ταῦτα. ἀλλ' ἐκ ἀποσιγέσει τῆ θαλάσση. Lari, & mergi, & quaecumque ejusmodi marinae aves, navigantes in extremum periculum inducunt, sed non perducunt. Merguntur enim tales aves omnes, sed in mari non suffocantur. Idem Olaus Magnus de septentrionalibus volucibus tradit lib. i. cap. 7. Sed iterum ecce de lolliginibus speciatim idem Plinius, LOLLIGO VOLITANS, conchae adhaerescens, ecbini adfigentes sese, aut barena saburrantes, TEMPESTATIS SIGNA sunt. Etiam Plutarch. in Quaeft. Nat. quum Problema proponit: Διὰ τί τευθῆς οὐκ οἰκνῶσι σπυρῆν ἐπιμεγῶν χειμῶν; Cur nam LOLLIGINE sese ostentante magna fiat TEMPESTATIS praefagium? causamque pluribus reddit.

Quas testis harundinibus peritus artifex tetigit.] Aucupio etiam harundines adhibitae, non solum ad piscationem. Appulejus lib. XI. Metamorph. Nec qui, diversis harundinibus, alter aucupem cum visco, alter piscatorem cum bamo, induceret. Plinius etiam lib. XVI. cap. 36. Aucupio est δόναξ ἰσοφόρος apud Oppianum, barundo viscum ferens, seu visco illiia. Item Erycio in Anthologiae IV. cap. 12. δόναξ ἰεγεῖας, harundo viscosa. ubi & λαθροβόλος adpellata, id est, occulte conjecta, quam testam dixit Petronius, hoc est, obtectam, & occultatam. ait ergo Erycius;

Οἱ τε λίσις βαινοῖτε πειροβόλους, οἱ τε σιδά-

ρῶν,

Οἱ τε εἰξευτῆ λαθροβόλου δονάκι.

Quod

Quod distichon perperam ab interprete acceptum, cujus haec versio :

*Quique linis consilentes inceditis, quique ferro;*

*Et qui viscatore aucupatorio calami.*

Pentametrum enim reddere ita debuerat :

*Et qui viscosa occulte jasta birundine.*

Martialis item lib. XIV. Ep. 218. de harundine procul dubio intelligendus aucupatoria.

*Pallida dum tacita crescit barundo manu.*

Sic etiam Silius :

*Sablinem calamo sepitur crescente volucrum.*

Et plures alii. Vidimus & nos saepe hocce genus aucupii. Cave autem confundas illud cum alio verbis, non re, simili. Erat nimirum, quod calamis consiciebatur jaculatoriis arcu emittis : de quo plane Propertius lib. II. El. 19.

*Et stricte figere avem calamo.*

Aperite autem magis marmoris titulus :

DAE. ACCYMBITVR. PVER. E. PROXIM. VICINIA. ARVNDINE. (QVA. IN. ADJACENTIS. HORTVLI. ARBORE. CONSIDENTEM. AVEMLADIPISCITVR.) PER. GENES. FRAM. INTRORSVM. ARCV. ADACTA. &c.

Et Synesius Cavilli encomio. Porro quod sequitur : *Illae (pelagiae volucres) viscatiss illigatae vimi fibris deservantur ad manus*, elegans est primi aucupii descriptio.

*Tollebat phoenas alna volitantes, pinnasque per maria in vitiis jurens torquebat.*] Expressum hic aliud etiam tempestatum praenuntium. Illhaec enim ex illis profus sunt, quae neutiquam eruditi interpreti contemnenda. Sic Plinius extremo lib. ubi supra, signa tempestatum praefragientia referens, subdit : *Lomax papuli, aut spina volitans, aquisque PLUMI sonant.*

*Extrema parte posterioris spargebat.*] Forsitan hic Cottabi lufum Arbitr innuere discipuit, de quo Athenaeus initio lib. xv. sive jocum illum perpetuatum, Romanis convivis frequenter usurpatum, spargendi ministrum circumstantes poculo residuo, quem & elephantos diledisse, praecipue qui ad spectaculum essent destinati, narrat Aelianus lib. II. de Animal. cap. II. Illud tamen praec omnibus magis adhibet nobis, scilicet, Gitoni feminam porrexisse praeglutatum poculum, quod iudicium amoris haud fallax. Apud Curium Fortunatianam antiquum quaerunt amantes : *Mretrix ex tribus amittit us, a ium osculata est, alii RESIDUUM POCULUM dedit, a ium corruavit : contentum, quem magis illigat illud.* Graecis τὸ πίνειν dicebatur, & Romanis exin profinare. Glossae, Πρωπινο. Prohibo. lege Prohibo. unde Petronius clarat cap. cxiiii. *Nec Giton me aut tralatitia profinatione dignam iudicabat.* Quod de illa amatoris profinatione recte capiendam. Lucianus autem causam edit, cur ea amatoribus magno sit in precio, Dialogo Junonis, & Jovis ita

inquiens : *Καὶ διὰ τὸτο εἰδὲ διψῶν πολλὰ κικαί- λεις πίνειν, ἐπισηε δὲ καὶ ἀπογευσσάμενοι μοι, εὐω- κος ἐκείνη, & πινῶ ἀπολαβαν τὰν κυλικα. ὅσαν ὑπό- λοιπον ἐν αὐτῇ, τίνεις, ὅθεν & ἀλλος ἐπιε, καὶ ἐντα πρὸς- ἤρωστε τὰ χεῖλη, ἴνα & πινῆς ἀμα & Φιλῆς. At- que ob id saepenumero neque sitiens petis bibere. In- terdum autem etiam ubi degustasti solum porrigerere ipsi (innuit Ganymedem) Joes : deinde bibente ipso ar- risis calicem, & quantum in illo reliquum restat, omne ebibis, ea etiam parte, unde ipse bibit, & ubi adplicuit labia, ut & bibas simul, & osculeris. Nec Ovidius illud praetormisit in praecceptis suis amatoris I. de Arte.*

*Fac primus rapias illius tacta labellis*

*Pocula : quaque bibit parte puella, bibas.*

Omnium vero elegantissime Eustathius lib. v. de Isinena & Isinene, ubi, postquam vicissim calices inter se commutassent amantes, inquit Isim- enias : *καὶ μοι παρεσχε τὸ ἔκπομα. & νη τὸν κρω- ῖα τὴν παρῴθεν ἰδοκον πίνειν αὐτῆν. τὰ χεῖλη ταυ- τας κατεφίλων ἐρωτικῆς, & Φιλῶν ὑπέκυλεπον τὰ Φιλῆμα. ὑπεκρίθη εἶλον τὸ ἔκπομα, τῆς ἐκῆς ἰ- λως Ἰσμήνης τὰ χεῖλη μετακοιζῶν μοι.* Et calicem mihi praebuit, & Amorem testor, virginem videbar ipsam haurire. Labellorum vestigia ipsius amabiliter dissuaviabam, atque osculabundus fissurabar basiam, poculo abutens velut famulo carissimae mihi Isinene labia perferente. Et post pauca : *Καὶ περιεργασθρον ὄλον ἐπέδωπον τὸ ποτήριον, καὶ τι τῶ χεῖλης τῆς κῆρης τῆ χεῖλι τῶ ποτήριον κη- κῆσται.* Et totum poculum curiosus inspiciebam. num quid ē puellae labellis poculi abhaesisset labrum, ac subinde pluribus. Similes in re amoris haud imbecetas nugas praeci usurparunt alias. Eleganter sic Lucianus de pomis. *Ἐταις. δ. κα. Τελθ- δὲ τῶ μίλως ἀποδαν, ὅσηε τὸν διφίλων εἶδες ἀ- σχολάμενον, ἐλάλει ἢ Ὁράτωνι, προκῶσας πωαι, ἐβόχως προσκόντιτας ἐς τὸν κῶλοισ αὐτῆς, εἰδὲ λαθεῖν γε περιῶμενοι ἐμέ. ἢ δὲ φιλήσαστε, μεταξυ τῶν ματῶν ὑπὸ τῶ ἀποδέσμα παρῶσυστο. Postremo autem etiam demorso malo, quando Disphibum alias res agere videbas (loquebatur enim cum Threajone tum) inclinans te quodammodo, collimate adeo jaculabaris illud in sinum ipsius, ne latere quidem me cupiens. Illa autem exosculata inter mammillas sub fascia insertabat illud. Quae apud nos adhuc neutiquam obsolescerunt ejusmodi deliciae.*

*Quum Eumolpus & ipse vino solutus dicta voluit in calces stigmatosque jaculari.*] Joculi olim in convivio mordaculi fuere, disteria, scommata. Ita Appulejus lib. II. Milesiar. *Fam illatis luminibus epularis sermo percrebuit ; jam risus adfluens, & joci liberales, & cavilli hinc inde.* Et Plautus in Milite :

*Vel cavillator facetus, vel conviva commodus*

*Item ero.*

Lucianus quoque in Cronosone hancee inter leges

ges conviviales recenſet: "Εξέειν, ἢ τις ἐδέλη, σκώμαλθον, ἔ μέρων ἕσω, τὸ ἄλυπον. Quod ſi cui libeat diſtertiis uti, liceat: ſed baſtenus adbibetur modus, ut ne ſint moleſta. Et iterum in Epit. Saturn. Οἱ πρῶτα ἤ εἰ κωφὸν ἔ ἀφῶνον τὸ συμποσιον ἰάτρειαν εἶναι, ἀλλ' ἐν κῆδοις συμποσικῶις, ἔ σκώμακων ἀνεπαχθῆσι, ἔ φιλοφροσύναις ποικίλαις συνίστανται. Qui primum non ſinent convivium ſurdum, aut mutum, eſſe, verum conſuetudine ſua fabularias conviviis aptas, diſteriaque minime moleſta, variasque voluptates adferent. Ubi urbani viri notanda moderatio, quae ſalibus illis neceſſario adhibenda eſt; praecipue, ait Macrobius lib. vii. Saturn. cap. 3. inter menſas ἔ pocula, ubi facilis eſt ad iracundiam provocatio. nam, ſicuti in praecipiti ſtatem vel levis tactus impellit, ita vino vel inuſum, vel aſperſum, parvus quoque dolor incitat in furorem. Depromit ex Plutarcho, ut totum ſere caput illud, lib. ii. Sympos. Quaeſt. 1. Cuius & Arbitri conſeius diſteriorum hic amaritudinem vitavit, fecitque, ut morſus dicacis Poëtae prorſus edentuli forent, commodaque utique ſcommata convivio. Talia ſunt illa, addidit ipſe Macrobius, de nonnullis corporeis vitiis, aut parum, aut nihil gignentia doloris, ut, ſi in CALFITIUM cuiuſquam dicas, vel in naſum, ſeu curvam erectionem, ſeu Socraticam depreſſionem. Et Synecius in Calvitiū encomio: Ἄλλα κ' ὅταν ἴτῳς προκειμένα μεταπῶν ἐξέτατις γένηται. Vertit Petavius: ut quum pulmentario adpoſto in convivarum frontes inquiritur. Sic & Plutarchus ibidem: καὶ πάλιν εἰς φελακρότητα πρῶτως φερεσθῆναι. Rurſum calvitiū non curant notationem. Lege, ſuadeo, cap. 7. Clementis Alexandrini lib. ii. Paedagogi.

In calvos.] Vel ipſa ſolum calvi adpellatio convitium olim erat. Perſius Sat. i. verſ. 56.

- - - Quum tibi, calve,

Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede exſtet. Sic non ſemel Pomponius, Poëta comicus vetuſtiſſimus: ut in Praecone poſteriore dixit:

At te dii omnes cum conſilio, calve, maſſaſſunt tuo.

Et iterum:

- - - Calve, adportas nuncium

Nobis diſparem, diviſum.

Et in Piſcatoribus:

Quid habes in ſirpiculis, calve? omne piſcati genus.

At ibi, reſpectu etiam ad calvitiem lenonum, ac paratorum, ſuit dictum: nam in ſcenam illos recalvatiroſ prodiſſe, docent Feſtus & Pollux. Uti & calvi mimi, qui, auctore Nonio in Calvit, ideo erant omnibus fruſtrati. Aliquod ergo ex illius dietis Eumolpi hocce ſine dubio.

Elegidarion.] Idem quod Elegidion, hoc eſt, minuta Elegia, ac non magni momenti opuscu-

lum. Elegis conſtat Eumolpi hocce, & Hendeſyllabis. utroſque ſanc apte vocavit Elegidion ſive Elegidarion. Etiam Plinius Junior lib. iv. Epit. 14. quosdam Hendeſyllabos Elegidia adpellavit, quae illius loci verior omnino lectio eſt.

Quod ſummum formae decus eſt.] Hocce verum eſt, & Arbitri ſcripſit, quoque veteres codices ſic retinent. Aliud vere, quod invito auctore intruſerunt, Quid ſolum formae, &c. falſum eſt, nam pluribus aliis indiget formae pulcritudo. A nobis plane Synecius eſt initio Calvitiū encomii. Φύτει δὲ ἅπαντες ἐδίδωμεν εἶναι καλοὶ, πρὸς δὲ μετρῶς αἱ τρίχεις συμπαλλονται. Natura enim omnes formae ac pulchritudinis deſiderio tenemur, adquam magna ex capillorum honore fit acceſſio.

Nunc umbra nudata ſua jam tempora.] Manet adhuc in hyemis, ac veris metaphora. nam quum hyems arborum abegit frondes, umbra ſua, & opacitate ſylvae privantur. Practerquam quod haud ſemel crines capitis humerorumque umbella audierunt quondam. ſic Synecius in Calvitiū encomio: Οὐκοῦν ἅπαντες οἴονται τε, ἔ λέγουσιν αὐτοῦν εἶναι ſκιαδίων τὴν κρῆνη. Vertit Petavius: Comam igitur nativam quandam, ac congenitam quaſi, umbellam eſſe, perinde omnes, ut ſentiunt, ita profitentur. quod ut adſruat, ſubinde advocat Archilochum hunc in modum canentem:

— ἢ δὲ οἱ κομη

"Ωμὸς κατακαίξει, ἔ μετάφρενα.

- - - Huic ipſi quidem

Humeros obumbrat tergaque incumbens coma.

Fruſtra autem in addit interpret exultat, quum translationi longe magis conveniat abegit, quod retinuiſimus.

Ridet.] Valde hic mihi probatur τὸ ridet, ut elegantiam ſic & ab antitheſi peteret. praeeſſerat namque:

Nunc umbra nudata ſua jam tempora moerent.

O fallax natura deum, quae prima dediſti

Actati noſtrae gaudia, prima rapis.] Simile eſt illud, quod in Libello, quem de cura capillorum ad amicum Domitianus edidit, ſcripſiſſe dicitur, referente Suetonio cap. xviii. Scias, nec gratius quidquam decore, nec brevius. Adnotavit & Caſaubonus.

Infelix modo crinibus nitebas,

Phoebo pulerior, ἔ ſorore Phoebi.] Concinna conlatio cum inſigniter crinitis, hoc eſt, Cynthia, & Apolline. Ille ideo intonſus vocatus, auricomus, comatus, pulcritomus, comofus, criniger, ignocomus: Graecis Ἀερτοκόμης, Εὐχαιτῆς, Χρυσοκόμης, Χρυσοχαιτῆς, Χαντίθῳ, Ἀεροχαιτῆς. Illa radians, hoc eſt, capillos effundes, ſpargenſive: Ἐκοῦς, Εὐπλοκάμῳ, pulcros circinnos habens.

Ut mortem citius venire credas,

Scito jam capitis periſſe partem.] Reſpicit hic ad

ad veterum superstitionem exilimantium: eos, qui morti propinqui forent, à Proserpina tonderi; itaque primum Orco probe initiatos feto suo fungi. Nondum enim oculis animadversiones Vouwerii lustraveram, quum hocce notatum mihi fuerat in palimpsesto, pluraque ei firmando congesseram testimonia, quae eadem ipsemet jamprimum plene retulerat. Isthaec vero, quae ipsi praetermissa, dein cumuli loco placuit subjungere. Horat. lib. 1. Carm. 28. inquit:

*Mysta senum ac juvenum desantur funera: nullum*

*Saeva caput Proserpina fugit.*

Item facetissimus Martialis Epig. in canos fucantem lib. 111. Epigr. 45.

*Mentiris juvenem tinctis, Lentino, capillis;*  
*Tam subito corvus, qui modo cygnus eras.*

*Non omnes fallis: scit is Proserpina cumam,*  
*Perjonam capiti detrahet illa tuo.*

Proinde ergo apud Euripidem *Ἐπιθήνη*, quasi quidam Proserpinae minister, secans Aicætidis comam, introducitur.

Cap. CX. *Corymbique dominae.*] *Corymbion* latine *capillamentum* interpretatur idem Petronius, ubi post pauca inquit: *Secocaturque me non minus decore exornavit capillamento: immo commendator vultus enituit, quia flavum carymbion erat.* Quo viri doctissimi videtur discrimen excludi distinguentis, *corymbion capillamentum* virorum. Euthathius indubie ei imposuit sic discriminans: *ἡλικία τριῶν εἰς ἑῶν ἀπὸ τῶν, ὃ ἐπι ἀ. διὰν κρᾶσθαι, ἐπὶ γυναικῶν κορυμῶν, ἐπὶ παιδῶν σκωρπίος, ἐκκλίθ.* *Capillorum contextus tendens in acutum, CROBYLUS* virorum, *seminarum CORYMBUS*, *serpiorum SCORPIUS* vocatur. Idemmet & Thucydidis Scholiastes tradidit ad lib. 1. Sed quid, quum *crobylum*, quem speciatim virorum illi faciunt, indiscriminatim Pollux promiscuum praedicit lib. 11. cap. 3. *Κορυμῆν δ' ὅτι Ἀπικῆν, ἀλλὰ μᾶλλον ο κρᾶσθαι: ἐκκλίθ δ' ἐτι καὶ πῶνικη, καὶ περὶ κορυμῶν, ὃ γυναικῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν, ὃ ἐνδῶς τριῶν ἔχοντες εἰς κρᾶς λόγον περὶ κρι.* *Cosymbe Atticum non est, sed Crobylus potius.* Vocatur etiam quaedam coma adposititia, quae non modo mulierum, sed & virorum est, quae raris pilis habentes, instar capillorum utuntur. Sed magis adhuc Euthathio advertatur S. Asterius, dum *crobyli* usum hominibus aufert, tribuit vero mulieribus. Verba ejus referam ex Homilia in Festum Calendarum, ubi parum honesta fugillat praestantiam militum exercitia: *Καὶ τ' ἡ ἄνα κέρτρι τ' περὶ ἄν ἀδίασι, καὶ τοῖς σέρονις ἀειλίπρι τὸν ζῆλον, καὶ ὑποδύασι κέρτριται γυναικείω, καὶ τ' κρᾶσθαι ἐπιθήνη: ἢ κορυμῆ, ἢ γυναικῆ νύκτες.* vertit Rubenius: *Tunicam ad talos demittit, zonam pectori circumvolvit, calceamenta multibria*

*sumit, & more seminarum, capiti crobylum imponit.* Crobylon autem aliquando Graeci, ut Pollux tradit, vocarunt *ἐπιθήνη*, Cyprii, ut Creon Rhetoricor. L. 1. *κορυμῆ*, Persae *κρίθι*. Nam, comis Persae adicititius etiam usos, Xenophon prodidit *κρίθι*. L. 1. itemque à Medis didicisse. Puto equidem, vix usquam reperiri nationem posse, modo foret mediocri elegantiarum artificio exulta, quae nimirum comarum defectui adicititius crinibus suppetias non tulerit. Unde multiplex orta adpellationum varietas, haut secus ac figurarum, quibus & nunc paulisper immorari, libido est. Tertullianus sic duarum species exprimit c. 7. de Cultu Femin. *Adigitis praeterea nescio quis enor nitatas futillum atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis, & operculum verticis; nunc in cervicem retro suggestum.* Ultimam videtur & S. Hieronymus his verbis etiam describere Lib. 11. Ep. 18. *Ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem struere.* Etenim *turritum* hic, quod ille *suggestum* adpellavit. Firmat Papinius in Stellae Epithalamio:

*----- Celsae procul aspice frontis honores,*  
*Suggestumque conre.*

Ast S. Hieronymum Lucanus mirifice illustrat, est dubium an de adposititia loquatur:

*Turritaque genus frontem matrona corona.*

Plane vero Prudentius, quum eam superbiae imponit in Psychomachia:

*Turritum tortis caput adcurvatur in altum*  
*Crinibus, exstructos auget: ut addita cirros*

*Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.*

Constructionem vero istam capillorum per gradus fastigiabant, quod plures dixere scriptores, observaruntque jam alii. Juvenalis Sat. vi. 500. *ordines* nuncupavit. Fuit etiam capillitii habitus iste & viris usurpatus, parum tamen pudicis. Sic de Nerone Suetonius cap. 11. *Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone verticem submisisset.* Porro altera constructio, cuius supra meminim Tertullianus, cognitu prorsus erit facillior. Verba ejus sunt: *Nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis.* Ubi simplicem, similemque ei, qui à natura constitutus habitus est, haud dubio verbis illis exprefit, & quo crinium defectui, potissimum autem viri, subveniebant, insinuaque seminarum capita. Difertim Tranquillus de Othone cap. x11. *Falso corpore, GALERICULO capiti propter varietatem capillorum adjecto, & annexo, ut nemo dignosceret.* Sic etiam nos fastidienti paullulum naturae subvenimus. Et Juvenalis plane de Messalina meretricem simulante in fornice Sat. vi. 120. inquit:

*Sed nigrum flavo crinem abscondente GALERO.*  
Ubi flavo epitheton fatiis rom, puto, operat jam olim.

(Dd)

olim. Neutiquam dubium est, diobolaribus illis proflibulis, quibuscum imperatrix illa profstabat, haud in usū olim fuisse elegancias. Simili profus & Caligua dissimulatus plura perpetrabat flagitia. Ita etiam de illo Tranquillus cap. XI. *Et ganeas, atque adulteria, capillamentis celatus, & veste longa, noctibus obiret.* Sed alibi de his forsit plenius. Interā tamen adpositiariam conligimus hic adpellationes, quae in praesentia succurrunt, qua Graecas, qua Latinas. Graeci κατὰ μῆλον vocant, καρμύδον, σαρκοπείον, καρσικίον, ἐντοπίον, καρσικίον, κιδάριον, πηκίον, Libanius Φειάνιον, Aelianus αἰθρητικόν κάρμυλον & πύλαρον, Pollax σαρκώσιον Latini capillamentum, galerum, & galericulum, Plinius, reticulum, & argute, ut Martialis, *personam capitis*, Porphyrio, *calicendum*. Item, *comum adulterinam*, adpellant, *adpositivam*, *adscitiam*, *adpositum*, & *adpositivum*; Item Propertius *externam*, Martialis *absentem*.

*In no supercilia etiam profert de pyxide.*] Superciliorum quippe illi erat aequalis cum fronte calvities. Ἀνεξέλευτος & Ἀνεφύλακτος vocant Graeci calvitiam superciliorum. Duplex olim, observo ego, effusiarum genus fuit in oculorum emendatione. Primum, *supercilia producere*, praesertim, si in confinio luminum non erant permixta, de quo latius alibi. Atque ad hocce indubium est referendum in praesentia Petronium, quippe calliblepharo, quo Circe ad producenda supercilia utebatur, ancilla delineavit & Gitonis supercilia. Alterum erat, *oculos pingere*. Utrumque Juvenalis conjunxit Sat. 11. 93. hifce verbis:

*Ille supercilium madida fuligine tactum  
Obliqua producit acu, pingitque trementes  
Adtollens oculos.*

Videtur & eademmet Pollux inuere: τὰς ὀφθαλμοὺς ὑπορρεῖται, ἐὰς ὀφθαλμοὺς μελαινεί. Oculos pingit, *supercilia denigrat*. Sed quidnam, quacris, *oculos pingere*, antiquis erat? Ego proferam, nam ex Plinio cognovi lib. 11. cap. 37. *Palpebrae, inquit, in genis homini utrimaque. Mulieribus vero etiam insectae quotidiano. Tanta est decoris adfectatio, ut tinguantur quoque oculi.* Frustra profus sunt, qui contendunt ibi, *pingantur*, esse pingendum. pariter quidem utrumque verbum idem illud significat. Itaque erat igitur, *oculos pingere*, extremitates genarum, quas *cilia* Latini vocant, pilorum videlicet carentes vallo, conlignere medicamine: interdum etiam palpebras ipsas inficere coloris ergo permutandi. Hocce Tertullianus de Cultu Femin. cap. 5. *oculos fuligine conlignere*, vocavit, Arnob. lib. 11. *fuligine oculos obumbrare*, & D. Cyprianus Serm. 5. de Lapsis, *Nigro pulvere lineamenta oculorum pingere*: & de Habit. Virg. *Oculos circumducto nigro-*

*re fucare*, & lib. de Pudicitia, *Oculorum extremitates suffulcare*, & Commodianus, nondum editus scriptor, *Oculos nigro relignere*. Praecipue autem fucatio isthaec meretricibus crebra. Nam, *desluere*, addit Plinius, *palpebras haud immerito Venere abundantibus tradunt*. Idemque adserit Aristoteles Problemat. Sect. 4. Quaesit. 19. ubi & causam reddit. Μυδάρωνις & μελθωσις isthaec adfectio dicta. Ideo feminae, quae ejusmodi medicamentis neutiquam indigerent, eximie ab antiquis commendatae. Inde eleganter Marcus Varro elogium petivit insigne, formosissimae puellae verbis istis:

*Quos calliblepharo naturali palpebrae  
Lineae vallatos mobili septo tenent.*

Sic Passeratius in numeros redegit Conjectaneis suis. Summa enim cum elegantia togatorum doctissimus *calliblepharon* vocavit *naturale*, oculorum genuinos pilos, quod ipsis medicina fucandis adhiberi solita esset, nimirum καλλιθέραρον adpellata. Constabat illa ex vtilis rosarum foliis, nucleis palmarum, ampeliti. & aliis, quae apud Plinium sparsim. Ejus in locum *favilla* succedere interdum solebat, & si flavedo captabatur, *crocus*. Disertim Ovidius 111. de Arte:

*Nec pudor est oculos tenui signasse favilla:  
Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.*

Sic & Lucianus, Herodianus, Athenaeus, & alii. Sed nos plus satis hic verborum de facis istis.

*Sciteque jocturae lineamenta sequuta.*] *Lineae*, ac *lineamenta*, in pictura dicebantur ductus illi, qui primi ducebantur in tabula, antequam adhiberentur colores. Ipsos autem postea coloribus pictores sequebantur. De ipsis indubie, meo animo, capiendus Cicero in Bruto; *Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxim, & Polygnotum, & Timantem, & eorum, qui non sunt usi plusquam quatuor coloribus, formas, & LINEAMENTA laudamus.* Sunt omnino *formae* istae ac *lineamenta*, quae Hispani pictores *Dibuxos* adpellant. Erant igitur in haec picturae parte insignes artifices illi, quum rudis adhuc ars, pauperque colorum foret. *Graphice* dictum fuit prifcis Graecis hocce genus picturae, Latinis *pictura linearis*, uti apud Plinium videre est lib. xxxv. cap. 10. Ibi & *lineamentorum*, quibus de aginus, insignis memoria existat, quum de Veneris imagine nondum, quia morte praeventus, ab Apelle perfecta loquitur: *Invidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad praescripta lineamenta inventus est.* Isthaec eadem lineamenta Appulejus satis argute *fila* vocavit in de Deo Socratis: *Sed fila corporum possident rara, & splendida, & tenuia.* Inde eadem nobis scite dicta, *perfiles*. Praeterea autem hancece linearis picturae adumbrationem operae duximus precium egregio insuper magni philosophi testimonio illustrare, Aristotelis inquam



quam lib. de Poëtica cap. vi. ubi sic picturam cum tragoediae fabula moribusque conficit facis adposita. Haud perfundorie locus legendus est: Ἄρχη μὲν ἐν ἡμῶν οἰῶν φέρη ὁ μὲν δὲ τρυφῆς, δὲ δὲ τρυφῆς ἢ τὰ ἡδύ. παραπλήσιον γὰρ ἔστι ἐπὶ τῷ ῥηθῆ. εἰ γὰρ ἕως ἐναιεῖται ὅτι κακίοις φαρμάκοις χρῆσθαι, οὐκ ἂν ὀρθῶς εὐχόμενοι, ἢ ἄλλοι ῥηθῆστας εἴδονα. Praecipuum igitur & quali anima tragoediae est fabula. Proximam vero mores. Idem quoque in pictura exentis plet. Nam, si quis confundat colores licet pulcherrimos, non ita delectabit, ac si creta certum delineet imaginem. Parillime quidem, ait Aristoteles, uti ad tragoediam se habent mores, ita profus colores ad picturam: uti vero ad tragoediam fabula, sic & ad picturam se habent lineamenta. Per se quidem solum lineamenta genus quoddam faciunt picturae, uti fabula quodammodo tragoediam, etsi mores non adhibeantur. Sed misti temere coloribus, haud prius lineamentorum praemissa adumbratione, nullam figurant speciem, uti nec mores tantum sine fabula tragoediam. Sed jam ad Petronium, cuius gratia isthaec adduximus. Nuda erant honore suo Gitonis supercilia, sed vestigia quaedam necessario remanserant, quae primis illis picturae lineamentis profus similia forent. Ipsamet ergo Tryphaenae ancilla fuligine sequuta, sic & pictores scilicet haud improprie imitari videbatur. In plura etiam lineamenta sunt non admodum diversa significatione, ut apud Petronium ipsum cap. LXXXVIII. *Lysippum statuae unius lineamenti inhaerentem inopia exstinxit.*

*Luxuriosae turbata.]* Nam prae lactitia quoque profunduntur lacrimae. Appulejus: *Nam & lacrimae nonnunquam gaudio proveniunt.* Quintilianus lib. xi. cap. 3. *Quin etiam lacrimas iis natura mentis indicet dedit, quae aut erumpunt dolore, aut lactitia manant.* Eleganter etiam Petronius in Trojae Halosi id patefecit cap. LXXXIX.

---- *Fletibus mirant genas,  
Mentisque pavidae gaudium lacrimas habet,  
Quas metus abegit.*

*Lacrimis turbata,* dicit Petronius, unde lux est Juvenali fumenda Sat. vi. de Lesbia loquenti, sive Claudia, ut voluit Apologia Appulejus, amica Catulli:

--- *Nec tibi, cuius  
Turbavit nitidos exstinctus passer ocellos.*

*Turbavit ergo ocellos,* nempe lacrimis. *Quia flavicomum corymbion erat.]* Hanc lectio- nem amplector, quam & scriptos codices adferere, adierit Bourdelotius. licet valde inclinaret in illam, quam viri docti praeserunt, *flavum corymbion.* nam quae in pluribus MS. custoditur, *flaucorum corymbion,* ex temere repetito dictionis sequentis initio *corymbion* videtur

nata, quoniam *flavum* prius pinxisset librarius. Ut ut autem sit, capillamenti flavedinem Encolpius commendat. non magno fuit aliquando antiquis in pretio. Totius rei falcimento nullum potest aptius testimoniam adduci, quam quod ex Ovidii Eleg. xiv. lib. i. Amor. proferemus in medium: tum, quod de adulterina coma est, tum, quod de lava. Quos habuit poetica amantia illa proprios capillos, medium ac mixtum colorem referebant ex nigro & aureo; aut, quam externis uti necessarium illi erat, flaventes praeserebat omnibus:

*Nunc tibi captivos mittit Germania crines,  
Culta triumphatae munere gentis eris.  
O, quam saepe comas aliquo mirante rubebis!  
Et dicis, comae nunc ego merce prober.  
Nescis quam pro me laudat nunc iste Sicambriam,  
Fama tamen memini quon fuit ista mea.*

Verum enim vero Tertullianus lib. de Cultu Feminar. cap. 6. multis infectatur mulieres, comas, ut flavescerent, inscientes medicaminibus. Ubi (ut hoc obiter dicam) in voce illa, *velatro*, quam ejus interpret voluit novam esse, deductamque à *velare* verbo, ac capillorum velamen significare, à vero profus aberravit vir cruditus. Sunt enim dictiones duae, quod ex ipso loco liquet clarius: *Sed enim Dominus ait, Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro? Hae, quae revincunt Deum, ecce, inquit, pro albo vel atro flavum facimus gratiae faciliorem: quamvis & atrum ex albo conatur ja ere, quos poenituit ad senectam usque vixisse.* Nae verba, *pro albo vel atro flavum facimus*, procul dubio ad superiora referuntur: *Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, &c.*

*Ne sileret sine fabulis hilaritas.]* Conviviis olim lepidae quoque, ac simplices, fabulae inferebantur saepiculae. De istis & Papinius loquitur lib. viii. Thebaid. 236.

----- *nullis jam deest sua fabula mensis.*

Quales autem id temporis habendae sint, ex M. Varrone A. Gellius edocet lib. xiiii. cap. 11. pluribus aliis scientes nos parcimus.

*Multa in muliebrem levitatem coepit jactare.]* Leve animal mulier est, quodque, haud secus ac mare, continuam mutationem molitur. Simile illud mutilum fragmentum est Cornelli Galli poetae non mediocris, ac Virgillii amicitia insignis, in quadam Elegia, quae ejus nomine circumferuntur:

*Femina natura varium & mutabile semper:  
Diligat, ambiguit est, oderit anne magis.*

*Nihil adeo medium -----*

*Et tantum constans in LEVITATE SUA.*  
Cap. CXI. *Passis crinibus.]* *Differjis, solutis,*

tis. sic interpretantur Nonius, & A. Gellius lib. xv. cap. 15. Papinius VII. Thebaïd. eleganter dixit de Atalanta Parthenopaei matre :

*Crine dato passim.*

Characterisimus est illius adfectionis animi, quae *adstrictio* Ciceroni dicitur, animaeque aegritudo habebatur eam corporis vexatione. Ita apud Virgilium in summo discrimine ad templum Paladis ibant

*Crinibus Hiales passis.*

Et Terentius Heautontim. Act. II. sc. III. puellae describens lugubrem habitum inquit :

*Capillus passus, prolixus, circum caput  
Reiectus negligenter.*

Sed passim obvia sunt exempla in scriptoribus Graecis & Latinis. Vide tamen Plutarchum ἐν Παιμ. ubi inquit, cur filiae, quum parentes efferantur, sint *γυμναῖς τῆς κεφαλῆς, & τῆς κόμης λελομμέναις, intellectis capitibus, & crinibus passis?*

*Prosequi.*] Funerale verbum. ita post pauca : *in conditorium etiam prosequuta est defunctum.* Eleganter Seneca Ep. 30. de Bassio sene in ipso jam conspectu mortis exspectante exitum suum intrepide, sibi que velut parentante : *Bassus noster videtur mihi prosequi se, & componere, & vivere, tamquam iuxeris sibi.* Cui consonum (ut obiter moncam) illud Anchisae apud Virgilium est lib. II. Aeneid.

*Sic, ô, sic positum adfati discedite corpus.*

Graeci, *prosequi, προσιπτείν, & παραπειθείν, & επιπειθείν.* quod latius Kirchmannus profequitur lib. II. de Funeribus.

*Nudatum pectus.*] Nudatum, nam prius sane, more antiquo, vestes sciderat. quod non video magnos viros observasse, quum adeo frequens sit memoria apud scriptores praeficos nudorum pectorum in funeribus, *uberum, sive papillarum, & humerorum* : pariterque dolori creberrime majores induluisse idgenus vexationibus, Kirchm. extremo cap. 17. lib. II. Qui omnes *adstrictio* nis quoque characterisimi sunt juxta ac sequentes : *sic adstrictantem se, ac mortem inedia prosequentem, &c. & subinde : Facienque unguibus sectam, & rursus inscrias : Laceravit vehementius pectus, ruptoque crines super pectus jacens imposuit, &c.* Absciderat ergo indubie vestem utrona, ut posset scilicet *pectus nudum plangere.* disertim Ovidius Medae Epistola :

*Protinus abscessa planxi mea pectora veste.*

*In conditorium.*] Quod Latinis *conditorium, Hypogaeum* est Graecis, *conditium* Senecae Epist. 60. *Vixit is, qui se utitur; qui vero latitant, & torpent, sic in domo sunt, tamquam in conditio.* Et 28. *Multum interest inter otium, & conditium.*

*In hypogaeo.*] *Hypogaea* Graecis erant aedificia subterranea fornicataque, Romanis *conditoria*

dista, ut sententia est eruditorum, ac prorsus eadem cum illis, quae Hispanis nostris, *Bobedas*, dicuntur. Tales quoque fuere & antiquorum oleariae cellae, vinariae, & ejusmodi, uti & nostrates. Vocanturque pariter nobis, quae subterranea monumenta sunt condendis cadaveribus inservientia, ita etiam *Bobedas*.

*Graeco more corpus custodire.*] Aliter nos, quam vulgus interpretum, hunc locum interpunximus, & interpretamur, ut illud, *Graeco more*, referatur ad verba *corpus custodire*; non vero ad verba, *positus in hypogaeo*. Haud dubium est, Graecos olim custodes cadaveribus adhibuisse, ut sic ea ab demoficationibus sagarum integra vindicarent. Graecorum enim plures insigniter fuere superstitiosi, ac venefici, Thessali autem in primis. Sic Appulejus insigni loco omnia palam facit lib. II. Metamorph. *Conspicor medio foro procerum quemdam senem; insisterat lapidem, claraque voce praedicabat, SI QUI MORTUUM SERVARE VELLE, DE PRETIO LICERETUR.* Et ad quempiam praetereuntium, *Quid hoc, inquam, compertor? licine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille; nam oppido puer, & factis peregrinus es, meritoque ignoras, Thessaliae te consistere, ubi jagae mulieres ora mortuorum passim demoficant: caque sunt illis artis magicae supplementa.* Alii prorsus erant (ut hoc insuper notem) qui monumentorum custodes dicerentur. De quibus illud est l. 71. §. 2. *D. de cond. & dem. Titio centum relicta sunt, ita ut a monumento meo non recedat.* Eorum munus, fores claudere, aperire, a furibus cavere, floribus ac corollis sepulcrum ornare. Postremum hocce ex Propertio didici, nam cetera nota sunt. ecce verba ex lib. III. El. 16.

*Adferat huc unguenta mihi, fertisque sepulcrum*

*Ornabit custos, ad mea busta sedens.*

Parum igitur locus iste, utpote de sepulcrorum custode, hic Patronio erit opportunus, quod non vidit quidam interpres. Pluris vero commentum hoc nostrum faciet eruditus lector, qui prius jejunas de ferali custodia observationes consuluerit apud scriptores de Funeribus.

*Et, quotiens defuerat postum in monumento lumen, renovabat.*] Vix absque lucerna sepulcrali olim monumentum, ejus passim veterum memoria, recentiorumque. Adminus, ideo reperimentum olei miraculum incombustibilis, quod quum necquicquam consumeretur, raro sic & exstingui contingebat sepulcrales lucernas. Ipsae aeo nostro testantur manifesto, quum paucis abhinc annis in Tulliae sepulcro, Ciceronis filiae, inventa sit ardens lucerna, quae plus minus duraverat annos 1550. Item Maximi Olivii altera in agro Patavino eruta, quam itidem arsisse supra mille & quingentos annos, nullum

fit

fit dubium. Item tertia, quae effossa fuit ex Pallantis monumento, quem lancea Farnus occidit, auctore Virgilio in x. Ipsa enim, si Bonfinio fides habenda est, neque vento, neque aqua, vel quovis alio liquore, extinguere potuit. postea vero, subiedo stylo, & per illud foramen ingruente aëre, lumen evanuit. Harumque autem lucernarum & vicem subire possent lapis ille, cujus apud Lucianum mentio in de Dea Syria, nimirum *Λυχνίς καλέσται, κρούμα δέ οἱ ἔστιν ἢ σιντυχηκί. ὅσα τὰτα ἐν νυκτί σελας πολλὸν ἀτολαυπιταί, ὑπὸ δὲ οἱ καὶ ὁ νῆος ἅπας οἶον ὑπὸ λύχνοισι φαίνεται, ἐν ἡμέρῃ δὲ, τὸ μὲν φέρον ἀφένει, ἴδεν δὲ ἔχει κάστα τυρωδία.* Qui lychnis ab effossu vocatur, quum vice lychni sit, quoniam ab hac multus fulgor noctu resplendet, totaque aedes ab eo, praeinde atque lucernis conbrucet. Interdium vero (quod & verae lucernae patiuntur) ipsum quidem lumen marcescit, speciem autem prae se fert admodum igneam.

Una igitur in tota civitate fabula erat.] Id est, nihil aliud universi omnes in civitate fabulabantur, alia de re nullus erat sermo. Varro lib. v. L. L. *A verbo fari, fabulae.* Fabulam ergo pro sermone usurpari, notum tonforibus est, inconditis fabulatoribus. Sed video mihi pro rumorum sermonumque ipsa materie transferri Petronio in praesentia, quo animadvertere haud pudet verum discrimen, idque exemplis confirmare. sic plane Terentius Heecyra:

*Jam nos fabula sumus, Pamphile, senex, atque anus.*

Ovidius El. 1. lib. 111. Amor.

*Fabula, nec sentis, tota jactaris in urbe.*

Tibullus lib. 11. El. 3.

*Fabula nunc ille est: sed cui sua cura puella est,*

*Fabula sit, maculit, quam sine amore Deus.*

Horatius Epod. 11.

*Hoc me per urbem (nam pudet tanti mali) Fabula quanta fuit!*

Italus item hocce commune. Petrarcha ita:

*Ma ben veggio hor, si com' al popol tutto Fabola fui gran tempo: onde sovente Di me m'adefino meco mi vergogno.*

*Nequis ad sepulturam corpus detraheret.*] Nam crux suffixorum sepulchrum. Illud est Senecae Patris lib. viii. Contr. 4. *Suffixorum corpora crucibus in sepulchrum suum desuunt.* Sic & Plautus in Millite 11. iv. 19.

--- Scio, crucem futuram mihi sepulchrum.

*Ibi mei majores sunt siti, pater, avus, proavus, abavus.*

Alias cruciariorum mores pervulgati.

*Descendit igitur, &c.*] Quippe subterranea aedificia monumenta erant. Nihilominus tamen tolerabilem habitationem haud infrequenter vi-

vis praestiterunt, quod vel ex Arbitro hic (alii si deforent) satis constare possent. Id vero scriptores de funeribus, nescio an plene, seu loco, notare meminerint. eaque propter illustriora ejus rei exempla adungere, nobis in praesentia visum haud inutile. Abunde Suetonius in Nerone significat, quum de Urbis incendio agit cap. xxxviii. *Per sex dies, septemque noctes ea clade factum est, AD MONUMENTORUM, BUSTORUMQUE, DIVERSORUM plebe compulsa.* Et Tacitus xv. Annal. eadem de re loquens, *sed solatium, inquit, populo exturbato, & profugum Campum Martis (ubi plura conditoria) ac monumenta Agrippae.* Mirum autem, quod de Julio Sabino prodidit Dio lib. lxxvi. pag. 745. *Ἡττιθείς ἢ μαχαίς τισίν, ἐφύγεν εἰς ἀγροί τινα, κἀνταῦθα εἰς κρημνίον ὑπόγειον, προκατατρέτας αὐτὸ, κατέδυ. καὶ οἱ μὲν νοστο κἀκείνῳ ἀπλωλεναί, ὃ ἢ ἐκρυφθη τε ἐν αὐτῷ ὄνειρα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, ἔ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄδελφας οὐκ ἔτε. Ipse deinde praeliis aliquot victus, ius abiit, ibique in sepulchrum subterraneum, quod ipse prius incenderat, ingressus est: quumque constans esset opinio, illum interitisse, in eo novem annos cum uxore delituit, ex eaque duos filios suscepit.* Nec absolum huic est, quod de Democrito, philosopho insigni, narrat Lucianus in Philopseude: ac de B. Paulo cum Onesiphoro, & ejus uxore, ac liberis, in Iconiensis monumento delitescente Basilii, Seleuciae Episcopus, in vita S. Theclae, pariterque Simon Metaphrastes. Sic & S. Antonius ad sepulchrum secessit, ibique quid temporis placuit morari, auctore S. Athanasio in ejus vita. *Sepulchrum vero νεκρῷ ei dicitur, & vertit Euagrius presbyter, memoria.* Aptè quidem, nam sic & Latinis memoria usurpatur, potissimum scriptoribus sacris, jamque observatum Rosweido, viro docto, S. Augustinus lib. xii. de Civit. Dei cap. 8. de D. Stephani sepulchro loquens: *Ad ejus memoriam veniebat magnae multitudinis concursus.* Videtis, unde apud nostros Hispanos memoria pariter pium monumentum significet. Id autem adeo subinde percrebuit, ut inimicae fortis scortacula monumentis in ipsis profliterint. Eae infulvariae moelae dicuntur Martialis lib. 111. Epigr. 93. eadem ratione qua *submoeniana* uxores Epigr. 82. & lib. xii. Ep. 32. nempe quod in Urbis pomoeris suis quondam habuerint celluculas. Plinius adhuc Epigr. 34. lib. 1. inquit:

*Abcondunt surcas & monumenta lapas.*

*Desiderium existitit.* &c.] Bis hujusce loci inferius recordamur. Primo mox hoc capite ad verba illa: *Rufusque crines super pectus jacentis imposuit.* Et tum ad illud cap. cxi. *Me gratiosiore esse quam Protesilaum.* illa adi, ibi namque haud proletariam hujus loci illustrationem foeneratur Petronius.

*Dolore supervacuo, & nihil profuturo gemitu.]*  
Parissimum illud Sophoclis Electra vers. 136.  
quum ad ipsam Chorus :

Ἄλλ' εἶποι τὸν γ' ἐξ αἶδα  
Παγκοῖνα λίμνας πατρίε' ἄν-  
σταπεις, ἔπε γόοισιν, ἢ λιπαῖς,  
Ἄλλ' ὄπι τ' μετρίων ἐπ' ἀμύχωνον  
Ἄλγ' αἰεὶ στενάχουσα διόλλυται,  
Ἐν οἷς ἀνάλυσις ἐσιν  
Οὐδέμια κακῶν.

*Sed tamen ab inferorum*

*Communi palude patrem*

*Nulla luctu, nullis precibus, revocare pote-  
ris,*

*Sed ex mediocribus malis in insanabilem*

*Moerorem delapsa te ipsam perdis.*

**NEQUE ILLIS TAMEN MALIS LU-  
CTU MEDERI POTES.**

*Raptosque crines super pectus jacentis imposuit.]*

Tibull. El. 1. lib. 1.

*Tu manes ne laede meos, sed parce solutis  
Crinibus, & teneris, Delia, parce ge-  
nis.*

Id etiam prae exstincti desiderio, ut dixit, paulo ante : *Deinde ut, & corpus jacentis conspexit, & lacrimas consideravit, faciemque unguibus sectam, ratus scilicet, quod erat, desiderium exstincti non posse feminam pati.* Suffulcio commentii argutiam insigni loco Jamblichi, scriptoris vetusti historiae eroticae, ut conjectura est, non inegantis, sic tamen verbis Photii concepto : *Ὅτι οἱ ἐπὶ Ῥοδάων & Σινονίδα φεύγοντες ἄμα Σουζήρω, κατὰρπτον εἰς γεωργίαν. τῶ δ' ἂν κόρη (Θυγάτηρ) καλὴ τὴν ὕψιν, ἄρτι χρωθεῖσα, & τῇ παρὰ τ' ἀνδρα εὐνοία τὰς τρίχας περιχειραμένη.* Rhodanes interim & Simonis una cum Soraecho in fugam versi agricolae tugurium subeunt, cui filia erat eleganti forma, nuper admodum viduata viro, ejusque desiderio crines adtonsa. Cepit id omnino & catus miles, ideoque subdidit Arbitrator : *Nec recessit tamen miles, sed, &c.* Alioqui mos ille scellus comae protritrus.

*Donec ancilla vini certe ab eo odore corrupta.]*  
Aequae atque lena à Phaedromo apud Plautum, ancilla isthaec à milite vini odore corrupta. inquit ergo in Curculione Act 1. sc. 1.

*Eaque extempulo, ubi vino has conspersi fo-  
reis,*

*De odore adesse me scit, aperit illico.*

Ac deinde per plures versus. Bourdelotii commendatio, vini cibique ab eo odore, &c. haud displicet.

*Si soluta inedia fuerit? si te vivam sepelieris? si, antequam fata possant, indemnatum spiritum effuderis.]* Omnino videtur ad hunc locum respexisse Appulejus lib. VIII. Metamorph. quum de Thrasylus loquitur, Tlepolemi peremptore, mo-

ri pariter in monumento deliberante : *Valvis super sese diligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum.* Sic & in Marmore proxime laudando : **DAMNATAM DEDO ANIMAM, &c.**

*Si te vivam sepelieris?]* Nam & olim fuere, quae id etiam prae moerore facerent. Insigne exemplum proferam ego ex cujusdam inscriptione monumenti depromptum, jamque pridem Camerti Umbrosum in Picentinis montibus reperta, quam & solertissimum Gruterum non fugisse putato :

Ο. ΤΙΒΥΛ. C. SEMPRONII F. ΜΑΜ.  
L. ΝΕΡ. ΙΝΦΕΡΝΟ ΠΛΟΤΟΝΙ ΤΡΙCΟΡ-  
ΡΟΡΙ.

ΟΧΟΡΙ CΑRIS. ΤΡΙCΠΙΤΙΟΥCΕ.

CΕRΒΕΡΟ ΜΥΝΥS ΜΕΥΜΙ ΠΕΡΕΝS

DΑΜΝΑΤΑΜ ΔΕΔΟ ΑΝΙΜΑΜ. ΙΙ-

ΙΑΜΟΥΕ

HOC ME CONDO ΜΟΝΙΜΕΝΤΟ

ΝΕ ΟΒΡΥΤΙS ΔΟΜΥS ΙΑΡSΥ ΦΙΛΙΥS  
SΕΧ,

QVOS P. SCIPIO PATRIS

CΑΜΕΡΤΙΒΥS Α SΑΛΟ ΕΤ LIBYA

ΙΝCΟΛΥΜΕS ΡΕSΤΙΤΥΕΡΑΤ,

ΙΝ ΔΕSΟΛΑΤΑ ΟRΒΙΤΑΤΕ SΥΡSΕSΙΜ

ΜΙSΕΡΑ Ι. ΑΝΝ. L. Μ. Ι. Δ. Ι.

ΗΙΟΡ. SCIΤ ΝΕΜΟ. QVIΕΤΕΜ

ΡΟSΤΕΡΙ ΝΟΝ ΙΝΥΕΙΔΕΑΝΤ.

ΟΙ SΕCΟS. ΑΝΕS

SΕΝΤΥΑΤ ΙΡΑΤΟS. ΙΑΛΕ ΙΙΤΑ

ΙΝ FR. P. XX. ΙΝ ΑΓΡΟ Ρ. XXXIX.

Sic & Thrasylus Appulejanus, ut supra vidimus. Sic & Polemon Sophista; auctore Philostrato.

*Si, antequam fata possant, indemnatum spiritum effuderis.]* Itum locum interpretes omnes silentio praetereunt haud secus, atque ipse

----- *Harpocrates, digito qui significat ST.*

Nos autem, illum diligentius inspectare, haud abs re duximus. Cicer. in I. Antonianarum scriptum reliquit : *Multa enim impendere videntur praeter naturam etiam, praeterque fatum.* In quem locum quum incideret A. Gellius, ipsummet negotii illi faceffit, ac mihi Petronianus. Nam id maxime requirendum existimari, qua ratione Arbitrator dixerit, violentiam scilicet atque praematuram Ephesinae mortem praeter fatum omnino ei esse futuram, *Quando sic ratio, & ordo, & insuperabilis quaedam necessitas fati constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint, uti prisca antiquitas putarunt philosophi.* Virgilius autem id ipsum, quod Cicero, Petroniisque, de fato opinatus est, dum in IV. divini operis vers. 696. protulit de Elysa, quae mortem itidem per vim potita est.

*Nam*

Nam quia nec fato, merita nec morte, peribat.

Quem locum quum A. Gellius illustrat, ut vel exin Ciceronis supra adducto praeferat faciem, in hunc profatur modum lib. XIII. cap. 1. *Tanquam in faciendo sine vitae, quae violentia sunt, non videantur è fato venire, &c.* Eandem quaestioneunculam movit Marcellus in de doctorum indagine, ubi querit, an sit ineluctabile fatum. Etiam Macrobius lib. 1. de Somn. Scip. cap. 13. quos vide. Hinc ergo dies oritur Senecae Tragico Hercule Octavo in Choro Act. 1.

Quota pars moritur tempore fati?

Etiam Phalaridi Tyranno Epist. 144. ad Nicodem. Εἶδε γ τοῖστον εὐχομένην μοιχερίας, ὅπως ἐαυτῶν ἀπολαύσειε τὰς μέγας· καὶς ἄν γ' ἴσως ἔ πῶ μοιχεύας ἀξίως φησὶ τις ἂν εὐνοί ἀπολαύσει· καὶ πῶς ταυτέν τὴν ἀξίωσιν ὀ' αὐτοὶ ἔνατιέμεθα· ἀλλ' ἴνα ἔ' ἐπιεικιστάτων, καὶ ἄς ἐπιμέμοισι ἀξίωσιν ζῆσι, ἐπέχομεν τὰ τέλη. Utinam autem tali conditione monarchiam alesti essemus, non ut à nobis ipsis mortem repellamus (nam nos fortasse quissiam dignos censet, etiam ante fatum perire, neque nos ipsi huic censurae aduersamur) sed ut honestissimorum, dignor in pie boninum longissima vita, retinere possimus obitus. Recte igitur, qui naturalem & fatalem mortem eandem faciunt, uti αὐτὸν τὸν Democritum τὴν πεπρωμένην, καὶ αὐτὸν τὸν Democritum. Violenter ergo, hoc est, inedia ac moerore, animam de corpore videbatur extrudere velle matrona illa Ephelina, ideoque praeter fatum interire dicebatur. Tempestiviter etiam hic Patereuli locum recitabo, itidem prorsus de quibusdam insignibus viris loquentis lib. 11. *Qui, quum sine invidia in republica florissent, eminuissentque sine periculo, quieta, aut certe non praecipitata, fatali ante initium bellorum civilium morte functi sunt.* Nec abludit Tacitus lib. 11. Annal. de rege Archelao: *Finem vitae sponte, an fato, implevit.* Inde jam patet, cur scilicet illos, quibus de vita sic exire contingeret, mortem non suam obire, antiqui adfirmarent. Suetonius in Caesaris ultimo capite: *Percussorum autem fere, neque triennio quiquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est.* Nobis Hispanis id etiam familiare, no morir a su muerte. Quod locutionis genus & Graecis non deficit, haec utique non dubio doctrina fretis. Plane Eustathius lib. VII. de Iſmen. & Iſmen. amor. Insignis enim locus est, ubi puella cum Iſmenia suo periclitatur in mari: Οὐτὼ μὲν ἐν ἰμῆϊς, ἔ' αὐτὴ ἰμῆϊα συναπο' ἴσχομεν, ἔ' τὰς ψυχὰς ἄδὸν μετῴθετομεν. Sic igitur ἔ' nos ante mortem morimur, ἔ' animas ἴψας ad inferos transmittimus. Id Virgilio, supra adducto loco veri. 697. est, ante diem perire. Violenta autem ista haec animaeeductio valde & ab antiquissimis fa-

pietibus interdicta. Zoroaster, Magorum princeps, sic in carminibus, quae oraculorum adpellatione decorantur, praecipisse jam olim mortalibus videtur: Μη ἐξαρῆς, ἵνα μη ἐξῆσθα ἔχῃ τι. *Ne educas animam, ne exiens è corpore habeat aliquid periculi.* quod Pfellus, & Plethon, Scholliis in ipsa Oracula, latius profequuntur, plenius vero Plotinus Ennead. 1. lib. IX. Plato etiam in Phaedone eleganter rem disputat sub Socratis persona, & Philolai Pythagorei suffragio retinendam sententiam subflectit.

*Vis tu reviviscere exstinctum?* Arbitri hic patet facit mentem illa D. Pauli sententia ad Corinth. 1. Epist. cap. 15. 29. Ἐπεὶ τι ποιεῖσθαι οἱ μαρτύρομενοι ὑπὲρ ἧ νεκρῶν, εἰ ὅλας νεκροὶ σὰ ἐγείρονται. *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt?* Ubi, baptizari, adligi est, ut SS. edocent Patres, observavitque Joan. Gagnaeus.

*Vis, discussio muliebri errore, &c.* In antiquioribus vulgaribus legitur, *visne discussio, &c.* unde deesse aliquid animadvertitur tale, ergo, jam, isto modo, vis ergo, discussio, &c. vel vis jam, discussio, &c. quod exigere omnino videtur illarum interrogationum diversa natura.

*Vivere.* Infectissimus sane illorum genius, qui, bibere, hic reponere contendunt, totis viribus Petronio reluctante. Ne autem illud somniarent, vel hocce, quod proxime praecit, satis evinceret: *Isfum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas.* Quid ergo, quum subdit? *Quibus blanditiis impetraverat miles, ut matrona vivere vellet, istidem etiam, &c.* Sic & Martialis lib. XI. Ep. 72.

*Vir rogat, ut vivat.*

Unice vero Tacitus lib. XV. Annal. ad mentem Petronii ait, de Senecae uxore, quae pariter etiam vivere cogebatur, blandimentis vitae evictam fuisse.

*Sicca.* Supra de hoc verbo ad illud cap. LXXXII.

----- *Et sicco concoquit ore famem.*

Commentum id vide.

Cap. CXII. *Cueterum solitis, quid tentare herumque soleat humanam jactantem.* Dicit Euripides apud Athenaeum lib. VI.

Ἐν πλεγμασιδὲ Κόπρις, ὅν πενῶντ' ἔ' ἔ'.

*Saturo Venus adest, famelico nequaquam adest.*

Et lib. 1. Dipnosoph. cujusdam Distichi eadem est sententia:

Ἐν πλεγμασιδὲ ἧ Κόπρις, &c.

*Saturis Venus adest.*

Et omnino vere,

Ἐν τῇ κενῇ γαστρὶ ἧ καλῶν ἔβως

Οὐκ ἔστι, πενῶντ' ἧ ἧ Κόπρις πικρά.

*Nam ventri inani non inest formarum amor.*

*Amara Venus est, dira quos premit fames.*

Qua

*Qua nuptias fecerunt.]* Nuptias hic dictum de venereo concubitu. sic & cap. xxv. *Plaudentibus ergo universis, & postulantibus, nuptias fecerunt.* Auctor Rhet. ad Herenn. iv. videtur locutionis rationem reddere: *Translatio obscœnitatis vitandae: Cujus mater quotidianis nuptiis delectatur.* Usurparunt & plures alii. Congessit testimonia plura Alb. Gentilis lib. II. de Nuptiis cap. 3. & de verbo *nubere* non pauca; unde ortum, quod *verba nupta*, pro impudicis, & obscœnis acciperentur, quod vulgare est. Eodem pertinet, quod libido paullo constantior, unoque amore contenta, *matrimonium* Ciceroni dicitur Philip. II. Item, quod *dos* meretricum captura. Et quod desertus amator *viduus* vocetur. Ac denique, quod *divortium* dicta sit amantium divisio, quod observavit ad Martialem Gruterus, à quo & poterunt peti abunde testimonia.

*Supremo quoque mandaverunt officio.]* Hoc est, juxta solverunt. Id vocatum *supremum officium*, & *officium à mortis.* Ipsius Arbitr cap. cxvi. *Hoc peractio* (in Lycam) *libenter officio, destinatum carpinus iter.* Sic quoque facetissimus Martialis lib. vii. Ep. 57. quod de Picente est, qui, quam tridens esset, eosque tandem dentes secundum tumulum expulisset, conlegit miser, inibique ipse humavit:

*Ubi licet quondam defuncti non legat heres,  
Hoc sibi jam Picens praestitit officium.*

Sed haecce de vitae exodio. Protatis quoque celebritatem, hoc est, dici natalis, pariter & officium adpellarunt antiqui. Ipsi Valerius lib. II. Ep. 66.

*Lucis ad officium, quae tibi prima fuit.*

Sed alias plenius de variis officiorum generibus.

*At miles, dum residet.]* Germanum illud est Plauti Captivæ III. I. 8.

*Itaque venter gutturque residet.*

Hic per iodum ex MSS. ponit Gruterus, dictumque illud esse videtur per jocum de ventre guttureque quiescentibus ab edendo, & bibendo, cessantibusque. Sed nihil est, an *residet* in Petronio legas, *desiderve*. Utrumque plane significat à rebus agendis superfedere.

*Veritus supplicium]* Quodnam scilicet? silent interpretes. Mihi enim jam pridem lubuit inquirere. Talionis puto poena illa, sive supplicium, fuit, hoc est, ut in crucem substitueretur custos ignavus ac delusus. Mire enim moribus Græcorum id supplicii conveniens est, apud quos & alia quondam vigerunt similia, custodum vero cadaverum potissimum. Belle de Theissalis defunctis Appulejus lib. II. Fabulae asini, quibus propter fugarum demorificationes & custodes, ut paullo ante ajebam, adhibiti: *Ebem, &, quod paene praeterieram, si qui (custos) non integrum corpus mane restituerit, quidquid inde decerptum, diminutumque fuerit, id omne de facie sua defectum sar-*

*cire compellitur.* Innuit & supplicii acerbiteratem desperatio illa militis: *Nec se expectaturum judicis sententiam, sed gladio jus dicturum ignaviae suae.*

*Locum.]* Morticinum ac sepulchrale verbum etiam *locus*. Vetus monumentum Tibure inter alia:

IVNC. LOCVM. VTI. ME. VIVA.  
DETERMINAVI.

Et passim similes tituli. Pro eodem *locus* & *conditorium* usurpantur, uti & interdum *arca*. Dixerunt Petronius addit: *Et fatale conditorium familiaris, ac viro, faceret.* & post pauca: *Fulcr corpus mariti sui tolli ex arca.* Inde etiam *loculi* vocati *loci* illi. Plinius lib. VII. cap. 2. quum de Pyrrhi regis pollice in dextro pede loquitur: *Quem cremari cum reliquo corpore nos potuisse, tradunt, conditumque loculo in templo.* Symphosius interpres Historiae Apollonii Tyrri: *Pro meritis fabricant loculum ex aere collato, & scripserunt, &c.* Paulus Diaconus *locellum* nuncupavit in Narsete: *Cujus corpus positum in locello plumbeo cum omnibus ejusdem divitiis Constantinopolim est perlatum.* Inde *loculatus*, sepulchro conditus dicitur S. Zenoni Martyri in sermone de Lazaro. Etiam, *capulus*, pro eodem invenitur. Appulejus lib. x. Miles. *Ecce pater suus ipse maritus cooperculo capuli remoto, &c.* & aliis in locis. Dedit & Gutherius imaginem jam id genus *locorum* in de Jure Manium II. quem vide. puto & pridem Gruterus. Praeterea *loculus* antiquis non solum *arca*, qua defuncti conditi, sed etiam feretrum, quo elati. Fulgentius de Prisco ferm. *Sindapilum antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum: id est, loculum, non, in quo nobilium corpora, sed in quo plebejorum, atque damnatorum, cadavera portantur.* Unde haud inepte conligere est, ipsimet arcs & faepius portatos, uti apud nos capulis, quos, *Ataudes*, vocamus, & portantur mortui, & conduntur.

*[Sed in crucem.]* Sic infra loquitur cap. cxxxvii. *Si magistratus hoc scierit, ibis in crucem.*

Cap. CXIII. *Erubescere non mediocriter Tryphaena, vultumque suum super cervicem, &c.]* Hunc locum infra opportune illustramus ad verba cap. cxxi. *Ranum super oculos meos posuit, &c.* illum locum adi.

*Expilatumque libidinoso migratione navigium.]* Vide quae hic notat doctus Scioppius Symbolis suis: nam, praeter quam quod callentissime locum *ibi* interpretatus est, commode viam quoque praemuniunt rebus non paucis, quae inferius à nobis sparsim observandae sunt.

*Concinnabat spoliatum crinibus vultum.]* Verus iste amoris characterissimus est, indiciumque non leve. Ejus & supra jam Arbitr insignis specimen praebuit cap. xviii. verbis illis: *Hilarior post hanc pollicitationem facta mulier basiaxit me spissus,*

fius, & ex lacrimis in risum nota descendentes ab aure capillos meos dentata manu duxi. ubi nos oportuna adduximus.

[*Evederis novi.*] Hoc est, gratiae amorisque denno coeuntis inter Tryphaenam, & Gitonem.

[*Sed obliquis oculis.*] Sic, oculo obliquo, dixit Horatius Ep. xiv. lib. I.

Non isthic obliquo oculo mea commoda quifquam

Limat.

Et, *incido*, interpretatur recte Porphyrrio. Unde *Invidia* dea est apud Ovidium lib. II. *Metamorph.*

- - - *Obliquo lumine ceruens.*

Contra oculus *irretortus* Horatio rectus est, non obliquus, non *invidus* Od. II. lib. II. *Irvidentis* ergo ille gestus est. *invidia* enim plane laborabat Encolpius. Etiam *irvidentis*. Scholiastes Apollonii Rhodii versum illum I. Arg. enarrans, [v. 486.]

Και μν ἐπιπλάζων ἡμισθεο κροτομοισιν,

*Ipsumque invidiosus exceptit sacillatoris,*

inquit: Ἐπιπλάζων δὲ τοῖς φθαλλοῖς ἐπιμακρόμενος. Ἐπιπλοὶ γὰρ οἱ στραβοί. *Oculis distortis, sive obliquis, subsynans.* Ἐπιπλοὶ enim dicuntur, qui distorti sunt oculis. Item *irascens* est, quod & Arbitro mire convenit. inquit enim: *Sed obliquis trucibusque oculis utrumque spectabam.* Sic apud nostrum Italicum lib. II. quidam turbidus ira, & rabie

*Obliquos versat materna per ubera visus.*

Et apud Claudianum de Bel. Getico Alaricus:

*Obliquique tuens oculis non pertulit ultra,*  
&c.

*Obliquat oculos*, quod in Thyeste dixit Seneca Chor. I. aliud innuit, hoc est, avertit. sed Act. IV.

- - - *torvum, & obliquum intuens,*

Arbitrum nunc exprimit: *sed obliquis trucibusque,* &c.

[*Tamquam familiarum.*] Amicum, adulterum, ut paulo ante cap. praecedenti: *Et fatale conditorium familiari, ac viro, faceret.* Nunc Arbitr ipse interpretatur, quum subdit: *Et aliquando gratum sibi amatorem.*

[*Tralatitia propinatione*] Isthac haud tralatitia olim inter amatorias elegantias deliciasque, nempe praegustatum poculum amatori porrigere, de qua indubie capiendus est nunc Arbitr: itaque supra monuimus ad verba cap. cix. *Fam Tryphaena Gitona extrema parte potionis spargebat.* ubi largiter egimus de more isto.

[*In partem voluptatis tentabat admitti, nec domini supercilium.*] De Lica fragmentum istud. *Domini supercilium*, non, ut alibi, *triste est*, sed *superbum.* sic & cap. xci. *Postquam se amari sensit, supercilium altius sustulit.* Item Seneca lib. II. de Benef. cap. 4. *At plerique sunt, qui beneficia aspe-*

*ritate verborum, & supercilio, in odium adducunt; eo sermone usi, cu superbia, ut impetrasse soent ut.* Ubi *superbia* ad *supercilium* refertur, τὸ εὐφρονην ἔστι, ad *asperitatem verborum.*

[*Dum ancilla restitans in haec erupit.*] *Sublestae*, ut puto, *fidei* illud fragmentum Parisinae editionis, mihi jam supra laudatae, hic haud importune inferi passi sumus, quod deinceps & aliis condonare, in animo habemus; illis praecipue, quae prisca sensus nimirum praebant aliquid, etsi evidenter, vestigium. Quod semel hic (nam supra aliis locum usque adhuc non fecimus) lectorem commonere fati sit, praeterquam quod ipsa characterum distinctas signanter abundeque propalet spurium ipsorum figuram.

[*Quam sportam. Si vir fueris non ibis ad spiritam.*] *Discerpti* corporis minati nescire frustra, quis non fatebitur humano chirurgo fore necessum? *Epidaurius* igitur addit cum suis, *Machaone*, & *Podafirio*, illis internocendis, compingendis, coagmentandis. Nos enim homines sumus, non *Dii*. Qui aliter periclitantur, monstra spissius progenerant, quam illis procurandis fati sit tota me *Hercules* aruspicum disciplina. *Testes* ipsa sint capita hic *lectionum* pullulantia, quarum *Critico* ferro si *Bonae Mentis* igniculum addi non patimur, in prolixam, ac malignam, segetem productum iri, dubio non sit. *Eccilla* ergo, quae in praesentia succurrunt: *Quam sportam, spuriam, scortum*: &, *ibis ad spiritam, spurcam, spiritubriam, sportam.* Quibus nugacissimi polyloquidori sit cumulare deliria.

[*Et homo dicacissimus carminibus vindicaret.*] *Ea* causa est, quapropter suadet *Socrates* apud *Platonem* in *Minoë*, meritis ac benivolentia gratos *Poëtas* omnino esse reddendos, sed fatius erit, quam me, eundem audire: Δὸ κσο, ὁ βελύττε, ἐὰν σωφρονα, εὐλαβὴς εἴης, καὶ ἀλλοτρίως ἀνήρ, ὅτω μίλει τὸ εὐδίκιμον εἶναι, μηδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῆ καὶ κεννί. οἱ γὰρ ποιῆσαι μέγα δύνανται ἐς δόξαν, ἐφ' ὅπισθ' ἂν ποιῶσιν εἰς τὰς ἀνδραπόους, εὐδομοῦντες, ἢ κατηγοροῦντες. *Quam ob causam & tu, ὁ vir optime, & unusquisque alius, cui bona existimatio curae est, si modo sapitis, diligenter cavere debetis, ne poeticum hominem insensum aliquid habeatis.* *Poëtae* quippe vim maximam in utramque partem, & ad laudandum, & ad vituperandum, habent. Quo item facit illud cap. xvi. *Maledic illam versibus, ut habeat pudorem.*

[*Jurat Eumolpus verbis conceptissimis.*] Arbitr cap. cxxxiii. *Tetigit puer oculos suos, conceptissimisque juravit verbis.* Ubique est, dictatis verbis à deferente jusjurandum. Id *Silii Italici* est lib. x.

- - - *Dictataque jurant*

*Sacramenta Deis.* - - -

Exemplum autem insigne exstat ejuscemodi jusjurandum  
(E e)

randi apud Plautum Rudente v. III. Sed de his abunde jam Briffonius lib. VIII. de Formulis, Cognatus in Adag. & Budaeus in adnotat. ad Pandectas.

Cap. CXIV. *Velaque tempestati subducunt.*] *Vela subducere*, nauticum est. Julius Caesar lib. IV. de Bello Alexandr. *Quod ubi confexit, celeriter vela subduci, demittique antennis, jubet.* Quod itaque factum tunc potissimum, quum ventus pelago irascebatur. Sic etiam Ovidius lib. II. Metamorph. qui locus sic probe scribendus:

*Ardua jam dudum dimitte cornua, rector*

*Clamat, & antennis totum subducite velum.*

*Postquam spes omnis manifeste evolvit.*] Fidem hic Bourdelotio habuimus, ita ex nescio quis MSS. codd. locum reponenti. iccirco necessario duximus, praefendam fore scripturam prae altera haud indecenti, quae tamen emendatione tantum Franc. Pithoei nitebatur, *postquam maris aestus convuluit*, in qua etiam & hocce insuper incommodi, quod non scilicet contextus repleter hiatus.

*Supinas porrigit manus.*] Quae supinae manus, supra jam patefacinus ad verba cap. XVII. *Protendo igitur ad genua vestra supinas manus.* quod vide.

*Testem illam divinam.*] Ipsi nempè Isidis, cuius indubie simulacrum in puppi navis ei sacrae. Ubi nescio quid ego jam pridem comminiscabar de peplio illo, cuius apud Ludatium, Statii Scholiastem, mentio verbis istis ad x. Thebaid. vers. 56. *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat. Sed hoc peplum primum ab Atheniensibus institutum, quod matronae suis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* videlicet Minervae, ut puto, primitus Panathenaeis. Et pariter haud incommode Arbitri locum capi posse existimabam de peplio eo, quem Panathenaeica navis, Minervae adparata, pro velo habebat. de ipso sic Suidas scriptum reliquit: *Ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις πέπλος τὸ ἀρμειον τῆς Παναθηναϊκῆς νεώς. ἢ οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκευάζον τῇ Ἀθηνῆ δια τετραετηρίας. Apud Athenienses peplus proprie dicebatur velum Panathenaeicae navis, quam Athenienses quarto quoque anno instruebant Minervae. & Philostratus lib. II. de vit. Sophist. in Herode. Κακείνα τῶν Παναθηναίων τούτων ἡμεῶν, πέπλον ἢ ἀνήφθαί τῆς νεώς, ἰδίω γραφῆς, σὺν εἰρώ τῷ χόλπω' δραμεῖν δὲ τὴν ναῦν εἰς ὑποζυγίων ἀγόντων. Illa de Panathenaeis *audivi velum e navi esse suspensum, jucundius pictura, cum sinu profere, navimque, nullis trabentibus jumentis, incurrisse.* Nec ea illa Minerva reluctabitur, abhorrebitque ab hocce cum Iside commercio. Multiplex namque Isidis numen quondam habitum: eaque propter deorum ei, *dearumque faciem uniformem* dedit Appulejus; ipsamque *multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo, totus veneraba-**

*tur orbis.* quo facit & MYRIONYMA ISIS, in titulo marmoreo; & illud alibi laudatum, UNA QUAE ES OMNIA DEA ISIS. Unde & ad illam pertinere simulacrum illud, quod in dea Syria describit Lucianus, licet animadvertere. Ejus verba sunt: *καὶ τὰ ζυμπαντα, ἀπρεέσι λόγῳ, Ἡρῆ ἐστὶ ἐγχειθε τι καὶ Ἀθηνῆαις, καὶ Ἀφροδίτῃς, καὶ Σεληνιαῖς, καὶ Πένης, καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ Νεμεσίῳ, καὶ Μοιρέων. Nam in universum quidem, quod vere dixeris, Juno est: caeterum habet quippiam & MINERVAE, & Venere, & Lunae, & Rbeae, & Dianae, & Nerefisi, & Parcarum. Exfertim autem apud eundem Appulejum de se ipsa Isis magnifice profatur: *Hinc autochibones ΑΤΥΙΣΙ me Cecropiam MINERVAM nominant.* Nec tempore consecrationis navigia illa differre, constabit conferenti. De Isaco ita ipse Milesiarum scriptor: *Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, aeterna mihi nuncupavit religio: quo, sedatis liberis tempestatibus, & lenitis procellosis fluctibus, navigabili jam pelago, rudem dedicantes carinam, primitias comineatum libant mei sacerdotes.* De Palladio vero sic in Ciri Virgilius:*

*Quum levis alterno Zepbyrus concrebuit Euro,*

*Et prono gravidum provexit pondere cursum.*

Quod signanter de parissima anni tempestate suscepit Turnebus lib. XXVIII. Advers. cap. 5. quum nimirum, hyeme jam exacta, flare incipit Favonius, ac mare, quod ante clausum erat, aperitur, incipitque navigatio exerceri. Praeterea pretiosum plane fuit & velum illud, ac plures in eo erant intertextae picturae, acucque varia Palladis exprimebantur facinora, ut Virgilius opere laudato ostendit, ac plures, quos in Panathenaeis retulit Meursius cap. XXVIII. Nec diversum ab eo prorsus velum Isiacum, (*carbajum* Appulejus adpellat,) in quo & litterae intextae agnoscuntur, *votique* navigii rationem reddentes. Sed forte inquis, obflare nostro commento, quominus ejusdem numinis sit utrumque navigium, quod Isidis singularis annis redderetur pelago, Panathenaeicum vero, quod proprio velut iure sibi vindicat peplum, quinto tantum anno, hoc est, majoribus Panathenaeis. Sed me Hercules, inquam ego, perdidiculus est, diversus in regionibus velle, licet *unicum numen* sit, ut ait Appulejus, quum id tamen sub diversis nominibus, colatur, ut ejusdem & ipsimet prorsus ritus exactissime feruntur. Quod quamquam fati superque foret delicatissimo scrupulo removendo, profere insuper disertum mihi testem, qui minoribus Panathenaeis, hoc est, quotannis, aperte prodatur, solitum peplum deduci. Is est Scholiastes Aristophanis, in hunc modum adfirmans in Equitibus [v. 563.] *Ἐπεισκευάζετο ἂν ὁ πέπλος κατ' ἕκασον ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπομπέεσσι ἐν τοῖς Παναθηναίοις. Conficiebantur igitur quotannis peplus, & in Panathe-*



ithenacis deducebatur. Si vera ergo isthaec mens Arbitri fuit, tunc enim καὶ ἀρχηγεσιῶνος divinam veslem vocavit velum illud pretiosum, Isidique consecratum.

*Sistrumque.*] Vel hinc Scioppii opinationi accederet non leve tutamen. nam Isis olim sistrum in dextra gerens essingebatur, pariterque ejusdem sacerdotes ipsum in pompa gestabant, quatiebantque, unde dicti *sistrati*. Formam autem ejus ex Appulei descriptione licet intelligere lib. xi. ubi Isidem è mari emergentem depingit stolidissime: *Num dextera quidem ferebat aereum crepitaculum, cujus per angustam laninam in medium balthei recurvatam trajectas medias paucae virgulae, crispante brachio tergemino jactus, reddebant argutum sonorem.* Mirifice enim isthaec descriptio cum sistris imagine convenit, quae apud Gruterum est, inscriptionum in opere pag. 82. num. 3. & 4. tu confer, & sistris antiquorum formam penitus percipies. Materiam vero nec minus clare praebebit ipse Madaurentis scriptor ibid. *Magnae religionis terrena sidera, aereis, & argenteis, immo vero aureis etiam, sistris argutum tinnitum constrepentes.* Haud igitur Encolpio *sistrum* quoque praeceda contemnenda, quum suspicari proclive sit, neutquam navigio Isidis, muneribus largis, ut inquit Appulejus, onusto, aurea, argenteaque sistra defuisse. Itaque nihil jam mirum, si paullo post incontenter polliceatur, *numos in praesentem illum usum Deum Matrem pro fide sua reddituram.* quorum mentem verborum nos suo loco explicamus.

*Redde navigio.*] Cave autem confundas navigium illud, quod expilatam fuisse prodidit Licas cap. praeced. cum hocce, de quo nunc sermo. diversa quippe plane sunt, ut ex dictis constat. hocce viri Tarentini est, illud Isidis erat. Religionem vero haud prorsus absimilia fuisse: Licae namque istud sacrum erat Minervae, ut ex ejus tutela jam vidimus, quod numen cum Iside promiscuum.

*Et illum quidem vociferantem in mare ventus exussit, repetitumque infesto gurgite procella circumegit, atque hausit.*] Non sine horrido religionis respectu hocce prolatum à Petronio, qui plussquam anili superstitione imbutum exhibet sese toto in Satyrico. Tale ejus ingenium fuit, qui istiusmodi deorum originationem mortalibus adferuit in fragmentis.

*Primus in orbe deos fecit timor.*

Repetendum ergo illud cap. cvi. ut clareat commentum: *Ita vide ut prosit*, verba Licae sunt, *illis ignosci, quos ad poenam ipse Deus deduxit. Quod ad me adinet, non sum crudelis, SED VEREOR NE, QUOD REMISERO, PATIAR.*

*Repetitumque infesto gurgite procella circumegit, atque hausit.*] Vortice, sive marina vertigine, Licam hausum, Arbiter innuit, nam. ut Quin-

tilianus inquit lib. viii. cap. 2. *Vortex est contorta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur.* τὸ φαν Gracis dicitur, praecipua navigantium pestis, Plinio auctore lib. ii. cap. 48. Vide ut transferat D. August. lib. iv. Confess. cap. 14. Hinc veram originationem duco vocis nostrae, nemini usque adhuc animadvertam. Cincinnulos nempe ante aures pendulos, ingenioque suo, vel arte, anulatim contortos, circumactosque pari ratione non dubio, *Tuphos*, vocamus. Ad elegantem insuper Silli nostri imaginem adpingo parissimae vertiginis, de flumine canentis Druentia lib. iii.

----- *Corrupta sub armis*

*Corpora multa virum spumanti vertice torquens  
Immersit fundo.*

*Et ultimum hoc gaudium, fatis properantibus, rase.*] Epicurea isthaec παραίσις est, quae pluribus adeo antiquorum adfuit, ut eo potissimum scilicet, quod in vicinia mortis essent constituti, largiuscule genio indulgendum esse, existimarent. Eadem Anacreontis mens in istis versiculis.

Ἐγὼ δὲ θεῶν κέουσι ἄρῃ,  
εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπὸ λήθρον,  
ὄνα οἶδεν τὰ θεοῦ δ' οὐδὲ,  
ὄνα πρὸ γέροντι μῦθον  
Πρίπρ' ἔτερον παλαιοῖν,  
ὄσον πείλας ἔμωρον.  
*At, an comae supersint,  
Dfluxerit an omnes,  
Hoc nescio; sed illud  
Certo scio, decere  
Senem, hoc magis vacare  
Amoribus, jocisque,  
Quo mors magis propinquat.*

Ea causa ergo est, quod ultima illa gaudia velut rapi viderentur. Plane hic Petronius, & planius adhuc Martialis lib. vii. Ep. 46.

*Vive velut raptò, fugitivaeque gaudia carpe.*

Item, quod illae, quae rapiuntur, voluptates gratiores interdum judicentur. Exin Leander sic apud Ovidium Boream adfatur in Epistola ad Heronem:

*GAUDIA RAPTURÒ si quis tibi claudere  
vellet*

*Aërios aditus, quo paterere modo?*

Plinius itidem, *raperè vitam*, pro deliciosissime aetatem exigere, dixit lib. xiv. cap. 22. de potentibus loquens in venientem usque diem: *Raperè se ita vitam praedicant, quum priorem diem quotidie perdant, immo vero & venientem.*

*Fatis properantibus.*] Itidem est in priscis marmoribus: *FATIS URGENTIBUS. Properare tamen fatum, dictum de illo antiqui scriptoribus invenio, qui, quum esset in mortis vicinia constitutus, ipsam quasi accersere videretur.*

(E e 2)

detur.

detur. Sic Seneca tragicus in Hercule furente :

*Quid iuxta durum properare fatum.*

Ovidius Halieutico :

*----- Atque suo properat sibi robore fatum.*

Etiam & ipsa fata properare dicebantur, uti nunc Arbitro, pariter ac Lapidi veteri :

HEIC VIRIDIS AETAS CUM FLORE-  
RET ARTIBUS,  
CRESCENTI ET AEVO GLORIAM CON-  
SCENDERET,  
PROPERAVIT HORA TRISTIS FATA-  
LIS MEA.

*Festinata* itidem fata Martiali sunt Epig. 88. lib. IX.

*Festinata sui generet quum fata Severi  
Silius.*

Contra Horatius de Maccenate ab inclementia Saturni Jovis benignitate servato lib. II. Carm. 17. dixit :

*----- Volucrisque fati  
Tardavit alas.*

*Meaque tunica conlectus.*] En quod cap. XI. *vesticontubernium* vocavit. ubi nos ejus confortii pluscula exempla congesimus.

*Esferuit ad osculum caput.*] Id est, ad os reject usque tunicam à capite, qua totus erat conlectus. *Osculum* parvum os est, nam diminutivum ab ore. sic de ipso Gitonis ore infra cap. CXXVII. *Ex cujus osculo pendes?* Elegans vox est, elegantioribusque scriptoribus haud infrequens. Pluries ea utitur Petronius, nec absuit in emendatissimae illa Circes descriptione cap. CXXVI. *Osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit.* Plene vero in nostra Sirene. Sic Plinius etiam lib. XXVIII. cap. 2. *In adorando dexteram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus.* Id Appulejus ita in Apologia protulit: *Adorandi gratia manum labris admovere.* Hinc ergo disces, quanta Martialis proprietate locutus, quum labia, sive labella, puellae septennis oscula adpellavit lib. XI. Ep. 92.

*Ipsoque crudeles ederunt oscula morbi,*

*Nec data sunt nigris tota labella rogis.*

Eadem ratione & Caelius Aurelianus Medicus lib. V. Tardar. Pass. cap. 6. *osculum vesicae*, dixit, pluresque usurparunt alii. Ast postea pro favio crebrius sumtum fuit *osculum*, uti vicissim *favium* pro ore parvo, elegantique. Plautus Rudente Act. II. sc. 11.

*----- Tum quae indoles in favio est?*

Sic & Appulejus lib. III. Metamorph. & Virg in Catal.

*Aut praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit.*] Inhumanum quippe prorsus habitum, inhumanum corpus praeterire, quod facpius repetitum, vulgoque notum, causae non item. Plures ego invenio, itaque conligo, & refero. Prima vulgarior est, ab Homeroque petita, ac non

femel, ut puto, ab ejus interpretibus, Virgillique, qui ab ipso mutuatus est, in librumque VI. divini operis transcripsit, memorata. Animas enim eorum, qui sepulti non erant, Charon portitor transmittere non quiverat, sed vagari credebantur in ripa, ac diris interea modis misere torqueri. Plane hoc ex Homero constat lib. V. Iliad. ubi dormientem Achillem adloquitur Patrocli anima. Virgilius autem pluries tetigit, apertius vero VI. lib. quum ad Acneam profatur Sibylla :

*Hacc omnis, quam cernis, inops, inbumataque turba est.* &c.

Addam insuper & Heliodori locum elegantem ex lib. II. pag. 67. Ed. Bourdel. pluresque praetermittam ob fastidium. Verba Theagenis sunt, vocem Charicliae animam defunctae errantem esse suspicantis: *Ὁ δὲ εἰδὼν παραρρήεις ὑπὸ κροσσῷ τε, καὶ ἡζῶ, φιλοφρονέων ἑσθλῶς, ἔλεγεν. εὐδαμον εἰς ἄστυ γῶν ἔτι φειρομένη. τὸ μὲν, διότι τοιάτα σώματα, εἰ ἀπὸ βίαις ἐξηλάθη, διαψαλιῶν ἢ φέροντα τὸ δὲ, διὰ τὸ ἀπῆλθον ἴσως ὑπὸ νεκροῦ εἰδῶλον εἰρομένη.*

Ille autem nil territus audivit, & : *veniam, carissima anima, dicebat. Manifestum praebes argumentum, te adhuc supra terram ferri: partim quod à tali corpore, ex quo per vim expulsa es, discedere sine molestia non possis: partim quod, quia sepulta non es, fortassis ab infernalibus umbris arcearis.* Sed de causa isthac fati. Aliam vero prodidit Onofander Strategici cap. 36. quae potissimum ad imperatores spectat, qui tam graviter olim defunctorum corpora sepulturae mandarunt: *Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ἡ πρὸς τοὺς δουλομορφοὺς εὐσέβεια, ἀναγκαστικὴ δὲ καὶ ἡ πρὸς τοὺς ζῶντας ἀπίθειαις. ἕκαστος γὰρ τὴν σεβαστῶν ἢ αὐτῶν ἀμελεῖται, εἰ πᾶσαν ἔτυχε, παρ' ὀφθαλμοῦν ἑρῶν τῶν τύχῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς μάλα τοῦ καταμανιῶν ἰδύμενος, ὡς εἰ ἀπὸ αὐτῶν εἰ τιθαιῶν ταφῆται, ἔωκα, ἵνα φέροι τῶν ἀτυχεῶν ἕσταν.* Sancta enim haec, & religiosa circa eos, qui sic obierunt, pietas est, ejusque necessaria inter superstites demonstratio. Etenim unusquisque militum sibi ante oculos ponit, eodem modo se, si forte in bello ceciderit, ludibrio despectuique fore; & insepultum se remansurum praesagiens, mortis honore carere, non ferendam putat contumeliam. Aliam & Seneca in fragmentis: *Non enim defunctorum causa, sed vivorum, inventa est sepultura; ut corpora, & visu & odore foeda amoverentur; alios terra obruit, alios flamma consumit, alios lapis ossa redditurus includit. Non defunctis, sed nostris oculis, parcimus.* Verum enim vero, humanae conditionis consortium est, quae potior mihi religiosae illius necessitudinis causa semper fuit visa. exindeque obortum, ut, illud officium exhibere, adpelletur humanitas. Quum cadaver enim inspicimus, nostrum necessario ineluctabile fatum refricatur; itaque proprium nostrae videmur forti consulere, quum

alteri nimirum illam praestamus pietatem, cuius & serae non raro mira specimina praebuerunt. De Elephantis sic Aelianus lib. v. de animal. tradidit cap. 49. Οκ αρια ειθινατα γεγαυμος ειφας ι-  
κ γι οση αν παρβλτοι μη τη τ ηροστικη γλυ αυτα-  
μφορ και επιπυλαν, οσην λενα επηρηθη απτη ε νο-  
ης φυσικως τελων, και φυζων αγρος ειναι ην το μη  
δραται πηθ ειναι, ες Elephantus, quum alterum per-  
plexerit mortuum, non praeterit, quin buntum pro-  
boscide haustam, veluti fanda, & mystica quadam  
ceremonia, injiciat, COMMUNEM NATURAM  
miseratus mortuo parentans, ut ne aliquid impie  
committat: nam, hoc quidem ipsum non facere, exe-  
crabile ducit. Ideo, juxta persolvere, jure id an-  
tiqui vocarunt. quippe redderetur enim sic,  
quod necessario communi naturae deberi videbatur.  
Curtius ita lib. iv. loquitur: Alexander  
corpori uxoris ejus jussis persolutis, &c. D. Am-  
brosius in laudatione Theodosii: Theodosio patri  
juxta persolvit. Ac plures alii.

[Tralaticia humanitate] Inhumanitate vero non  
tralaticia lectionem hanc sollicitant, qui scribere  
tentant, tralaticia humanitate. ubi jam, lapidabit,  
abundaret. Adludit in tralaticia ad genus funeris,  
tralaticium vocatum. quod αλετοσον erat, & per-  
functorie exhibitum, ceu lapidatio est. de illo  
Kirchmannus lib. i. de Funer. Rom. cap. 4. &  
Gutherius lib. i. de Jure Manium cap. 20.

[Iratris etiam stultus imprudens arena componet.]  
Explicat Quinctillianus Deekam. vi. Corporis pro-  
prietati: Non sepelies? vide, quae so, ne dum litigas,  
ARENAM FLUCTUS AGGERET. Plura ibi-  
dem opportuna.

[Patior ego vinculum extremum.] Adludit etiam  
hic dubie procul ad morem veterum, quibus,  
morti nimirum proximos amplecti, consuetum.  
Cic. Orat. v. in Verrem: Matresque miserae ser-  
noabant ad ostium carceris, ab extremo complexu  
liberorum exclusae. Hocce Romanis in usu fuisse  
notarunt jam alii. Observo ego itidem & Graecis.  
Theagenes sic apud Helioidorum deslet Char-  
riellam lib. ii. pag. 63. dum defunctam esse au-  
tumat: Προκαθηρηται με και τα τελευτατα περιεκα-  
λει. εχεται φ ληρωτων, η εψ. χων, απεσεχεδω.  
Erepta est mihi facultas extremi complexus: ultimis-  
que oculis & exanimatus orbatum sum. Juvant plane  
& sequentia commentum: Et veluti lecto fune-  
bri aptatus, &c.

[Veluti lecto funebri.] Propertium, nam pheretri  
genus lectica & lectus; honestiorum tamen cada-  
verum. Seneca P. lib. vi. Cont. 6. Versae sunt  
in exsequias nuptiae, genitalisque lectus mutatus in  
funebrem. Propertius mortiferum vocavit lib. iii.  
El. 13.

Namque ubi mortifero facta est fax ultima lecto.  
Et saepius alias. Sic & torus usurpatur passim.  
ipse Elegiographus lib. ii. El. 13.

Nec sit in Attalico mors mea nixa tero.

Ovid. lib. viii. Metam. Virgilius, plures.

[Exspecto mortem jam non molestant.] Immo po-  
tius, juxta Ethnicorum errorem longe turpissi-  
mum, exoptandam maxime. Enimvero animam  
in amatoriis amplexibus exhalare, ut summum  
videlicet bonum a suis diis impetrabant olim.  
Sic eferunt de Pindaro, Graecorum Lyricorum  
principe, memoriae prodidit Hesychius Mile-  
sius: Πινδαρος ο Λυρικος αλιπτος το καλλιστον αβ-  
τη δοξεναι ε εν τη βιω, εδραον επιετανεν εν ηα-  
τρα, ανακλιω η εις τα ερωτικα αβηθ Θεογονη  
γινετα. Pindarus Lyricus precatus deos, ut quod  
in vita maxime optandum sit, sibi darent, in thea-  
tro repentina morte exstinctus est, reclusi capite super  
amasti Theoxenis genua. Quod ipsum tradiderunt  
Suidas, & Valerius Maximus.

[Cap. CXV. Audimus murmur insouitum.] Sic  
Fulgentius lib. de Virgiliiana Continentia: Nam  
ecce ad me etiam ipse (Virgilius) Ageraei fontis  
braclamento jaturior advenit; quales vatum imagines  
esse solent, dum, adjumtis ad opus conficiendum ta-  
bulis, stupida fronte arcanum quoddam latranti in-  
trinfecus tractu submurmurant. Hunc locum pri-  
dem Wouwerius laudavit, & Bourdelotius no-  
vissime; nihilominus tamen nos etiam exscripsi-  
mus, ut ejus inveterato morbo (laborat enim  
insigni) medicas adhiberemus manus. Ineptissi-  
mo, immo nullo, sensu, latranti intrinfecus tra-  
ctu, omnes editi retinent. tu scribe, vultu. quae  
mira loco illi vox, & ingenio scriptoris, & scri-  
pti, adpositissima. Emendatio, libere dicam, cer-  
tissima est: pariterque, me hic esse de fide pla-  
garii mei vehementer suspectum.

[Et sub diaeta magistri.] De diaetis, sive zetis  
multi. Apud nullum autem Petronii interpretem  
memoria de navium diaetis, de quibus nunc Ar-  
bitro nostro sermo. Insigne vero exemplum est,  
quod de Hieronis navi profert Athenaeus lib. v.  
Dipnosoph. In ipsa enim ητων διατα τελεσθαινοι  
αδ ανδρατι, τριασινε το πολυθα. Diaetae erant  
numero triginta virilis quatuor lectis stratae, praeter  
plures nautarum. Dicebantur, quibus &  
diaetarum custodia erat commissa, exinde diae-  
tarii. Sic Ulpianus l. 12. §. 42. D. de Instrum.  
vel instrum. leg. Sunt quidam in navibus, qui cu-  
stodias gratia navibus praeposuntur. ut ναυτολα-  
κας, & diaetarii. Ceterum, ut inquit Ovi-  
dus:

Carmina secessum scribentis, & otia, quaerunt.

Et Phaedrus de Simonide, inlusri poeta:

Victoris laudem cuidam pyctae ut scriberet,  
----- secretum petit.

Unde apte jam igitur, si inter navis strepitus,  
secessum quaesiverit Eumolpus. nam, ut recte  
dixit Horatius lib. ii. Ep. ii.

(E e 3)

Tu

*Tu me inter strepitus nocturnos, atque diurnos,*

*Vis canere, & contracta sequi vestigia vatum?*

*Quasi cupientis exire belluae gemitum.*] Ut proflus spuriam rejiciendam esse lectionem istam, censebat Frid. Lindenbruchius, & ejus loco substituendam, *Quasi rugientis ex ira belluae gemitum.* perperam, & omnino edita scriptura retineri debet. Imprudentibus namque murmur illud poeticum gemitus belluae alicubi clausae videbatur, ac proinde exire cupientis.

*Persequuti igitur sonum.*] Summa cum elegantia expressit hoc Valerius Flaccus, de Alcide & Telamone loquens in Argon. lib. II. vers. 454.

*Adtoniti pressere gradum: vacuumque sequuntur*

*Vocis iter: jam certa sonat, &c.*

Sic Virgilius de Polyphemo caecutiente, inter undasque auditu classis Trojanae cursum captante lib. III. vers. 669.

*Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torfit.*

Plautus item Rudente Act. I. sc. IV. 32.

*Consequamur gradu vocem. ubi es?*

*Membranaeque ingenti versus ingerentem.*] Videatur nunc Arbiter exprimere voluisse totum poetam illum in eo poemate conficiendo. Licet fortasse haud incommode locus possit intelligi de ipso in mundum jam referente versus illos ex ceratis tabellis, aut palimpsesto, ubi prius notarat, ac deleverat, quae displicissent. Moris namque illud fuit atrocis stili scriptoribus, in tabulis nempe ceratis, quae facile deleri poterant, tunc primum, quum opera meditabantur, tumultuario scribere. Exinde postea, quando nimirum erant in lucem proferenda, esse in membranas, quae plane mundo erant aptiores. Totum hocce perspicue docet Horatius principio Sat. III. lib. II.

*Sic raro scribis, ut toto non quater anno*

*Membranam poscas, scriptorum quaeque retexens,*

*Iratus tibi, quod vini somnique benignus*

*Nil dignum sermone canas, &c.*

Unde & Catullo illuxit Torrentius Carm. 22.

*Puto esse ego illi millia, aut decem, aut plura,*

*Perscripta: nec sic, ut fit, in palimpsesto*

*Relata; chartae regiae, novi libri,*

*Non umbilici, lora rubra, membrana*

*Directa plumbo, &c.*

Fallitur autem omnino, qui de librorum tegmine hunc cepit locum. notissimum enim nobis est, quid membrana directa plumbo, quando & pueris auxilio similes sunt primas litteras formantibus. Habuere praeterea & Poetae antiqui ad parietes, & grabatorum pluteos, ceratas tabellas, in quas confectum ac offerrentur, repentinas effunde-

rent commentationes, ne laborentur memoria. Quod Horatius ibidem docet, & alii, quos jam olim in adversariis congesteram. Recte autem, me-Hercules excogitatum illud. lecti quippe meditationibus poetice gratum saepe praebuere fecerunt. Ea mens Ovidii est III. de Arte, nescio an alicubi notarint quantum est criticorum:

*Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi:*

*Contempto colitur lectus & umbra foro.*

Itemque Persii Sat. I. 120.

*Nec pluteum cedit, &c.*

Ast pluteus aptissimus denique dicto jam usui, quippe qui tabula creta erat ad unum latus lecti cubicularis, nam ad alterum sponda nuda erat. Aperte hocce ex Martiale conligitur Epig. 91. lib. III.

*Exciduntque senem, spondae qui parte jacebat,*

*Namque puer pluteo vindice tutus erat.*

Ad cujus illustrationem nimis quam adpositum est illud veteris interpretis Persii ad Satyr. I. *Sponda est exterior pars lecti, pluteus interior.*

*Mirati ergo, quod illi vacaret in vicinia mortis poema facere.*] Graphice & hic prurientium poetarum ingenium repraesentat, ubi & Ovidii vere poeticum signanter effinxisse, illum ob oculos tenens, quum haec scriberet Arbiter, facile probabitur illi, qui vel primoribus labris delibaverit tantum ejus Tristium libros. Confer nunc inter alios huncce parissimum locum lib. I. El. x.

*Littera, quaecumque est toto tibi lecta libello,*

*Est mihi sollicito tempore facta viae.*

*Aut haec me, gelido tremere quum mense Decembri,*

*Scribentem mediis Adria vidit aquis.*

*Aut, postquam bimarem cursu superavimus Isthmon,*

*Alteraque est nostrae sumta carina fugaz.*

*Quod facerem versus inter fera murmura ponti,*

*Cycladas Aegaeas obstupuisse puto.*

*Ipse ego nunc miror, tantis animique marisque*

*Fluctibus ingenium non cecidisse meum.*

*Seu stupor huic studio, sive est insania, nomen:*

*Omnis ab hac cura mens relevata mea est.*

*Saepe ego nimiosis dubius jactabar ab haedis:*

*Saepe minax Steropes fidere pontus erat.*

*Fuscabatque diem custos Erymanthidos ursae:*

*Aut Hyadas feris hauserat auster aquis.*

*Saepe maris pars intus erat: tamen ipse trementi*

*Carmina ducebam qualiacumque manu.*

*Orcam mugientem.*] *Orcam*, aut *poctam*, mugientem potius est indubie, quam *porcam*. Porcis namque ullis nemo unquam mugitum dedit. *Quiritare* ipsorum proprium est, & *grunnire*, auctore Ovidio, sive quisquis ille est auctor Philomelae: etiam *grundire*, Claudio lib. xv. *Annal. Juvenal. Sat. xv.* Quod autem editio illa Parisiensis, saepius laudata, hic addit, *mugientem, cui & adjungatur freneticus*, nihil prorsus faciendum. eique fragmenticulo ideo peperci- mus.

*Utrumque curati tristissimam exegimus noctem.*] Parisianus est Plinii Junioris locus, cui & suppetitatum venit nunc Arbitrator, ut veram tandem lectionem tueri possit Ep. 2. lib. vi. *Curatis utrumque corporibus, suspensam dubiamque noctem sibi ac metu exegimus.* In nonnullis editionibus male, *mentem*, legitur. Rursus Petronius cap. xxvi. similiter locutus: *Atjcti in lectis sine metu reliquam exegimus noctem.*

*Intentibus oculis.*] Haec est antiqua scriptura, & vulgatio, quapropter & plaris habenda. *Intentibus* ergo, hoc est, vividis, & adtente acuteque intuentibus. Plures vario scripserunt, *nitentibus*, *diligentibus*, *licentibus*, *nitentibus*. aut, si mutationi locus, principem sibi vendicaret indubitanter, *humantibus*. Sic Ovidius II. *Metam.* vers. 463. locutus:

---- *Sustulit illi*

*Humantes oculos.* ----

ac plures alii. Inde & contrarium memorabile quoque scriptoribus antiquis, uti Papinio in Epicedio patris:

*Nunc etiam labente manu, nunc lumine scoco.*

*Haec vota magnarum cogitationum.*] Sic *vota* supra usurpavit cap. xciv. *Eumolpe*, jam malo vel carminibus loquaris, quam ejusmodi tibi *vota proponas*. Bona illa videlicet sunt, quae sibi promittant homines, animoque concipiunt. Hispani vocant *Intentos*, *Propositos*. Tota autem isthaec est, (quod semel hic moneam) paraenetica ad tyrannum principem suum declamatio, apta vero sub impotente Lica simulatione. Plane enim, ut ipsam proxime premeret, illa addidit: *sed non sola mortalibus maria hanc fidem praestant, illum &c.*

*En homo quemadmodum natat.*] Supinus indubie, ex doctrina Plinii cap. 7. lib. xvii. magni operis: *Vivorum cadavera supina fluitare, feminarum prona: velut pudori defunctorum parcente natura.* Idem etiam Solinus cap. Polyhistoris 5. Et Arbitrator id innuere videtur, quam agnitum Licam Encolpio inquit, simulac ad terram cadaver applicuit: *Abhuc tamquam ignotum desolebam, quum inviolatum os, &c.* Cur autem post quid temporis cadavera aquis innarent, quaesierunt plures. tu vero imprimis adi Cardanum de Variet.

(lib. viii. cap. 44. & Lennium de Miraculis naturae cap. 6. lib. 11.

*Abhuc tamquam ignotum desolebam, quum inviolatum os fluctus coarctavit in terram.*] Germanus Ovidii locus de re gemina germana, nimirum de fluitante Ceyce II. *Metamorph.* vers. 719.

*Quis foret ignorans, quia naufragus, omine mota est.*

Et TAMQUAM IGNOTO LACRIMAS DARET, beu miser, inquit,

Quisquis es, & si qua est conjux tibi! fluctibus actum

Fit [propius corpus, &c.

*Non tenui igitur diutius lacrimas.*] Parisissime supra cap. xxiv. *Non tenui ego diutius lacrimas.* Adde insuper, & istud fulcimento esse supra *humantibus oculis*. nam, quum leviter Encolpii animum misera tetigisset naufragi fortuna, humantibus tantum oculis maris fidem quaiverat inspicere; minime vero, quum Licam esse cognovit: immo lacrimas largiter effudisse, nunc Arbitrator inquit.

*Ubi iracundia tua, ubi impotentia tua?*] Utrumque etiam Boetius conjunxit illustri illa sententia *Met.* 4. lib. 1. de *Consolat.*

*Nec speres aliquid, nec extimescas;*

*Exarnaveris impotentis iram.*

Culte admodum ad maria transtulit Catullus elegantissimo Phaeli carmine:

*Et inde tot per impotentia freta*

*Ilrum tulisse.*

Ast apud Valerium Maximum lib. 9. de *Superbia & Impotentia* caput est, ubi plura continentur exempla.

*Te nunc, &c.*] *Εἰρωνείας* hocce dictum est, non *παρὰ τὴν ἑρῶς*, qui figuratus loquendi modus mystis purioris idiomatis haud olim infrequens. Sic apud Ovidium Dejanira Herculem adloquitur in *Heroid.*

*I nunc, tolle animos, & fortia facta recense.*

Sic & Juvenalis *Sat.* vi.

*I nunc, & dubita, qua sorbeat aëra fanna Tullia.*

Et sententia illa illustri *Sat.* xii. vers. 57. quam, quod & materiae opportuna est, refero libens:

*I nunc, & ventis animam committe, dolato*

*Confusus ligno, digitis à morte remotus*

*Quattuor, aut septem, si sit latissima ror-da.*

Ita & alias, nec non & plures alii.

*Patrimonii sui rationes inspexit.*] Seneca *Consol.* ad Helviam cap. x. de Apicio famoso gulone inquit: *Quum sestertium millies in culinam congestisset, quum tot congiaria principum, & ingens Capitolii vestigal, fugulis comestationibus bau-*

*sisset,*

siſſet, aere alieno oppreſſus rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit. Hiſpanis inde, *La cuenta, y Raçon*, dicitur.

*Illum diis vota reddentem penetum ſuorum ruina ſepelit.*] Sex fratrum proſus videtur fatum deſignare, qui, quum domum ex longa peregrinatione belloque rediſſent, aedium lapſu obruti ſunt, vota, uti ſuſpicari omnino conſentaneum eſt, Diis Tutelaribus reddentes. Eventus enim inſignis titulus exſtat, quem quod ſupra cap. cx. integrum exſcripſimus, nunc tantum, quae huc ſpectant, excerpte viſum eſt.

QVAE (mater) HOC ME CONDO MONI-  
MENTO  
NE OBRVTIS DOMVS LAPSV FILIIS SEX,  
QVOS P. SCIPIO PATRIIS  
CAMERTIBVS A SALO ET LIBYA  
INCOLVMES RESTITVERAT,  
IN DESOLATA ORBITATE SVPERSIM.

*Ille vehiculo laſſus properantem ſpiritum excuſſit.*] Elegans monumentum antiquum in vinea Julii III. Pont. Max. hocce teſtatur :

AEMILIA FELICITAS PIA  
VIXIT ANNIS XXXV. EX HIS  
PERTVLIT CVM AEMILIO  
PARNASO ANNO Ñ XXIII.  
PEREGRINATIONIBVS  
VARIIS ET CREBRIS FIDE  
ADFECTIONE INCOMPARA-  
BILI HAEC VEHICVLO  
EVERSA VIA IIOSTIENSI  
III. KAL. FEBR. OBIIT.  
HVNC TITVLVM  
POSERVNT  
L. AEMILIVS PARNASVS  
MARITVS EIVS ET IVNIVS  
NICERO FRATER EIVS.

*At enim fluctibus obruto non contingit ſepultura.*] Hinc jam de multiplici cadaverum ſepultura ſermo eſt, quum modum Arbitr fecerit mortis generibus. injuria tamen interpretes confundunt. Ait locus iſte amplectitur utrumque, & interitus acerbum genus, & inhumanum ſepulturae. De utroque ergo audi ſententiam Ciceron. in Tuſc. Quaest. lib. I. cap. 44. *Exſecratur luculentis ſane verſibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc ſane: talis enim interitus non eſt ſine gravi ſenſu. Illa inania :*

----- Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis,  
Exiſceratur, latere pendens, ſaxa ſpargens  
tabo,

Sanie, & ſanguine atro.  
Non ipſa ſaxa magis ſenſu omni vacabunt, quam

ille latere pendens. Idem quoque ſenſerunt alii. Sic Vegetius lib. v. de Re Milit. *Inter tanta tamen mortium genera, qui acerbiffimus caſus eſt, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.* Idemet Ovidio animus eſt lib. I. Trift. El. II aliſque non paucis. Non vulgaris vero ratio eſt, cur videlicet in aquis interire vehementer ex antiquis nonnulli formidarunt; ipſumque ex Homeri ſchola profluxiſſe, adfert Synecius Epiſtola ad Euoſtium fratrem. Animam ignem eſſe, credebant. ſic apud Varronem Zenon Citicus ſentit lib. IV. L. L. *Animalium ſemen ignis, qui anima, & mens.* Ea propter extingui inter undas & anima credebatur, ipſoſque admodum & corporis terrebat, & animae interitus. Perſpicue Synecius rem aperit: locum ideo, etſi longiſculem, non gravabor adſcribere: Έμεί  
ς ἐν τοῖς δευότοις, ἀμυνμί σοι θεόν, ὃν φιλοſοφία  
πρεσσοῦεσι, ἢ Ὁμηροῦ δι' ἐθροπτεν αἰεῖν, μὴ ἄρα ο-  
ληθῆς εἴη, τ καὶ ὑδάτι ὁ θάνατον ὀλιθρον εἶναι ἢ  
αὐτῆς τῆς ψυχῆς. λέγει γάρ ἐστιν ὅπερ ἔπαῖν.

Αἶας δ' ἐξαπολάων, ἔπει τιεν ἀλαμωρὺν ὕ-  
δωρ  
τὴν ἐν θελάτῃ ἀκερθεσάτην ἀπώλιαν εἶναι τιθέμε-  
νθ. ὁδύνα γῶν ἄλλον ἐξαπολαῖναι φησὶν, ἀλλ'  
έκασθ' ἀποθνήσκων,

αἰδός δ' ἐσοθήκει.  
Ταῦτ' ἄρα ἔ ἐν δυοῖν νεκρῶν ὁ μικρός Αἶας εἶδα-  
μῆ ἔ δαμάμαθ' εἰσπνέκται, ὡς ἔ ψυχῆς σῶ-  
δος ἐν ἄδῃ. ἔ Ἀχιλλεύς, ἀνὴρ εὐψυχόαῖς τε  
ἔ φιλοκινδυνόταθ', ἀποδελιγῶς αὐτῶς ἔ ἐν ὑδάτι θά-  
νατον, ὃν γε ἔ λευγαλίον καλεῖ. τῶτῃς ἐλίπῃαν τῶς  
λογισμῶς, ὅα τῶς σελήνας ἀπαίτας ἔπασμέ-  
νης μαχάρας ἔ πνίθμενθ' ἐμάνθανον παρ' αὐτῶν,  
ὡς καλὸν ἐπὶ ἔ κασπράμαθ' ὄνας ἐσῖ; αὐτῶς ἔ  
ἀέρω τὴν ψυχὴν ἐρυγεῖν. Me vero in hisce malis,  
juro tibi per deum illum, quem philosophia veneratur,  
Homericum illud terrafaciebat; ne forte ve-  
rum esset, mortem sub aqua animae quoque interi-  
tum esse. dicit enim aliquo poematis loco:

Interiit falsas Ajax quando ebibit undas.  
Mortem in mari exitium esse acerbissimum, signifi-  
cans. Nullum enim alium, ait, interiisse; sed u-  
nusquisque moriens

----- migravit ad Orcum.  
Adeoque duabus inferiis minor Ajax nusquam tota  
fabula introducitur, quasi ipsius apud inferos anima  
non exsistat. Et Achilles animi vir excelsissimi, &  
ad pericula subeunda projectissimi, mortem in aqua  
perborrescit, quam & perniciosam vocat. Has ego  
versans cogitationes, video milites omnes stringen-  
tes gladios: percontatusque ex ipsis didici, opti-  
mum esse, dum adhuc in foris consistant, animum  
in auras eructare Ceterum sepulcrum plures par-  
vi fecerunt. unus nobis pro multis Seneca fit,  
qui insuper Virgilium addit sibi suffragatorem in  
Fortuit. Remed. Insepultus jacebis; quid aliud  
resor-

respondeam, quam illud Maronis?

----- Facilis iactura sepulcri.

Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis insepulti: si sentio, omnis sepultura tormentum est.

[An mora.] Nec naturalem mortem hic Arbiter intellexit, nec mire loco & mora scripsit, ut voluerunt docti. Fluctuum quippe jam memor fuit, nuncque de sepulturae, uti iam diximus, non mortium, differentis agit. Docuit autem me, quae isthac Petronii mora, Seneca meus gemino germano operis laudati loco: Quid interest, ignis me, an fera consumat, an TEM-PUS omnium sepultura? Idem & Epist. 93. inuit illis verbis: Quem iactura projecit, DIES condet. Traho & huc Maccenatis versiculum:

Nec tumulum curo, spelit natura reliquos.

Plane vero in Octavio Minutius: Quasi non omne corpus, etsi si membris subtrahatur, ANNIS tamen, & AETATIBUS, in terram resolvatur.

Quicquid feceris, omnia haec eodem ventura sunt.] Scilicet, ut corpus possint sic penitus consumere, ut nihil ex ipso jam reliquum sit, vel levis nimirum pulverisculus. Unde jam vera constat inductio. Ergo nihil interest, quae ratio periturum corpus consumat, sive ignis, sive fluctus, sive tempus sit.

Ferae tamen corpus lacerabunt, tanquam melius ignis accipiat.] Ipsissimum de hac re Epicurorum aeque, atque Stoicorum, Cynicorumque, fuit quondam placitum. Petronius, ac Seneca plane sunt utrorumque secutulei. Itidem Diogenes, Cynici chori praecentor, haud sine joco, more suo, ac lepore apud Ciceronem in 1. Tusculanarum. cap. 43. Durior Diogenes, & id quidem sentiens, sed ut Cynicus asperius, projecit se iussit inhumatum. tum amici. volucrisque, & feris? Minime vero, inquit: sed bacillum prope me, quo abigam, ponite. Qui poteris? illi: non enim senties. Quid igitur tibi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti? Vulgo tamen ignis prae aliis expetitus, & semicommissio adhuc praclata. Isthaec Ciceronis mens obscuro in loco ibidem cap. 44.

----- Priusquam ferae, volucresque.

Metuit (Poëta ille, ex quo ipsi testimonia prolata Camerarius facit Pacuvii) ne laceratis membris minus bene utatur: ne combustis, non extimefcit:

Heu reliquias semiaffi regis, denudatis ossibus,

Per terram sanie delibutas foede divexarier.

Rogus conlatus.] Antiqua haec lectio. Ast, nescio ex quis MSS. & editionibus inrepsit in nuperam Bourdelotii, conlectus. Haec tamen equidem uspiam non reperi. rogus est lignorum strues, sive congeries, ad comburendum cadaver con-

structa, pyra etiam vocata, quia in pyrae modum surgebat. Exstructionem lignorum adpellat Servius. Numum Gutherus habet lib. 1. de Jure Man. cap. 26. unde hoc claret, rogique forma ediscitur. Saepè tamen in modum arae constructus. Servius ad illud VI. Aeneid.

----- Aranzque sepulcri,

inquit: Pyram dicit, quae in modum arae constructa lignis solebat, quod jam & Kirchmanno late observatum in Funeribus.

Cap. CXVI. Destinatum carpinus iter.] Carpere verbum multiplicis usus. nos de illo alibi egimus. Nunc vero iter proprie carpi dicitur, quod ambulando minuitur, ut lana apud Plautum nendo. Sic Menaechnis v. 11. 46.

Inter ancillas sedere jubeas, lanam carpere.

Et Virgilius IV. Georg.

----- Milesia vellera Nymphae

Carpebant.

Unde, qui Plautum emendatum ivit, potius ivit perditum. Sic carpere pedibus terras, viam remis pontum, dictum Ovidio, Propertio, aliis. Sed de his mirum, si non dictum jam aliis.

Crotone esse cognovimus.] Crotone Tyrreniae urbs est, auctore Stephano. Sed in Satyrico simulata omnia, itidemque sola civitas, sub cuius nomine Romam Arbiter intelligit, & sub narratione eius mores repraesentat.

Non frugalitas, sanctique mores, laudibus ad fructum perveniunt.] Sensus est, quod, quam frugalitas, sanctique mores apud Crotoniatis laudi non sint, minime etiam, qui ipsas virtutes colunt, praemiis, aut honoribus, remunerantur. Fructum pro praemiis passim usurpant scriptores. Cicero: Repetere officii praemium, & fructum. Sive aliter, ad fructum, id est, ad summam perfectionem ipsae virtutes, contenti quippe cultores, non perveniunt.

In hac urbe nemo liberos tollit, quia quisquis suos heredes habet, nec ad coenas, nec ad spectaculo, admittitur.] Juvenalis Sat. vi. vers. 29.

----- Tollere dulcem

Cogitat heredem, cariturus turture magno,

Mullorumque jubeis, & captatore macello.

Et Ammianus Marcellinus lib. XIV. Sic credi potest, qua obsequiorum diversitate coluntur homines sine liberis Romae. Ita in Eumolpium hereditariae certatim munera congerunt cap. CXXIV. Observo tamen, Principem olim heredem nuncupatum ab illis etiam, qui filios habent. Sic Tacitus in vita Julii Agricolae cap. XLIII. Satis constabat, lecto testamento, quo heredem optinae uxori, & piissima filiae, Domitianum scripsit, laetatum cum, velut honore iudicioque. Adrianus vero, Spartianum auctore ejus vit. cap. XVIII. Ignorum hereditates repudiavit; nec notorum accepit, si filios haberent. Et Antonius Pius, Capitolino ejus vita cap. VIII. Hereditates

(F i)

tates

tates eorum, qui filios habebant, repudiavit. Idemque refert de Pertinace in ejus vita cap. VII. Nemo liberus tollit] Dicitur hoc ex prisco ritu, nam infans humi deponeretur, simul ac in lucem editus, exinque tollere patris munus erat, audore Donato ad illud Andriac Terentii III. 1. 6.

Nam quod peperisset, jussit tolli.

Eos vero, quos nollent alere, vario exponerent. Sed de his institutis abunde multi, Pareus autem plene in Elect. Plaut. licet oblitus Arbitri sit, apud ipsumque expositorum liberorum causae, quae scilicet, ut parentes ab hereditate captarentur, ille autem plures recenset.

Tanquam in pestilentia campos, &c.] Non vulgare hocce est quod hic profert Petronius, quum placitum potius fuerit medicorum veterum, cadaver nempe peste extinctorum ab alitibus ut plurimum non attingi, minime vero vulture, & corvo. Sic Livius docet, pestem quandam describens Dec. v. lib. I. Cadavera intacta à canibus & vulturibus tabes absimebat. Et Thucydides de peste Atheniensium: τὰ γὰρ ὄρνεα, καὶ τετραπόδα, ὅσα ἀνθρώπων ἀπτεῖται, πολλῶν ἀνθρώπων γιγνομένων ἢ ἐρωσῆται, &c. Aves enim, & quadrupedes, quaecumque hominum carnes attingunt, quum multa essent infesta cadavera, vel al ea non accedebant, &c. Quae eadem omnino ratio est cadaverum veneno sublatorum, praecipue, inquam, si à serpentibus fuerint demorsa. De icetis à Basilisco sic Nicander cecinit in Theriaca vers. 405.

Οὐδὲ βίς δὲ δ' αἰῶνός ὑπὲρ νέκυν ἰχθύν τεύχας,  
Αἰγύπιοι, γυψῆς τε, κόραξ τ' ἄμφω ἄρξεν  
κεράτων,  
Οὐδὲ γὰρ ὅσα γέ φ' ἔλ' ὀνομάζεσθαι ἔρεσι θηρῶν  
δαίνυνται, τοῖσιν περ' αὐτοῖα δεινὸν ἐφείη.

Vertit noster Jacobus Steve Medicus cruditus:

Nulla rapax animas audet tractare cadaver;  
Non aquila, aut vultur, non corvus nuncius imbris.

Nec, quotquot montes lustrant armenta ferarum,

Gustabunt carnes, tanta est violentia odoris.

Quod sane eo magis mirum est, quod Phile de ipsis prodit versibus illis:

Ἰλλὰ μανικὴν ἔχασιν οἱ γυψῆς φύτιν.  
Καὶ γὰρ συνεκδημᾷσι τοῖς μαρκαμένοις,  
Τῶν σωμάτων ἰλαδί πεσμένων τότε.  
Μειμῆται ἢ τῇ φορᾷ τῆ λειψάνων.  
Sed quis futuri praefectos ipsos neget?  
Quod expeditos prosequuntur milites,  
Praefensione stragis, atque corporum  
Bello iacentium conciti improba fame.

Et Plinius lib. x. cap. 6. Hist. Natur. triduo ante, aut biduo, volare, ubi cadavera futura sunt.

Aut corvi, qui lacerant.] Ab Horatio mutabor loco isti clarorem, vicissimque ab Arbitro mutabitur sibi Poëta ille Venusinus Sat. v. lib. II. quum, captatorem delusum ab astuto divite Corano, vellet indicare:

----- Plerumque recoctus

Scriba ex quinqueviro CORVUM dehdit biantem,

Captatorque dabit risus Nasica Corano.

Nam qui ad apologum ducunt vulpis, & corvi, mirifice ineptiunt. Ibi enim potius vulpes captator est, & corvus captatur. Eadem ratione saepius vetustis scriptoribus hereditariae captatores cultures vocantur. pariter namque ab corvis & vulturibus depascuntur cadavera; quocirca animata sepulcra illos nuncupavit Gorgias Leontinus apud Dionysium Longinum &c. &c.

Cap. CXVII. Genusque divinationis.] Veterem scripturam retinui, quae vel sensu ipso praefenda. Genus divinationis, hoc est, apothecosis, & in coelum abeundi, me interprete; uti supra de uxore Trimalcionis, felicissima muliere, quae numos modio metiebatur: nec quid, nec quare, in coelum abiit, ubi plura interpretes de similibus felicitatis proverbialibus formulis, & nos haud semel opere in isto. Divinum fieri, tollique in coelum, de beatis, ac summe felibus, usurpationis olim. Emendationis autem arguta, divinationis, in coelum quoque merito essenda.

Vestis rapinae comes.] Vestis nimirum illa divina, cujus cap. cxiv. jam meminit, quum Licas precabatur Encolpion, vellet tandem navigio restituere; nam ob ejus rapinam suspicabatur, horribili omnes tempestate jactari. Et, tu, inquit, Encolpi, succurre periclitantibus, id est, vestem illam divinam, sistrumque, redde navigio.

Et quicquid Lycurgi villa, &c.] Lycurgi hujus uspiam Satyrici memoria rursus non est; nam longe diversus ille, de quo cap. lxxxiii. mentio, ut ibi jam lectorem praemonuimus, ac pluribus ibidem de utroque loqui fuit opportunum.

Nam numos in praesentem usum Deam Matrem pro fide sua reddituram.] Isis, cujus numen multiplex priscae habitum, & Deam Mater appellata non semel. sic Appulejus lib. xi. Metam. Me primigenii Phryges Pessinuntiam nominant Deam Matrem. Sed multis supra hocce persequimur, nunc autem innuit Petronius, quod si praedam ac manubias Isiaci navigii vendidissent, neutquam mimo componendo potesse pecuniam defore,

Si



*Si negotiatio placet.]* *Negotiari* est, quod Graecis *πραγματευεσθαι*, & *πραγματευσειν*, verba à Latino *tractare* detorta. & in constitutionibus Graecis Imperatorum passim occurrit vox *πραγματευων*, hoc est, *tractantium*, sive, *negotiatorum*. Quod Scaliger F. ad Festum, & Vulcanius ad vetera Glossaria, observarunt jam olim. exin quoque verba nostra aperte duxere originationem, *tractar*, *tractantes*, & *la casa dela contratacion*, ubi negotia Indica Hispali tractantur. Ita & *negotiatores* Romani erant, qui nobis hodie, *Hombres de negocios*, dicuntur. Juvat & illud D. Isidori lib. XVIII. cap. 15. *Negotiatio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur, ut majora lucrentur*. Ludit ergo opportune senex, nam atus ille plane est captatorum. Unde & sententia legentium *genyque dicitationis*, &c. haud leviter adferitur.

*In verba Eumolpi juravimus.]* Id est, Eumolpo praecunte: sive, ut Priscianus lib. XVIII. formulam eam interpretatur, *quomodo illis dicitaret Eumolpus*. Sic Horatius Epod. 15.

*Quem tu magnam numerum laesura deorum*

*In verba jurabas mea.*

Et Tacitus lib. 1. Histor. Sext. Pompejus, & Sext. Apulejus COSS. primi in verba Tiberii Caesaris juravere. Suetonius item, Seneca, plures. Idem erat, *conceptis verbis jurare*, ut suo loco dicimus. & *verbis trahere*, ut ibidem Priscianus.

*Uri, vinciri, (verberari,) ferroque necari.]* Verba sunt auctoramenti gladiatorii, quod notum. libenter vero spuriam vocem expungerem, *verberari*, quae glossama indubie sapit, interpretamentumque scioli fuit ad marginem adpictum verbi *vinciri*, posteaque ab imperito librario in contextum receptum. Inibi enim *vinciri*, pro *verberari*, usurpabant veteres, quod ita equidem testimoniis evinco. Divinus Seneca inhumanum gladiatorum manus insectans Epist. 7. inquit: *Tu quid meruisti, miser, ut hoc spectes? occide, ure, VERBERA*. quod Epist. 37. protulit ut Arbitr verbotenus: *Eadem honestissimi hujus, & illius turpissimi auctoramenti verba sunt, uri, VINCIRI, ferroque necari*. E pilol. autem 71. pari translatione accepit *adligari*, uti *vinciri*, scilicet pro *verberari*, idemet plane auctoramenti respiciens: *Quid miraris, si uri, occidi, ADLIGARI jurat? Aperiam tamen translationis rationem, ut fides commento nostro clarior, ac certior, constet*. Virgis olim Romani verberabant nocentes, eoque defumtae, quae tenues flexilesque forent; quapropter, uti fasces Hectorum, ut plurimum ex betulla confectae, ut Plinius tradit lib. XVI. cap. 18. *Circumvinciri* ergo, *adligari*que quodammodo corpora viderentur virgis illis, quum caederentur, quod exertim nobis cuncti-

avit Plautus in Rudente III. IV. 27.

*Quasi morteta juncis, item ego vos VIRGIS CIRCUMVINCIAM.*

Cui & id mirifice facit S. Isidori lib. V. Orig. cap. 27. *Virga si nodosa est, vel aculeata, scorpio rectissimo nomine vocatur, quia arcuato cubere in corpus infigitur.*

*Juvenem ingentis spei.]* Id est, de quo omnes spem ingentem conceperant. venustissima locutio est. sic Cicero Philipp. II. *Patri persuasi, ut aes alienum dissolveret: redimeret adolescentem summa spe & animi & ingenii praeditum*. Et in Orat. *Adolescens, non tam re & voluntate, quam spe & expectatione laudatus*. Etiam Appuleius in Apologia: *Nemo est hodie, quantum opinio fert, alienus in eloquentia laudis ac spei*. Parissime & nos usurpamus: *Un mancebo de grandes esperanzas*.

*Idoque de civitate sua miserrimum senem exiisse, ne, aut clientes sodalesque filii sui, aut sepulcrum quotidie causam lacrymarum, comeret.]* Eadem proutus occasione exsul apud Heliodorum Charicles, patriam ille, amissa filia, reliquit, & varias errabundus regiones peragravit. sic ipsismet lib. II. profatur: *πειραγο η ενγκρατος, ε την εουμιαν η δαις αποδιδοσται. Μιγα ηδ εις ληθην κων η δι σθηλων η τουκς υπομνησις εμαρκαυιν. Expello vero me patria clam, & solitudinem domus procul fugio. Magnum est enim adiumentum ad oblivionem malorum recordatio animi, oculorum amotione obscurata*. Parissimo & D. Augustinus usus remedio, quum vitam cum morte commutasset amicus, quem unice diligebat. Sic lib. IV. Confess. cap. 7. inquit: *Et tamen fugi de patria. Minus enim eum quaeiebant oculi mei, ubi videre non solebant; atque à Tagastensi oppido veni Carthaginem*. Unde optime Phaedrus lib. I.

*Habere in Africa trecenties sestertium funlis, &c.]* Opes haud contemnendae, nam septingentorum & quinquaginta millium Philippaeorum summam conficiunt. Et recte ait, *fundis in Africa*, nam plures ibi agri feracissimi, adeo, ut si Romae annona deficeret, exinde peteretur. Plures antiquorum tradidere. vide autem Claudianum de bello Gildonico, & Symmachum lib. III. Ep. 55. & lib. IV. Ep. 54.

*Nominibusque.]* Creditores Calendarii suis debitorum nomina inferebant, summa insuper creditae pecuniae addita. Inde *nominis* adpellatione omnis obligationis contractusque debitorum venit significatio. Unde Furius Bibaculus jocum haud insectum petivit eleganti Epigrammate, quod, pluribus aliis omisiss, lubentes referimus:

*Catonis modo, Galle, Tusculanum  
Tea creditor urbe venditabat.*

*Mirati sumus, unicum magistrum,  
(F i 2)*

*Summum Grammaticum, optimum Poëtam,  
Omnes solvere posse quaestiones;  
Unum difficile expedire nomen.*

*En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.*

In nominibus ergo pecuniam habere omnino erat, quod Hispani, *En deudas, en obligaciones*, dicunt. cui ex antica opponebatur, pecuniam numeratam habere, &, in numerato, Hisp. *de contado*. plane Cicero v. in Verrem. *Ille clamare, quum caperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commississe: Pecuniam sibi esse in nominibus: numeratam in praesentia non habere.* Unde & Petronii loca sumunt splendorem, pacta videlicet Licæ recententis cap. cix. *Nisi pro quaque re PRAESENTES NUMERABERIS denarios centum.* Et iterum eodem capite. *Pro singulis injuriis NUMERABIS PRAESENTES denarios ducentos.* Hinc & Augustus venustam transitit locutionem, quum L. Vinitium oratorem eximium ingentium in numerato habere dixit, quia quicquid longa cogitatio aliis praestabat, praesto illi adesset prima animi duntaxat intentione.

*Ut plurimum tussiat.]* Apte, ut captatoribus foret vicinae mortis indicium. Ideo & Maronillae nuptiae valde apud Martialem expetitae lib. 1. Ep. 11.

*Petit Gemellus nuptias Maronillae,  
Et cupit, & instat, & precatur & donat.  
Adeone pulchra est? immo foedius nil est.*

*Quid ergo in illa petitur, & placet? tussit.*

Tussientes enim proximos esse morti, omnino credebant. sic ipsus Valerius Ep. 26. lib. 11.

*Quod querulum spirat, quod acerbum Naevia tussit,*

*Inque suos mittit sputa subinde sinus:*

*Jam te rem factam, Bithynice, credis balere?*

*Erras, blanditur Naevia, non moritur.*

Et lib. v. Ep. 41. quod totam hanc scenam Petronianam adpositissime omnium inlustrat.

*Solutioris stomachi.]* An hic frequentem vomitum innuit? inquit Cornelius Celsus lib. 1. cap. 8. *Stomachum autem infirmum inācant, pallor, macies, praecordiorum dolor, naujea, & volentium vomitus.* An stomachi solutionem illam, *εμετισμός* Graecis adpellatam? Inquit namque Caelius Aurelianus lib. 111. de morbis diuturnis cap. 1. *At si solutio fuerit stomachi, quam iberematissimum vocaverunt, sequitur salivaram fluor, & quibusdam jugis sputus, & oris humectatio nauseabilis.* Quae adfectiones tussi, sed humectae puta, cujus & nunc meminit, haud proflus absonae sunt; & mire consonant ciborum averfioni, quam subdit: *cibosque omnes palam damnet.* quod & argute accipiendum de delicatissimi palati divite. Quisquis autem morbus sit solutio-

ris stomachi, Senecae enim coactanei scriptoris sententiam manifestariam Arbitr circumvolvit, dum cap. 7. de Brevitate vitae in hunc modum quaerit ille sine fine laudandus: *Quot (dies abstulit) ille ad irritandam avaritiam captantium simulatus aeger?*

*Fundosque mendaces.]* Horatius lib. III. Carm. 1.

*Fundusque mendax.*

Ubi vetus commentator: *Infructuosus, quia agricolae spem nil ferendo deceperit.* Suadent ergo, quod loquatur *Eumolpus fundos mendaces, & perpetuam terrarum sterilitatem.* quod dubium an sumendum sit de agris in Africa simulatis, ut commode sic causari poterit, pecuniam exin haud properanter ideo non adferri. sive de illis Crotoniatarum, Romanorumve, apud quos diversabatur: uti eorum damnatio aliorum absentium plane induceret ubertatem ingentem.

*Tabulasque testamenti omnibus diebus renovet.]* Sic retinuius, ut lacunula expleretur. *Renovet*, id est, resignet: nam hocce testatori permissum, legataque permutare, ac novos heredes instituere per l. 29. D. Qui testamenta fac. poss. Inde *primae & ultimae cerae* vocatae, quae priorem & extremam testatoris continent voluntatem. Astus vero ille creber olim fuit orbis divitibus, uti & praeis scriptoribus ejus exagitatio.

*Et, nequid scenae deesset.]* Placidus in Glossis MS. *Scena vocatur compositio alicujus criminis, quae digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis.* sic locum emendavi alias corruptissimum. Inde pro fraudibus ac technis usurpata *scena* invenitur passim apud auctores antiquos. Quintilianus lib. vi. cap. 1. *Disputandi tamen oratione hujusmodi scenae.* Appulejus: *Scenam propudiosae mulieris patefecit.* & plures alii. Unde & lectio illa cap. xxx111. valde fulcitur: *Convertit ad hanc scenam cultum Trimalcio.* pariterque supra hoc capite: *utinam quidem sufficeret largior scena.*

*Precati deos viam ingredimur.]* Quosnam videlicet? an *semitales*? ut pote qui iter quamprimum facturi? haud sane indecenter. Virgilius sic de mulione in Catalectis:

*Neque ulla vota semitalibus deis*

*Sibi esse facta.*

Erant *Mercurius, & Hecate.* Pariter etiam possent & *viales lares*, de quibus ista Arnobius lib. 111. *Possumus, si videtur, summam aliquid de laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse.* Plautus Mercatore Aet. v. scen. 11. quum Charinus ad viam se adcingit:

---- *Invoco*

*Vos, lares viales, ut me bene juvetis.*

*Hercules* erat Romanis vialis. Festus: *Propter viam*

viam sit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi, aut Sanco, qui scilicet idem est deus. Quapropter in aediculis Herculis culinae erant, ad quae peregre abituri sacrificabant. patet ex illa Herculis Saxani inscriptione toties ab eruditis repetita, & quam videre est apud Gruterum magno antiquitatis in penu pag. 49. 3. Credo Romae & Mercurium coluisse peregrinantes. Vide Scalig. F. ad Catal. Virg. pag. 241.

Corax detrectator ministerii.] Frequens olim famulorum querela de iniquis ponderibus: nam jumentorum vice eis utebantur iter facientes. Gangabas eos Persae vocabant, tedante Curtio lib. 111. Histor. Inde & Comicis Graecis saepius risus petitus in suis fabulis, quum inducebatur servus, qui praec onere clamaret, *Θελομα, πιεζομα*. Conligitur plane ex Aristophane, dum Bacchum introducit in Ranarum principio inculcatam toties querimoniam fastidientem: ubi & ceteros insectari Comoediarum scriptores, haud dubium est:

Εἶπω ἢ ἴ εὐθότῳ, ἃ δόποθε,  
 Ἐρ' οἷς αἰ γελῶσιν οἱ θεαμαῖοι;  
 Δι. Νῆ τ Δι, ο, ἢ βάλει γε, πῶλῳ, πίεζο-  
 μαῖ.

Τῶν δ' ἴ φύλαξαι. πάντῳ γδ' ἐς ἥδη πολλή  
 Ξειθ. Μη δ' ἔτερον ἢ; Διόν. πῶλῳ γ', ἄς φλί-  
 σομαῖ.

Ξειθ. Τί δαί, ἴ πῶν γέλοισιν ἔπω; Διόν. νῆ Δία  
 Θαῖβῶν γ' ἄεινο μένον ὄπως μή ῥεῖς. Ξειθ.  
 ἴ ἢ;

Διόν. Με ἀποκλύου-ν τ' ἀνάθορον ὄτι χεζήιζες.

Sic vertit Nicodemus Frischlinus:

Loquarne here usitata, & quorum gratia  
 Risum subinde edere spectatores solent?

BA. Immo ut lubet: modo ne istud proferas,  
 Premor.

Cave istud dixit: est enim tritum nimis.

XA. At neque aliud quiddam urbanum? BA. mo-  
 do ne. Ut premor!

Cave isthoc. XA. Quid igitur? annon elo-  
 quar quod maxime?

Sit ridiculum? BA. Imo loquere audacter per  
 Jovem.

Illud dumtaxat ne mihi, quaeso, dixeris.

XA. Quid illud? BB. Nempe ne sportam dum  
 fers super

Humerum, & credo relicis ex uno in alte-  
 rum,

Dicas cacaturire te.

Iste ergo mercenarius Eumolpi est, de quo cap. xcix. mentio: & Eumolpus quidem mercenarium suum jam olim dormientem exire cum sarcinis jubet.

Lapidariam navem.] Alibi nuiquam, quod sciam, de lapidariis hinc navibus existat memoria. Illae autem, me interprete, haud dubio erant lapidibus nempe marmoribusque ferendis

idoneae, quae omnium maximae fuerunt, ex illis scilicet, quae onerariae dicuntur. Conligo ex Plinio, quum cap. 1. lib. xxxvi. agens de ingentium marmorum luxuria in haec verba prorupit: *Evehimus ea, quae seferendis gentibus pro terminis constituta erant: naveisque marmorum causa sunt: ac per fluctus, saevissimam rerum naturam partem, huc illic portantur juga montium.* & cap. 40. lib. xvi. *Abies admirationis praecipuae visa est in nave, quae ex Aegypto, Caji principis jussu, obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum, adduxit. qua nave nihil admirabilis visum in mari, certum est.* Qualis nam ergo ejus foret magnitudo, cui CXX. M. modium lentis, etiam Plinii verba sunt, pro saburra fuisse; longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere laevo?

Operas.] Inquit Paulus Jureconsultus l. 1. D. de Oper. Libert. *Operae sunt diurnum officium, id est, quae per singulos dies dantur.* Et l. 1. D. de Oper. Serv. *Opera in actu consistit, nec ante in rerum natura est, quam is dies venit, quo praestanda est.* Sed plura de illis Titus Popma, libro singulari de Operis Servorum.

Et strepitu obsceno.] Id strepitus. observo ego, supra modum oneratis dederunt scriptores antiqui. Parissime & apud Aristophanem in pari profus Ranarum loco, quem supra laudavi, famulus ipse gravi onere pressus ab hero suo nimis vulgaria fastidiente sic iterum quaerit:

Ξειθ Μίδ' ὄτι τοσῶν ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέ-  
 ρων

Εἰ μή κα' αἰρίσῃ ἄς, ἀππαρόδοσομαι;

XA. Neque quod tantum onus in me ipse se-  
 rens,

Nisi deposuerit aliquis, pedam?

Ceterum illum strepitum obscenum, etiam observo, antiquis scilicet flagitium vocari. Cic. lib. ix. Epist. ad Pactum: *Suppedi, flagitium est.* Plautus joculariter in Poenulo 111. 11. 32.

Haec fores fecerunt magnum flagitium mo-  
 do.

AD. Quid flagitii est? Co. Crepuerunt clare.

Pari clangore proferebatur.] An imitationem innuit obscenorum strepituum? forsitan non male, nam mire ad puerorum ingenium faciunt ejusmodi petulantes imitationes, ut alibi diximus. Aut fors indicat jocularum & opportunum plausum rei spurcicae. Cui, & tute videris, uti supplementum conveniat editionis Parisinae, *obsistui officeret*, sequens vero mirum in modum, *fed & hic ad ingenium, &c.*

Cap. CXVIII. Putavit. se continuo in Helliconem venisse.] Ubi praecipua Musarum sedes. Aristides Hymno in Jovem ipsas adloquens: *Εἴτε ἐν Ἑλικῶνι τῷ βοιωτῶν κορυφῆι.* Sive in Boeotia Hellicone clareas auctis. Finxere antiqui, Musas

(Ff 3) fem-

semper montes incolere, uti ibidem ipſus indicat orator Adrianenſis. Quod omnino erat, ego reor, ut illi oſtenderent, viam poëſeos adſcenſu eſſe difficilem. Qui vero, ſuperata adſcenſus aſperitudine, ad ſumma eorum montium cacumina perveniſſet, Muſas cum Apolline ſuo oſtendere, hoc eſt, poëticam facultatem tandem adipiſci. Facit huc mirifice fragmentum quoddam Ennii ex lib. 1. Annal. quod, ut eſt à Merula compactum, habet ita, Petroniumque ſplendide inluſtrat:

----- *Scriptſere aliei rem*

*Vorſibus, quos olim Faunei vatesque caneant,  
Quom neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,*

*Nec dicte ſtudioſus erat.*

Item illud noſtri politiſſimi Poëtae Garſiae Laſſi Epig. 24.

*Por vos mel levara mi oſado paſſo*

*A la CUMBERE DIFFICIL DE HELICONA.*

Ceterum videtur Arbitr & ad ſuperſtitionem antiquorum reſpexiſſe, exiſtimum, eos, qui montem Heliconem, aut vicinum Parnaſſum, conſcendiſſent, vel inibi ſomniaſſent, repente poëtas prodire. Praebuit enim fabulae iſti primus antiſta Hefiodus, quum adſereret, ſe ideo factum poëtam fuiſſe, quod oves nimirum paſciſſet in Helicone. Hancee autem inſequentes poëtae adeo ſunt poſtea amplexi opinationem, ut pro certo habuerint, poëtam fieri vel ruſticum quemquam poſſe, ſi ſemel ſcilicet veniſſet in Heliconem, id vero ſolo adſtatu ſuo montis illius numine praefante. Aperte hoc Perſius edocet in prologo, commentumque noſtrum confirmat:

*Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo*

*Memini, ut repente ſic poëta prodirem.*

Parnaſſus in duo juga diſpeſcitur, quae *Citheronem* & *Heliconem* Servius haud ſemel nominat. Idem ergo prorfus eſt, *repente poëtam prodire*, qui in Parnaſſum veniſſet; ac *putare, continuo ſe poëtam eſſe*, qui in Heliconem, quae mens indubie Petronii eſt.

*Sic forenſibus miniſteriis exercitati, frequenter ad carminis tranquillitatem, tamquam ad portum faciliorem fugiunt.*] Plures fecerunt olim. extat & hodie aliquorum memoria. De *Silio Italico* teſtatum reliquit Martialis lib. VII. Epigr. 62. monueruntque Symbolae. De *Plinio Juniore* Sententius Augurinus eidem *ὄνυχρον* & poëta Hendecasyllaborum:

----- *Priores*

*Mavult verſiculos foro relicto.*

*Lucanum* autem, volunt eruditi, notare hic Petronium, quod vel ſuo ipſius teſtimonio poſſent firmare illis praetermiſſo. Sic inquit extremo in Panegyrico ad Piſonem:

*Quare age Calliope, poſita gravitate forenſi,  
Limina Piſonis mecum pete.*

Et huc facit illud Epigrammatifſae lib. III.

*Si nihil hinc (ex foro) veniet, pangentur carmina nobis.*

*Sic forenſibus miniſteriis exercitati.*] Viros doctos & hic caecutire vidi. Verum enimvero Arbitr, *miniſteria forenſia*, vocat omne declamatorium genus, ubi ſuaſoriae, ubi controverſiae. Innuat haud obſcure *ad exercitatio*. Rhetoribus namque antiquis id *exercitatio* dicebatur. Parco hic ſexcentis ſcriptorum locis, nonnullis tantum Petronii designatis. ſic cap. 11. *Certe neque Platona, neque Demoſthenem, ad hoc genus exercitationis acceſſiſſe video.* Et cap. III. *Minimum in his exercitationibus doctores peccant.* Nae illa declamationum exercitatio foro ſubminiſtrare, ſubſervireque recte diceretur.

*Niſi ingenti flumine litterarum inundata.*] Simili metaphora & ſupra uſus, quod notavimus cap. V.

----- *Sic flumine largo*

*Plenus.*

Capit ergo nunc multiſcium prorfus eſſe poëtam, quod & iterum optat inferius hoc capite: *Niſi plenus litteris*, &c. Nec alio ſpectat Horatius in illo Artis verſu:

*Scribendi recte ſapere eſt & principium & fons.*

*Et ſumendae voces à plebe ſubmotae.*] Satis hic eſt pro magni ſpiritus poëtae declamationis elegantiffimae, ſatis itidem in noſtrates ridicularios cenſores inveſtivae. Quicquid non audire iſti, ceperunt miſelli homunciones, peccatum eſt, ac praeter tricas quiſquiliaſque ſuas nihil ſine baubatu praetereunt, edentuli ad morſum, & imbecilles. Tales ergo videlicet ſunt, de quibus olim vir doctus dicitare ſolebat, prae Panos ceratis arundinibus Apollinis citharam illis veluti ſiſtulam eſſe Polyphemi. Apud nos nequicquam deſunt & huiſcemodi Midae. unum autem paucis abhinc diebus novimus perdidiculum, cujus haud inlepidam narratiunculam proferre, neutiquam in praefentia duximus importunum. \* Apud virum inluſtrem & amicum, quum proxima aeſtate plures conveniſſemus poſt meridiem, tunc etiam adfuere (quippe inter alia praeclariffima animi ornamenta litteratorum conſabulationibus mirifice delectabatur) & anoenioris litteraturae candidati, ex ſimulato vero eruditorum grege etiam nonnulli. Aſt quidam praec omnibus corporis habitu inſignis primo ſeſe intuitu offerebat cunctorum obtutui. Facies enim ejus multo ſanguine rubebat, rotundaque omnino imitabatur os lunae plenum: cetera porro pinguis, adeps, ventricofus, ac totus denique *ἐρυθρὰς ὄπι' ὀφθαλμοῦ* (prae vino rubicundus.) Neutiquam ille pallorem umquam ex pyrene contraxerat, hoc eſt, ex noctibus inſomnibus, eruditiffi-

que

\* De Petro Ferreo narratiuncula.

que pervigiliis. potius Hercules comestationum aliquod habere numen, sive luxuriæ genium, præsidemve, adspectu foret proclive. Postquam autem vario esset sermone garrutum, quidam è corona honestissimus adulescens carmen nativi idiomatis recitavit, & sublimis spiritus. Argumentum erat è media Stoicorum schola desumptum: ast, quia scriptum altæ eruditionis ad virum, austeri tamen ingenii, tetricique, qui focum fastose contemnebat, incedebat cothurno. Primus, post carminis finem, gurgis ille nil cunctatus sententiam ferre, clamosissime voces parum illi familiares increpare coepit, locutionumque ambages sententiarumque tormenta profus infamare. Alius statim argute simulans illi subscribere, nescio unde, satis tamen opportune, protulit humanissimos versiculos, quorum vocabula in trivio natae pannosæ vestes erant sententiæ sordidissimæ. Laudat igitur Borcas ille Criticus, miratur, in coelum tollit haud sine adstantium cachinnis. Quidam vero etiam male vestitus, minime tamen publici saporis homunculus, stultitiæ impatiens in hunc sermonem prorupit: Dic sodes, mi homo, sive uter es, quam auriculas habes, asellin', hominivse? Nec se solum intra verba continuit, at galerum ejus amovens aures sic repugnantis utraque manu tenacissime adprehendit, ut ex misera clamantis vociferatione putaremus, unam aut alteram penitus avulsiße.

[*Oli profanum vulgus* &c.] Initium est od. 1. lib. 3. Horatii, transfertque hic opportune Petronius. *Profanum* namque *vulgus* loquitur *humane*, non *poëtice*, quod *divine* est, ut cap. xc. dixit: *Sæpius poëtice quam humane locutus es*. Ubi commentum nostrum vide. Apte ergo profanum nunc adpellat vulgus. Numen quippe suum cum illo Deæ illæ novem haud communicant, conferuntque.

[*Næ sententiæ emineant extra corpus orationis*] De illo *sententiarum* genere ac metaphora ista supra locuti sumus ad verba cap. 1. *Sententiarum vanissimo*, &c. Et cap. 11. *Ut corpus orationis enervaretur*, &c. quæ vide. Planius vero sententiam Arbitri exprimit auctor Dialogi de Oratoribus: *Oratio autem sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venæ, nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra, & exsurgit toris, ipsos quoque nervos rubore tegit, & decore commendat.*

[*Ceteri aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut visam timuerunt calcare.*] Nec mirum, quum nimis angusta sit via, quæ Heliconem adscendentibus patet. Satis hic ad Petronium opportunus Propertius Eleg. 1. lib. III.

*Quid frustra missis in me certatis habentis?*

*Non datur ad Mijas currere læta via.*

Ac pariter Horatius lib. II. Ep. 2.

*Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos*

*Vis curare, & contracta sequi vestigia ratum?*

Poëtas tandem, Rupicones poëtastrum, dignitatem agnoscite. Musæ quidem in summis montium fastigiis collocantur: via autem, qua ascenditur, tanto est contractior ac difficilior.

[*Non enim res gestæ versibus comprehendendæ sunt, quod longe melius historici faciunt.*] *Res gestæ*, & subintelligitur, *ut sunt*. Præterea, *res gestæ*, veteri Horatii Scholiastæ Artis illud enarranti:

*Res gestæ regumque, ducumque, & tristitia bella,*

nimirum *historiæ sunt*. Meram igitur historiam canere, coque ordine res, quo gestæ sunt, describere, à poëtae omnino esse munere alienum, edocet in præsentia Petronius, & latius in t. Iliad. Eustathius, quem vide. Minime vero inquit Arbitr, quod Poëma ex historia non fit consiciendum. tale namque delirium in mentem hominis eruditissimi cadere non potuit, quum nemo nesciat, omnibus Epicis poëtis *res gestæ*, sive historiam, esse pro argumento. Quod & Tragicis commune quoque est. Unde poëta ab Scaligero Patre adsertus Lucanus, vindicatusque ab nugatorum calumniis, Grammaticorum obijcientium videlicet, illum historiam conscripsisse, non poëma. Ipsummet itidem voluit hic Arbitrum fugillare, conarique ideo de sacris Musarum, adscensuque difficilibus sedibus illum, invito tamen Apolline, deturbare. Equidem autem profus ignoro, uti Pharsaliæ scriptori convenire potest rigida sane, aliæque erudita, isthæc Petronii declamatio. Scriptori inquam, qui eximia quum esset eruditione insigniter instructus, spiritu insuper termaximo, sive, ut ille aliter, plusquam poëtico, bellum illud sustulissimum scribere adgressus est. Itaque ego potius existimo, magno ipsum in precio fuisse nostro Petronio, præsertim, quum neque antiquius habuerit quidquam, quam eum scilicet, tum rebus, tum verbis, penitus toto in proximo poëmatio imitari, uti ex sequenti haud nimis accurata conlatione liquido patefecit.

[*Quod longe melius historici faciunt.*] Ita Ovidius de poësi loquens lib. 3. Amor. El. 11.

*Obligat historica nec jura verba fide.*

[*Deorumque ministeria.*] Nemo ut Phædrus expressit, hocceque unice interpretatus est Fab. 81. de Simonide loquens poëta famigerabili, laudibus tunc nempe cuiusdam pugilis victoris conducto:

*Exigua quum frenaret materia impetum,*

*Ujus poëtae, ut moris est, licentia,*

*Aequo interposuit gemina Lædæ sidera.*

*Et per fabulosum sententiarum tormentum præcipi-*

pitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinatio adpareat.] Isthac prorsus aperte est Horatii imitatio, cujus paulo ante meminit non sine elogio. Parissimam sententiam paribus fere verbis ita expressit in Arte:

*Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,  
Utiliumque sagax rerum, & divina futuri  
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.*

Innuunt plane Poëtarum ἐν τρυφῆσιν, de quo innumeri antiquorum, recentiorumque. Unde Arbiter poëticae pro divina usurpavit cap. xc. *Et sue poëticae quam humane loquutus es.*

*Quam religiosae orationis sub testibus fides.] Sub testibus, hoc est, instar testium, qui vere ac nude res proferunt. Ita etiam Ovidius lib. 3. Amor. El. II.*

*Nec tamen, ut testes, mos est audire poëtas.*

*Etiamsi nondum recepit ultimam manum.]* Proprium poëtarum, hocce, aut simili προλήψεις genere, puta, *Adhuc sub sponsia esse, In incude versari, Αὐτοχρῆδιως esse conscripta, & effutita,* praecoccupare auditorum animos, ut si, quae nondum exacta numeris suis & perfecta sunt, elegantiam habeant expectatam, auresque impleant, majus sic merito laudis choragium aucupentur; vel etiam, si fortasse aliquid occurrerit minus elegans, minus consonum, minusve politum, calumniandi jam ante habeant ansam praereptam. Fateor me tale quid de Aeneide, ac Metamorphosi magnorum vatum jam olim conjectare. Ultimam autem manum recipere Graecis est, *addere colophonem. colophonem imponere.* Sed hocce protitum. Pro eodem summa manus Ovidio est lib. I. de Trist. El. 6. ubi de suis Metamorphoseon libris loquitur:

*Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,*

*Nesciat his summam si quis abesse manum.*

Et III. de Arte, quum argute docet puellam, quando liceat fucum inducere:

*Tu faciem cura, dum te dormire putemus:  
Aptius à summa conspiciere manu.*

Etiamsi, extrema manus, passim reperitur, quod ultimam limam adpellat ipsius Naso:

*Ab'atum mediis opus est incudibus illud:  
Absuit & scriptis ultima lima meis.*

Cap. CXIX. *Assyria concham laudabat miles in unda.]* Prae haec scriptura versiculi hujus omnes aliae putidae prorsus habentur Musico senatui. Nobilis valde in Assyria olim purpura. Virgilius in Ciri:

*Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.*

*Quaestus tellure nitor certaverat ostro.]* Capio de variis lanarum tincturis, colores tamen terra quaestus bibentium; quos Arbiter cum ostro componit, qui color ex mari. Inde, *Pelagiae*

*purpurae,* dictae Plinio, quod nobis observatum alibi. Recte omnino cum superiore conjungitur, consentitque nostrum hocce interpretamentum, alii vero hic ingeniose ineptiunt. Multiplici quidem colore (haud secus atque hodie fit) intinctae antiquitus lanae. Ovidius postquam plures recensuit, subdit in III. de Arte:

*Quot nova terra parit flores, quum vere tepenti*

*Vitis agit gemmas, pigraque fugit byems:*

*Lana tot, aut plures succos bibit, &c.*

- - - *Nova vellera Seres.]* Seneca Tragicus Thyeste:

*Seres vellere nobiles.*

Lanuginem quandam Seres petebant ex arboribus, quam postea nentes *sericum*, sic ab illis denominatum, consuebant. Ipse Hercule Oetaeo:

*Nec Maconia distinguit acu,*

*Quae Phoebis subditus Euris*

*Legit Eois Ser arboribus.*

Vide Ammianum Marcellinum lib. XXIII. ubi latius de serici confectura. Puto nova Petronio vocari, quae Senecae coaeva scriptori haec, *acu distincta*, sunt, tunc primum beatoribus inventa. Id autem dubium non est, primitus *sericum* arboribus depecti; *byssum* vero (quod & per saturam refero) instar lini è terra edi, *bombycinum* à vermiculis gigni, quod sciunt jam docti.

*Atque Arabum populus sua despoliaverat arva.]* Ut Romam odores mitteret, fruticesque aromaticos. Disertim Tibullus, quum die natali sacrificium parat lib. II. El. 2.

*Urantur pia thura focis, urantur odores,  
Quos tener è terra divite mittit Arabs.*

Stadius lib. I. Sylva 4. v. 105.

- - - *Odoriferis Arabum quod doctus in arvis*

- - - *Carpsi.*

Ideo Ovidius *thurilegas Arabas* vocavit lib. IV. Pastor.

- - - *Ne desit bellua dente*

*Ad mortes preciosa suas. - - ]* Preciosa dente plaudenti nempe populo, ut animadvertitur ex sequentibus:

*Ut bibat humanum populo plaudente cruorem.*

Quod ita Salvianus illustrat lib. VI. *In spectaculis primum deliciarum genus est, mori homines, impleri ferarum alvos humanis carnibus cum circumstantium voluptate.* Recte omnino se habet nostrum interpretamentum. dentes namque feras olim venationibus commendarunt. Vetus inscriptio inter alia:

AEDILITATEM LAUDABILITER ADMINISTRAVIT. ET  
DIEM FELICISSIMUM III. IDVS JANVAR. NATALEM

DEI PATRIS NOSTRI VENATIONE,  
PASSERIS. DENIS  
BESTIIS. ET IV. FERIS DENTATIS,  
ET IV. PARIB.  
FERRO DIMICANTIBVS. CETEROQVE  
HONESTISSIMO  
APPARATV LARGITER EXHIBVIT.

- - - *Premitt advena classes*

*Tigris, & aurata gradiens veſtatur in aula.]*

Plerumque quippe Romam feræ advehebantur  
ratibus. multis indicat Claudianus lib. 111. Sti-  
liconis, cuius & alicubi elegans illa clauſula eſt:

- - - *Exſanguis dextera torpet*

*Remigis, & propriam mituebat navita mer-  
cem.*

Præterea hic, *auratam aulam*, clauſtrum, aut  
caveam, interpretor, quibus advehi feræ con-  
ſueverant, quod notum, nec ſane inepte, quum  
clauſtra illa quæ ἑταιροὶς ſint, & ſubdialia, quæ  
loca Homero ſæpius *aulæ* proprie nuncupantur,  
ut Rhodiſiginuſ ſuſe obſervavit lib. 111. Ferreæ,  
& ligneæ primitus, hæc caveæ fuere, ſed po-  
ſtea inaurati coeptæ ſub profuſis admodum prin-  
cipibus, potiſſimum Nerone. Vide Liſium lib.  
de Amphib. cap. 9. & de Magnitud. Rom. lib.  
11. cap. 11. Bulengerum de Venation. cap. 17.  
Aliiter ut Symbolicæ locum ceperunt, turpis error  
in ſyllabæ quantitate committebatur.

*Perſarum ritu.]* Perſarum mos, pueris virilita-  
tem exſecare, ac præcipue forma præſtantibus.  
Hocce vero Semiramidis inventum, quæ poſt  
Ninum tota, exceptis Indis, regnavit Aſiâ. Clæ-  
re Ammianus Marcellinus lib. XIV. cap. 17.  
*Poſtrema multitudo ſpadorum, à ſenibus in pueros*  
*deſinens, coloris obſcuri, diſſortaque lineamentorum*  
*compage deformis: ut quæquæ inceſſerit quiſquam,*  
*cernens mutilorum hominum agmina, deteſtetur me-  
moriam Semiramidis reginæ veteris, quæ teneros*  
*mares caſtravit omnium prima, velut vim inſectans*  
*naturæ.* Ab ipſa poſtea didicerunt Aſſyrii, Me-  
di, Perſæ. Cur autem apud Perſas latius ſit  
conſuetudo propagata, rationem reddidit Dio Pru-  
ſenſis adpoſitiſſimam Orat. de Pulcritudine [i. e.  
XXI. p. 270.] ſtatim à principio: Ὅτι δὲ Περσῶν  
πῶς ἐνομιζόν; ἢ ἂν φανερόν, ὅτι ἐνέχρας ἐποίησαν τὰ  
καλῶς, ὅπως αὐτοῖς ὡς κῆλλισοι ᾤντι, τοσῶτον διε-  
φίλειν ᾤνοντο πρὸς κάλλος, τὸ ἕηλον ἢ πάντες  
οἱ βασιῆες, οἵπερ τὰ ἄλλα ζῶν, διὰ τὸ, μόνον τὰ  
ἄφροδιſια ἐνομιζόν; ὡς ἐν λέγειται Διόδοτος ποιεῖσαι,  
τὸν ταῦρον ἐξαπατῶν περιδείναι τῷ ζύλῳ δέρμα βοός.  
κακίνοι γυναικὸς εἶδος περιτυδέσαι τοῖς ἄφροδιſιν, ἄλ-  
λος δὲ ἐκ ἐπιφανταῖ ἐοῶν. Perſæ vero quomodo exi-  
ſtimabant? An non manifeſto, quum eunuchos facie-  
bant ex formoſis, ut ipſis quam pulcerrimi eſſent,  
tantum diſſerre putabant ſemineam formam, quod ad  
pulcritudinem adtinet? Ita ſere & omnes barbari,  
qui & cetera animalia, venerem duntaxat rem

*cogitantes. Ut igitur dicitur feciſſe Daedalus, tau-  
rum decipiens, ligno circumdato tergore bovis: ita*  
*& illi mulieris ſpeciem circumponunt maribus, al-  
ter autem reſciunt amare. Τοσῶν* vero illis cauſam  
fuiſſe moris immaniſſimi, Athenæus adſerit. ſed  
planius mollitiem illam Seneca P. exprimit Con-  
trov. 33. lib. v. qui locus mirifice hic Petronium  
inluſtrat. *Principes viri contra naturam divitias ſuas*  
*exercent. Excifoꝝum greges habent, exoletos juos,*  
*ut ad longiorem patientiam impudicitia idonei ſint,*  
*amputant.* Sic & D. Hieronymus lib. 1. adver-  
ſus Jovian. *Et in longam ſecuramque libidinem ex-  
ſectus ſpalo.* Etiam Plutarchus de Herodoti ma-  
lignitate.

- - - *Viros.]* Genitalia. Catullus carmine de  
Berecynthia & Aty.

*Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine viro.*

Plaut. Afin. 1. 3. 84.

*Quin, ſi tu volis, domi ſervi qui ſunt, ca-  
ſtrabo viros.*

- - - *Exſectaque viſcera ferro.]* Vel *exſectos ἀνδρῶς*  
ſufficeret. nam ſic locuti poliſtiſſimi ſcriptores.  
Cic. lib. 11. de Natura Deor. *Nam vetus hæc*  
*opinio Graeciam opplecit, exſectum Coelum à filio*  
*Saturno, vinctum autem Saturnum à filio Jove.*  
De viſceribus vide quæ notamus ad verba illa  
cap. exli. *Et ſinge te non humana viſcera.*

*In Venerem fregere. ----]* Id eſt, fecerunt, ut  
exſecti illi, & impudici omnino venerem, ac ſe-  
mineum ingenium induerent, & imitarentur.  
Hæc vera eſt interpretatio, quam & D. Hie-  
ronymus tueri plane videtur Epiſt. ad Marcellam.  
*In theatralibus ſcenis idem hiſtrio nunc Herculem ro-  
buſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur.*  
Et Epiſt. de Hilarione: *In ſcenis theatralibus u-  
nus atque idem hiſtrio nunc mollis in Venerem fran-  
gitur, nunc tremulus in Cybelen.*

*Quærit ſe natura, nec invenit. ----]* Plane huc  
facit illud Manilii:

*Naturæ pudet. ----*

Utrumque & Firmicus interpretatur: *Eos poenite-  
bit, quod viri nati ſunt.* Et ipſe Manilius paullo  
anterius dixerat:

*Atque odiſſe virum.*

---- *Fractique nervi corpore greſſus.]* Viros pe-  
tit hocce jaculum, quibus id mollitiæ indicium  
dedecori datum, feminis namque ſemper fuit e-  
juſſemodi elegantiarum permiſſum ſtudium, uti  
infra latiſcule patefacimus ad verba cap. cxxvi.  
*Quo inceſſus compoſitus, &c.* Argute enim *fra-  
ctos greſſus* effeminatorum vocavit, vir quippe  
velut frangi videtur, ubi, quicquid feminæ eſt,  
nimium imitatur. Quo facit & id, quod proxime  
præceſſit: *In venerem fregere, & quæ ibi nota-  
vimus.* Similiter proſus, ut Arbitr, locutus  
Quintilianus lib. v. cap. 9. *Ut forteſſe corpus*  
*cuſſum, FRACTUM INCESSUM, veſtium mulie-  
brem, dixerit aliquis mollis & parum viri ſigna.*  
(Gg) Quod

Quod & D. Hieronymus aduersus Helvid. *grajum frangere dixit.* & ad Eustochium: *solutis genibus fractum incesum.*

*Et laxi crines.*] Mollitiei etiam nota, *laxi crines.* Cicero in Pilonem: *Erant illi compti capilli, & molentes circummorium sinitriae, & saentes.* Appuleius de suo capillitio in Apologia: *Capillus ipse, quem isti aperti mendacio ad innocinium decoris promissum dixere, &c.*

---- *Ecce Afris eruta terris*

*Citrea mensa.* ----] Mentas è citro intelligit ex Mauritania, Africae regione, magno precio Romam adlatas, quae & eburneis pedibus fulciebantur. Sic Martialis lib. 11. Ep. 43.

*Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.*

Et lib. 1x. Ep. 22. Res est jam multis inculcata, eoque plura non addimus. Id autem silentio praeterendum non est, quod de Seneca philosopho tradidit Dio lib. Lxi. quingentos nimirum tripodas illum habuisse de ligno cedrino, pedibus eburneis subfultos, similes prorsus & pares inter se, super quibus epulari consueverat. qui nimius quidem, si verus, fatendum est, Stoici philosophi luxus. Singulorum vero precium ex illis Tertulliani l. de Pallio cap. 5. cognoscere licet. Plinius namque, à quo habuit, mire hic corruptus est: *Adigo caute rem ambitiosam, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa ejusdem Mauritaniae num. rat.*

---- *Greges servorum.* ----] Plinius legiones vocavit; *agmina* Ammianus eleganter lib. xiv. *Familiarum agmina, tamquam praedatorios globos, post terga trahentes.* Seneca turbam Consol. ad Helviam: *Turbam, quae quantis magnam domum angustet.* Sed quid mirum, si unus Pedanius Secundus quingentos servos domi habuerit, testante Cornelio Tacito xiv. Annal. immo millenos plurimi, sed, ut mireris, femel audi Athenaeum lib. vi. cap. 20. *Μορίας ε̄ διαμορίας (οικετας) και ε̄τι τ̄λαις οι παμπολλοι κ̄ντηνται. Η̄κ̄ ε̄πι προσ̄οδοις δ̄ε, ε̄στ̄περ̄ ο̄ τ̄ων Ἑλλ̄νων ζ̄ε̄π̄λατος Νικίας. ἀλλ̄ οῑ π̄λαις τ̄ω̄ι Γραικ̄ων συντορο̄ντας ε̄χ̄κ̄τι τ̄ος π̄δ̄ισκ̄ς.* Decem, immo viginti mille, & plures quoque servos habent, non quaestus causa, ut ille Graecorum ditissimus Nicias, sed plerisque in publicum comitantes. Recte ergo jam Plinius, quum adferit, *servorum quoque causa non enclatorem adhibendum.* Nunc vero Arbitr de pueris in triclino ministrantibus haud dubitanter capiendus.

*Ac maculis imitatur vilibus aurum*] Defultorii Critici sunt, qui maculas istas volunt ad *citreas mensas* referri, nulla habiti *ujtri* proxime praecedentis ratione, quae mira inconcinnitas est, ordoque turpe praeposterus. Et, quod magis mireris, nec nobis ullum exemplum exhibent ru-

brarum macularum, quae eo in ligno aurum imitentur. Indubium enim est, Arbitrum nunc tricliniaris suppellectilis luxum exagitare, ut subinde ciborum. Purpura autem Romanos stravisse lectos discubitorios, nemo nescit, post tot de ritibus convivialibus cruditas lucubrations. Item scilicet, quod gliscente luxuria purpuram vario distinxerint aureis maculis, hoc est, clavis, stellulis, aut palmis, quae tamquam emblemata vestibus infuerentur, infererenturve. qui mos, addo ego, late aevo Neronis (quem nunc Petronius infestatur) percrebuit: idque jam pridem ex Plinio conjeceram, ubi de marmorum infitione agit lib. xxxv. *Neronis vero inventum, maculas, quae non essent, in crustis inferendo unitatem variare, ut ovatus esset Numidicus, UTPURPURA distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci ostarent deliciae.* Sic locus interpungendus necessario. aliter quidem ex ec, praecipue ut Dalecampius edidit, neutiquam elici proba sententia possit. Ait ergo Plinius: Numidicum marmor ovatis figuris tantum fuisse distinctum, Synnadicum vero multiplici forma, ut purpura nimirum distinguebatur, variegari solitum. Purpurae igitur luxuriam illam capere hic voluisse Petronium, imero meridie clarius jam est.

*Ad mensam vivus perducitur.* ----] Aptius de nullo hoc proderet, de quo sic Seneca lib. 111. Natur. Quae est. *Parum videtur recens nullus, nisi qui in convivae manu emoritur.* quod subinde pluribus persequitur. ejusque & rationem reddit Plinius lib. xix. cap. 17. quid autem de scaris dicendum? equidem reor, recentium exaggerationem esse. recentiores namque scaras antiquis in optatis fuisse, equidem observo; eo scilicet, quod intestina, visceraque eorum praeceteris praeferrentur, immo caetera haberentur despiciantur. Aperte Epigrammatista nosser dicit in Xenii:

*Hic scarus, aequoreis qui venit obesus ab undis,*

*Visceribus bonus est: cetera vile sapit.*

Viscera vero ut sint brevi corruptioni obnoxia, liquido constat.

---- *Inque Lucrinis*

*Eruta littoribus vendunt conchylija coenas.*] Ex Lucrino lacu advecta Romam conchylija plurimi fecerunt antiqui. Sic & Horatius Od. 2. Epod.

*Non me Lucrina juverint conchylija  
Magis ---- &c.*

Sic & Martialis in Xenii Ep. 82.

*Ut renovent per damna famem.* ----] Idemmet aliter cap. xciii. dixit:

---- *Atque arata Syrtis,*

*Si quid naufragio dedit, probatur.*

Quod etiam Latinus Pacatus innuit loco inter-

pre-



pretibus alibi laudato. Plane autem Manilius lib. v. vers. 370.

---- *Namidarum fascimur oris,*

*Phafidos & damnis.* ----

Quae vera indubie lectio est, quicquid relucetur Franc. Junius, placuitque jam olim valde Scaligero.

---- *Jam Phafidos unda*

*Orbata est avibus* ----] Vere jam, licet de tempore ipso speciatim loquatur belli civilis. Colchos namque, apud quos est Phasis, à Pompejo Magno demum fuisse penetratos, auctor est Vellejus Paterculus lib. 11. Inde postea Romam adlatae aves Phasianae sunt. Itaque ibi particula jam recentem illum luxum indicent signanter.

---- *Mutoque in littore.*] Eleganter, quasi mutuum esset *littus* Phafidos fluvii jam sine avibus. Sic Nonno Panopolitae ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, *littus* *fluvius*.

*Nec minor in campo furor est, emittique Quirites,* &c.] Confer hocce pecunia corrupti senatus, populique, versus cum illis Lucani lib. 1.

*Hinc rapti precio fœces, sectorque favoris*

*Ipse sui populus, Italique arbitri urbi,*

*Annua venali referens certamina Campo.*

Labes autem illa eo usque urbem invavit, ut candidati, referente in Caesare Plutarcho, palam in comitiis numarias mensas ponere consueverint, uti populi videlicet sic suffragia possent impudice redimere. Idem & Appianus lib. 11. Bellor. Civil. additque: Ὡφθη οὐκ ὀλίγη μισογραφία καὶ ἀκαταστάσιον ὑπὲρ τῆ ἐπιπορευομένη γενόσθην ὄχλος. Denique inventus est, qui DCCC. talenta per ambitionem apud sequestros deponeret.

*Pellitur à populo viduus Cato* ----] Saepius id contigit Catoni, publicae ergo tuendae libertatis. Insignior vero, & effrenatior tum plane fuit seditiosorum audacia, quum Metellum Tribune plebis legem promulgantem, cujus summa erat, ut Pompejo ab Asia cum magno exercitu in Italiam venire permitteretur, inlustri illo praetextu, nempe ut urbem à Catilina in periculum conjectam servaret, animus vero ejusdem Metelli esset, ut principatus ac respublica in manus Pompejo traderentur, acriter alpernatus est. Latius in Catonis vita narrat Plutarchus, subditque: πάντων ἀσχέδιαθῆναι, ὑποσάντα μόνον τ Κατωνα, καὶ βαλλόμενον λόγοις καὶ βύλοις ἀναστῆναι, ἃ σπειρίδα Μυρίνας ὁ πῶν δίκην Φιγῶν ὑπ' αὐτῶ καὶ καθυγορηθεῖς, ἀλλὰ τῶν τῶν ἐπιπορευομένων, καὶ βοῶν ἀναγγεῖν τοῖς βάλαντι, καὶ τέλος αὐτῶν τ Κατωνα πειθῶν καὶ σπειρίδων εἰς τὴν νέων τ Διοσκῶραν ἀπήγαγεν. Omnes ergo quum essent dissipati, Catonem solum subsistentem, ac de Jupiter saxis & lignis impetitur, haud neglexit Muræna, is qui pridem ab eo in jus fuerat tractus: sed togam suam ei praetendens, vociferandoque jacientes,

*ut cessarent, monens, vix tandem monitis suis concedentem Catonem veste sua involvit, iraque Caeteris abduxit.* De te eadem verba Senecae, nil dubium, quin capienda sint cap. 1. de Constantia. Inquit ergo ad Serenum: *Et tibi indignum videbatur, quod illi cingulo, iro legem, toga in foro esset crepta; quodque à vestris usque ad arcum Fabianum per seditionis factiois manus tractus, voces improbas, & strata, & imius alias irarum multitudinis contumelias pertulisset.* Quod etiam epist. 14. tetigit.

---- *VICTUS Cato, tristis ille est,*

*Qui VICIT* ----] Cadmea Isthace victoria fuit, de qua Plutarchus οὐκ ἔστιν ἀσφαλές ac postea Ptoemio graphi. Mirifice autem Petronio faciem praetulit Aristacnetus Ep. 6. lib. 11. Ἀλλ' ἐγὼ, ε σοὶ πρῖστον ἐπιχαιροί, οὐκ σε οὐκ ἐνδόν ἰστέδληκα παρ' ἐκείνῳ, καὶ ἤπῳ ὑπέστῳ ἐγὼ τῶν φασὶν καθρέμειας νικῶν ἀμείνων. Φωρεῶν γὰρ ἄς ἐν τοῖς περὶ ἀμιλλῶν ἀδελφῶν οὐκ ἐνίκησας. Sed ego tibi insulto jucundius, quod te intro ad eam impulsi, respulsumque tui Cadmea tua victoria meliorem. Certum quippe in malis certaminibus, infeliciorum esse, qui vicit: Nec aliud innuere videtur fragmenti illud cap. LIX. *Semper hac in re qui vincitur, vincit.* quod de Oseculana pugna tradidit etiam Titinius Sctina apud Festum. Porro sententia deprompta est hic tempestiviter è Stoicorum schola, ejus quippe familiae & Cato secutulejus. Ad rem satis opportune Seneca nosster laudato jam libro: *Catoni tu putas injuriam fieri potuisse à populo, quod aut fracturam illi detraxit, aut togam? quod sacrum illud caput fargamentis oris adserpsit? Tutus est sapiens, nec ulla adfici aut injuria, aut contumelia, potest.*

---- *Fascesque pudet rapuisse Catoni.*] Bis enim repulsum tulit Cato, scilicet in petitione praeturae, quum ei praelatus Vatinius; & in consulatu, uti Plutarchus tradidit. Locus autem iste omnino de praetura capiendus. facinus quippe illud Romonis civibus turpissimum fuit. de quo & opportune consulendus Seneca est Ep. 71. & de Constantia cap. 1. 2. Praetorum autem honori hictores cum fasces suis fuisse concessos, criticatitri haud nesciverint.

---- *Sed in uno vidua potestas.*] *Potestas* hic libertatem interpretor, & à me plane Seneca est adpositissimo loco cap. 2. *Simulque exstincta sunt, quae nefas erat dicendi.* cujus sequentia sunt interpretamentum. *Naeque enim Cato post libertatem vixit, nec libertas post Catonem.* Addit Arbitror:

*Romanumque decus:*

Quod & interpretatio est praedictae potestatis, nostramque mirifice juvat: Romanae namque reipubl. summum decus habitum *libertas.* Item & illa opitulantur:

----- *Quare tam perdita Roma*  
*Ipsa sui merces erat.* -----

Amiffa quippe libertate, Urbs futura erat necessario praemium victori. *Merces* ibi praemium est, uti jam interpretetur.

*Ipsa sui merces erat.*] Appianum hic interpretem exhibeo de re pariffima loquentem, hoc est, de civili bello Syllae & Marii lib. I. Bell. Civil. Μετὰ τὴν τῶν στρατάρχων πολέμου νόμῳ συνεπλήκοντο ἀπὸ ἀλλήλων, καὶ ἡ παύσις ἀδελφὸν ἐκείνῳ ἐν μέσῳ. Post haec factionum principes iussu exercitibus, ut in bello nos est, rem gesserunt adversus se invicem: **ET VICTORIAE PRAEMIUM PETEBATUR PATRIA.** Ast Dio extertim de bello hocce Caesaris & Pompei agens lib. XL. inquit: Ἀδελφὸν τῶν ἀδελφῶν (Ῥόμου) ἠδὲν ἑὸς κατὰ λόγον τι περὶ αὐτῶν. Nam Romam IN PRAEMIUM VICTORI propositam noverat. Addit Arbiter:

----- *Et sine vindice praeda.*] Nam reliquos deinceps non erat futurus vindex adfertorque libertatis.

*Praeterea gemino defrensam gurgite praedam.*] Quenam maria geminum gurgitem hic Petronius appellat? an ea, quae Florus in civili hoc bello interstium, & externum, hoc est, *Mediterraneum*, & *Oceanum*? sic enim fuere nuncupata olim. illud Plinio & *interium* dicitur, Straboni Ἰσθμὸς, hocce *exterius* Lucano, Ἰσθμὸς Ptolemaeo. An illa, quae sub nominibus *superi*, & *inferi* insignita exsisterint olim? ita passim classicis scriptoribus indigitata offenduntur maria, auctoribus Plinio, & Mela *Adriaticum*, & *Tyrrhenum*. An denique, Geographiae illi adfertiens Graecorum, univfersum quantum maris est toto in orbe bisariam dividendum, sub *gemini gurgitis* appellatione integrum Thetidos Neptunisque vastum imperium voluit subintelligi? Audi Musam primam Herodoti cap. 102. ut certior fias huiusce divisionis, ubi de Araxis nempe fluvii loquitur ostiis: Τὸ δὲ ἐν τῷ σωματικῷ τῷ Ἀράξει μίση ἀπὸ κατὰ πρὸ εἰς τὴν Κασπίου θάλασσαν. Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶ ἐπὶ ἰαυτῆς, καὶ συμμίσχεται τῇ ἐπὶ εἰρή θάλασσῃ. τὴν μὲν ἡδὲ Ἐθλίους ναυκλόντων παῖσαν, καὶ ἡ ἐξω σπλήων θάλασσα, ἡ Ἀλκυονίδος καλομένη, καὶ ἡ Ἐρυθρὴ, μία τυχρόνδ' εἶσα. ἡ δὲ Κασπίη ἐστὶ ἐπὶ ἰαυτῆς. Reliquum illud per apertum fluit in mare Caspium, quod mare per sese est, nec ullo cum alio commiscetur. Nam & illud, quod Graeci omne pernavigant (*Mediterraneum* indicat) & id, quod extra columnas est (*Oceanum* innuit) *Atlanticum* didum, & *rubrum*, idem est mare. *Caspium* vero est alterum, ac per seipsum, &c. Docti, inquam, viderint, modo scruteris, quaerasque ab illis, genii nimirum ergo tantum exhilarandi, qui *geminum* illum deorum vitiorum *gurgitem* meditantur, quamnam integro loco concinnam, immo haud repugnantem, sententiam eliciant?

*Foenoris ingluvies, usisque exederat aeris.*] Ne bis idem repeteret, *us* hic jam olim non profutura capiebam, ut conors interpretum senatus; sed usum opus profutum interpretabar, quod aliter Petronius dicit paullo post:

----- *Detritaque commoda luxu, &c.*

Et inferius de praedis quoque:

----- *Aspice late*

*Luxuriam spoliurum.*

Ast postea in Lucani incidens locum, quem exprimere videtur optasse noster Arbiter, mutavi consilium, illud interea magnopere demirans, videlicet illius vestigia quomodo premat, quem carmine isto, velut Apollinis jaculo, confodere, aiunt in votis habuisse. inquit ergo Pharsaliae praecentor lib. I. eiusdem aevi exagitans pariter morum corruptelam:

*Hinc usura vorax, avidumque in tempore foenus.*

----- *Detritaque commoda luxu*

*Tulneribus reparantur.* -----] Amara nimis ironia hocce prolatum, nam praecedit:

*Arva placent miseris.* -----

sensusque est, illis bellum placere, velut si exin exhaustae opes refarcirentur. quod interpretamentum prae quovis alio magis nobis adridet. praeda namque, ullaevae divitiae ex foecis, concivibusque minime additae. quod & Lucanus sic operis initio:

*Bella geri placuit nullos habitura triumphos.*

Et autem libere magis audebant discrimina adire, quod ipsi aere alieno oppressi (quod & Arbiter dicit:

*Nulla est certa domus, nullum sine ignore corpus*)

bona jam, quibus consulerent, non haberent. unde & illud etiam, quod subsequitur, clarct.

----- *Inops audacia tuta est.*

*Tres tulerat fortuna duces, &c.*] Florus in Bello hocce Civili lib. IV. cap. II. Forte tunc *Craffus* genere, divitiis, dignitate, florebat: vellet tamen audiores opes. *Cajus Caesar* eloquentia & spiritu, & jam consulatu adlevabatur. *Pompejus* tamen super utrumque eminebat. Sic igitur *Caesari* dignitatem comparare, *Craffo* augere, *Pompejo* retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiae cupidis, de invadenda republica facile convenit. Ergo, quum mutuis viribus in suum quisque decus nitretur, *Galliam Caesar* invadit, *Craffus* *Asiam*, *Pompejus* *Hispantiam*, tres maximos exercitus: & jam sic orbis imperium societate trium principum occupatur.

Cap. CXX. *Feralis Enyo.*] Proba lectio. *Enyo*, *Bellona* Latinis est, quae *Dea belli*, & *Martis aurigatrix* Virgilio. Sic *civilis*, & *navalis* *Martialis*: *Thressa virago* Aufonio: & pluribus de ea mentio.

*Craffum Parthus habet* -----] De M. Craffi interitu

teritu sic Obsequens: Anno Urbis ncc. GM. DOMITIO & APPIO CLAUDIO COSS. M. Crassus ad Partos profectus, quum Eufratem transiret, multa prodigia neglexit. Quam etiam coorta tempestas, signifero signum arripitum misisset gurgiti, & offendente nimborum caligine profliberentur transire, pertinaciter perseverans cum sitio & exercitu interit. Scripsere plures, vide Florum lib. IV. cap. 4. & Appianum Alexandrinum de Bell. Parth.

----- Libyco jacet aequore Magnus.] Magnus Pompeius in Aegypto occisus. Aequor Lybicum vocat abusive Aegyptium pelagus, quia vicina haec maria, quia continenda. In Pelusiaco littore, ait Florus, fuisse trucidatum, hoc est, juxta Pelusium Aegypti civitatem, sed antequam in terram exscenderet. Caedem eius scripsere Plutarchus, Dio, Paterculius, Lucanus, alii. Funus vero ex Appiani lib. II. Bellor. Civil. lubet referre. Πομπηίου ἡ τὴν κισσαλίαν ἀπέπεμψεν οἱ παῖδες Πομπηίου ἐν Ἰουλίῳ καὶ σαρκεῖ, ἃς ἐπὶ μεγίσταις ἀρσιδαῖς. ὁ δὲ αὐτὸς ἠμῖνα ἄξιως τ' ἀθεμιστίας. ὁ δὲ λοιπὸν σῶμα τίς ἐλαψεν ἐπὶ τ' ἠϊόνος, καὶ ἄφρον ἐγχεῖεν εὐτελέῃ, καὶ ἐπίγραμμα ἄλλος ἐπέγραψε.

Τῶν ναυῶν βελόδοντι πόση σπάνις ἐπέθετο τύμβος. Pompeji caput, per ministros Plotini reseratum, servatum est in adventum Caesaris, expectatione maximi praemii. Sed ille nefarium scelus pro merito ultus est. Reliquum truncum in littore quidam sepelivit, aggesto exiguo tumulo: cui alius quispiam vanc inscriptionem addidit:

Pasne caret tumulo, cui tot modo templa fuerunt.

Julius ingratam perfudit sanguine Romam.] Vere ingratam Romam. Florus lib. IV. cap. II. Itaque non ingratis civibus, omnes unum in principem congesti honores, quos subinde recenset. Tunc enim non ingrata Roma: atque, ubi parricidarum ei manus inlatæ sunt, ingrata procul dubio jure merito audiret. De republica sane, & universo civium ordine, egregie meritum miris laudibus illum tantum virum prosequuntur historici omnes. Fateor & mihi semper diligendum vehementer esse suspiciendumque invictum illum, elementemque admodum spiritum, & cum ipso Magni nostri Imperatorem Carolum V. unice conferendum, utrumque vero cum magno Alexandro. Trium maximorum Imperatorum ingenium exhibet nobis Appianus, dum Romanum & Macedonicum componit in II. Bell. Civil. [p. 524.] φιλονεικούμενοι δὲ ἕως ἐξερχομένων ὄντες, ἀχρησταί πρὸς ἀγαθὰ ἦσαν, καὶ συνδράμονες ἕως ἀλθῶσι, ἐπὶ δὲ τῇ συνδράμῃ καὶ εὐεργεσίῃ, καὶ εὐδὴν ἢ κρατῆσαι μόνον ἐνθυμώμενοι. Quum contentiosi essent erga adversarios, tamen erga victos erant faciles ad veniam, & gratiam, & insuper beneficii, sola con-

tenti victoria. Audi tamen fortissimi Romani ducis vocem lenissimam, simulque de ingrata illa urbe Paterculi lib. II. aliud testimonium: Laudandum experientia confisum est Panjæ, atque Hirtii, qui semper praedit erant Caesari, ut principatum armis tenerent, ille dicitans, MORI SE, QUAM TIMERI, MALLE, dum clementiam, quam praestiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus est.

Parthenopen inter magnæque Dicarchidos arva.] Hoc est, inter Neapolim & Puteolos. Campaniae urbs Puteoli, vicina Neapoli, Dicarchiae Sillio Italico dicta lib. XII. & hic Petronio Dicarchis, Plinio vero & Festo Dicarchia colonia. Atque maxime illud mirum est, interpretes nempe non animadvertisse, Vesuvii montis summum hiatum hic Petronium describere. audi, ut Plinius ibi cum conlocet plane lib. III. cap. 5. Dein Puteoli colonia Dicarchia dicitur: postquam Phlegræi campi, Acherusia palus Cumis vicina. Littore autem Neapolis Chalcedensium, & ipsa Parthenope à tumultu Sirenis adpellata. Inter Neapolim ergo & Puteolos Phlegræos campos fitos Plinius facit. Phlegræi autem campi Vesuvii montis sunt. Diodorus lib. IV. Ἄνομα δὲ καὶ τὸ πεδῖον τῶν Φλεγραίων, ἀπὸ τ' ἁλοῦ τ' ἔτι παλαιῶν ἀπὸ τὸν πῦρ ἀφυσῶν τῆ, παρασημασίῃ τῆ καὶ τῶν Σικελίων Ἀίλην. καλεῖται δὲ νῦν ὁ ἕσπερος Οὐσεσίθη, ἔχων πολλα σμῆνα τ' κεκαύθη καὶ τὸς ὄρηαις χόονος. Phlegræus quoque campus is locus adpellatur, à colle minirum, qui Aetnae instar Siculae magnam vim ignis eructabat: nunc Vesuvius nominatur, multa inflammationis praestitinae vestigia reservans. Adderem, nisi dicta sufficerent, Melam nostrum lib. II. cap. 4. Vitruvium l. II. c. 6. Dionem l. LXVI. Cassiodorum l. IV. Variar. Ep. 50. Referam tamen ipsius montis topographiam ex l. V. Strabonis ad rem haud parum conducentem: Ἰππικεῖ δὲ τ' ἕσπερον τῶν ὄρεσιν ὁ Οὐσεσίθη ἀρσενὸς περὶ οὐκ ἄλλως παραγόμενος, ἀπὸ τ' κρητῶν. Αὐτὴ δὲ ἐπίπεδος μὲν πολλὴ μέρος ἐστίν, ἀκαρπὸς δὲ ὄρη, οὐ δὲ τ' ὄψις τῆς ὄρεος, καὶ καλλῶδες φεῖναι σμῆνα περὶ τῶν ἀφυσῶν καὶ τῶν χεῖρων, ἃς ἀνὰ ἀβυθῶν μὲν ὑπὸ τῶν ὄρεσιν. Supra locos hos Vesuvius mons est pulcherrimis artis circumquaque habitatus, praeterquam in vertice: hic magnam partem flatus est, ac totus instructus, adspedantibus cinerem faciem objicit, & caetera amris personalia, summasque rupium ab igne despassant. Postremum vero Dio expressit, inquit, Amphitheatri formam totum montem referre. Ibidem, hoc est, circa Lucrinum lacum, constituunt Geographi fluvium Cocytium, cuius & Arbuter hic meminit. Ita & Silius lib. XII.

Atque hic Lucrino mansisse vocabula quondam Cocyti memorat.

----- Et nigro squallentia fumis saxa.] Plinius (Cg 3) ju-

junior de Vefuvii loquens incendio, quo fuus avunculus perit: *Jam navibus cinis incidebat, quo propius accederent, calidior ac densior; jam pumices etiam nigrique, & ambufi, & fracti igne lapides.* ac saepe alias. plurima est in praeiis scriptoribus pumicis Vefuvii memoria.

*Ecquid Romano, &c.]* Ut illam Urbem gentemque deprimere non possis? nec ulterius jam extollere? quod sequitur:

*Nec posse ulterius perituram extollere molem?* quae deae illi caecae jucundae sunt vicissitudines, praedixitque jam & Arbitrator:

*Quae nova semper amas, & mox possessa relinquis.*

*Aedificat auro.]* Auream hic Neronis domum Arbitrum insectari, palam est, cujus plurima apud praefatos scriptores mentio. Suetonium vide cap. xxxi. Cornel. lib. xv. Annal. Plinium lib. xxxiii. cap. 3. lib. xxxvi. cap. 35.

*Expelluntur aquae fixis. -----]* Cum Papinio interpretor Epithalamio Stellae lib. i. Sylv. 2.

*----- Persicui videntur in marmore fontes.*

Alii nescio quid senserint, nam, quae modo laudant, parum Arbitro conducunt. Haec jam olim in adversariis consignaram, nunc autem, quum commenta hinc inde colligerem, plurima vero, quae mihi non probarentur, expungerem, longe aliud Arbitrum voluisse, omnino cognovi. addit enim:

*----- Mare nascitur arvis.*

& ex utroque praemisso inducit subinde:

*Et permutata rerum statione rebellant.*

Non videntur certe rerum stationes permutari primori illo nostro interpretamento. Aculci ergo isti quum pungant aperte Neronem, puto primum hemistichium ejus delirium designare, sic proditum in xv. Annal. à Cornelio, quum de Urbis reclamatione agit post Neronis incendium: *Ruderi accipiendo Hostiensis paludes destinabat, utque naves, quae frumentum Tiberi subveclasset, onustae rudere decurrerent.* Hemistichion vero alterum plura ejus admiranda opera: quae refert Tranquillus in ejus vita cap. xxxi. primum ubi de insana ejus loquitur domo: *Item stagnum maris instar, circumseptum aedificiis ad urbium speciem: & mox: Praeterea inchoabat piscinam à Miseno ad Avernum lacum, contestam, porticibus conclusam, quo, quicquid totis Bais calidarum esset, committeretur. Fossam ab Averno Hostiam usque, ut navibus, nec tamen mari, iretur, longitudinis per CLX. miliaria, &c. Rebellant igitur aqua, & arca: minime vero Romani luxuria capti, ut ad Gratium vir doctus.*

*----- Jam montibus haustis*

*Antra gemunt.]* Spiritu enim plusquam poetico hocce prolatum. Sensus, montes, dum perfoderentur, ut exin aedificiis cruerentur mar-

mora, in antra profus abiisse, quae voces gemitusque possent reddere. Monendum ideo hic maxime duxi lectorum, ne viro inprimis erudito fortean contingeret fidem habere, *antra gemunt*, exponenti, sub mole scilicet & pondere montium. Ubinam pondus illud, aut moles, si exhausti jam montes inibi sunt *molibus aedificiorum insanis*, uti ipsemet dicit Arbitrator?

*----- Coelum sperare.]* Valde mihi jam dudum erat cordi hic legere, *coelum sperare*, nimirum qua

*----- PERFOSSA DEHISCIT*

*Molibus insanis TELLUS.*

uti Petronius jam dixerat.

*Ex quo Sullanus bibit ensis.]* Id est, ex quo tot bella pariter civilia à Cornelio Sylla incepta, & usque ad ejus Dictaturam producta, exstincta sunt, ubi scilicet tot millia hominum cecidere. De his fuscè Appianus agit lib. i. Bell. Civil. & Lucanus lib. ii. quos vide.

*Cap. CXXI. ----- Dextrae conjungere dextram Conatus.]* Uti in feriendis foederibus factum,

ad quae adlusit Petronius. Pactum enim volebat icere Ditis pater cum Fortuna de populo Romano perdundo. Moris autem quam plurima hodie extant exempla. Tacitus Annalium lib. ii. *Juravere amici dextram contingentes.* Statius lib. i. Thebaid.

*Jam pariter coeant amborum in pignora dextrae.* Sic Cicero lib. v. in Verrem, Virgilius non semel, & Graecorum non pauci, quorum apud Hansenium memoria in de Jurjurando cap. 9. Sunt & in sacris Bibliis insignia moris hujus specimina, potissimum Machabeorum.

*Vota tibi cedent.]* Hoc est, tuorum eris compos votorum. Oppositum est illud cap. LXXXII. ubi de Tantalo sermo:

*----- Quem sua vota premunt.*

Quippe quae optat non adipiscitur.

*Muneribusque meis irascor: destruet istas*

*Idem, qui posuit, moles deus]* De seipso fortuna loquitur, sententiam Florus expressit: *Itaque invidens fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium suum armavit.*

*Cerno equidem &c.]* Vates hic velut futura praedicit numine plenus. quo & illud facit praecceptum supra à Petronio memoratum cap. cxviii. *Ut potius furentis animi vaticinatio adpareat.* Sic & pluribus Lucanus lib. i.

*----- Video Pangaea nivosis*

*Cana jugis, latoque Aemi sub rupe Philippos, &c.*

*----- Gemina jam fratos morte Philippos.]* Designat campos Philippos, qui juxta Philippos Thraciae urbem fuere, ubi Octavius Caesar, & Antonius conflixerunt cum Cassio & Bruto, & hi duo tandem magni duces mortem sibi conscivere, quod Arbitrator dicit, *gemina jam fratos morte* &c.

to, &c. Fufce vero Appianus lib. iv. Bcl. Ci- vil.

*Tbeffaliaeque rogos, & funera gentis Ibe-  
rae,  
Et Lybiae cerno, & tua, Nile, gementia,  
cloftra.]*

Florus etiam loca recenset: *Si locum, & flati-  
um, ubi commissum est (bellum civile) intra I-  
taliam, inde se in Galliam HISPANIAMQUE  
deffexit, reversumque ab occasu, totis viribus in  
Epiro THESSALIAMQUE concolit? hinc in AEG-  
YPTUM subito transiit; inde respexit Aftiam,  
inde AFRICAE incubuit, postremo in HISPANIAM  
venygravit, & i aliquando deficit.*

*Et Libyas &c.]* Claustra Libyae Mauritania. At gementia quoque, nempe ob interitum ejus regis Jubae, Pompejanarum partium fautoris. Ipse, quum foret à Caetarianis victus, in certumine ad Thapfa Africae oppidum, in regium se recepit, magnificeque epulatus super mentis & pocula intericiendum se praebuit Petrejo fugae comiti, Floro lib. iv. cap. 2. & Appiano lib. II. auctoribus.

---- *Et tua, Nile, gementia cloftra.]* Alexandriam & Pelusium urbes intelligit, quae Nili claudunt ostia. Proprie igitur Nili claustra illae vocantur Petronio. Ita & Pelusium ipsum καλῆς ἡ Αἴγυπτος, clavis Aegypti dicitur Suidae, & sic pari ratione Alexandria potest adpellari. In Alexandria autem apud Ptolemaeum Cleopatrae fratrem in summum vitae discrimen adductus Caesar fuit. Appianus lib. II. Florus lib. iv. Lucanus lib. x. In Pelusico item littore Pompeius trucidatus est, ut supra vidimus. An, gementia, ob illa inibi patrata facinora? fors non male. Pariter de incrementis Nili agens Plinius lib. v. cap. 9. inquit: *Minimumque (in-  
crementum) Pharaonico bello, veluti necem Magni  
prodigio quodam flumine averfante.*

*Aetiacoque sinus.]* Pugnam innuit navalem ad Aetium Caesaris Augusti cum Aetium Caesaris Augusti cum Antonio & Cleopatra Aegypti regina. Memoriae prolidere Plutarchus in Antonio, Dio lib. L. Virgilius lib. VIII. Propertius lib. iv. El. 6. Memorabile enim inprimis bellum hocce civile, qua ultimum, qua ingens.

---- *Et Apollinis arma timentes.]* Mirum quot res inlustrationis indignas praetereant interpretes, vel quantum alias tenebrarum ipsa inlustratione rebus offundant. *Ambracios, Aetiacoque,* & nunc indicat sinus, ubi Aetiaca illa pugna commissa. ratio autem, quod Apollo tunc suppetias venit Augusto arcu suo & sagittis. Plane Virgilius extremo lib. VIII. vers. 704. quem hic indubie respexit Petronius:

*ACTIUS haec cernens arcum intendebat Apollo  
Desuper: omnis eo terrere Aegyptus, &c.*

Plene & Propertius Eleg. 6. lib. iv. ubi ad Augustum Apollo:

*Vince mari: jam terra tua est; tibi militas  
arcus,*

*Et furet ex Lumeris hoc onus omne meis.*

Et subinde:

*Dixerat & pharetrae pondus consumit in  
arcus.*

Et mox:

*ACTIUS hinc traxit Phaebeus monumenta, quod  
ejus*

*Una decem vicis missa SAGITTA rates.*

Tutelare numen continuo Augustus agnovit Apollinem, praecipue eo in praelio, caque propter, Dione teste initio lib. LI. και επ' αυτη των Απολλωνι των Ακτιων τετραρι τε & τετραρι, τα τε Ακτια τα εγγε, μίση δεκάρης, εν τ' αιχμαλάτων των άνεθης. & ναν μειζω οικοδομητιν. άγωνα γε τινα & μυσικόν, & γυμνικόν, ιπποδρωμιας τε πεντετηρικόν Ιερόν κατέδειξεν, Ακτια αυτον Απολλωρειστας. πάλιν τε τινα ου των στρατηγών δα τόπων, τας μὲν συνιστάσας, τας δ' άνισήσας, τ' Ακτιοχώραν, συνώμισε. Eadem die Caesar Apollini, qui apud Aetium colitur, triremem, quadrirremem, ac alia navium genera usque ad decirem, ex captis navibus consecravit: templum majus exstruxit, ludos musicos, ac gymnicos, & certamen equestre cum sacro quinquenniali constituit, Aetius illos ludos dicens, urbemque eo loco, ubi castra habuerat, effecit, partim collectis ad eam incolendam hominibus, partim eo transfacis finitimis.

---- *Sitientia regra.]* Eo quod ipse Dis pater protulerat supra cap. praecedenti:

*Sim pridem nullo perfundimus ora cruore,  
Nec mea Typhione sitientes perluit artus.*

Ideoque & nunc subjungit:

---- *Tuque ingenti satiare ruina*

*Pallida Typhone.*

Orta hinc venusta illa translatio Juvenalis Satyr. x.

*Ad generum Cereris sine caede & vulnere  
fauci*

*Descendunt Reges & SICCA MORTE ty-  
ranni.*

---- *Simulacra viram]* Summa dictum elegancia, sed habuit ab inlustribus prius animis, primum puta Lucretio in I. si Ennii non, ut volunt critici nonnulli, versus iste est.

*Sed quaedam simulacra modis fallentia miris.* Sed postea saepe alias. Et deinde à principe poetarum omnium, qui itidem pluries duo tantum loca designo. in VII. Aeneid. vers. 89.

*Multa modis simulacra videt volitantia mi-  
ris.*

In 1. autem Georg. vers. 476. iisdem ac Lucretius verbis :

---- *Et simulacra modis pallentia miris.*

----- *Gremioque reducto*

*Telluris.*] Id est, clauso hiatu, quem supra cap. cxx. eleganter descripsit :

*Est locus exciso penitus demersus hiatu &c.*

---- *Fraternos palluit ictus.*] Hoc est, timuit Pluto fulmina à fratre Jove missa, quorum fat cuncta praecedat periphrasis.

*Auspiciis patuere delum.*] Pleraque tamen ex illis poetica fide prolata, Virgilium profus aemulatus extremo lib. 1. Georgicæ, neutiquam vero veritatis religiosa oratione, ut ipse Arbitrator loquitur. Alia ferme sunt ab iis, quae Julius Obsequens, diligens Prodigiorum scriptor, bellum nempe illud civile praefagientia, memoriae prodidit Anno ab V. C. 1300. Operae autem pretium erit hic conferre nonnulla, quae signanter ipsum portenderint, alia namque in praesentia congerere (facile enim innumera nobis) profus, me Hercules, foret, patientia auditoris mei atque.

---- *Namque ore cruento, &c.*] Parissime defectus illos solis & lunae descripsit Lucanus in 1. vers. 537.

---- *Cornuque coacto*

*Jam Phoebæ toto fratrem quum redderet orbe,*

*Terrarum subita percussa expalluit umbra.*

*Ipse caput medio Titan quum ferret Olympo,*

*Condidit ardentem atra caligine currus,*

*Involviturque orbem tenebris, gentesque coëgit*

*Desperare diem.*

Tetigit Florus : *interdixit tenebrae.* Item Dio lib. xxxi. *Ὁ τε ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε.* Sol totus deliquitum pertulit.

---- *Rupta tonabant*

*Venticibus lapsis montis juga.*] Ejusdem belli ostentum, montium tremores ac motus. Lucanus & hic haud inferiori vers. 553.

---- *Veteremque jugis nutantibus Alpes*

*Discussere nivem.*

Et Virgil. in fine lib. 1. Georg. vers. 474. licet ibi aperte portenta narret, quae praecesserint secundum bellum civile apud Philippos, sed poetæ illa saepe confundunt :

---- *Insolitis tremuerunt motibus Alpes.*

Rem autem Dio signanter tradidit : *καὶ σεισμὸς συνεχὴς καὶ μεταβαλὼν ἐγένετο.* Et terrae motus crebri cum mugitibus editi sunt.

---- *Nec vaga passim*

*Flumina per notas ibant morientia ripas.*] Veterem scripturam expressi. *Nec vaga*, quia jam passim morientia. quod mirifice & Virgilius dicto jam loco vers. 478. significavit verbo uno :

----- *Sistunt amnes.*

Huic sensui bene, qui per *latas ripas* hic reputant. Joan. Ludovicus de la Cerda aliter capit, scilicet, *nec ibant per notas ripas*, cui simile & illud inter prodigia Papinii sit VII. Thebaid. vers. 405.

----- *Aversique suis de cursibus amnes.*

Sed sic opponuntur plane *vaga & morientia*. Ut autem ergo olim scriptum fuit, sive *notas*, sive *latas*, mens nostra, ordoque verborum indubie praefendus. Helenopolitana vero editio habet, *orientia*. Sed tunc ex antica pugnant foret sensus, eique lectioni firmandae essent subsidio, quae Chr. Richardus congerit, ubi, *torrentia*, scripsisse Petronium opinatur intrepide.

*Armorum strepitu coelum furit.*] Idem & Lucanus vers. 569.

*Tum fragor armorum (auditus.)*

Sed ostentum hocce speciatim alii recensent inter illa, quae pridie, eodemve die, cladem Pharfalicam portenderunt. Sic Jul. Obsequens : *Clamorem, crepitumque armorum Antiochia, bis ut curretur in muros, auditum; indeque sonum tympanorum Pergami.* Iisdem paene verbis Valerius Maximus lib. 1. cap. de Prodigiiis, & Dio lib. XLII.

---- *Et tuba Martem*

*Sideribus tremefacta ciet*] Puto hic & Arbitrum Lucani ostentum id optasse ostendere vers. 578.

*Insonuere tubae, & , quanto clamore cohortes*

*Miscuntur, tantum nox atra silentibus auris Edidit, &c.*

--- *Jamque Aetna voratur*

*Ignibus insolitis, & in aethera fulmina mittit.*] *Insolitis*; solitis quippe & quotidianis majores fuere, sive violentiores. Differitas autem aliumde Lucano petita, quae & eo animadvertenda, quod ex diametro pugnet cum Petroniana. inquit ergo Cordubensis poeta vers. 545.

*Ora ferox Siciliae laxavit Mulciber Aetnae, Nec tulit in coelum flammam, sed vertice pronò*

*Ignis in Hesperium cecidit latus.*

Quod undantem Aetnam Virgilius dicto loco vers. 471. vocavit. Aliter igitur Arbitrator, qui dixit, *Et in aethera, &c.* Cerda, *rotatur*, mavult, non *voratur*. Aliorum autem interpretamenta (eorum pace dictum sit) videntur somniorum.

*Umbrarum facies diro stridore minantur.*] Duplex Lucani portentum complexus hic Arbitrator. primum vers. 568.

*Compositis plenae gemuerunt ossibus urnae.*

Alterum vers. 570.

-- *Et*

----- *Et volentes cominus umbras.*

Ast equidem jam dudum factum est, quum locum caperem de ostento, quod pugnam ipsam Caesaris & Pompeji antecessit. ejus sic Obsequens meminit: *Nocturni terrores in exercitu fueri.* Sic & Valerius Maximus, item Lucanus lib. VII. inter plura alia vers. 179.

*Desursumque patres & cunctas sanguinis umbras*

*Ante oculos volitare suos.*

Movet me elegans illa exercitus periphrasis:

*Ecce inter tumulos, atque ossa carentia bustis.*

---- *Stridore.*] *Stridor*, & *stridere* proprium de umbris manium. nosse etiam Lucanus in VI. vers. 623.

*Auribus incertum ferulis strident umbra.*

Item Papinius IX. Thebaid. vers. 299.

*Stridebit vestros Tydeus inburnatus ad ignes.*

Unde lucem mutati sunt Accio in Alceide, primum nosse Delrio, postea Ger. Joann. Vossius:

*Quum strideret retracta rursus inferis.*

Quod de umbra Alcestidis dictum, conligere cit.

*Fax stellis comitata novis incendia ducit.*] Ipsum Lucanus lib. 1. vers. 526.

*Ignota obscurae viderunt sidera noctes.*

Ac deinde per plures versus facum, flammarum, cometarum, fulgurum, lampadum, ac denique ignium variarum formarum longam contexit descriptionem.

*Sanguineoque recens descendit Juppiter imbre.*] Appianus, qui istorum fuit parcus prodigiorum recensor, hujusce meminit, quod aliis fuit praetermissam. inquit in II. Bell. Civil. *Αίμα τε ᾧ εὐροῦ ἢ θεῶν ὄσσει.* *Alieubi sanguinem pluisse.* At ergo Arbiter, pluviam sanguinearum guttarum cecidisse. ubi eleganter *Jove* usurpavit pro pluvia. Sic etiam Lucanus de Aegypto loquens lib. VIII. vers. 446.

*Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,*

*Aut Jovis.*

Sic & alibi iterum.

*Gallica projecit.*] Notum ex historia, & ipse Arbiter inferius cap. sequenti masculino spiritu:

---- *Dum Rbenum sanguine tingo,*

*Dum Gallos iterum Capitolia nostra petentes*

*Aspibus excludo, &c.*

*Alpibus aëreis, ubi Grajo nomine.*] Expressit

Poëtam principem in III. Georg. vers. 474.

*Tum sciat aëreas Alpes.* ----

Aëreae cellae sunt: sed fat ei vel *Alpes* simpliciter sufficerent, nam Gallica lingua *Alti montes Alpes vocantur*, teste hic Philargyrio. Non longe Lucanus abit extremo lib. 1. vers. 688.

----- *Nunc desuper Alpes*

*Nubiferas colles, atque aëriam Pyrenen.*

Signanter autem *Alpes* illas Arbiter designat, saepius *Grajas* prisca nuncupatas scriptoribus, ab Hercule videlicet Grajo, qui illas primus cum exercitu transiit. Silius lib. III. Cornel. Nepos in Annibale, alii. Nam, quae *Poeninae* dicebantur *Alpes*, ab Hannibale denominatae fuere, qui eas secundum superavit cum amplissimo exercitu. Plinius lib. III. cap. 17. Paul. Warnefridus de gestis Longob. lib. II. cap. 18. Celebris autem tertius memoratur Caesaris transitus, sed qua primum scilicet Hercules exercitum duxerat, quas & ideo (Grajas inquam) *Julias* deinde *Alpes* adpellatas fuisse, mea conjectura est, de quibus plurima exstat apud Marcellinum memoria, Sextum Rufum cap. VII. Breviar. & Paul. Warnefridum lib. II. de gest. Longob. cap. 13. easque Metalla Corvinus lib. de Augusta progenie videtur *Romanas* nuncupasse, nisi illae fortean sunt, per quas iter Pompejus Magnus adgressus, ad aemulationem quoque Annibalis, alias fauces aperuit, medio scilicet inter Padi Rhodanique fontes spatio, ut testatur in I. Bell. Civil. Appianus. Qui aliter vero *Alpes* confundunt, prisca scriptores satis non viderunt, sed Plinium, & quos ego hic tetigi, potissimum.

----- *Vulvae*

*Descendant rupes, nec se patiuntur adiri.*] Haud inepte de rupibus interpreteris imminentibus, praecipitiumque minantibus. Juvat animose Appianus Anibal. [p. 315.] *Ἐλθὼν ἢ ἐπι τὰ Ἀλπίων ἰσθμὸν, ἔ κρημεναι, κητε σιεδον, κητε ἀνοδοι εὐροῦ (ἀπικουσαι ᾧ ἐπι ἰσθμοῦ)* &c. *Quum autem Hannibal ad Alpes pervenisset, neque ultimum vel transitum, vel adscensum reperisset (sunt enim mirum in modum omni ex parte praecipites)* &c. Sic & Ammianus de quodam Alpium jugo loquens lib. xv. cap. 25. *Pendentium saxorum attrinsecus visu terribile est.*

*Est locus Herculeis aris sacer.*] Nihil ergo dubium, monumentum aliquod insigne relictum olim Grajis in Alpibus, Herculi scilicet sacrum, in ejus ea facti difficilis itineris memoria. Ea autem (monco equidem, ne ad illam auriculae tenerrimae pateant) mirifica est adferentium Geographia, nempe, hic Dyrrachium Epidamniumve denotari, quibus sine sagarum cantamine translatum fuit in Alpium cacumen Graecorum oppidum maritimum.

----- *Hunc nive dura*

*Claudit hiems.*] De ipsis Alpibus pariter Silius noster lib. III.

----- *Clausae nivibus rupes,*

dixit. Sed de fabulosa Alpinarum nivium altitudine glacieque plura nos, ubi multis Ar-

*Totum ferre potest humeris militibus orbem.]*  
Apte ex praecedentibus :

----- *Canoque ad sidera vertice tollit.*

Utrobique id videtur expressum esse Sillii Italici titidem de summitate Alpium canentis :

----- *Suppositaque caelo*

*Saxa*

Quod bene Daufquejus cum illo Apollinaris contulit Carm. 5.

*Alps marmoreas, atque occurrentia junculo*

*Saxa jelo.*

----- *Summo de vertice montis*

*Hesperias campos late prof. exit.]* Opportuna oppido ipsa ad subleam Italiam prospiciendam. Annibal hic apud Livium conlato adpositum fugaret Cuius Italiam prospiciantis repraesentationem. De Alpibus montibus sic loquitur lib. xxxi. cap. 35. *Per omnia nice oppleta quam signis prima luce n.atis fugaver agmen incederet, pigrillique & desperatio in omnium cultu emineret, praegrus signa Annibal, in promontorio quodam, unde longe & late prospectus erat, consistere iussis militibus, Latiam ostentat, subiectosque Alpibus montibus circumpalanos campos. Vere ergo Polybius lib. III [p. 287.] Ουτω η̄ ὑπεπεπτακταῑ ἑως ἄπειρημένοις ὄρεσιν, ἄστε, συνδραμομένον ἀμφοῖν, ἀκροπόλεως φάντασ̄ δ' ἰδέσθιν ἔχειν ἑς Ἄλπειν & ὄλες Ἰταλίας. Ita enim subiecta erat Italia montibus illis, quos supra commemoravi, ut, quum Italia & Alpes una spectarentur, viderentur ad totam Italiam arcis rationem & similitudinem obtinere.*

----- *Et ambas*

*Intentans cum voce manus ad sidera.]* Loci hujusce arguta fatis ex parilibus locis constabit confertenti, hebes modo prorsus non sit. inquit Encolpius cap. ix. *Quibus ego auditis, intentari in oculos Aescleti manus. & cap. xcv. Et alius veru extis fridentibus plenum in oculos ejus intentat. ac denique cap. cviii. Sed intentans in oculos Tryphaenae manus. Sic & Senecae mens divina in Epist. 71. In oculos nunc mihi manus intentat ille. Quid ni ergo potesset Caesar manus ad sidera, veluti in hominis parissimi oculos, intentare, summo nimirum in illo rapis cacumine constitutus? quod mire & hyperbolae consonat superiori :*

----- *Canoque ad sidera vertice tollit.*

*Coelum illinc cecidisse putes, &c.*

Cap. CXXII. *Testor ad has acies invitum accessere Martem,*

*Invitas me ferre manus.]* Testantur & plures, inquit Patereulib. II. cap. XLIX. *Nihil reliquum à Caesare, quod, servandae pacis causa, tentari possit. nihil receptum à Pompejanis. Latius Appianus lib. II.*

*Dum Gallos iterum Capitolia nostra petentes*  
*Alpibus excludo.]* Interpositae quippe Alpes munimenti arcisque rationem ad totam Italiam obtinere videntur. Opportune Cicero Orat. de Prov. Consul. *Alpibus Italiam munerat ante natura, non sine aliquo divino numine: nam, si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam haec urbs summo imperio domitium ac sedem praebuisset.*

----- *Mercedibus emtae,*

*Ac viles operae.]* Mercenarii milites, & auxiliaries. Appianus lib. II. ait, iussisse Senatam, scilicet Pompejum *χειρολογεῖν καὶ εἰς τὴν περιουσίαν ἰέναν ὅσα αὐταῖμα. conducere ex circumvicinis fortibusque nationibus mercenarias. At de auxiliariis apud ipsum ibidem Caesar & ita contentum loquitur. [p. 474.] καὶ ταῦτε μοι περὶ μόνων ἐστὶ τῶν Ἰταλῶν. ἐπεὶ τῶν γεσιμαχῶν κατὰ φρονήσετε, κατὰ δὲ λόγῳ τίθεσθε, κατὰ μακροῦ ὄλεως ἐσθίνοισ. ἀνδραποδῶν ταῦτ ἐστὶ Σέρβων καὶ Φρύγιων, καὶ Λυδίων, Φρυγιῶν αὐτὴ καὶ ὀδελύσειν ἔτοιμα. Et haecenus de solis loquitur Italiam. nam de auxiliariis nolo vos esse sollicitos, aut ullo eos in numero ponere, aut armis invadere. Mancipia Syria Lydiaque & Phrygia, ad fugam tantum & servitutum nata. Fulse recenset lib. III. Lucanus.*

----- *Quorum est nra Roma noverca.]* Mater namque solam Italorum jure diceretur. At hic & Italorum (ex quibus robur constitit exercitus Pompejani) vult Caesar Romam quoque videri novercam, quum illos in manifestum capitis periculum acerbe projeceret: nam victoriam sibi certo augurabatur Caesar. disertim subdit:

*Ut reor, haud impune; nec hanc sine vindice dextram*

*Finctet ignavus.*

ac subinde :

*Inter tot fortes armatus nescio vinci.*

Ex nostra autem ista interpretatione fortasse lucis accipiet usuram vox illa Scipionis Africanus apud Patereculum lib. II. cap. 4. Nam, ubi de Ti. Gracchi caede sententiam suam dixisset, & tunc omnis concio obclamasset, *Hostium*, inquit, *armatorum toties clamore non territus, qui possum vestro moveri, quorum noverca est Italia?* Hoc est, qui duriter, veluti à noverca, à matre Italia accepti estis?

----- *Furentes.]* Sic ego conjectaram, postea edidit Bourdelot. Sed adhuc penitus non placet, ceteris tamen praeferenda. vulgaris, *ferentes*, alii *frequentes*, *nocentes*, *sequentes*.

*Namque omnes unum crimen vocat.]* Crimen *ειρωνικῶς*. communes namque facit anteaclias suas victorias, triumphos, eoque militem captat, & excitat, iteratque ideo non semel. eo spectant :

----- *Vidores ite furentes,*

Item :

-- *Omni-*



---- omnibus una

*Impendet clades.*

nempe victoriae, nam prius Caesar dixerat:

---- *Vincendo certior exsul.*

quod & antequam :

---- *Sed vulnere coger*

*Pulsus ab urbe mea.*

Item :

---- *Non solus vici.*

Ac denique :

---- *Et sordes meruit victoria nostra.*

---- *Quia poena tropaeis*

*Imminet, & sordes meruit victoria nostra, &c.*

---- *Sumite bellum,*

*Et tentate manum.*] Probe Casaubonus censuit, exprimere hic Caesaris verba, Petronium amasse, quae cap. xxx. refert Suetonius: *Tantis rebus gestis & Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.*

*Judice soli una cadat alea.*] Manifesto & hic Petronium ad Caesaris verba condat respexisse, quae apud Tranquillum cap. xxxii. ubi multus Casaubonus. Aperte item judicem fortunam facit in causa, quae ferro dicenda. Ipse antequam :

---- *Et causam dicite ferro.*

*Hae ubi perforavit, de caelo Delphicus ales, &c.]* Parillimus carminis contextus ille Poetae ter maximi lib. vi. Aeneid.

*Vix ea fatus erat, gemino quem forte columbae, &c.*

Sed Homeri aperta imitatio est, ut infra ostendimus.

---- *Delphicus ales.]* Aquilam hic Apollinis alitem agnovit unus alterve interpres, sed rationem non reddunt. Praebeam ego interea satis idoneam, dum plures forte suppetant aliis. Naturalis historiae adierant architecti, aquilam scilicet adversos solis radios intueri sine nictatione potesse. eoque indice legitimam experiri pullorem suorum ingenuitatem. Legitimo ergo & jure ejus numinis audiret ales, quae consueque esset oculatissima. uti idcirco *accipiter* audit, ut postea ex Aeliano patet. Vide autem Aristotelem, & Aelianum de Animal. Plinium lib. x. cap. 13. Antigonum cap. lxx. D. Augustinum, Lucanum lib. ix. Opitulatur autem his, qui aquilam hic interpretantur, augulus semper fortunatissimusque ejus in auguriis volutus. quo facit & illud Senecae lib. ii. Nat. Quaest. cap. 32. *Cur ergo aquilae hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia?* Cujus & apud scriptores praeficos existant innumera exempla. Opitulatur item Antonini Liberalis de Periphante narratiuncula Metamorph. 6. qui, quum plurima scilicet Apollini templa condidisset, Jovem autem sibi reddidisset valde insensum, eoque statuisset, totam ejus domum

fulmine comburere, Apollo extremam familiae ejus perniciem deprecatus est, tandemque in *aquilam* Periphantem commutavit. Haec ego jam pridem pro loci huius interpretatione conceperam. novissime autem & ipsi Apollini adlucuit, verum suum ad nos mittere alitem, ut, postea quam de Arbitri mente ille nos fecisset certiores, ei vicissim vindicarem decus singulare. Is enim *accipiter* est Apollini sacer. Vide Aelianum de Anim. lib. ii. cap. 43. lib. vii. cap. 9. lib. xii. cap. 4. quem *ἀσπίδα πτερόν* (ait Aelianus lib. x. de Animal. cap. 14.) *πτεροειρημένον* φασιν ὁράει τῆς ἰερέως ἐπιθῶν ὕψων ἀεὶ ἐν ταῖς ἀκτῖναις τῆς ἡλίου ἀπὸ τοῦ ἡλίου εὐκρίστως ἐκλιπόμενος. Cum deo illo idcirco convenientiam habere ajunt, quod de avibus soli accipitres semper nullo negotio aduersus solis radios intuantur. Ipse & nuncius Apollinis dictus est, & auspicii praemittendis a faustico deo illo prae omnibus praeposita volucris. Quapropter Homerus fecit, ipsam loquenti itidem Telemacho lactum omen ab Apolline adferre; & nunc Arbitrator, Homerum indubie exprimens, Caesari. Ecce inquit lib. xv. Odyss.

*Ὡς ἄρα οἱ ἐπιθῶν ἐπὶ πτεροῖς ἀετῖδος ἄρας*

*Κίχρα δὲ, Ἀπολλωνίως γὰρ οὐκ ἀστὸς, &c.*

*Sic igitur ei locuto volavit dextra avis*

*Accipiter, Apollinis volox nuncius, &c.*

Immo, uti ab Apolline ipso tradita, auguria acciperent ab accipitre, quandoquidem in ipsum transfigurari Apollinem consuevisse, pro certo habuerint antiqui. Sic tradit Ovidius lib. vi. Metamorph. & Antoninus Liberalis Metamorph. 28.

*Omina lacta dedit.]* Dextra ex parte nimirum volans, quod hic subindicari videor mihi toto meridie clarius videre, quum *partis sinistrae* versu sequenti signanter facit mentionem. *Aquila* enim, si dextra ex parte venit, felix omen facit, & magnarum rerum auspicia, ut ex augurum disciplina compertum jam olim equidem habui. Sic Homerus saepe in Iliados libris ostendit, praesertim lib. xii. & extremo xiiii. aliasque, ad quos properans lectorem remitto. Sic & Romani sensere, ut ex Suetonio ego observo in Vitellio cap. ix. *Premisso equini lactum evenit auspiciam: sequitur a parte dextra repente aquila advolavit: ut tunc quoque praesens, &c.* Juvatque quod in Claudio res ite cap. vii. Idem de *accipitre* censentim, quam existim bis Homero *ἀετῖδος*, *ἀετῖδος* sibi dicatur, hoc est, *volans ad dextram*, prosperamque fortunam portendens. Hoc autem eo potissimum animadversione dignum judicavi, quod semper aves, quae *Ocyntes*, quae *Praxites*, sinistrae augurium quidem secundissimum portenderint antiquitus.

---- *Perstrinxitque meatibus auras.]* Faustum aliud *aquilarum* omen & hic denotari, olim autem,

(Hh 2)

tem,

tem, si *fridentibus*, quod *Arbiter* nunc innue-  
re mihi etiam videbatur. Locus item & de ac-  
cipitis volatu haud incommode capiendus, qui  
ἐλαφρότερον πτερύγων, *citissimus volucrum*, Ho-  
mero dicitur lib. XIII. Odyss. τολύς, *velox*,  
*celer*, extremo xv. ουραπέτης, *celeriter volans* He-  
siodo lib. 1. Ejus autem pernicitas igni ab Ae-  
liano comparatur lib. x. cap. 24. *jacitatae* lib.  
XII. cap. 4.

----- De parte sinistra

*Insolitae voces flammae fore sequenti.* Lactum  
& illud quoque omen. in auguriis namque,  
quae sinistra sunt, bene eventura putantur. Do-  
natus in illud II. Aeneid.

----- *Subitoque fragore*

*Intonuit laevum.*

inquit: *Quod dixit laevum, debet hoc prosperum in-  
telligi, nam ejus in hac causa est ratio. Laeva in  
aliis contraria significantur. In sacris autem idem  
eos prospera accipiuntur, quae sunt laeva, quia sa-  
crificantis, vel precantis, latus laevum dexterum  
est ejus, qui postulata largitur. Sciens praeterea  
alios innumeros. At voces, addit, flamma se-  
quuta est, itidem nempe a parte sinistra emicans.  
quod etiam inprimis creditum prosperum augu-  
rium, auctore Dionysio Halicarnasseo lib. II.  
paullo post principium: Μεῖζ δὲ τὴν εὐχὴν ἀσχε-  
πὴ δὴ λῶθεν ἐν τῷ ἀριστέρῳ ἐπὶ τὰ δεξιὰ. τὴθεν αὖ δὲ  
Ρωμαῖοι τὰς ἐν τῷ ἀριστέρῳ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἀσχεπὴς  
αἰτίαις. Peractis precibus fulgur a sinistris ad dex-  
tram emicuit. Habent autem Romani talia pro fau-  
stis, &c.*

*Ipse nitro Phoebi vulgato lactior orbe*

*Crevit.* Supra, obscurari solem, ejusque lu-  
men diminui, adversum fuit habitum ostentum:  
nam semper illud miser eventus sequuti sunt,  
ut Jul. Obsequens observat capp. 31. 45. 48.  
127. At nunc contra, Phoebum orbem augeri,  
auratoque fulgore praecingi, rationi videtur ef-  
fe contentaneum, fortunata portendere.

Cap. CXXIII. -- *Et insolitus gressus prior oc-  
cupat ausu.* Sic Annibalis transitum canens Si-  
lius lib. III. ubi & Alpium descriptio & ducis  
intrepidi virtus mire adpositae, ut cum integro  
hocce Petroniano loco ab solerti conferantur le-  
ctore. Ecce illis parilia verba Italici vers. 516.

*Rumpit inaccessos aditus, atque ardua pri-  
mus*

*Exsuperat.*

----- *Et cana vincita pruina*

*Non pugnavit humus, &c.] Vincita, vere Ar-  
biter scripsit, in codices nonnullos postea clan-  
culum inrepsit, juncta, mendax indubie scriptu-  
ra, sed in eam potuit degenerare nobilis illa  
primaeva absque ulla mutatione, ut supra dice-  
bamus ad verba cap. xciv. Et jam semicinctio stan-  
zem ad parietem spondam vinxeram. Vincita ergo*

cana pruina humus tunc primum non pugnavit,  
hoc est, haud contendit cum primis hominum  
gressibus, immo potius contemnit, *quievitque*;  
*duratas* namque *nesciebat mollire pruinas*, ut lo-  
quitur Silius ibidem vers. 482. At, postquam  
turmae processere univertae, amplissimisque e-  
quitatus, ingenti cessit ponderi, ligatique nimbi  
fracti sunt, ac rupta undarum vincula, ipsae au-  
tem nives liquefactae montibus atitis, instar ju-  
storum fluminum, undabant. Id tamen haud  
diutale torrentibus iis concessum, nam vincti  
illico stetero rursus, gelaque obriguere. & quae  
paullo ante aqua soluta erat, repente in pruina  
glaciemque concrevit, cujus rigor ferro frangen-  
dus esset. Ubi vero id omissum temere, adeo  
vestigia progredientium delusit, ut prolabantium  
militum armorumque passim congererentur acervi.  
Integram sic difficiliorum versuum sententiam vel-  
uti *πρωφραστικῶς* contexere adlubuit, eo potissi-  
mum, quod hic viros eruditos caecutientes haud  
semel animadverteram. Quam hic *humum vin-  
ctam cana pruina*, post pauca vocat *horrida ar-  
va*.

----- *Sed haec quoque iusta putares.* Probi-  
or scriptura, & quam adstruit scriptus liber. Pri-  
dem vulgatim placebat, *iusta*, & coacta inter-  
pretabar, ut Ovidii est illud in 3. Epit.

*Nec tibi magnificum femina iusta mori.*

hoc sensu; flumina modo nata coacta videbantur  
fluere, nam simul ac nata perstringi gelu erat  
necessum, quod adprime sequenti consonat:

*Vinctaque mox stabant.*

hoc est, post quid temporis. At magis ta-  
men est, *iusta*, cum Richardi interpretamento.  
Aliorum autem, *missa*, *spissa*, & *stare*, ger-  
rae gerrae.

*Tum vero malefida prius vestigia lustr,*

*Decepsitque pedes, &c.]* Lubrica glacie gressus  
fraudari, quis non expertus? Prolapsio exin ca-  
susque simplex frequentius provenit, at mem-  
brorum insuper abscissio nonnumquam. id Arbi-  
ter sequentibus designat:

----- *Passim turmae rive, virique,*

*Armaque, congesta strue deplorata jacebant.*

Hocce eleganter Silius nostras loco laudato vers.  
552.

*Nec pestis lapsus simplex, abscissa relinquunt  
Membra geli, fractoque asper rigor amputat ar-  
tus.*

Qui verus horumce versuum sensus. nam, quid  
hic cum pedum lapsu admutilatio illa mortuorum  
prae frigoris pervicacia membrorum? Exprimunt  
item haud indecenter mentem, quam enuclea-  
mus, hujus Poetae, venusta duo Epigrammata  
Graeca, quae exstant in Antholog. lib. 1. cap.  
23. lib. III. cap. 22. quae sic & C. Caesar Ger-  
manicus transtulit haud inficete:

*Tbrax*

*Thorax puer adstricto glacie dum luderet Ebro ,  
Frigore concretas pondere rupit aquas.  
Dumque imae partes rapido traherentur ab a-  
mne ,  
Praefecuit tenerum lubrica testæ caput.  
Oiba quod inventum mater dum conderet ur-  
na ,  
Hoc peperit flammis , cetera , dixit , aquis.*

Item saltatriculae fatum Nicephoro Calixto memo-  
riae proditum lib. 1. Hist. Eccles. cap. 20.  
*Milvula*, lues scilicet, quod lubrica, rursus  
quippe constricta & concreta. quid autem hic  
*lues*, jam Turnebus docuit, contuleruntque Sym-  
bolae.

*Qualis Caucaſa, &c.*] Quando scilicet Hercu-  
les *καταβύβηκε ἐπὶ τὰ κρημνὰ τῶν ἐπισημῶν τῶν  
Πευκῶν ἢ παρὰ ἀετῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ καὶ Τεφωρῇ.  
ὅθεν καὶ τὸν Τεφωρῆν δὲ ἔλασεν ἔλαυνον τῆς ἄλκας. Ἀ-  
κούλῃν Τυφονίῃ & Ἐχιδναίῃ ἴλιαν , Prom. thei je-  
cur in Caucaſo monte deſapecentem, jagittis conſecit;  
& Promethium, deſtrato herculeſſo vinculo, ſolu-  
tium liberavit, ut inquit Apollodorus lib. 2. Bi-  
bliothec.*

*Amphitrymiades.*] Sic Hercules ab Amphitryo-  
ne dictus, cuius filius existimatus, revera Jovi  
erat trinoctio concubiti progenitus. Unde *ψυψι-  
στῆρις Amphitryoniades* appellatus Catullo Eleg.  
ad Mallium.

----- *Tela Gigantum.*] Huius tela in coelum  
emissa? maxime. Sic Apollodorus lib. 1. de  
Gigantibus agens: *Ἡρόντιζον δὲ εἰς βουνούς περὶ τὰς  
κρημνῶν ἤκου υἱας. In coelum saxa atque accensas ar-  
bores jaculabantur.* Non ergo tela sunt machina-  
menta, ut exponunt alii.

----- *Arceſ.*] Alpinas, ut supra de monte  
Caucaſo:

*Qualis Caucaſca decurrens arduus arce.*

Signanter vero Alpes Italiae *arx* pluribus di-  
ctae.

*Icterea volucer, &c.*] Premit & hic prorsus Lu-  
cani vestigia lib. 1. Arbiter, eademque com-  
miniscitur de Caesaris adventus sparsis per famam  
rumoribus; item de animis civium vario percursis,  
ac ipsorum fuga. tute confer, nobis satis sit,  
digitum aliquoties ad fontem intendisse.

----- *Fuga celsa Palati.*] Montis nempe, qui  
*Palatium* dictus. Varro lib. iv. L. L. & plures.  
Inter omnes Romanos colles praecipuus ille,  
ubi & sedes Romani imperii, & domus imperatorum,  
jure ergo hic positus pro tota urbe Roma.

*Fervore Germano perfusus sanguine turmas.*] Nam  
Germaniam quoque cum Gallia debellavit Caesar,  
& tandem bellis Germanicis finem imposuit.  
Vide Caesarem lib. iv. Bell. Gall. Appianum in  
Epitome Bellor. Gall. Lucanum lib. 1.

----- *Per dubias caussas.*] Dubii quippe, cui-

num fortunae committerent sese; exilio, an bello?  
Pariter Lucanus lib. 1. vers. 490.

*Tum, quae tuta petant, & quae metuenda re-  
liquunt,*

*I. ceteri, quo quumque fugae tulit impetus, ur-  
gent*

*Praecipitem populum.*

Multus hic praeceteris Dio lib. xli. haud ni-  
mis longe ab initio.

*Gaudet Roma fuga.*] Historica fide hocce totum  
de civium fuga probatum est, itaque omnes me-  
morant, sed fuse Dio lib. xli. Arbitro vero  
Lucanus praecivit, cujus semper cordi habuit, uti  
jam vidimus,

----- *contracta sequi vestigia votis.*

----- *Et absentem votis interficit hostem.*] Votis,  
id est, desiderii. Sic etiam Scaliger ad Tibul-  
lum, perperam alii.

*Sunt, qui conjugibus maerentia peccera jun-  
gant,*

*Grandaevoſque patres.*] Idem Lucanus, sed ma-  
jori *των πατρῶν* lib. 1. vers. 504.

----- *Nullum jam languidus aereo*

*Evahit revocare parens, conjuxve maritum  
Fietibus.*

----- *Tantum trahit.*] Humeris innuit. quapro-  
pter & fure, qui reponerent loco oneris, *hu-  
meris*, non invenisse. Haud aliter, ac illi fa-  
cerent, de quibus Strabo lib. vi. *Οἱ τὰς γυνέας  
ἐπὶ τῶν ὀμων ἀρμαῖοι. Ἴλι parentes humeris sustule-  
runt.* Et, uti depingi olim solitum Aeneam,  
nempe humeris patrem Anchisengestantem, me-  
mini me legisse apud Appianum. Si vero, *hu-  
meris*, reponis, *ignara juvenis*, imprudens in-  
terpretaberis, ipso manuducente Arbitro, quum  
subdit.

----- *Omnia secum*

*Hic vebit imprudens.*

Eo autem ignara ac imprudens, quod praedam  
scilicet in praelia ducerent.

*Ac velut ex alto quum magnus inhorruit Ausler,*  
&c.] Arbiter parissimum locum pari quoque simi-  
litudine ac Lucanus exornare non erubuit lib. 1.  
vers. 448.

----- *Qualis quum turbidus Ausler*

*Reppuit à Libycis, &c.*

Dispercam & nisi hic major noster Annacus est,  
& nili ego facile probaverim cuiquam.

----- *Ligat alter pondere pinus.*] Nugantur Sym-  
bolae. Lucanus interpretatur pari illa in simili-  
tudine vers. 500.

*Fraetaque veliferi sonuerunt pondera mali.*

*Pinus* hic plane pro malo navis, ut etiam Lu-  
canus lib. 11. vers. 695.

----- *Dumque ardua pinus*

*Erigitur.*

(Hh 3)

Pon-

Pondera igitur mali antennae sunt, juga ibidem Lucano dictae:

*Dum juga curvantur mali.*

Et vela, quae antennis adligantur, & hoc est scilicet, quod Arbieter nunc aperte inquit.

*Alter tuta sinu, tranquillaque littora quaerit.]* Hoc est, nando vitae consulit. Exprimit industrie illud Lucani dicto jam simili lib. 1. vers. 501.

*Desilit in fluctus deserta puppe magister,  
Naxitaque.*

*Sinu Arbieter, pectore Virgilius inquit in IX. vers. 103.*

----- *Secant spumantem pectore pontum.*

----- *Gemino cum Consule Magnus*

----- *Imperii deserto nomine fugit.]* Vix tibi temperes à risu, si Symbolas hic consulis. efferunt: Pompejus bis consul, & nihil amplius addunt. immo ter, si bene calculum ponunt. E'ro tamen bis, quidnam illud in praesentia fecerit Arbitro? ne hilum. Rem autem ego sic pandam. Consules C. Claudius Marcellus & L. Cornelius Lentulus anno ab V. C. si Fastrum Capit. & Dionis stat fides 705. si Annaei Flori 704. si Patereculi 703. postquam ab illis Pompejo bellum contra Caesarem mandatum est, omnes una cum maiori senatus populique parte, deserta Urbe, in fugam se dederunt. Inquit Vellejus lib. 11. *Cv. Pompejus consulesque, & major pars senatus, relicta Urbe, ac deinde Italia, transire Dyrrhacium.* Sic & Appianus lib. 11. de Pompejo loquens: *Ἐξήκει τῆς τε βελῆς καὶ τῆς πόλεως αὐτίκα εἰς τὴν ἐν Καπύρῳ στρατιάν· καὶ οἱ ὑπάτοι συνέπιπτον αὐτῇ.* Curiam exiit, ac mox Urbem quoque, petens exercitum ad Capuam, quem confestim secuti sunt consules. Item Florus lib. 11. *Nec Pompejus ab Italia, quam senatus ab Urbe, fugatur prior, &c.* Sed, plures quid referam, quum plus satis rem jam patefcere, ire possit inficias nemo. Vide tamen, si lubet, Plutarchum in Pompejo, Dionem lib. xli. Lucanum lib. 1.

*Ille tremor Ponti.]* Pontus hic Asiae regio est, sic Ptolomaeo vocata; regnumque Mithridatis Lucano in x. Ipsam Pompejum subiecit, ex eaque tertium triumphum duxisse, tradit Plutarchus in Pompejo, Appianus lib. de Bell. Mithrid.

----- *Saevi quoque terror Hydaspis.]* Hydaspes Indiae flumen, per quod Arbieter populos designat plurimos orientis, quos Pompejus subegit: ac veluti adpendiculae fuere belli Mithridatici, ut loquitur Plutarchus in Pompejo. Pariter & Lucanus memorat in viii. vers. 227.

*Qua rapidus Ganges, & qua Nysaeus Hydaspes*

*Accedunt pelago, &c.*

*Et piratarum scotulus.]* Piraticum innuit bellum,

quod admodum difficile magnique momenti P. R. fuit. Innumeri namque piratae continuis incurfationibus plures vexabant Romani imperii provincias, agrifque eorum à cultoribus desertis, urbanum jam multitudinem fames premebat. Formidabilius adhuc eo, magisque existerat Pompejo gloriosus, quod prius Muraena hos praedones adgressus, nec quicquam effecerat memorabile, nec post eum Servilius Isauricus. Tandem vero Magno decretum mira dexteritate, celeritateque confectum fuit. Fufe narrat Appianus Bell. Mithrid. Plutarchus in Pompejo, & Dio lib. xxxvi. Lucanus autem tetigit saepe.

----- *Modo quem ter ovantem.]* Sic etiam cap. cxxxiii.

----- *Et ter ovantem*

*Circa delubrum gressum feret ebria pubes.*

Ubi laetabundum gressum Arbieter significat, uti haud semel interpretatur Servius, Virgili Scholiastes: nunc vero Pompejum triumphantem. ter namque triumphavit ille, singulos scilicet triumphos de singulis orbis partibus, tum temporis cognitis, ducens. Hocce Plutarchus in hunc modum extollit in Pompejo: *Ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ πρότερον ἦσαν ἕτεροι τεθριαμβεύκατες· ἐκείνος δὲ τὴν πρῶτον ἐν Αἰθίῳσι, τὴν δὲ δεύτην ἐξ Εὐρώπης, τὴν δὲ τὴν τελευτήσαν ἀπὸ τῆς Ἀσίας εἰσπαράγων, τῶν πόντων τινὰ τὴν ἰσχυρότην ἰδόναι τοῖς τρισὶν ἐπιχθονίαι θριάμβοις.* vertit Xylander. Quippe ante ipsum quoque inventi sunt, qui ter triumpharent. Sed Pompejus, qui primum ex Africa, secundum ex Europa, tertium ex Asia, adtulisset triumphum, de toto orbe terrarum quodammodo videbatur triumphasse. Plures memorant, Lucanus passim tangit.

----- *Quem fracto in gurgite Pontus, &c.]* Nam Pontum Euxinum circumquaque, Bosphorumque Thracium frequenter Magnus Pompejus adiit, dum Mithridatem debellaret. *Fractum gurgitem* vocat, vel quod boreae vi, & cacterorum violentissimorum ventorum septentrionalium ferocia mare illud agitari, atque turbari creberrime solet, ut in ejus Periplo docet Arrianus. De ipso etenim sic & Pomponius Mela lib. 1. cap. 19. *Brevibus atrox, nebulosum, raris stationibus, non molli, neque arenoso, circumdatum litore, vicinum aquilonibus, & quia non profundum est, fluctuosum, atque fervens.* Vel quod medium frangi velat videatur, quum per terras sese ingerens effundit. Audi Plinium ejus figuram formamve delineantem lib. 11. cap. 12. *Deinde (post Bosphorum Thracium) vastum mare Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refluxentes occupat terras, magnoque littorum flexu retro curvatus in cornua, ab his utrimque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma. Medio flexu jungitur ostio Maotici lacus. Cimmericus Bosphorus id os vocatur.* Idem pror-

profusus & Mela dicto jam loco. Dionysius Alexandrinus lib. de Situ Orbis, & Eulathius, ejus Scholiastes. Id enim, *frangi*, *scinditur* *scinditur*, *intra*, &c. dicitur eleganter. Dicitur in quibusdam locis in topographia portus Cartaginensis lib. 1. Aeneid. vers. 162.

---- *Quibus omnis ad alta*

*Frangitur, inque sinus scindit sese uola redactos.*

*Et veneratus erat submissa Bosphorus unda.*] Aposite *submissa unda*, uti gestum habitumque venerantium adorantiumque vel aequor sic refert quoque: hoc nunc tandem, & situs hic Bosphori Thracii liberi rationem, mihi venit in mentem. Inferiorem namque loco illum esse Pontum videlicet Euxino, Pontum item palude Maeotide, eruditorum fuit verior quondam sententia. inquit Plinius lib. IV. cap. 13. *Non est omnittenda miltitum opinio, qui, maria omnia interiora illis cepit acri, non Gaditano freto, existimare, haud improbabili argumento: Quoniam aestus semper e Pontu prestans, nunquam recipitur.* quod & lib. 11. dicit, & Strabo lib. 1. aliasque pluribus ostendit. Juvat item & Macrobbi observatio hujusmodi lib. VII. Sat. cap. 12. *Si in Pontum vel palus, vel ligna, seu quaecumque alia nantia, profereris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem.* Nuperum autem hoc nostrum commentum ex illis tamen est, quae, quum adposite scriptorum verbis convenire videatur, eorumque reconditores sensus enucleare, revera imputant eisdem falso profus interpretes. Quid autem dicam *Bosporum*, quem hic designat, *Tiracium*, (nequaquam *Commerium*) angustias illas vocari faucesque, quae inter Propontidem & Pontum Euxinum intersunt? haec sane nemo nequit.

Cap. CXXIV. *Tergo tanta lues Divum quoque numina vidit.*] Sic edidimus nos post Bourdelotium, adfentientem quoque veritissimae eruditorum emendationi. Tergo igitur numina vidit, quod vidit fugientia, idque novissime Dii facere credebantur, ubi aderat rerum desperatio. Spectat huc & illud Petronii cap. LXXXIX.

*Peritura Troja perdidit primum Deos.*

Ubi nos opportuna adtingimus. Laticule nunc depingit Arbiter:

---- *Ecce per orbem*

*Mitis turba deum, &c.*

*Conspicitque fugae coeli timor.*] Fugae, scilicet Pompeji, hoc sensu: Coelicolarum fuga omnino videbatur cum fuga Pompeji convenire. quod in gratiam illius magnifice dictum. Nostrum commentum evincit id profus simile, Trojanac Halbos cap. LXXXIX.

---- *Liberæ ponto jubæ*

*Consentiant luminibus.*

Quod & nos unice interpretamur. Fulcit item,

quod dictum est, *Et tergo emendationem*. non praemitti necessarium, terga M. qui fugientia fuisse vult, ac divorum quoque terga fugientium, ut inductionis clausula sit tempore addatur: *Conges ipse*, &c. Itaque sic omnia optime cohaerent.

---- *Et crinis soluta Jovis.*] In hacce Justitiae Hypotyposi habitum illi dedit Arbiter eo temporis convenientem, alioquin vero profus improprius. Quum enim Mars imperat, belloque ardent omnia, Justitiae vinculis, quibus nempe adstringuntur, solvuntur homines civili doctrina vel egregie instituti. Quod indubie per crinem nunc Justitiae solum significavit Petronius.

---- *Ac moerens lacera Concordia palla.*] Vide ut hocce etiam proxime superius fulciat commentum. Nunc enim Arbiter, ut ruptum ostendat scissumque amicitiae foedus inter Pompejum & Caesarem, rupta scissaque palla *Concordiam* fugientem inducit, parissime ac Virgilius *Discordiam*, ubi innuere vult inter Octavium & Antonium disruptum quoque esse foedus. quem locum plane hic Arbiter acmulatus est. Ecce ait VIII. Aeneidos vers. 722.

*Et scissa gaudens vadit Discordia palla.*

Scissa enim palla, utpote habitu proprio, *gaudens Discordia* Maroni fuit: unde simile palla lacera ac scissa, utpote improprie, contra *moerens Concordia* apte Arbitro postea depicta est. Sic rursus & paullo infra de Discordia pariter inquit Petronius:

*Atque intortorzo laceratam peiore vestem.*

*Perfidiae* pariter & ideo tribuantur, opinor ego, à Claudiano *fracta* videlicet *arma*: fractae videlicet Fidei ut sic imaginem praerberet. Ita de scissae Manlii Theodori loquitur Consulatu vers. 165.

*Nonne vides, ----*

*---- fractis ut lugeat armis*

*Perfidia?*

---- *Sedes Erebi qua rupta dehiscit*] Hiatum certe illum designat, culte admodum superius descriptum cap. cxx.

*Est locus excisio penitus demersus biatu,*

*Partibuspem later, &c.*

*Et Bellona minax.*] Nempe flagello. id ei plures dedere, noiter Lucanus lib. VII. vers. 568.

*Sanguineum veluti quatiens Bellona flagello.*

Sic &

*Fulce minax ----*

numen impudicum est Carmine impudico 35. & furoris hic paucis interjectis describitur

---- *Flagranti*

*Scipite dextra minax.*

---- *Facibusque armata Megæra.*] Seneca Tragice Thyeste vers. 251.

--- E:

----- *Et geminas faces*

*Megaera quatiens.*

Alii. & alias aliis gestaminibus à poëtis donatur.

*Quas inter Furor, abreptis ceu liber habenis.*] Hic ubi imminent arma, bellaque praeparantur, apte depingit *Furorem* Arbitrator solutus vinculis & catenis. Ubi vero felicitatem pacemque Augusti aevi praedicat Juppiter, vincitum, religatumque finxit maximus poëta lib. 1. *Aeneid.* vers. 293.

----- *dirae ferro & compagibus arctis*

*Claudentur belli portae: Furor impius intus*  
*Sarva sedens super arma, & centum vincitibus*  
*abenis*

*Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.*

*Innumerablebus telis gravis.*] Uti Caesaris ille adversus juniorem Pompejum in Hispania dimicantis, quo scilicet tela ducenta, mirum! excepisse testatur Appianus lib. 11. *Bell. Civil.* Minutium vero strenuum militem ejusdem Caesaris apud Dyrrachium uno itidem clypeo centum & triginta, ibidem quoque ipse scriptor.

----- *Mutataque sidera pondus*

*Quaesivere suum.*] Mutatione locus non eget, ut sibi constet; hypallagen namque Arbitrator hic commisit. dictum enim,

*Mutataque sidera pondus.*

pro *mutatum pondus.* Mutaverant plane locum dii, nam in terram descenderant. caesertim Arbitrator:

*Sentit terra deos.*

Et mox:

----- *Namque omnis regia coeli*

*In partes diducta runt.*

Pondus certe deorum grave apud scriptores veteres animadvertitur, quod Adrianus Behotius observavit Apophorct. lib. 1. cap. 9. Sat autem amice Juvenalis Sat. XIII. Arbitrum comitatur.

----- *Nec turba deorum*

*Talis, ut est bodie; contentaque sidera paucis*

*Numinibus miserum urgebant Atlanta minori*

*Pondere.*

Ubi pariter, *sidera*, pro coelum, uti Arbitrator, Satyrographo est.

*In partes diducta.*] Ita Petronius supra cap. cviii. *Totiusque navigii turbam diducit in partes.* Utrobique *in partes* militari notione accipiendum, cujus vocabuli usum Patereulus indicavit lib. 11. *Ut primum C. Caesar inclinatum vidit Pompejanorum aciem, neque prius, neque antiquius quicquam habuit, quam ut (sic legit Lipsius, meo animo, recte) omnes partes (ut militari & verbo & consuetudine utar) dimitteret.*

*Magnum cum Phoebos foror.*] Veram loci hujusce lectionem Casp. Gevartio debemus viro politissimo. Ego quidem, statim atque ejus emendationem vidi, haud eunstanter in textum recepi. Univerfa deorum natio, inquit Arbitrator, in duas erat partes divisa. hinc Caesari favebant dii isti, illinc Pompejo illi. Sed, postquam particulatim illos enumeraret, qui à cujusque partibus stabant, ut prius conceptus locus erat, tantum ipsorum meminisse videbatur, qui à Caesaris erant partibus, nulla facta eorum mentione, qui à Pompeji. Sic locus habebat:

*Magnaque cum Phoebos foror, &c.*

Prorsus ineptissime. Nunc autem, ut emendatus est ab erudito viro, sibi mirifice constat Petronii sententia. nam innuit aperte, Caesari *Venerem* fuisse, *Palladem*, & *Martem*: Pompejo vero *Phoebum*, *Dianam*, *Mercurium*, & *Herculem*. Ex Venere, & Marte Caesarem originem ducere, creditur; itaque illos habere propitios, rationi erat omnino consentaneum. Ita & Phoebum pariter haberet Pompejus, cui templum crexerat, Dianam item venationum amphitheatralium praesidem, ipsis idem deditissimus; & *Herculem* denique cui *totis adis similem* Arbitrator nunc facit ipsum Pompejum. Hocce sane conlatio illa, quam Plinius instituit Herculis & Pompeji lib. vii. cap. 26. firmat non leviter: *Ad decus imperii Romani, non solum ad viri unius pertinet, victorias POMPEII MAGNI, titulos omnes, triumphosque hoc in loco nuncupari: aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam HERCULIS prope, ac Liberi patris.* Porro Pompejum magni cognomento insignitum olim fuisse, adeo vulgare est, ut ignoret nemo, ex ipsoque isto poematio satis superque liquet, Lucanoque passim. Sed plenius apud ipsum Gevartium dictorum fulcimenta videri poterunt lib. 1. *Elect.* cap. 6.

*Intremuere tubae.*] Varians isthacc lectio est. Alii, ut hinc comam *Discordiae* Arbitrator describere incipiat, *intremuere jubae*, legunt. Aliae editiones habent, *intremuere tubae*. Est &, qui emendet, *intonuere*. Ad oram vero cujusdam mei exemplaris manu Germani non ineruditi exaratum reperi: *legendum potius intonuere tubae, vel ingemuere.*

----- *Hujus in ore*

*Concretus sanguis.*] Aristides, oratione de *Concordia* ad Rhodienses, *Σύμῆτιν*, quae eadem cum *Discordia*, fat depingit similiter. nobis sic placuit conferre:

----- *In ore*

*Concretus sanguis,*  
Oratori illi est, *τὰ δὲ χεῖλη περιδιὴν, labris livida.*

----- *Contusaque lumina flebant.*] Ibidem Aristides: *τὰς ὀφθαλμὸς διεσφραμμένῃ, δάκρυσι νεοῖα φάν-*

ῥάνοις ἀπὲς συνχοῦσιν. *Distorta oculis, recentibus persusa semper lacrimis.*

--- *Onessa draconibus ora*] Hoc est, anguineo capillamento frons redimita. A me plane est Virgilius in vi. *Aeneid.* vers. 280.

--- *Et Discordia demens*

*Uperem crinem vittis innexa cruentis.*

*Sanguineam lampada.*] Ovidius explicat in iv. *Transform.* vers. 480.

*Nec mora, Tisiphone madafactam sanguine submit*

*Importuna facem.*

Unde jam veram illam lectionem poterunt emendatores concoquere.

---- *Non femina cesset, &c.*] Ex ore nempe Discordiae opportune valde verba prolata. inter omnes enim cupit venenum suum disseminari.

---- *Testa rebellent.*] Hoc est, nutent, vacillent, quod passim visitur, quum tremat tellus, ut ait Arbiter, nam quasi emota sedibus suis nunc hic, nunc illic abire, aut referri, tunc testa videntur, adterente Juniore Plinio lib. vi. Ep. 16. Quod & in seditionibus, quas amat nutrix illa bellorum Discordia, parissime plerumque contingit. idque Arbiter supra cap. praecedenti dixit, & potissimum est hujus difficilis loci interpretamentum:

---- *Ergo pulsata tumultu*

*Pestora per dubias scinduntur territa causas.*

Nam testa ibi *μετανοητικῶς* pro civibus sananda.

*Tu legem Marcelle tene.*] De mittendis scilicet in Galliam Caesari ante tempus successoribus, quod in primis dissidium illud intestinum excitavit. Consul tunc temporis erat C. Claudius Marcellus, qui Pompeji partes sequebatur, Caesari vehementer infensus. Vide Dionem lib. xl. Tranquillum in Julio cap. xxviii. Florum lib. iv. cap. 2. Appianum lib. 11. Bell. Civil.

---- *Tu concute plebem*

*Curio.*] Nam Curio eo anno Tribunus erat plebis, & ipsi commovendae aptissimus, qui *καὶ ἐστὶ δῆλον εὐχαιστὸν εἶναι καὶ εἰπεῖν ἰσχυρῶς*, & apud plebem gratiosissimus & simul eloquentissimus foret, Appiano teste lib. 11. Bell. Civil. [p. 443.] Ipse autem quum primum esset valde Caesari adversus, postea muneribus largis inductus est, ut eidem tandem faveret. Appianus quoque, alii.

---- *Ne supprime Lentule Martem.*] Immo excita, quod haud semel Cornelium Lentulum conlegam Claudii Marcelli anno sequenti, & ultimo libertatis Romanae, fecisse, historici tradunt. Ecce inquit Plutarchus in Caesare: *καὶ Λεντῶν ἐὶ ὑπάρχει βοῶντι ὀπλων δὲν πρὸς ἀνδρῶν λήσῃν, ἔψιζαν.* *Ac Lentulus consul armis, non*

*suffragiis, contra latronem (Caesarem) opus esse vociferans, &c. & sic alias.* Exi at & apud Lucanum initio lib. v. Lentuli oratio, qua senatores, Pompejanumque exhortatur exercitum, magnis scilicet animis adversus Caesarem esse deconcertandum. ipsam si lubet, adi.

*Quid porro tu, Dico, tuis cunctaris in armis?* Patriculus interpretatur: *Nihil relictum à Caesare, quod servandum pacis causa tentari possit.* quod idem multis alii prosequuntur.

*Non frangis portas?*] Juvat capere de Caesare, portas aerarii Romani cisingi jubente. Plutarchus in ejus vita: *ἰκανὰ πύλας τὸ Μετερον εἶπεν ἐδαδίζετο πρὸς τὰς θύρας ὅ ταιεῖς, καὶ φωνομένην ἢ κλειδῶν, καὶ καλεῖς μεταπερψάκειν, ἰκεῖσιν ἐκέλευεν.* Sic satus ad Metellum, profectus est ad fores aerarii. non comparantibus clavibus, sabros accivit, rumpi jubens eas. Sic Dio lib. xli. Appianus lib. 11. Bell. Civil. Florus item lib. iv. cap. 2. *Aerarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant tribuni, jussu: effringi: consumpque & patrimonium populi Romani ante rapuit, quam imperium.* ideo addidit:

*Τὸ θηραῖο καὶ ραπίς?*

---- *Negis, tu Magnus, turri*

*Romanas arces?*] Dicit, quod, adpropinquante Caesare, urbem Pompejus deseruerit, quod supra plene jam ostendimus.

---- *Epidauria moenia quaere.*] Equidem apud censores jurem, mendacem istam scripturam esse, quod & interpretes nonnulli subodorari videntur: id autem praesertim animadvertitur, quod vicina admodum sit meliori prorsus illi, nempe *Epidamnia*. Epidamnus civitas Epiri est, eadem scilicet, quae & Dyrrhachium, etsi aliter Appianus videtur sentire, lib. 11. Bell. Civil. duas faciens illas, sed vicinas inter se, reluctantibus tamen praefcis aliis scriptoribus. Ad Dyrrhachium ergo adpulerunt consules cum Pompejano exercitu, ut primum Italia solverent; ad quod & pugna quoque celebris, inde superior Pompejus evasit. apte igitur illum hortatur, dea, ut quaerat felicem sibi regionem futuram.

*Thessalicosque sinus, &c.*] Thessalia Graeciae regio est, Macedoniae propinqua, ubi Pharsalici campi conflictu illo maximo Caesaris & Pompeji oppido famigerabiles. Sic *Thessalicae clades, ruinae, caedes, dies, pugna, &c.* pro Pharsalici passim Luciano sunt. eo autem praelio victus tandem Pompejus. idque, quum illum adloquitur Discordia, jubetque humano tingi sanguine eos sinus, intelligendum omnino est.

*Herdiptarum.*] Notum vocabuli connubium, cui & similia alia, apud Nonium, *coenipeta*; apud Cicronem, *agripetae*; apud Plautum & Apuleium, *lucripetae* sunt.

(I i)

Opes

Opes suas summo cum certamine in Eumolpum congesseverunt. certatim omnes muneribus, &c.] Supra & hujusce meminimus. Sic apud Plautum ait Periplectomenes in Milite Aet. 111. sc. 1.

Illi inter se certant donis, ego haec necum misisto:

Bona mea inbiant, certatim dona mittunt & munera.

Apud Lucianum item in Dialogis mortuor. Polystratus senex erbus, & dives: *οἱ δὲ ἡμιμαῶντες, ἔα ἀλλήλους ὑπερεπαύσαντο ἐν τῇ πείρῃ ἐπὶ φιλοδομίαις.* Interim illi inter sese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus alium alius antequam nitentur. Et pluribus ibidem.

Cap. CXXV. Removisse vultum fortunam.] Vultum, id est, conspectum. Sic Lucanus lib. vi. Caesaris in vultu, dixit, pro, in conspectu. Horatius itidem vultum Fortunae dedit lib. 1. Ep. 11.

--- Et vultum servat Fortuna benignum.

Consuetudinem meam.] Praesentem, ac felicem.

Cap. CXXVI. Qui nosse venerem tuam, superbiam castas.] Nae superbiam jam olim peperit ingentem pulcritudo. Adposite Veneris pullus lib. 111. de Arte:

Forma Dei munus, forma quata quaque superbit.

Juvenalis item Sat. v.

--- Sed forma, sed actas

Digna supercilio.

Ubi Scholiastes: Quia pulcer, & juvenis, ideo superbit. Verum enim vero omnino hic est, superbiam captare, quod cap. xvi. fastum facere. Ipsus Naso in Fastis:

Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam.

Et lib. 11. Amor. El. 17.

Dat facies animos, facie violenta Corinna est:

Me miserum! cur est tam bene nota sibi?

Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus:

Nec nisi compositam se videt illa prius.

Mire & huic consonat fastus puellae in codicillis cap. cxxix. Non timeo, ne quis inveniat, cui minus placeam. nec speculum mihi, nec fama mentitur.

Venerem tuam.] Seneca lib. 11. de Benef. cap. 28. Ille non est mihi par virtutibus, nec officiis: sed habuit suam venerem. Plinius vero sat comode interpretatur cap. 10. lib. xxxv. de Apelle loquens: Pictorum opera quum admiraretur, conlaudatis omnibus, deesse iis unam illam Venerem dicebat, quam Graeci Charita vocant.

Vendisque amplexus.] Tale namque est superbientium ingenium, sciuntque miseri, qui Veneris fastigatissimae numen precio expiare didicerunt.

Flexae pelline comas?] Paullulum intortae ac

crispatae. Id magni olim factum tam viris, quam mulieribus. Martialis lib. 111. Ep. 63.

Bellus homo est, flexo qui digerit ordine crines.

Et lib. x. Ep. 65.

Tu flexa nitidus coma vagaris.

Propterea, ubi natura deforet, ad id ars erat adhibita. Major igitur laus illa Circes inferius hoc cap. crines ingenio suo flexi, ubi nos plura. Artis vero subsidium pecten erat. Sic, ut Arbitrator, Spartianus de Adriano imperatore, ejus vita cap. xxvi. Forma contus, flexo ad pectinem capillo. Item calamistrum. Arnobius lib. 11. Calamistris vibrare caesariem. & Auctor Phallicorum Ep. 45. Hinc Cicero interpretandus de Pifone: Erant illi comi capilli. Cui oppositum Appulejus 11. Metam. inaffectatum capillitium vocavit.

Facit medicamine adtrita.] Sumendus videtur locus de voflura pilorum. facit, ut credam, Martialis lib. 11. Ep. 29.

Et splendent FULSO trachia TRITA PILO.

Nam id frequenter in usu viris impudicis. Ipse saepe Valerius, & signanter lib. 111. Ep. 74.

Pilothro faciem levos.

En medicamine. Arnobius, ut Petronius, conjunxit cum ementita crispitudine dicto jam loco, cutem corporis levigare. & passim plures. Insignem tamen locum Lampridii referam de Alagabalo mire commento nostro facientem, in ejus vit. cap. xxi. In balneis semper cum mulieribus fuit, ita ut cas ipse pilothro curaret: ipse quoque barbam pilothro adcurans. quodque pudendum dictum est, eodem, quo mulieres, adcurabatur, & eadem hora. Insuper vero, post vofluram, & fucus additus. illud est Ciceronis superiori etiam loco: Ceruffataeque buccae, dignae Capua. Et Petronius supra cap. xxxiii. & inter rugas malarum tantum erat cretae.

Et oculorum quoque mobilis petulantia.] Indicium de Polyacni moribus Chryfidi datum etiam ex oculis. Oculi nimis arguti, inquit Cicero 1. de Leg. quemadmodum animo adfessi sumus, loquuntur. Sunt enim oculi arguti, loquaces, mobiles, petulantes. Sic apud Ovidium etiam El. 11. lib. 111. Amor.

Risit, & argutis quiddam promisit ocellis.

Petulantes vocavit iterum Petronius oculos formosissimae feminae cap. cxxxvixi. Ipse Paris deorum lividiantium iudex, si hanc in comparatione vidisset tam petulantibus oculis. Eustathio lib. 111. id est, οὐμα γερῶν, oculus mobilis, petulans. Et Luciano in Imaginibus, ἡ ὀφθαλμῶν δὲ τὸ ὕψος ἄμα τῆς φαίδρω, ἔ κεχαλασμένω. Oculorum mobilitas cum hilaritate, & gratia conjuncta. Alias mollis petulantia, nec improbandum.

Quo incessus tute compositus, & ne vestigia quidem



dem extra mensuram aberrantia?] Carpit in viro molliorem sane intolerabilem, qui morbus frequens inreplit aevo suo corruptissimo, uti ex creberrima censura colligere est Senecae Filii, scriptoris synchroni. Sic rursus cap. cxiix. Arbitr.

----- Omnibus ergo

Scorta placent, fractisque enerco corpore gressus.

Unde apud Phaedrum Fab. 82. patet, qui gressus languidus sit, & delicatus. Feminae autem veniam mereri videbantur, ut pote quibus sine dedecore fuit omnium elegantiarum permillum semper studium. Ideo inter alias hancee non praetermisit nequitiarum magister in 111. de Arte vers. 297.

Omnibus his, quando praesunt, impendite curam,

Discede semineo corpora ferre gradu.

Est & in incessu pars non temnenda decoris:

Adlicit ignotos illa fugatque viros.

Haec moxet arte latus: tunicisque fluentibus auras

Excipit, extensos fertque superba pedes.

Illam, velut conjux Uniri rubicundi mariti,

Ambulat, ingentes varica fertque gradus.

Sed sit, ut in matris, modus hic quoque: rusticus alter

Motus in incessu, mollior alter erit.

Hinc ergo discimus, & modum hic vel feminis ipsis esse servandum. nimis namque turpe compositus incessus fastidio erit haud secus spectantibus, atque rusticus videlicet & incompositus. Mollitorem argute vocat illum nunc Naso, quem condemnat; nam, qui mollis tantum, omnino commendatus antiquis. Sic Brutus laudat, referente Cicerone apud Quintilianum lib. vi. cap. 4. Nae illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles. Sic & Propertius, quum puellae ait, Musam suam celebrare elegantem incessum Eleg. 12. lib. 11.

Et canit, ut soleant MOLLITER ire pedes.

Ita & alii, plures vero floride describunt, nec desunt, qui exagitant.

Tute.] Variant Critici, studio, arte, fuceo. sed fucum faciunt. Tute vulgati omnes, quos viderim, retinent, ac nos amplectimur. Si mutationi autem locus, turpe, cum Catullo reponerem. quae scriptura ad vulgatam & proxime accedit. inquit Carm. 42.

----- Illam, quam videtis

Turpe incidere, mimice, ac moleste.

Vides me?] Mire vilis sic capitis expressum ingenium. infimae namque fortis feminis dicaculis id genus formulae iniunt peculiare, quas improprie admodum facias ab inultribus mulie-

ribus usurpari. Ex illis isthace omnino est, Vides me? nobis itidem familiaris, Veijme? tu es, &c.

Ex vultibus tamen hominum mores colligo.] Cicero 1. de Leg. Et is, qui adpellatur vultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores. Inde eleganter quidem Orat. in Pisonem, vultum mentis sermonem vocavit. sic in princ. ait: Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in errorem homines impulit, &c. Hinc ergo discite, quid proprium vultus erat antiquis Romanis.

Aut flatores altius cinctos.] Matronas, ait, nonnullas ad libidinem haud concitari, nisi flatorum altius cinctorum spectaculo. Stator servus est carceris custos, aut aliubi janicularius, quae voce latet hic, reor, nequitia: flatorque scortillo nunc est, cui flaret scilicet mentula oportune. sic ἀπλῶς suntum flare priscis frequenter, pro, tam rigidum stare, quam cornu. Appulejus lib. 11. Lufus Asini: Steterunt & membra, quae jacebant ante. Martialis lib. 11. Ep. 45.

Quae tibi non stabat fractissima est mentula, Glyste.

Et Ep. 75. lib. 111.

Stare, Luperce, tibi jam pridem mentula desit.

Quod Epigramma lepido joco claudit ad ambiguitate & flare petito:

Mirari satis hoc quisquam, vel credere, possit,

Quae non stat, magno flare, Luperce, tibi?

Et alias saepe, nec non alii. Commentum etiam nostrum & illud oppido juvat, altius cinctos. quod, paratos ad opus, veneris nempe, interpretari cum pluribus proclive est, uti & illud alibi Petronii interpretantur: & praecincti certe altius eramus. Similis prorsus fuit & Faustinae M. Antonini uxoris libido, de qua sic cap. xix. vide Rigaltium ad Phaedrum Fab. 36. Capitolinus in M. Antonino Philos. cap. xix. Multi autem serunt, Commodum omnino ex adultorio natum: siquidem Faustinae satis constat apud Cajetam conditiones sibi & nauticas, & gladiatorias, elegisse. Caussam reddit Lampridius in Alagabalo: & cap. viii. Ilque diligenter tur tur est, ut ex tota penitus urbe, atque ex nauticis monobelos quaerent: sic eos appellabant qui viriliores videbantur. Alii legunt, orobelos, notum inter obscena asinus, sive Petronio teste cap. xxiv. hodie enim post bellum, &c. Alioqui & flatores tabellarii sunt, ut ex Cicerone, aliisque constat. Ideoque ut pote qui iter facturi, altius cincti. Et sic quoque argute Arbitr laudat.

ret dilogia. Ridicularii ergo hic profus illi, quibus *discinctos*, placet.

*Harenarius aliquis accendit.*] Haud dubio multae olim inlustres feminae & gladiatoribus caluere. memoria enim insignes, Faustina eadem M. Antonini conjunx, & Hippija Fabritii Vejentonis senatoris viri, & consiliarii Caesaris. De illa jam Capitolinum testem adsevimus in M. Antonino Philof. In hanc autem Juvenalis pluribus invehitur Sat. vi. ubi ejus cum Sergio gladiatore in Aegyptum fugam describit: ac demum rationem reddit, cur omnia reliquerit facta tandem nobilissima matrona harenarii secutuleja. ipsam ergo, inquit Satyricus, non ludii eximia pulchritudo movit, nec aetas juvenilis; nam admodum deformis ille erat, jamque grandaevus:

*Sed gladiator erat: facit hoc illos Hyacinthos:  
Hoc pueris, patriaeque, hoc praetulit illa sorori,*

*Atque viro; ferrum est, quod amant.*

Huc etiam opportune facit Tertulliani locus, ut est tamen à Lipsio fatis bene emendatus lib. de Amphith. cap. 3. *scenicos, xyfticos, harenarios illos amentissimos, quibus viri animas, feminae autem illis etiam corpora sua substernunt.* Sunt etiam & venatores dicti harenarii.

*Aut persufus pulvere mulio.*] Quid habent cum luctatoribus muliones commune, ut hic confundant interpretes? ego quidem profus ignoro. Utrique haud dubio pulverulenti, sed diversa admodum ratione. Proinde ergo (nisi parum fortassis tempestivus alicui venire mulio videretur inter scenicos nimirum ludios, & harenarios, quod perridiculum foret) concinne fatis de muliorum ductoribus acciperem locum. animadvertere namque obvium cuique est, quantum ab itinere pulveris contrahant necessario muliones. Sic de amasio fugitivo dixit Tibullus lib. i. Eleg. 9.

*Fam mihi persolvat poenas, pulvisque decorem  
Detrahet.*

*Aut hisfrio scenae ostentatione traductus.*] *Ostentatio* frequenter Ciceroni *simulatio* est. *Traductus*, infamia notatus, adfectus, ut tonsoribus notum. Sermo hic de contemptissima faece hominum est. Faciunt & huc mirifice illa Juvenalis in vi.

*Urbicus ex odio risum movet Attellanae  
Gestibus Autonoes: hunc diligit Aelia pauper.  
Solvitur his magno comoedi fibula: sunt, quae  
Chryfogonum cantare vetent: Hispulla tragoedo  
Gaudet.*

Ac deinde pluribus.

*Usque ab orchestra quatuordecim transit.*] Elegans & multiplex est usus particulae, *usque*, hujusmodi amplificationis triplex. *A loco*, uti nunc Arbitr, & passim Cicero. *A persona* item Tullius i. de Nat. deor. *usque Thabete*, &c. Ac deni-

que *à tempore*. Idem lib. vii. Ep. ad Atticum Epist. 8. *Habebamus autem in manibus Antonii concionem, habitam x. Kal. Jan. in qua erat accusatio Pompei usque à toga pura.* Ceterum *orchestra* Graecis ὄρχηστρας, à saltatione. S. Isidorus lib. xviii. Orig. cap. 44. *Orchestra autem pulpitum erat scenae, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disjungere.* Et Scholiastes Juvenalis ad illud Sat. vii.

*Quaeque reportandis posita est orchestra catbedris.*

Ait: *Orchestra spatium in theatro dicit esse, quod pantomimo saltanti vacat. Ejusmodi autem & poëtae legitur, in quo stans recitet.* Sic viri docti isthaec emacularunt verba antea corrupta. Item senatus fedes destinata in theatris, & amphitheatris *orchestra* dicta, puto, quod pantomimorum alteri proxima foret. Habebat primos nimirum, proximofque scenae, & arenae usque ab podio gradus quatuor, aut quinque. Ita Vitruvius de orchestra theatri loquitur lib. v. cap. 16. *In orchestra autem senatorum sunt sedibus loca designata, & ejus pulpiti altitudo ne sit plus pedum quinquè, ut qui in orchestra sederint, spectare possint omnium gentium gestus.* De ista loquitur in praesentia Petronius orchestra. Post illam statim *equestria* erant, quae quatuordecim gradibus constabant. Deinde plebi spatium magnum, gradus plures, ubi hera Chriftidis, quos deperit, acupatur. Latius autem de *orchestra*, alii jam in theatris suis, & amphitheatris.

*Quatuordecim.*] Sic *quatuordecim*, sine adjectione Suetonius in Augusto cap. xl. *Quum autem plerique equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos è quatuordecim non auderent, metu poenae theatrialis.* Macrobius etiam cap. 3. lib. ii. Saturnal. *Deinde quum Laberius in fine ludorum anulo aureo honoratus à Caesare, è vestigio in quatuordecim ad spectandum transit.*

*Et in extrema plebe quaerit, quod diligit.*] Sic Sentius Augurinus:

*Et quaerit, quod amet.*

In extrema plebe, hoc est in loco tertio, & summa cavea, ubi extremi gradus populo adtributi, unde *popularia* vocata. Suetonius in Claudio cap. xxv. & in Domitiano cap. iv. *Dieque proximo omne genus rerum missilia sparsit: & quia pars major intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris & senatorii ordinis pronunciat.* Dispertita ergo tria loca, *orchestra*, *equestria*, *popularia*, tribus populi Romani ordinibus, *senatus*, *equiti*, *plebi*, scilicet.

*Nolo tibi tam valde placeas.*] Illud Ovidii est iii. de Arte de comitis adulescentibus loquentis:

*Praecipue, si cultus erit, speculoque placebit.*

Parissime, ut Arbitr, Martialis item lib. iii. Ep. 55.

NOLO, peregrinus PLACEAS TIBI, Gel-  
lia, nugis.

Et lib. v. Ep. 59.

----- NOLI TIBI. Cinnia, PLACERE.

Terentius Prologo Heautont. belle usurpavit:

----- Ut adolescentuli

Vobis placere studeant potius, quam sibi.

Glossae veteres: Sibi placens. Αὐτοδός, Ἀδελφε-  
τος. Cornelia Gracchorum mater heroina lu-  
cundissima in quadam epistola: Et, si perseveras,  
vereor, ne in omnem vitam tantum laboris culpa tua  
recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

In crucem mittam.] Venisse sane dictum. Crux  
hic pro cruciario, ut superius diximus. inquit  
dicacula nunquam succubuisse servo, cumve am-  
plexam. Vere nam supplicium servile crux. Vi-  
de, ut distinguit Caesar militum ac servorum sup-  
plicia, referente Hirtio de Bello Hispan. Ea  
nocte speculatores prebensi servi tres, & unus ex le-  
gione vernacula: Servi sunt in crucem jublati, mi-  
liti cervicis abscijjæ.

Flagellorum vestigia.] Et hocce de servis quo-  
que accipiendum. Itaque adversus genuinam le-  
sionem frustra est Criticorum pruritus. Rursus  
ad libidinem sordidam redit ingenuarum, effert-  
que mira exaggeratione. nam quum prae verbe-  
rum immanitate stigmati servi necessario relin-  
querentur, aliter fieri non poterat, quin facpi-  
cule oscularentur ea vestigia impudicæ matro-  
nae. Flagris ac loris caedi, inliberate ac servi-  
le fuisse, nemo nescit. Unde fat hic opportu-  
nus Plauti festivus jocus Poenulo II. 1. 136. ter-  
gum servi flagellis secti ostreatum vocantis, hoc  
est, stigmati verberum, ac vibicibus, dura-  
tum, ut testæ sunt ostreorum. Sciens autem  
sexcentos alios praetermitto.

Etiamsi ancilla sum, &c.] Fuere olim & id ge-  
nus superbiens ancillæ, quæ & fuere nobiles,  
qui ejusmodi sordibus calerent. Eleganter Ro-  
manæ lyrae princeps Horat. lib. I. Carm. 33.

Ipsam me melior quam peteret venus,

Grata detinuit compede Myrtale

Libertina, fretis acrior Adriæ

Curvantis Calabros sinus.

Luget plane suam sortem, factus quippe, licet  
non ingratiis, ipsusmet mancipium libertinae.  
Id etiam Agathias Scholasticus ut intolerabile in-  
ter amorum recenset incommoda lib. VII. An-  
thol. Epigr. 80.

Ἦν ὁ μισθὸς ἰσὶν ἑσπεριανῶν, τλήθι καὶ ἀδελ-  
φῶν ἐναρὰν ἀγδῶν δυνάσιν γινώσκοντα.

Si vero miscearis propriae ancillae, perfer &  
ipse

Servus alternatim servae fieri.

Tali ergo libidine flagrantis ancillariolos antiqui  
vocabant, ut Seneca docet lib. I. de Benef.  
cap. 9. & Martialis lib. XII. Ep. 58.

Nunquam tamen, nisi in equestribus, sedeo.] Ma-  
net adhuc in metaphora scortillum, lepidumque  
schema exhibet ingeniorum illa disparitas. Eque-  
stria sunt loca equitibus destinata. eis videlicet  
Leges Roscia & Julia XIV. gradus assignantur in  
theatris & amphitheatris. In ipsis tamen sedere  
non licebat equitibus illis, qui sine suo, sine  
fortunæ, vitiio decoissent. Sed hocce protri-  
tum. Equestria ἀπαρς frequentius scriptores prisca  
dixerunt. Sic Seneca Rhetor. Contr. 18. D. Ju-  
lius ludis suis minimum produxit, deinde equestri il-  
lum ordini redditum jussit ire sessum in equestria.  
Sic & Philosophus Seneca lib. VII. de Benef.  
cap. 12. Suetonius in Caligula cap. xxvi. & plu-  
res alii.

Inter monstra numerare.] Quicquid natura sua  
degenerans est, proprium monstrum nuncupatur.  
Cornelius Fronto: In monstro rectus ordo naturæ  
vertitur. Recte ergo nimirum nunc Arbiter,  
quum utraque à natura sua tam longe diversam  
haberet libidinem.

Procedentibus deinde longius legis.] Valde hæc  
lectio mihi probatur. nam formula erat Roma-  
nis, velut vernacula, familiaris, longi logi. Hi-  
spani dicunt, Cuentos largos. Plautus Menaechm.  
Act. v. sc. 11.

Loquere, uter meruistis culpam, paucis: non  
longos logos.

Alia vero Arbitri exemplaria præferunt, locis.  
quod idem prorsus est. Nonius: Logi, à Græ-  
co λογος, sermones, vel dicta ridicula, & contem-  
nenda. Etiam usurpabant, ut nugæ. Persius  
Sat. 11. Turpilius Canephoro:

Testamentum ergo celabis? logi.

Terentius Phormione Act. III. sc. 11.

PRÆ. Foeneratum istuc beneficium tibi pulcre  
dices. Do. Logi.

In platanona.] Id est, platanctum, locum ubi  
plures platani. Seneca Ep. 55. Platanona mediis  
ricus, & à mari, & ab Acherusio lacu receptus,  
Euripi modo dividit. Sic & Martialis lib. III.  
Ep. 19. Platanus arbor ad opacandum locum tan-  
tum idonea est, unde ei nomen πλάτωνων.  
De illa & ideo Plinius sic lib. XII. cap. 1. Quis  
non jure miretur arborem umbræ gratia tantum ex  
alieno petitam orbe? Adeo ergo tantum, ut vel  
maritandis vitibus utilis non sit. Propterea Ho-  
ratio coelebs haud invenisse nuncupata, & vidua  
Martialis. Umbra tamen admodum celebris fuit.  
Petronius ita cap. cxxxii.

Nobilis æstivæ platanus diffuderat umbras.

Plures. ideo sub platanis, opacitate quidem  
earum mirifice adlectante, crebriter convivaban-  
tur veteres. Virgilius IV. Georg.

Jamque ministrantem platanum potantibus um-  
bram.

Etiam Horat. lib. II. Carm. II. Unde genialis  
(II 3) Ovi.

Ovidio adpellata x. Metam. & pluribus mirum in modum in delictis habita. Macrobius refert lib. 11. Sat. cap. 9. *Q. Hortensium platanos suas vino irrigare consuevisse.* Et, *Xerxem aliam in Lydia adamasse,* Aelianus lib. 11. de Var. Hist. cap. 14.

*Haec conlegit altius tunicam.]* Mire gestum exprimit abire parantis, ut supra jam notabamus ad verba cap. XIX. *Et praecincti certe altius cramus.*

*In eum daphnosa, qui ambulationi haerebat.]* Δαφνών, lauretum, vel loretum. Martialis lib. x. Ep. 79.

*Dissipuit daphnosa suo Torquatus in agro.*

Et Ep. 92. laureum nemus vocavit. Laurus infructuosa quoque arbor est, sed quae pariter ornatui faciat, amoenitatisque. Ea de, ac platano, aliiisque similibus Ulpianus de usufructu capiendus, Petronio inlustrando adpositissimo loco: *Etsi forte voluptare fuit praedium, viridaria, vel gestationes, vel DEAMBULATIONES, arboribus infructuosas opacas, atque amoenas, non debet deiecerit.* Et Appulejus lib. XI. *Quaeque arbores earum tantum umbra contentae. & steriles, austeris laxatae statibus, &c.*

*Laterique adplicat meo mulierem.]* Minus nequitiae hic quam alias πρὸς lateri, quippe enim acu Ovidium tetigit El. 10. lib. 111.

*Quanto ego non fixus lateri spatiantis adhaesi? Unde & Martialem interpretor Epigr. 68. lib. VI.*

----- Ille tuum, Castrice, dulce latus.  
Hic tibi curarum socius, &c.

Ibi ergo adsilium itidem tantum comitem equidem agnosco. uti apud Catullum Carm. 21.

*Haeres ad latus, omnia experiris.*

*Omnibus simulacris emendatiorem, nulla vox est, quae formam ejus possit comprehendere.]* Utrumque pariter conjunxit Simocatus quadam epistola amatoriam haece nempe verbis: *Τὸ δὲ θεῶν εἶπε λόγῳ ἐκδοῦσθαι, οἷε ζωγράφῳ χεῖρες μιμήσαντο.* Spectaculum vero neque sermo expresserit, neque pictoris manus facile fuerint imitatae. Porro cum simulacris conlatae olim formae emendatissimae cultis scriptoribus. Sic de Ephesina Melite amore percita Achilles Tatius inquit lib. v. *Γυναῖκα δὲ ἐξέμεινε ἐπ' αὐτὸν πᾶσι μελλῶ, ὡς τε ἀν' ἰδὸν ἀβλῶ εἰσὶς ἀγαλμα.* Feminam enim ipsius amore affecit ad furorem incendit formosissimam, adeoque ut, quum videas, quoddam iudices simulacrum. Sic & Philostratus de formoso adolescente loquens lib. v. *κατάπερ ἔρουδὸν οἱ γεννησασσῆσαι.* Non secus atque artificiose fabricata Mercurii simulacra. Princeps vero Lucianus hic, dum in imaginibus Pantheae absolutissimam formam cum pluribus confert praeclarorum artificum insignioribus simulacris, immo potius fumens quod in quaque

imaginum fecit artifex eximium, unicam conficit longe omnium praestantissimam. quae videtur & Arbiter adumbrare voluisse, quum paulo post ὄς Circes verbis illis depingit. *Et osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit.* Lucianum, monco, adi, operam haud ludes. Barthium item ad Cyneget. Gratii, ubi de translatione & emendatiorem.

*Formam.]* Pulcritudinem, uti supra jam diximus, Arbiterque pluries usurpavit.

*Crines ingenio suo flexi per totos, &c.]* Duae sunt hic laudes eximiae. prima scilicet, crines natura sua, haud ullo artificio, crispulos esse; altera, ita nempe à natura fuisse levidenti crispitudine inflexos, ut neutiquam id foret impedimento, quo minus per humeros libere fluerent. Similem comae habitum graphice Appulejus descripsit lib. 111. Fab. Miles. patefecitque perspicue Petronii animum: *Uberes enim crines, leniter emissos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes, PAULISPER AD FINEM CONGLOBATOS, in summum verticem nodus adstrinxerat.* Sic rursus, breviuscule tamen, lib. 1. *Jamque primum crines uberrimi, prolixique, & SENSIM INTORTI, per divina colla passim dispersi, mollior destuebant.* Eadem prorsus & Manilii mens verbis illis lib. v.

----- Tortos in fluctum ponere crines.

Ita etiam Eustathius in Prudentiae imagine lib. 11. *Ὁ πολυκαμῶ δὲ φῶς πρὸς τὰς ἀμύκας ἠπώρω] ἢ παρθένα, καὶ βοσπορῆ] μὲν ὡς εἰκός.* Vertimus: *Capillus in cincinnulos decenter conversus per totos virginis humeros eleganter effusus est.* Aelianus quoque de Aspasia lib. XII. de varia Historia cap. 1.

*Ingenio suo.]* Id est, sponte sua, vel natura. Nonius: *Ingenium veteres dixerunt, & sua sponte, vel natura.* Naevius *Lycurgo, &c.* Pariter Donatus ad illud Andriae Terentii: *Bonum ingenium narras adolescentis.* Nec aliud fors Callistratus voluit in Cupidinis imagine: *ἡλῶση τῇ τελεχὶ ἐμῶσεν καὶ νῶϊς χεῖρῶναι.* Spontaneo crine per terga fuso.

*Per totos sese humeros effuderant.]* Aspectu istud jucundum. ideoque aequae olim frequenter conspiciendas sic sese praebuerunt puellae formosae, ac ipsas exin scriptores politici commendarunt. Heliodorus in formosissimae Charieliae descriptione lib. 1. *Καὶ τὴν κάμην ὑπὸ τῷ σφραγῶ βακχεῖον σοδοκμένῃς, καὶ εἶς νῶϊς πλεῖστον ὅσον ὑποταχάσταις.* Coma sub corona bacchico more jactata, & totum per tergum sese effundente. Passim Eustathius, & plures Graecorum. Ita & vetus Latii poeta Ledam depinxit:

*Leda per albentes humeros fluitante capillo.*

Tradiditque ut fumum lenocinium Naso 111. de Arte:

*Alterius crines humero jaſtentur utroque:*

*Talis es adjuſta, Phoebe canore, lyra.*

Numeratque inter eximia Tertullianus, deſcripſeruntque prope innumeri. Appulejus autem eo unice prae aliis delectatus eſt, ut ex ejus ad Fotidem verbis colligere licet lib. 11. Miſeſ. *Sed, ut mihi morem plenius geſſeris, in eſſujun laxa crinem, & capillo ſluenter undante, ede complexus amabiles.*

*Frons minima.*] Et frontes breves antiquis, haud ſecus ac nobis hodie, fuere laudatiſſimae. Res jam occupata eſt aliis. Addimus tamen nos ex noſtro penu magni convivii haud incondita adpendicula. Laudem exin petitam neſcit nemo. e contrario autem equidem praebere convici-um. Sic meretrix comparem infeſtatur apud Lucianum. *Κραισιον. Διπλογ. Αὐτὸ ἐκείνο θανυζαζω, ἢ καὶ ἐπὶ ἄλλοις αὐτῶν ὁ σαρωλάτης ἄρες, ἐκεῖς εἰ μὴ παλαιάπαιτι ἦν ἄλλος ἴσιν, ὃς ἔχει ἑωρακεῖς ἔς μὲν τριχας αὐτῶν ἀρχαίας ἔχουσαν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἔμεγαλα ἀπηγαμῆς.* Ceterum illud miror, quidnam adeo laudet in ea miles iſte, niſi, ſi omnino caecus eſt, qui non viderit, capillitium illam raram habere, & in multam uſque frontem reducitum. Id autem magis mihi jam olim fuit dignum obſervatione, videlicet, natura illi defectui praefico, pariſſime ut nos, ſuppeditas quondam iuiſſe: Feminae calamitriſis in annulos cinnocinoſque illud comae convertunt, quod potiſſimum totam frontem circumdat: ininuant & ſic, obumbrantque id latitudinis illis ſcilicet viſum minus decorum. Simillime & ſuo aevo factum oſtendit Lucianus in Amoribus hiſce verbis: *Σιδροῶ γε ὄργανα πνευθὸς ἀρόλειω φλογὶ λιανητῆα, βίε τῶν ἰλικων ἄλλοτῆα ἀſπαλκεῖ. καὶ παρῆεροι μὲν αἱ μερρεῖ ἔδφοῦον ἐφαλκυσμῆαι κῶσαι βοραχὺ τῆ μετῶπω μετὰιχιμοῖν ἀοιῶτι.* Et ſerrea inſtrumenta ignis modica flamma calefacta cinnocinorum flexus inter ſe vi quadam implicant. At curioſius quidam combolitae illae, & ad ſupercilia uſque adtraſtae comae, breve interſtitium fronti relinquunt. Idemmet omnino inſinuat Cominodianus, poëta vetus, & nondum typis excuſus, verbis illis:

----- *Et ad ſpeculum cincinnos fronte reflexos.*

Sic locum Gaultinus, vir doctus, emendavit notis ad Euſtathium, quum, ad ſpelum, inveniret exaratum. Et alibi ipſus ſcriptor:

*Laxatis comulas gratulatim fronte reflexas.*

Ubi, *granulatim*, haud inepte legit idem Gaultinus.

*Et quae radices capillorum retro flexerat.*] En crinium Circes tertia & inſignis commendatio, licet cum fronte quoque iſthaec communis ſit. Retroflexerat enim puella capillos antependulos: itaque aliter eſſe non poterat, quam eorum,

modo aſſeſſitii ne forent, conſpicerentur radices, eorum ſuſtem inquam, qui à fronte circumſerica pullulaſcerent. Id autem maximi haberi, ideo animadvertitur plane, quod adulterinarum comarum uſus eſſet quondam creberrimus. Eaque propter ab Arbitro hic notatum ſignanter, immeritoque ab interpretibus praetermiſſum. Ovidius inquit 111. de Arte:

*Femina praecedit denſiſſima crinibus emiſis:*

*Proque ſuis alios eſſeſcit aere ſuos.*

*Nec pudor eſt miſſe. ſalam vacare videmus*

*Herculis ante oculos, Virgineumque eborum.*

Aperte & Petronius ſupra cap. cx. meminit, paſſim Martialis, & Graeci Epigrammatarii, Lucianus Dialogis meretriciſis, Aelianus de Var. Hiſt. & innumeri alii.

*Et ruruſus confinio luminum ſaene permixta.*] Commendatae olim, quae pulcritudine inſignes, à ſuperciliorum quoque commiſtione. hoc eſt, brevi adeo intercapedine ea habere diſjuncta, ut anceps in confinio luminum divortium relinqueretur. Sic elegantiſſime Venus hocce Mariae dedit novae nuptae Honorii, ejus formam extollens apud Claudianum verſ. 167. hiſce ver-  
bis:

*Quam juncto leviter ſeſe diſcrimine conſert*

*Umbra ſupercilii.*

*Μεζοθρον* e Cratinus vocavit ſic *ſupercilia miſcendum*, uti teſtatur Pollux. Splendidum jam & hinc clarorem mutuatur Ovidius lib. 111. de Arte:

*Arte ſupercilii CONFINIA NUDA repletis.*

Unde & pretium id genus ſuperciliorum cognoſcere ſat licet: ſuco igitur ea feminis quaetita, quibus natura ſcilicet haud conceſſerat. Itidem & parum viris, quod &, *ſupercilia producere*, dicebatur. Juvenal. Sat. 11.

*Ille ſupercilium midida fuligine factum*

*Oſliqua producit acu.*

Fuligine igitur productum ſupercilium, aliſſique, quae abſque dubio haud deſuiſſent, medicamini bus. Tertullianus de Hab. Mul. cap. 2. *Et illum ipſum nigrum pulcerem, quo oculorum exordia producantur.* Inibi ergo, ſcilicet in confinio luminum, notam quamdam habuiſſe Helenam feminarum pulcerriſſimam, Dares Phrygius memoriae prodidit in characteribus.

*Oculi clariores ſtellis.*] Oculi cum ſtellis conlata omni genti, omni aevo. Vetus Poëta:

*Pande puella ſtellatos oculos.*

Et Martialis Ep. 42. lib. 1v.

*Lumina ſideribus certent.*

Sic Arillaenetus vernans ſcriptor extrema Ep. 10. lib. 1. paſſimque omnes, & nos alibi.

*Nares paullulum inflexae.*] Etiam oris elegania, aduncus leviter naſus. Notarunt jam alii.

*Γρυπὸς* Graecis eſt. ita apud Aelianum *Αſπαςία ὀργον ζευπὸς*, quemadmodum apud Petronium

Circe;

Circes nares paululum inflexae. Inde Demetrius Syriae regis filius Grypus ab naribus est cognominatus. Habitum etiam & physiognomis id nati genus in pretio, nobile quiddam quasi ac regium prae se ferens. Aquila namque, à qua trahit similitudinem, regina avium censetur. Fuit itidem magni & apud Perfes factum, sicut de Cyro memorant Plutarchus, & Xenophon. Idem ego etiam in Fauftinae imaginibus animadverti, numis praecipue, feminae sane, quantum est memoriae historicorum, formosissimae.

[*Osculum.*] Osculi hujus supra jam meminimus. Addimus nunc insuper, eximium hic ab ore parvo petiisse pulcritudinis encomium, uti fecerunt alii, magni quippe & id fecerunt antiqui. Ostendit aperte Plautus in Poenulo v. II. 153. dum, inter alias, illam quoque oris elegantiam recenset.

*Specie venusta, ore parvo, atque oculis pernigris.*

Itidem Varro: *Sed & oculi subpaetuli nigellis pupillis quandam hilaritatem significantes animis, ridetis parvissimus.* Et alibi: *At victus oris candidi parvissimus.*

[*Jam pedum candor intra auri gracile vinculum positus.*] Calcei hoc genus fenestrari perforatique frequenter quondam in usu habitum Graecis, & Romanis; feminis tamen potissimum, quod vix eo uti, excepto remissionis tempore (puta, convivii, & spectaculis destinato) sine dedecore viri possent. Tales igitur erant soleae, sandalia, crepidae, Gallicae, Tyrrhenici, Baxaeae, Obstrigilli. Inutile jam exempla aggerere, quum res in aperto sit, aetaque viris doctis, qui de antiquorum calciamentis scripsere. Leviter tamen, quae ad Petronii illustrationem faciunt, hinc inde excerptimus. Sic Glossae: *Σανδάλιον. Gallicula. & Solea. σανδάλιον.* Sunt & A. Gellio lib. x. cap. 20. *crepidae*, sive *crepidulae*, soleae vocatae, & Cicero II. Philipp. *Gallicas* pro crepidis usurpavit. Idem ergo *solea, sandalium; crepida, & Gallica*, sive *Gallicula*. Mirifice autem ad rem Pollux lib. VII. cap. 22. de Tyrrhenicis loquens: *Τυρρηνική, τὸ κρέπυμα ξυλινον τετραδάκτυλον. οἱ δὲ ἰμάντες ἐπίχρυστοι. σανδάλιον γὰρ ἦν, ὑπέδουσε δ' αὐτὸ Φειδίας τὴν Ἀθηνῶν. Tyrrhenici, quorum solea lignea, quatuor digitorum latitudinis: lora autem inaurata, erat enim sandalium: hoc Minervam induit Phidias.* Prorsus ferme Circes describitur calceatum. Tyrrhenici omnino sunt, quae Tyrrhena vincula Virgilio in VIII. Sic pariter & Cephisodorus Comicus in Trophonio:

— Σανδάλια τε τῶν λεπτοσχιδῶν,  
'Ερ' οἷς τὰ χρυσὰ ταῦτ' ἔπεσιν ἄνεμα.

----- Sandalia vero ex tenuiter perforatis,  
Quibus aurei flores insunt.

*λεπτοσχιδεῖς*, vocat calceos fenestratos ac superne apertos, uti Pollux eodem in loco interpretatur. *Σχισαί, πολυτελές ὑπόδημα, καὶ χρυσοῦ καλῶς δὲ καὶ λεπτοσχιδεῖς ἀνομαζοί.* Fenestrati, pretiosi calcei, & perforati, quos etiam *λεπτοσχιδεῖς* nominaverunt. Addit etiam Comicus *χρυσὰ ἄνεμα, flores aurei*, nempe, qui superiore erant pedis parte, ubi vincula in nodos complicabantur. Parissime nos eadem in calceis vinculorum ornamenta adpellamus, *flores, rosas, rosetas*. Vidimus ergo jam aures illa calceorum ligamina, quibus Circen induit Petronius, Polluci laudata, & Cephisodoro. De ipsis quoque & accipiendus Clemens Alexandrinus lib. II. Paedag. cap. II. *Χαίρει ἰατροὶ τὰς ἐπιχρυσὰς τῶν σανδαλίων μελίω-τεχνίας. Valedicendum est inanibus sandaliorum aureis artificiiis.* Et saepe alias. Fallitur ergo scriptor de Calceo antiquo, dum adseverat, *sandalia* ex calceamentis fuisse pedem omnimodo obtegentibus. quod miror valde, viro docto excidisse. Simillimi quoque erant *obstrigilli, & Baxaeae*, quas & à *Crepidis* parum aut nihil distinguunt antiquarii, adheruntque calceamenta fuisse philosophorum, & sacerdotum, Appulejus autem evincit lib. II. & XI. *Metamorph.* Sed *crepidatos* quis illos nescit?

[*Vinculum.*] Et *vinculum* propritim dictum de ejuscemodi calceamentis, minime vero de pedem undequaque munitibus: & apte quidem, nihil quippe praeter illorum vincula superiori pedis parte visitur. De ipsis ergo capiendus Manilius lib. v. *Astron.*

----- *Nec insunt tegmina plantis.*

Quod ejus non vidit interpres, quum locum emendare conabatur, immo perdere. Inde *ἀπλὰς vincula* ipsi calcei pluribus scriptoribus, acque ac Petronio, vocati. Ovidius lib. II. *Fast.* loquens de Hercule ornamentis muliebribus induito:

*Fregerat armillas non illa ad brachia factas:  
Scindebant magni vincula parva pedes.*

Et 5.

----- *Habent gemini vincula nulla pedes.*

Ac saepius alias. Itidem Tibullus lib. I. *Eleg.* 5.

*Vinclaque de niveo detrabet ipse pede.*

Saepe etiam Virgilius, & plures alii. Praebeo & hinc lucidam faciem nostro poetae principi Garsiae Lasso, dum calceum sic Hymenaei stylo depingit limatissimo *Eclog.* 2.

*Estaba el Hymeneo alli pintado,  
El diestro pie calzado EN LAZOS DE ORO.*

Graphice expressit idemmet Petronianae Circes calceamentum, perinde atque adpellationem, *auri vinculum*, reddens, *Lazos de oro*. Equidem tamen autumo, Arbitrum vati eximio haud in-

notuisse; aut Manilius, qui *vincla* pariter illa vocavit *aurea*, aliosque ex antiquis saepius vidisse, totus adfero. Adstruo magis adhuc Hymenaei calciamenta nostra observatum. Haud proflus abfamilia fuisse *vincula* & *soccos*, exin conligere est, quod, quum exsertum Ovidius supra Herculi *vincula* dederit, ubi amatorie induto postea Seneca in Hippolyto fascias crurales, nimirum & *soccos* Chor. Act. 1. illis versificulis:

*Crura distincto religavit auro,  
Luteo plantas cobibente sacco.*

Seite igitur sic & Laetius noster *vinculis* calcatum fecit Hymenaeum, quum *socco* fecerit Catullus:

*Huc veni niveo gerens  
Luteum pede soccum.*

Adrisit & erudito Garfiae novissimo interpreti commentum nostrum, Doct. Dn. Thomae Tamalo de Vargas inquam, quem de ipso monui jam libens. Ipsus quidem Hesperiae nostrae decus & ornamentum singulare post Herrerii Sanctiique lubricationes illud addidit sat tempestiviter quo potissimum indigere Poeta videbatur, nimirum ferrum Criticum, quum, haud fecas atque omnes scriptores prisci, existerit obnoxius & librariorum oscitantiae, & temporum inuriae.

*Parium marmor exstinxerat.*] Elegans summe translatio. Quemadmodum adstante sole ac luna stellae veluti exstinguuntur, perinde ac lucernarum artificialium lumen; sic enim coram majori candore marmor candidissimum. Hincjam & illud proxime superius claret: *Oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus.* Notum est, ab eximia marmor Parium albedine plurimum antiquis commendari. Vide Plinium lib. xxxvi. cap. 5. Posthaec incidi in Epistolam elegantem Philostrati, ubi eadem proflus atque ego commentus est, quum rosis arrosere contigisse coram suis roseis deliciis sinxit ludibundus: *Ὅσα ἤνεγκε (τα ῥόδα) παρευδοκίμαίμην· εἰ δὲ ἐνέχθη τῆς σπόδος ἀμικτῆς. ἀλλ' ἰμᾶς τί ἐίδυγεν εὐωδίστρας χρωτὸς, καὶ ἀπώλετο. ἔτω καὶ λόγῳ πίπτει ποσὸς ἢ πηλείδης μισθῶν. καὶ ἄσπρα δὲ, ὅταν ἀνεβλάσιν ἢ λίον μὴ δύνῃαι.* Non tulerunt (rosae) improbationem, neque ferre poterunt certamen tecum initium: sed, simul ac fragrantiorum cutem adtigerunt, suam vim perdidere. Sic etiam lucerna interit, videri ab igne copiosiore: *Ἐστρα, quum solem adversum inveni non possunt.*

*Inter coelicolas fabula muta taces?* Quod idem est, ac si diceret, quum prius libidinem tuam sermonibus differrent coelicolae, nuncjam sane otium istud tuum, & amorum vacuitatem insectantur, exagitant, & fabulantur. Agnosce autem elegans antitheton, *fabula muta.* Inquit S. Hieronymus lib. 1. Etymol. cap. 40. *Fabulas postea a fabu-*

*do nominaverunt.* Et M. Varro lib. v. L. L. ac S. Hieronymus lib. 1. Etymol. cap. 40. Inde *fabuler*, exinque nostrum *fabular* antiquum, postea mutata *f.* in *b.* *Hablar.* ut sexcentis vocibus contigit.

*Nunc erat à torva surmittere cornua fronte:*

*Nunc pluma canos dissimulare tuos.*

*Haec vera est Danaë.*] Prae aliis saepius tres haec Jovis *μεγαυροσφάτοις* scriptores plures retulerunt. Sat Palladae simillimum Epigrammation testatur lib. vii Antholog. cap. Ep. 82.

*Νῦν μεγαλυνωσκα καὶ τῷ Διὸς ἀσπίδος*

*Μὴ μετ'εκαλομένης τῆς σοσάρως ἔικεν.*

*Ὅυτε γὰρ Ἐδράπης, εἰ τῆς Δαναῆς, περὶ κελεύει,*

*Ὅσθ' ἀπαλλῆς Ἀθήνας ἔσ' ἀπολειπομένη, &c.*

Vertit Scaliger:

*Mirum, quod non muret ob hanc se Juppiter, olli*

*Proscor, rudis est: nil in amore videt.*

*De forma non Europae, Danaeae puellae,*

*Non ea concedat, candida Leda, tibi, &c.*

Sic & Aristacnetus lib. 11. 2. *Φίλῳ γὰρ Πυθιάδος τις, εἰ μὴτε Ζεὺς ταύρος, ἢ χερυτὸς, ἢ κύωνος γινόμενος διασεί.* Quis enim amicus Pythiadi, nisi Juppiter propter te factus taurus, aut aurum, aut cygnus? Statius item Stellae epithalamio lib. 1. Sylv. 2.

*Falsas huic pennas, & cornua sumeret ac-  
tbrae*

*Revertor, in hanc vero cecidisset Juppiter au-  
ro.*

Ita & alii.

*Jam tua flammifero membra calore fluent.*] Occultatur & hic extrema nequitia. prima namque fronte Jovis aureum stillicidium prae se fert Arbiter, clanculum videlicet profluens in sinum Danaëis, in recessu vero profluvium potius (licet de Jove sermo sit) subintelligit Priapi. Opitulatur & illa membra, impudica vox, commentum argutiae. Petronius ipse inferius cap. cxxxii.

*Quis verat in tepido membra calore toro?*

Pariter Carmen liberum haud semel. Item & id Artemidori lib. 11. cap. 6. *Ὅσδὲν οὕτως τα σω-  
ματὰ θερμαίνει, ὅσπερ πύρ καὶ γυνή.* Nihil tam corpora calefacit, quam ignis ac femina.

Cap. CXXXVII. *Risit tam blandum.*] Et supra hujusce meminimus loci. Sic lib. v. de Ismene dixit Eustathius: *ἰσχυρῶς ἐκείδεια Ἀμιτι-  
νίῳν ρισί.* Id autem arte quadam, ei etiam adhibitis magistris. Quod innuit Ovidius:

----- *Discunt etiam ridere puellae, &c.*

Praecepta plures antiquorum dedere, quae occurrunt passim. Monebant item & nequitiarum doctores, ut ipsae tantum scilicet riderent, quae scirent probe: aliae vero risum vitarent eane pe-

jus & angue. Id quoque praecepisse Nasonem, indicio est lepidissimum Martialis Epigramma 41. lib. 11. ubi ejusdem refert carmen Phaleucium, ex quo autem opere illud sit, dubium. Ast sic apud Valerium est:

*RIDE, SI SAPIS, O PUELA, RIDE.*

*Pelignus, puto, dixerat Poëta.*

*Sed non dixerat omnibus puellis.*

Nam, quibus piceae buxeique forent dentes, etiam si ridere doctissime saperent, ridendi facultas prorfus erat interdicta. scio illud, SI SAPIS, aliter capi haud indecenter posse; sed longe prae alio quovis adrisit in praesentia nostrum commentum novissimum.

*Ut videretur mihi plenum os extra nubem luna proferre.]* Deformis namque luna, quum pallens latet sub nube. ea Lucani mens est lib. v. Pharf.

*----- Tum lurida (luna) pallens*

*Ora tulit vultu sub nubem tristis ituro.*

Virgilii item lib. 111. Aeneid.

*Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.*

Ast vero quum os extra nubem profert, pulcritudinem adhuc sese conspiciendam praebet, quam quum sudum est, quod hic indubie Arbitrator voluit. Addidit *os plenum*, id est;

*----- Postquam plenissima,*

&

*----- suos ignes coeunte cornu*

*Funxit.*

Quod scite dictum, nam tunc longe pulcerrima. Seneca in Hippolyto:

*Clarius quanto micat orbe pleno.*

Corippus lib. 11. loquens de filia Justinii imperatoris:

*Luce sua plenam quae possit vincere lunam.*

*Mox digitis gubernantibus vocem.]* Gestus iste loquentis optime illas decet puellas, quae elegantissimis manibus praeditae sunt. Sic Cicero lib. VII. Fam. Ep. 6. ubi de Medea loquitur Corinthiacis persuadente matronis, ne scilicet saum exilium vitio venterent: *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medae, quae Corinthi arcem altam habebant, matronae opulentae, optimates: quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illae vitio venterent, quod abisset à patria.* Contra vero, quibus deformes manus sunt, omnino ille vitandus est purgamento pejus & cadavere. Argute nequitiarum praeceptor in III. de Arte:

*Exiguo signet gestu quodcumque loquatur,*

*Cui digiti pingues, & scaber unguis erit.*

Ceterum nota mihi illa Ciceronis verba, *manibus persuasit.* Num ergo, quaeso, manus ad persuadendum valent? maxime, inquit; tunc nimirum maxime, quum *vocem gubernant*, ut ait Petronius. Uterque enim *actionem* miram illa-

rum *feminarum* subintellegerunt, quae recte admodum, ut infra dicimus, quasi corporis quaedam eloquentia fuit habita. Illa quidem ars erat, quam Quintilianus *chironomiam* adpellat, quod manuum praecipue commotionem edoceret ipsis verbis convenienter temperandam. haud secus atque is, qui choreas agit, sono sese adcommodat.

*Feminam ornatum.]* Hic interpretis vicem obit Tertullianus de Hab. Mul. cap. 4. nam ibi, quid *feminarum ornatus* sit, in hunc modum exponit, & ab *cultu* distinguit: *Habitus feminae duplicem speciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & gemmis, & vestibus deputatur: iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quae oculis trahunt.* Cum Varrone consentit, qui lib. IV. L. L. deducit *ornatum, quasi ab ore natum.* Sed saepe Afer ipse alias confundit vocabula.

*Concilio tibi, ð juvenis, sororem. habes tu quidem & fratrem.]* Frater, & soror, inter verba *iguarà* fuerit olim, quo de jam plures. Argute Martialis lib. x. Ep. 65.

*Quare desine me vocare fratrem,*

*Ne te, Carmention, vocem sororem.*

*Habe tu quidem & fratrem, neque enim me piguit inquirere.]* Curiosam hancce amantium diligentiam nescio an satis ceperint interpretes. Id enim inprimis cordi amantibus semper fuit, initio videlicet coeuntis cujuslibet gratiae sedulo inquirere, an pectus illius, quem deperant, alio num intempestiviter teneatur amore. Nam illud sane cogitant, quo minus unice diligantur, potissimo fore impedimento. Isthac plane est apud Ovidium Helenae maxima sollicitudo, tunc primum quum Paridis exstitit amore faucia; indeque pernovit, prius Oenonem amatam, ac postea illi fuisse destitutam. Inquit ergo Epist. ad Paridem:

*Tu quoque dilectam multos, infide, per annos*

*Diceris Oenonem deseruisse tuam.*

*Nec tamen ipse negas, & nobis omnia de te*

*Quaerere, si nescis, maxima cura fuit.*

*Eodem gradu venio.]* Et magnos viros olim cepit immanis jugulandi scripturas insontes libido. hic vir summus scribebat, *eodem gradu veniae.* perperam. sic prorfus sententiae leporem adimeret, qui nunc totus est in amoris cognatione nequissima.

*Ad hoc templum amoris gratis accedere.]* Argute sane, ut Circes hic eximiam pulcritudinem extollat, ipsam *templum Amoris* adpellat. feminae quippe formosae, & ad amorem conciliandum praestantes, Amoris jure merito poterunt *ventia* templa vocari, quum nusquam alias ma-



jori cum reverentia Amor colatur. Ipsae enim omnino possunt medullitus amari, & ille cultus Amoris potissimus est.

[*Sine quo non potes vivere, &c.*] Sic Appulejus lib. x. Fabulae Miletsiae: *Amo, & cupio, & te solum diligo, & sine te jam vivere nequeo.* Propertius El. 28. lib. 11.

*Si non unius, quaeq; miserere duorum,  
Vivam, si vivet: si cadet illa, casam.*

Nec aliud vult Eleg. 11. lib. 1.

*Aut sine te vitae cura sit ulla meae?*

[*Quemadmodum ego te volo.*] Velle, ἀπλάς, amare est. sic S. Prosperus docet lib. 1. de vocat. Gent. cap. 3. *Quid autem est amare, nisi velle? aut, quid est odisse, nisi nolle?* Disertim Ovidius El. 19. lib. 11. Amor.

*Si tibi non opus est servata, stulte, puella:*

*At mihi fac servos, quo magis ipse velim.*

Ita & vetus interpret Bibliorum Genes. cap. xxxiv. 19. *Quia volebat filiam Jacob.* id est, eam amabat. Nos etiam simpliciter usurpamus: *Como io te quiero, & cum adjectione, ut Bene Vello, Querere bien.* Catullus Carm. 76.

*Ut jam nec bene velle queam tibi, si optima fias.*

Ita & malle usurpat Petronius cap. xcii. *Malo te, inquam, quam balneum totum.*

[*Tanta gratia conciliabat vocem loquentis.*] Et hic quoque commendat *adionem*, quae vita & spiritus orationis Ciceroni est in Oratore, & *quasi corporis quaedam eloquentia*. Recte ergo Petronius *gratiam* adpellavit summam hanc in dicendo virtutem. Ita Ovidius XIII. Metamorph.

---- *Nec abest facundis gratia dictis.*

Item Propertius lib. 1. El. 2.

*Unica nec desit jucundis gratia verbis.*

Quod & ejus eruditus interpret Passeratius vidit.

[*Conciliabat vocem.*] Sic usurpavit supra cap. cix. *Epulaeque ad certamen prolatae conciliant hilaritate convivium.*

[*Inter auras canere Sirenium concordiam.*] Proba isthaec, immo vera mihi lectio est, itaque illam sollicitare, injurium. Qui autem, *intus canere*, malunt scribere, quid de *auras cogitant*, sive *auras*, faciendum, nam vocem istam retinet & librorum concordia? Ceterum frequens fuit quondam Sirenium suavi cum puellarum voce conlatio. Heliodorus de Chariclia loquens lib. 1. Ἰσὸς δὲ ἔργον, ἀσπερ ἴνδης Σειρήνων, κεκλημένους. Rursus autem illius oratione tamquam alicujus Sirenium cantu demulcebatur. Aelianus de Aspasia lib. xii. ποικιλῆ, ἰσθρ. cap. 1. φώνημα δὲ εἶχεν ἡδύ, & ἀπαλόν, εἶπεν ἅν ἡς λαλῶστος αὐτῆς ἀκρίεν Σειρήνων. Vocem habebat suavem, & teneram, ita ut, ipsa loquente, Sirenem audire te diceres. Princeps autem hic Pau-

sanias, quum in Atticis inquit: Εἰάθασι δὲ ἔ νῦν ἐκ πομπῶν ἔ λογῶν ἔ ἰσπρωγοῖ Σειρήνι ἰσπρωζέειν. Vertit Amasaeus: *Obtinuit certe consuetudo, ut nunc etiam, poemata, & orationum quodvis genus, in quo insit suaviloquentia, cum Sirenium cantu confratur.*

[*Deae nomen.*] Puellas olim pulcerrimas, non aliter ac deas, venerabantur, dearumque adpellatione ac reverentia prisci colebant. Huc omnino referri debet, quod paullo ante dixit ipse Polyaeus: *Immo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidiosum hominem peregrinum inter cultores admittore: invenies religiosum, si te adorari permiseris. At, ne me iudices ad hoc templum Amoris gratis accedere, &c.* Haud leviter hocce Appulejus firmabit fabulae initio Psyche & Cupidinis, potissimum, ubi de illa loquens lib. iv. inquit: *Puella supplicatur, & in humanis cultibus Deae tantae nomina placantur: & in matutino progressu virginis vidimus, &c.* per plures lineas. Inde passim cum deabus simplex pulcerrimarum conlatio, & additis quoque dearum nominibus, apud scriptores veteres reperitur. Pati autem cum illis componi, & olim fuit quibusdam religio; ideoque vehementer illi lenocinium averfatae sunt. Sic Panthea illa pulcerrima seminarum à Luciano nempe talem adfentationem aspernata est. Ipfus vero, haud noviter indecenterve illud fecisse, evincere conatur in de Imaginibus, quem vide fat adpositum Dialogum. Audax quoque & Arbitrator est in ejusmodi conlationibus. Inlustris enim locus ille cap. cxxxviii. *Quid huic formae aut Ariadne habuit, aut Leda simile? quid contra banc Helene, quid Venus, possit? Ipse Paris dearum lividinantium iudex, &c.*

[*Nec mea mater, dum placet, labentis mundi cursum detinuit.*] Ad matrem Circes veneficae, Solis progeniei, Persem nuncupatam, adludit indubie: minime vero ad ipsam Circem, uti nonnulli volunt dormitantes interpretes. Efflictim amatam Soli, constat, Persem fuisse; ideoque, dum illi pulcerrima placet, quid mirum, si cursum suum detinere, in coeloque diutius haerere, fecisset? Sic τὸ dum placet debet interpretari, uti & Arbitro saepius est. Ita in Polyaeo codicillis cap. cxxx. fat impudice: *Placebo tibi, si me culpam emendare permiseris.* & alias, tandem vero in fragmentis:

---- *Tu sola placere*

*Vel spoliata potes.*

Verba autem, *labentis mundi cursum*, de sole, mundi anima & vita, coelove, commode capienda. Orpheus Hymno in Solem:

Χρυσόλυρον, κοσμος τ' ἐναρμονιον δόξμον ἔλαξαν.

*Auream lyram habens, concinnum mundi cursum trabens.*

(K k 2)

E

Et Macrobius in II. de Som. cap. II. de anno agens mandano inquit : Unde & mundanus dicitur , quia mundus proprie coelum vocatur . Et noſter Mela initio operis : Omne igitur hoc , quicquid id eſt , cui mundi , coelique nomen indidimus . Itaque plures poetæ uſurparunt . Detulit ergo ſolis curſum , ut Leucothoë quoque apud Ovidium in IV. Metamorph.

*Habebo tamen , quod coelo imputem .*] Tamquam beneficium . Sic verbo imputere uſi veteres . Suetonias in Tiberio cap. LIII. *Imputavit etiam , quod non loqueo ſtrangulatam in Gemonias abiecerit .* Similiter *Facitus* , Plinius , Juvenalis , Quintilianus & alii inferioris aevi ſcriptores .

*Curioſum .*] Zelotypum interpretor , quod ſubſequentibus vel Arbitr adſtruat ; ſubdit : *Longe ab hoc loco frater eſt .* Apte oppido . Zelotypi namque admodum curioſi ſunt , omniaque occulta , clandestinoque peracta cupiunt pernoſcere , quod genuinum eſt curioſi ſignificatum . unde id Appulejanum in limine Metamorphoſeon jam notet : *Non quidem curioſum , ſed qui veſtim ſcire cuncta , vel certe plurima .* Ubi curio pro curioſus eſt , mens autem iſthac : equidem curioſus non ſum , hoc eſt , qui res occultas cognoscere velim ; cupiam tamen particeps fieri cuiuſcumque ſermonis , modo propalam inter vos agitur . Longe vero à nobis Petroniani & Appulejani interpretes abſunt . Inde ergo *curioſae artes* , magicae , & *curioſi* , magi dicuntur , quippe qui res occultas pernoſcere fatigunt . Ex diſtis autem & Catullo nova lux oritur , qui pariter & zelotypos ſignificavit ad Lesbiam :

*Quae nec pernumerare curioſi  
Poſſint , nec mala ſaſcinare lingua .*

*Faſcino* namque potiſſimum invidi nocent , & zelotypi livore plane laborant .

*Brachii mollioribus pluma .*] Floride , more ſuo , Appulejus lib. III. Miles. de Fotide : *Tuam plumam laſteamque contingit cutem .*

*Idaeo quales fudit , &c .*] Homerum hic plane exprimit , concubitum deſcribentem Jovis & Junonis lib. XIV. Iliados . quod enim haud indecore poſſet interpretibus praemoneri . Referam equidem Homerì locum , ſaculamque ita admovebo verſibus elegantiffimis . Jovi ſane in monte Ida copiam ſui recuſaverat Juno , cauſſans videlicet , ibi *περπερικανθεῖ ἄπαντα* , patentia eſſe omnia . Sed poſtquam de nebula aurea neſcio quid Jupiter cogitaſſet , certioſorem feciſſet uxorem , ſubdit magnus Poëta verſ. 346 .

*Ἥ ῥα ἐ ἀγνῶς ἐμάρπηε Κόνη παις τὴν παρρησίαν ,*

*Τοῖσι δ' ὑπὸ χθῶν δῖα Φῶν νεοθέλεια πείνη ,  
Δωθῶν δ' ἐρπῆνᾶ , ἰοῖ κέρων , ἠδ' ἰακινθῶν*

*Πυκνὸν ἐ μαλακῶν , ὅς δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔειργε .*

*Τῶ ἔνι λεξάσθην , ἐπὶ δ' νεφέλῃν ἔσανθη  
Καλῆν , χρυσέην . εἰλωπαὶ δ' ἀπέπιπτον ἔειρσσι .*

*Ὡς ὁ κῆρ ἀτρέμας εὔδε παλῆρ ἀνὰ Γαργάρῃ ἀρρηρ ,*

*Ἵππων , ἐ Φιλότητι δαμῆς , ἔχε δ' ἀγνῆς ἀροῖαν .*

*Dixit ſane , & ulnis complexus eſt Saturni filium ſuam uxorem .*

*Hos autem ſubter tellus divina produxit recentem herbam ,*

*Latumque reſcidum , & crocum , & byacintum*

*Denſum & mollem , qui à terra in altum elevabat eos .*

*Hoc thoro indormierunt : inſuper autem nebulam induerunt*

*Pulcram , auream : lucidi autem decidebant rores .*

*Sic hic quidem quiete dormiebat pater in Gargaro ſummo ,*

*Somno & amore domitus : tenebat autem in ulnis uxorem .*

Fallitur autem , qui in eadem hiſtoria eadem deſcriptione uti Valerium Catonem in Diris adſerit , quum alia proſum in hiſtoria ſit . idque magis admiratione dignum , quod ipſe animadvertentem , aduſſiſſe ibidem Valerium ad primum Jovis cum uxore concubitum , ſcilicet ,

----- *Prius conjux quam diſtus uterque eſt .*

Quod & Homerus ibidem tetigit verſ. 295 . quum inquit :

*Ὅιοι ὅτε προάειον ἐμπαρέσθην Φιλότητι*

*Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε , φίλες λήθομεν τοκῆα .*

*Σῆ δ' αὐτῆς παρπαροῖθεν , ἐπὶ τ' ἔφατ' ἐκτ' ὀδυαζέεν .*

*Proinde ac quando primum miſti ſunt amore*

*In cubile aſcendentem , dilectis clam parentibus .*

*Stetit autem ipſam ante , verbumque dixit , & elocutus eſt .*

*Ilaeo vertice dixit ,* Homerus quippe , *Ἰδαῖς ἐν κερυκῆτι .*

*Candidiorque dies .*] Felicior , jucundior . Apud Suidam eſt : *Λευκὴ ἡμέρα , alba dies , ἢ ἀγαθὴ ἐπ' εὐθουσιῃ , pro bona & hilara .* Et apud Heſychium : *Λευκὴ ἡμέρα . ἀγαθὴ . Candidus dies , laetus , jucundus .* Sed hac de re multa nos in *Antiquorum Calculorum Diatriba* cap. I. ubi & origo

\* *Vide Philoſtrati Epistolam amatoriam , cujus initium : Καὶ τῷ Διῷ , ὅτε ἐκοιμᾶτο ἐν τῇ Ἰδῇ τῷ ὄρει , &c .*

origo etiam, unde, qui felix dies, candidus vocaretur.

*Li hoc gramine pariter compositi.]* Clitophon apud Achillem Tatium extremo lib. v. Ουτε φωνης ημῶν διδεντων, κτε αλλα τινος ἢ εἰς παρεσκευη ἀφ᾽ ἄλλοις. αὐτοζος ἢ ὁ ἕως, & αὐτοζιδιθ σοφισης, & παντα τῶπον αὐτῷ τιλεται μυσηλοι. Nobis neque stratum, neque alium ullum ad venerem adparatum requirentibus. Amor enim sui ipsius artifex est, & quae opus sunt ex tempore adferens, ad sua ipsius arcana pueris ad commodat locum. Faciunt huc & quae paulo infra nobis proferuntur ad verba illa cap. seq. Excussit vexatam solo vestem.

*Compositi.]* Gladiatorium ac militare verbum est, *compono*, transferiturque ad veneris rem, ut prope omnia verba militaria, exempla quoque supra protulimus ad verba cap. XIX. *Paria compositionem.*

Cap. CXXIX. *Numquid spiritus jejuno macer?* Leviculi vox hic videtur *macer*. puto feribendam *acer*. nam eo temporis oppido gravis halitus esse solet. Iccirco Ovidius praecipit in III. de Arte:

*Cui gravis oris odor, numquam jejuna loquatur:*

*Et semper spatio distet ab ore viri.*

Et iterum ibidem:

*Quid, si praecipiam, ne suscet inertia dentes?*

*Oraque suscepta mane laventur aqua?*

Bourdelot. edidit, *acet*, quod ego non improbo.

*Numquid alarum negligens sudor?* *Negligens*, id est, foetidus, *αερωματίας*: nam qui munditiam negligunt, haud aliter quam foetidos esse, necessum est. Coniunxit, ut Arbiter, Ovidius cum terrissima osculi anima lib. I. de Arte:

*Nec male odorati sit tristis anhelitus oris.*

*Nec lacdat nares vinque paterque gregis.*

Et rursus in III. osidum caprum cavere jubet:

*Quam saepe admonui, ne trux caper iret in alas.*

*Perfusus ergo rubore manifesto, etiam, si quid habueram virium, perdidit.]* Veneris languentis causa isthaec saepius ferme potissima. parissima Ovidius in parissimi argumenti Elegia, lib. III. Amor. Eleg. 6.

*Huc pudor accessit facti, pudor ipse nocebat: Ille fuit vitii causa secunda mei.*

Maximianus itidem:

*Erubui, stupuique, omnes verecundia motus*

*Abstulit, & blandum terror ademit opus.*

*Quaeso, inquam, regina.]* Urbana olim amatorum compellatio, *regina*. Sic nobis hodie pro-

ferus est, *mi Regina*. Martial. lib. x. Ep. 64. Poliam adloquens:

*Contigeris regina meos si, Poeta, libellos.*

Sic & *dominam* compellabant amasiam. Arbiter haud semel: *fateor me, domina*, &c. & *Curro nucus ad dominam*. Ita Polyphemus apud Ovidium lib. XIII. Transformatur.

*Inveni, & dixi, dominos servabimus istos.*

*Conscio contritus sum.]* Enervatorum & hocce refugium. Ovidius in Elegia laudata:

*Quid vixit & nervos magicas torpere per artes?*

*Forsitan impatiens sit latus inde meum.*

*Numquid indecens sum? numquid inconsta?]* Utrumque complexus est Ovidius in principio ejusdem Elegiae:

*Aut non formosa est, aut non bene culta, puella.*

*Indecens*, deformis est, sine lepore, nec partium inter se convenientia. Naso ipse El. 3.

*Longa, decenque fuit, longa, decensque manet.*

De Circes autem pulcritudine multis jam vel ipsi Arbiter. Non *inconstam* esse, supra cap. praecedenti, eademmet de se praedicat: *Si nos fastidis foeminam ornatam*. Utrumque etiam ex illis elegantissimis codicillis subodorari licet cap. sequenti: *Nam, quod ad me adinet, non timeo, ne quis inveniat, cui minus placeam, nec speculum mihi, nec fama, mentior*. Videtur ergo hinc ironica fuisse Circes interrogatio.

*Rapuit deinde tacenti speculum.]* Hic forsitan haud inepte quaeris, undenam eo loci ad manum speculum comitissimae puellae? pusillum, inquam, injubie eadem, aut ancilla, gestarunt, quod moris erat. Conligo equidem ex Appulejo, qui pluteus in Apologia de speculis edisserit. ubi inter alia: *Quod tamen crimen est, imaginem suam nosse? eamque non uno loco conatam, sed prae quo velis parvo speculo promptam gestare?* Alias vero, domi scilicet, *Specula totis paria corporibus*, ut inquit Seneca L. I. Nat. Quaest. cap. 17. habuere profusae admodum feminae, *auro argentoque caelata, & gemmis adornata*.

*Et postquam omnes cultus tentavit.]* Mentem Arbitri exprimit Tertullinus de Veland. Virg. verbis hisce: *Item & consilium formae a speculo petunt*. Quod à Martiale potuit mutari lib. IX. Ep. 17.

*Consilium formae speculum.*

Nec aliud Claudianus voluit Epithalam. Honor. & Mariae, ubi eleganter inquit:

--- *Speculi nec cultus egebat*

*Judicio.*

Quo loci videtur adumbrare voluisse illud ejusdem Epigrammatici eodem lib. Epig. 18.

(Kl: 3)

AA.

*Addit & nitidum sacratis crinibus orbem,  
Quo felix facies iudice tuta fuit.*

Id autem lib. VIII. Ep. 52. *cenfuram speculi* vocavit. Pariter oratori speculum consulendum, monet Quintilianus lib. II. quippe qui totius corporis motus ac vultus debeat moderari, modulaminique adcommo-  
dare verborum.

*Excussit vexatam solo vestem.*] Agi res ipsa hic profus videtur, haud referri. Verbum est *vereris vexare*, qua notione saepius eo usque est Petronius, capp. scilicet 17. 106. 132. 139. quibus in locis & nos eo de loquimur. Vexati enim Circes erat vestis, subiecta namque fuit veneris conluctationi, qui lectus haud amantibus infuavis. Sic Ovidius Eleg. 4. lib. 1. Amor.

*Saepe mihi dominaeque meae properata voluptas  
Veste sub injecta dulce peregit opus.*

Propertius lib. I. Eleg. 4.

----- *Et quae*

*Gaudia sub tacita ducere veste libet.*

Et Eleg. 7. lib. IV.

*Saepe Venus trivio commista est peccore misto:  
Fecerunt tepidas pallia nostra vias.*

Ipsam Aristaeus acute vocavit *θάλαμῶν ἀποτοχέδιον* Ep. 2. lib. 1. Simili etiam cubili, pallio, inquam, usum fuisse Sophoclem in re amoris, memoriae prodidit apud Athenacum Hieron. Rhodius, quem vise lib. XIII. Dipnosoph.

*Raptimque aedem Veneris intravit.*] Videtur, ut vota susceperet, aut sacra faceret pro valetudine Polyaeini nervorum. Sic apud Plautum Curcullione Act. 1. sc. 1. Phaedromus adulescens amore percitus vovit, se prima luce sacra facturum Veneri:

*Nunc ara Veneris haec est ante horum fores,  
Me inferre Veneri vovi jam jentaculum.*

Amantes ergo ejuscemodi vota Veneri nuncupasse, haud dubium est. Ita & Priapo. sic profert is ipse de anicula:

*Ne desit sibi, me rogat, fututor.*

Et alibi:

*Ne desit sibi, mentulam rogare.*

Et puella quoque.

*Pro quibus, ut semper placeat spectantibus,  
orat:*

*Tentaque ad exemplum sit sua turba dei.*

Quae adposite omnino ad mentem Petronii. eaque propter & Priapi fuere ejuscemodi minae:

*Quaeque haec proterva carperit manu poma  
Puella, nullum inveniat fututorem.*

Opportune autem in horto illo facellum Veneris foret, nam & *Venerem hortensem* ethnici coluerunt. plane M. Varro lib. I. de re rust. sub principium. Sed omnium facetissime Lucianus quodam meretricio dialogo, qui locus rem totam mirifice inlustrat. Loquitur mater *ειρωνικῶς*

ad Musarium filiam: Ἄν ἔλ τοῖς τὸν ἐραστῶν ὄρα-  
μῶν, ὁ Μυσάριον, οἷο ὁ Χαίρειος ἐστὶ, θύσαι μὲν  
τῇ παιδίμῳ διόσφ λελκὴν μικράδα, τῇ δὲ ἑκουσία, καὶ  
τῇ ἐν κήποις, δάμαλιν ἐκατέρω, &c. Ergo si ta-  
lem amatorem postea inveniamus, Musarium, qua-  
liem Chaeera hic est, immolare oportebit nos, publi-  
cae quidem Veneri capram candidam, coelesti autem,  
& ei, quae in hortis est, juvencam utriusque, &c.

----- *Effojaque protulit aurum*

*In lucem tellus.*] Lucianus in *Somnio* five *Gal-  
lo*: Ἐρμὶ δὲ Ἀφ' χρυσῶν τῶν πολλῶν ὁ ἠδὲ ἐπι-  
κελο, χρυσῶς καὶ αὐτῶς, καὶ χρυσῶ πάντα, ἐ πολὺ  
ἐπαγόρευθ' χρυσιον. Mibi vero per aureas qual-  
dam portas dulcissimum hoc audivit somnium, &  
ipsum aureum undique, & aureis circumamictum,  
& auri plurimum secum adducens. Luculentus  
enim illis verbis interpres ibi Samofatenfis Phi-  
lofophus, quem confer. Ipse Petronius supra  
cap. CIV. carmine haud absimilis argumenti:

----- *Desessumque invenit aurum.*

----- *Animus quod perdidit optat,*

*Atque in praeterita se totus imagine versat.*] Mi-  
rifice istud Lucianus multis in Micyllo exprimit,  
Somnio jam laudato. In id usque adeo futor  
prolabitur, ut necesse habeat vel Gallus ipse  
eum increpare in hunc modum: Ἐλ γὰρ σὺ ἀνα-  
πεμπάζῃ τ' ὄνειρον, ὅσις ποτὲ ὁ φανεῖς σοι ἦν, καὶ  
τινα ἰνδάλματα μετὰ ταῖς ἀφαιλάτεις, κενὸν, ἐ,  
ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος, ἀρμυρῆν τινα δειδυμερίαν τῇ  
κνήμη μεταδιόκων; Etiamnum tu somnium illud,  
quod dudum tibi visum est, in animum revocas, &  
inania quaedam observas simulachra, atque (uti lo-  
quitur poeta) evanidam quandam felicitatem me-  
moriam confectaris? Ad quem tamen Micyllus: Ἀλλ'  
ἐδ' ἐπιλητομῆ ποτε, ὃ Ἀλεκτροῦν, εὐ ἰσθί, τ'  
ὄψεις ἐκείνης. Ἔγω μὲν πολὺ τὸ μέλι ἐν τοῖς ὄρθαλ-  
μοῖς ὁ ὄνειρος κατέλιπὸν ὄψας. Immo illud scias,  
Galle, ne ullo quidem tempore umquam visi illius  
mibi venturam oblivionem: tantum mellis somnium  
aufugiens in oculis mibi reliquit.

*Quod me Socratica fide diligit.*] *Socratica fide*,  
hoc est, honesta, verecunda. animi namque  
pulchritudinem sectabatur verecunditer Socrates:  
corporis vero eo tantum, quod ipsi non lateret,  
egregiam quandam virtutis ac praeclaram indole-  
lem prae se ferre formae quoque praestantiam.  
Prolixe Maximus Tyrius pluribus Dissertationi-  
bus hocce evincere conatur, Philofophumque ab  
calumniis vindicare. nobis autem satis sit ex IX.  
locum proferre, qui totam rem inlustrat insigni-  
te. Τῷ δὲ Σακερῶνι ὁ ἔρας ἦν καὶ μὲν τῷ σπερδῶ  
τοῖς ἀποῖς ὄμοιος, καὶ δὲ τῷ ἐπιθυμίαν ἀφείρων,  
καὶ δὲ τῷ ἰδονῶ σφραγίστην, καὶ δὲ τῷ ἀρε-  
τῷ ὀσσοχώτην. Ἐγγὺ δὲ αὐτῆς, ψυχῆς ἀνθ' ἐν  
σώματι ἀφαινόμην, ὅιον εἰ ἐκνεῖεις ποταμὸς καὶ κα-  
λεμῶνι ἐπιπύρεον. κατὰ μὲν τὸ ὑπ' αὐτῆ ἀνθη, λαμ-  
πρυνόμην δὲ ὑπὸ τῷ ὕδατι ὡς τῷ ὄψιν. τῶν  
δύνα)

δύνη) καὶ ψυχῆς ἀνδρῶν ἰμπερυσσώμενον σώματι κα-  
 λῶν· ἐκλαμπρόντι) ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἐκλάμπει, καὶ  
 ἀμφαίνει). καὶ ἐστὶ σωματῶν ἄρα εἶδεν ἀλλο, ἢ μελ-  
 λιστος ἄριστος ἀνδρῶν, καὶ οἰονεὶ παροικίαν καὶ ἄλλοις ὡ-  
 ρειοτέρη. ὥσπερ γὰρ ἔ' ἡλίας πᾶσαι καὶ τίς ἀγῆ ὑπὲρ  
 ἀκρων ὄρων, ἀγαπήθην ἰφθαλμοῖς, γενοῦσα δὲ τῶν  
 προσδοκίμων ἔ' μελλόντες· ἢ γὰρ καὶ ἔ' λαμπρῶς ψυχῆς  
 πρῶτον καὶ τίς ἄρα ὑπὲρ ἀκρων ἔ' σωματῶν, ἀγαπή-  
 θην φιλοσόφους γενοῦσα δὲ τὴν προσδοκίαν ἔ' μελ-  
 λόντες. Ita Heinſius reddit: *At vero amor Socra-  
 tis diligentia studioque consequendi similis erat reli-  
 quis, libidinis differebat. Si voluptatem spesces,  
 temperantior; si virtutem, solertior: cuius fons ἔ'  
 origo erat pulchritudo animi, quae corpore elucebat.  
 Ut, si fluvium pulcrum cogites, qui pratulum irri-  
 gat: flores enim, quamvis pulcri sint, qui sub aqua  
 sunt, pulciores tamen aquae causa videntur. Idem  
 potest flos animae, pulcro imbutus corpori: illustratur  
 ab eo, elucet, splendorem suum transfundit. Ut  
 nihil aliud sit pulchritudo corporis, quam futurae  
 virtutis flos, ἔ' maioris quasi pulchritudinis praelu-  
 dium. Sicut enim solis exortum praecedit fulgor  
 quidam in summitate montium, quo vehementer de-  
 lectantur oculi, quod aliud expectant: Ita animae  
 splendorem splendor aliquis in extremis corporis parti-  
 bus praecedit, quo plurimum delectantur philosophi,  
 quia aliud mox venturum vident. Hunc prorsus  
 fuisse Petronii sensum de Socrate, conveniunt  
 sequentia: non tam intactus Alcibiades in praecep-  
 toris sui lectulo jacuit, quae sic & Plutarchus  
 confirmat in Sermone primo de Virtute. Alex-  
 paullo ante finem: Σωκράτης ἀνεῖχθη συγκοιμη-  
 γέντος Ἀλκιβιάδα. Socrates se continebat Alcibia-  
 de una dormiente.*

Cap. CXXIX. *Funerata est pars illa corporis.]*  
 Sic Maximianus:

*At ubi dilecti persensit funera membri.*

Et alibi:

*Hac me defunctum vivere parte puto.*

Sic & Martialis lib. XIII. Ep. 34.

*Quum sit anus conjux, ἔ' sint tibi mortua  
 membra.*

Ovidius item lib. III. Amor. Eleg. 7.

*Nostra tamen jacere velut praemortua mem-  
 bra.*

Ipsus Petronius cap. xx. *Sollicitavit inguina mea  
 mille jam mortibus frigida, cui consonum illud  
 etiam Martialis lib. XI. Ep. 47.*

*Nec levat exstinctum sollicitata caput.*

Claudique Epigramma.

*Summa petas, illic mentula vivit anus.*

Et cap. cxxxii. cui mire hinc acumen accedit:  
*Sed furciferæ MORTIFERO timore lusus.*

*Pars illa corporis.]* Sic cap. cxxxii. *Cum ea  
 parte corporis verba contulerim. & saepe alias. Car-  
 men obsequium:*

*Falce minax, ἔ' parte tui majore, Priape.*

Et alias passim. Etiam videtur de femineo arvo  
 usurpare Petronius cap. cxii. *Ne banc quidem  
 partem corporis abstulnit.*

*Codicilloque mihi dominae suae reddidit.]* Codicil-  
 li hic scripti genus solitum ad praesentes mitti.  
 Plane indicat Seneca extrema epistola lv. *Video  
 te, mi Lucilli, quum maxime audio: adeo tecum  
 sum, ut dubitem, an incipiam non epistolae, sed codicil-  
 los, tibi scribere.* Item Tacitus lib. iv. An-  
 nal. de Sejano loquens: *Componit ad Caesarem codicillos,  
 moris quippe tum erat, quamquam praesentem,  
 scripto adire. Morem autem istum, praesentem  
 videlicet scripto adeundi, primus excogita-  
 vit Caesar, Plutarcho referente, ejusque ratio-  
 nem reddente. Δεγε) ἔ' καὶ τὸ δὲ γραμματῶν  
 τοῖς φίλοις ομιλεῖν, καίταρα πρῶτον μετ' ἀνήσαδ',  
 τὴν ἔ' παρῶπων ἐντόλῃν ὑπὲρ ἔ' ἐπιειγόντων ἔ' κρι-  
 ρῆ, δὲ τε πλεῖστον ἀρχολίων, καὶ ἔ' πόλιως τὸ μέ-  
 γιστος, καὶ πλείονος. Memorant eum praeterea  
 rationem cum amicis per litteras agendi primum ex-  
 cogitasse Caesarem, quum conloquendi coram de re-  
 bus necessaris tempus propter occupationum multitudi-  
 nem, atque Urbis laxitatem, spatium non daret.  
 Ipsum postea usurpare Augustum, & Tiberium,  
 notum ex Suetonio, Macrobio, & Tacito. In-  
 fra hoc capite Polyaeos: *verbaque in codicillis  
 talia imposui.* Hispani vocant, *Villeles.* an à vil-  
 la deducta vox, nostrates docti viderint.*

*CIRCE POLYAENO SALUTEM.]* Vulgaris  
 isthaec olim epistolarum *ἐπιγραφή*, salutatione  
 nempe numquam contenta. Plauti non piget  
 exemplum referre ex Pseudolo I. I. 39.

*Pboenicium Calidoro amatori suo*

*Per ceram, ἔ' linum, literasque interpre-  
 tes,*

*Salutem mittit.*

Valde autem, quippe cum receptus esset mos  
 iste, impudens velut habebatur epistola, quae  
 carebat salute. Plane ipse Plautus Baechidibus  
 iv. ix. 83. ubi quod in Mnesilochi litteris sal-  
 us initio scripta non erat, subdit Chrysalus:

*Inde à principio jam impudens epistola est.*

Lenones tamen indigni prorsus habiti, ad quos  
 illa mitteretur salutatio. Sic Pseudolo iv. II.  
 56. ubi, Polymachaeoplacides miles Ballioni  
 lenoni scribit:

*Salutem scriptam dignum est dignis mittere:*

*Te si arbitrarer dignum, misissem tibi.*

*Nunc etiam languori, &c.]* Hoc est, tantum  
 abest, ut querar, quin potius languori tuo gra-  
 tias ago.

*In umbra voluptatis diutius lusi.]* Argutissime  
 sane umbram voluptatis adpellat, levem illam ini-  
 tio venerei consuetus velitationem. Fungitur  
 interpretis munere nec minori cum elegantia  
 Achilles Tatius lib. v. ubi de Clitophonthis frigi-  
 ditate Melite queritur: Ἀλλὰ τὸ παλιὸν ὕψισι-  
 πῶ-

κόρατον, προταπτόμενον καταφιλῶν ἕως ἀνέστης, ἄς ἄλλη γυνὴ. τις αὐτῆ ἤ γάμων ἢ σκιά; *Quin immo (quod omnium contumeliosissimum est) complexu meo, ex ipsis dissuaviationibus aequae discedis, atque alia mulier. At quid hoc est, nisi nuptiarum umbræ? Venit & Nonnus hic adpositus adfecta, quam lib. XLII. gaudium in somniis veneremur σκιερὰς γάμων vocat, hoc est, umbratiles nuptias. Convenit item rei mirifice & verbum ludere, quod & superius cap. CXXVII. pariter usurpat: Mille osculis lusimus quaerentes voluptatem robustam.*

*Negant enim medici, sine nervis homines ambulare posse.]* Notum est hoc satis ex Medicorum filiis, & eorum parente Hippocrate lib. 11. Praedictorum. Ludit autem haud inveniuste in ambigua nervorum acceptance. nam saepe pro parte illa corporis, qua homines sumus, *nervus* accipitur. fors, quia, ut tradit ipse Hippocrates, φλέβες καὶ νεῦρα καὶ πνεῦμα τῶν σπλάχνων τινεσὶν εἰς τὸ αἰδοῖον. *Ex toto corpore venae, & nervi in pendendum procedunt.* Plane expedit se post pauca argutula puella: *Recipies, inquam, NERVIOS tuos, si triduo sine fratre dormieris.* Sic & Arbiter pluries: cap. CXXXI. *Dixit citius NERVI paruerunt imperia. & eodem capite:*

----- *Et NERVIS tente Priape sacre.*

Ac cap. CXXXIV. *Quae frigens comederunt NERVOS tuos? Ita & Horatius Epod. 12.*

*Cujus in indomito constantior inguine nervus.*

Et Appulejus lib. 11. *Metamorph.* & plures alii. Ast elegans est, & ambiguus itidem apud poetam liberum *Carm. 69.* de Penelope lusum ille, nullum scilicet, conjux ut Ulysses, sui arcus nervum tetendisse, jactante. de quo Homerus *Odyss. φ.* Ubi & nequiter illa ad nervum genitalem aperte adludit. loquitur ad ipsam Priapus:

*E quibus (procis) ut scires, quicumque valentior esset,*

*Haec es ad arreptos verba locuta procos.*

*Nemo meo melius NERVUM tendebat Ulyssæ,*

*Sive illi laterum, seu fuit artis, opus.*

*Qui quoniam perit, modo vos intendite: qualem*

*Esse virum sciero, vir sit ut ille meus.*

*Hac ego Penelope potui tibi lege placere:*

*Illo sed nondum tempore factus eram.*

Sic & Ludovicus Ariostus usurpavit ad antiquos Poetas, ut conjicere est, respectu. Adloquitur Bradmantem viraginem pulcherrimam Rodomontius *Cant. 35.*

*Io son di tal valor, son ti tal NERBO,  
C'haver non dei d'audar di sotto à sdegno.*

*Dilogia ludit.*

*Tentavit.] Tentare dicitur de morbis leviter*

*corpora tangentibus. Plane Caelius Aurelianus lib. 1. Morb. Diuturn. cap. 3. ubi de Incubone profatur: Est autem supradicta passio Epilepsiae tentatio, hoc est, praecursor, & principium. Hispani parissime usurpamus: Oera vezo me bantado esse mal. Claret jam, puto, argutia puellae, quum frigescentium valde nervorum illa sit exaggeratio.*

*Ad tubicines mittas.]* Nihil refert hic *tubicines*, an *tibicines* legas; frequens quippe utrumque, ac paene promiscuus in funeribus usus, quod satis jam liquet. Ideo autem ad lugubrem pompam plures forsitan accersiti, quod dulci ac blando musicae concentu fletus causa mitior redderetur ac lenior. quod Boëthium in Prooemio artis Musicae, puto, tradidisse. Funerum tibicines peculiari appellatione *siticines* dicebantur, & monumentarii *ceraulae*, Graecis *τυμβιαῖοι*. Plura vero de iis acta jam olim eruditissimis hominibus, obviaque apud scriptores de Funeribus, & Bulengerum de Theatro.

*Homini tamen misero non invideo medicinam.]* En miser pro aegroto etiam Arbitro, nam Plauto sic acceptum jam pridem observavit Franc. Floridus lib. 11. *Lectioium Subvivivar. cap. 23.* ita in Pocnulo habet v. 11. 43.

----- *Miseram esse praedicat buccam sibi:*

*Fortasse medicos non esse arbitrarier.*

*Non timeo, ne quis inveniat, cui minus placeam.]* Isthac superbientium feminarum fiducia quamnam non tetigit? Ovid. etiam novit 1. de Arte:

----- *Sibi quaequae videtur amanda:*

*Pessima sit, nulli non sua forma placet.*

Circus autem emendatissima erat pulcritudo, itaque ejus, ut Helenae apud ipsum Nasonem, fastus tolerabilis. sic ad Persidem suam inquit in Epist.

*Hoc quoque enim dubito, non quod fiducia desit,*

*Aut mea sit facies non bene nota mihi.*

Nota vero pessime plerisque, unde & fiducia falsa. Ita ad amicam Propertius respiciens lib. IV. El. 23.

*Falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae.*

*Nec speculum mihi, nec fama mentitur.]* Audi, ut *speculum* & *fama* pariter Martialis conjunxerit Ep. 41. lib. 11.

*Quare si speculo mihi quae credis.*

Utrumque tamen mendax olim audiit. *Speculum*, quod ei, verax quum semper sit, aniculae ac deformes non crederent. nam, ut Ovidius ait paullo post laudandus:

*Pessima sit, nulli non sua forma placet.*

Ideo Graecis etiam haud semel *οὐλοῦ* vocatum. *Famae* vero, quod natura sua fallax semper existit. Abunde Tertullianus quem unicum referam. Ipse dum illud interpretatur Virgili.

*Fa-*

*Fama matum, quo non aliud velocius ullum,*  
inquit in Apologetico: *Cur Fama matum? quia  
velox? quia index? an quia plurimum mendax? quae  
ne tunc quidem, quum aliquid veri adfert, sine men-  
dacii vitio est, detrabens, adjiciens, demutans de  
veritate. Quid? quod ea illic conditio est, ut non  
nisi quum mentitur, persuadoret; & tam diu vivit,  
quam diu non probet.* Martiali tamen nonnum-  
quam verax est, quapropter lib. VII. Ep. 5. in-  
quit:

*Credo tibi, verum dicere, Fama, soles.*

*Fieri.]* Sic habent plerique veteres codices,  
alii vero, *frater*, quam lectionem praetulit editio  
Helenopolitana. unde subit suspicari, utrum-  
que scripsisse Petronium. Chrysis ancilla hic Poly-  
aenon adloquitur, & post convicium dominae,  
opportune ei adfentari adgreditur. cui & *fratris*  
compellatio fatis adposita, blandientium namque  
illa fuit olim amicorum. Sic & Quintilianus  
edocet declamat. 321. *Certe quoties blandiri volu-  
mus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio  
procedere ultra hoc non potest, quam ut FRAT-  
RES vocemus.* Sic apud Symmachum passim est  
*frater* pro amico, ac familiari. Et ad Esther Af-  
luerus rex cap. 15. *Quid babes Esther: ego sum  
frater tuus, voli me vivere.* Ubi Joseph Ben Ge-  
rion *amicus* interpretatur. Blandientis hic quo-  
que mulierculae & ille veneficii respectus erit:  
summa quippe excusationis Polyaei antea il-  
la fuit: *veneficio contactus sum.*

*Lunam deducunt.]* Sagarum isthic potissimus co-  
natus. inferius rursus cap. cxxxiv.

----- *Lunae descendit imago*

*Carminibus deducta meis.*

Ubi & nos plura.

Cap. CXXX. *Fateor me, domina, saepe peccasse,  
nam & homo sum, & adhuc juvenis.]* Duplex  
hic Polyaeo praesidium est. primum, quod ho-  
mo sit, cujus natura erroribus obnoxia. Ipsus  
cap. lxxv. *Nemo vestrum non peccat, homines su-  
mus, non dii.* Alterum, quod junior; inquit  
namque Cassiodorus: *Gloriosa supplicatio est, quae  
veniam quaerit aetatis,* lib. vii. Formula 41. quae  
de aetatis venia est. Sic & Aristaeus lib. 11.  
Ep. 1.

*Proditionem feci, hominem occidi, templum vio-  
lavi.]* Speciem habent proverbialium locutiones  
istae; in summis flagitiis usurpandae. non ta-  
men referendae sunt ad ullum Polyaei facinus,  
cujus in Satyrico mentio; nec, ut volunt inter-  
pretes, ad *audaciae nomina*, hoc est, specimina,  
cap. lxxxvi. Encolpio recensita, qui idem nunc  
cum Polyaeo est. In praesentia enim ad nihil  
aliud opportune magis referit illis respiceret,  
quam ad multiplex crimen illud encervati corporu-  
sculi. uti, ni fallor, non neminis quoque fuit,  
nescio tamen ubi, argutum commentum.

*Non me, sed instrumenta, peccasse.]* Acute fatis,

tanquam habeant instrumenta illa suum proprium  
arbitrium. Vide quae observamus ad verba cap.  
cxxxii. *Naturali convicio exoneravi.*

*Paratus miles, &c.]* Mens, nec potui cupiens,  
quod simili in re dixit Ovidius lib. 111. Amor.  
El. 6. *miles*, Veneris nempe. nam *miles* etiam  
impudice usurpatur. Appulejus lib. ix. *convio-  
dum prima stipendia Veneri militabant novi & nudi  
milites.* Eadem ratione, qua *militare, militia,*  
&c. nos alibi.

*Arma.]* De Marte ad Venerem multiformis  
translatio, est armorum creberrima. passim pro  
membro usurpantur genitali. Sutrius Comicus:  
*Myrrhinum mihi adfer, quo virilibus armis occur-  
sem fortiuscula.* Propertius lib. iv. El. 9.

----- *Et toto solvimus arma toro.*

Et alias saepe. Cornelius Gallus hypoboli-  
maeus:

*Fortis ad occasum ni pugnem solis ab ortu,*

*Detrahat ignavo protinus arma Venus.*

Maximianus item ad amasiam:

*En longo confecta situ tibi tradimus arma;*

*Arma ministeris quispe dicata tuis.*

Plures. Hinc ergo & subodorari jam licet Arbi-  
tri nequitiam, ubi de Aescylo sermo est cap. xci.  
*Quum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi.  
quae mire sequentibus consonant, adhuc Arbi-  
tro de ipso loquente cap. xcii. Habebat enim  
inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem la-  
civiam fescini crederes.* Pariter etiam Hispanis,  
*Armado, & Armis,* inter obscena.

*Forfitan animus antecessit corporis moram.]* Forsitan  
& hic Petronii animus haud erit cuiquam per-  
vius, vera autem philosophia ille innititur. ejus  
enim placitis constitutum est, verum ac plenum  
veneris gaudium animi corporisque commotione  
constare. Sic & Appulejus indicat lib. 11. Me-  
tamorph. *Quum ergo jam vino madens, nec ANI-  
MO tantum, verum etiam CORPORE ipso ad li-  
bidinem inquietus alioquin, & petulans.* Idemmet  
& Arbitrator saepe innuit, adpositis vero verbo-  
rum involacris subdit hic in codicillis: *Non me  
sed instrumenta peccasse. &: Paratus miles arma non  
habui. & cap. cxxxii. Postero die quum sine offen-  
sa corporis, & animi conjurrexisssem. & postea eod.  
cap. Ecquid hodie totus venisili? Unde jam isthaec  
loca nova luce clarent. Verum enim vero sic  
natura comparatum est, primorum scilicet paren-  
tum noxia, ut si animus, id est, animi adpe-  
ditus, corporis moram antecedit, & urgat,  
tunc maxime repugnet corpus, advertereturque,  
quae in praesentia mens est Petronii proculdubio.  
Fulcit mire sententiam magnus August. & peni-  
tens Arbitrator sensum prohalat lib. xiv. de Civ. Dei  
cap. 16. *Sed neque ipsi amatores hujus voluptatis,  
sive ad concubitus conjugales, sive ad immunditiam  
flagitiorum, quum voluerint, commoventur: sed  
aliquando motus ille importunus est nullo poscente, a-**

(L)

li-

liquando autem destituit inbientem, & quum in ANIMO concupiscentia ferreat, friget in CORPORE: atque ita mirum in modum, non solum generandi voluntati, verum etiam lasciviendi libidini libido non feruit: & quum TOT. I. plerumque menti cobibenti aduersetur, nonnumquam & aduersus se ipsam DIVIDITUR, commotique ANIMO, in commovendo CORPORE se ipsa sequitur. Plura non addimus, post serculum namque adeo opiparum ex penu nostro necessario forderent diaria.

*Omnia.*] Nuptum hic verbum, ut supra jam vidimus ad verba cap. xi. Nec adhuc quidem omnia erant facta, quem locum licet adire.

*Tempore.*] Hoc est, mature adverbium enim est, tempori, & tempore; ut vesperi & vespere; heri & hodie; nunc & nunc, ac si nihil. quo & opportune magis spectat Vulcani fabella lib. 2. Fab. 166. quam alias Symbolae *α. α. α. α.* ex Hygino referunt. Ego hic possem ex Fulgentio Mythologo.

*Per quod te habere potui.*] Nemo jam non novit verbi habere minus honestam notionem. Discedimus nos ideo hinc elegante Aristippi dicto apud Ciceronem lib. ix. Epist. Sed tamen Aristippus ille quidem Socraticus erubuit, quum esset obiectum, habere eum Laida: Habeo, inquit, Laida; non habeo ab illa. Optime ad mentem Petronii.

*Summa tamen excusationis meae.*] Diversa prorsus ab aliis summas acceptio isthaec. haud secus & Seneca usus lib. 1. de Beneficiis cap. 10. Haec est enim injuriae summa: beneficium perdidisti.

*Curavi diligentius noxiosissimum corpus.*] Sic Plinius Ep. 20. lib. v. Curatis utcumque corporibus. Docet ibidem Petronius, quid, corpus curare, sit. nimirum ungi, pasci, & adumbere, ac uno verbo, genio indulgere. Quo facit & illud ejusdem Arbitri cap. cxv. Cibique naufragio corruptis utcumque curati, tristissimam exigimus noctem. Idque Maronis in III. divini operis:

----- Passimque in littore sicco

Corpora curamus.

*Noxiosissimum corpus*] Partem, qua homines sumus. Vidit & jam pridem Rigaltius ad illud Phaedri de Eunuchis:

Dammum insectatus est amissi corporis.

Unde etiam haud inconcinne exponendus Ovidius lib. 11. Amor. El. 10.

Saepe ego lascivae consumsi tempora noctis,

Utilis & forti corpore mane fui.

Apertius tamen hacce corporis notione usus El. 7. l. III.

Nim mea Thejalico languent devota veneno  
Corpora?

*Bulbis, cochlearumque sine jure cervicibus.*] Veneri quidem suscitandae pari vi ac virtute videntur veteres agnovisse bulbos, & cochleas, quum & saepius conjunxerint ex compacto, ubi suscita-

bula nimirum libidinis languentis parant. Sic Alexis apud Athenaeum lib. 11. cap. 23.

----- Πιννας, καυρώσει,

Βολβός, κοχλίας, κίρυος, ὄα, ἀπυρνώ-  
λια.

Τοταῦτα τέτων ἀν ἡς εὐρα φάρμακα.

----- Pinnas, locustam,

Bulbos, cochleas, ceryceas, ova, extremos pedum artus.

Tam multa ex his invenias remedia.

Heraclides item Tarentinus in convivio ibid. ubi & rationem reddere videtur: Βολβός, καὶ ὄον, καὶ τὰ ομοία, δοκίμει σπερματὲς εἶναι ποιητικὰ, ἀλλὰ το ἄρκοιδίς, εχει τὰς πρώτας φύσεις, καὶ τὰς ἀτάς δυνάμεις τῶ σπέρματι. Bulbus, cochlea, ova, & familia gignere semen videntur, quia prima illorum natura eandem cum genitura speciem & potestatem habet. Item Theocritus Idyll. xiv. quum epulum fruit amatorium.

Βολβός τις κοχλίας ἐξήροθη.

Bulbus & cochlea promebantur.

Sed satis jam locorum, innumeri namque scriptores sunt, qui in re veneris prodiderunt eorum usum. Haud semel Athenaeus, etiam Dioscorides, Naevius, Ovidius, Juvenalis, Apicius, M. Varro, Plinius, Columella, Appulejus & alii. Verum enimvero mirum admodum est, quod de bulborum radicibus scribit naturalium rerum doctores: nempe ab similitudine ὄρχιδος ipsas vocari, hoc est, testiculos, quia omni ex parte humanorum testiculorum figuram exhibeant; itemque in pube pilos fibrillae capillatae quam plurimae, quae circa caulis principium insunt per ambitum. ut vel sic etiam virtutem bulborum ac potestatem artifex natura palam indicare satageret. Ipsorum videre licet apud Portam schemata lib. III. Phytognom. cap. 44. Cervices autem cochlearum expetitas gulonibus fuisse, jam viderunt alii.

*Hausi parcius merum.*] Unus Flaccus Argonaut. lib. 11. illustris Petronio interpres:

----- Lapsas

Restituant (Argonautae) vires, & sarco corpora Baccho.

Alii vero Arbitri interpretes sibi constant parum.

*Ne latus frater meum convelleret.*] Oppido nequiter dictum. Idem aliter supra de simili fratre cap. LXXXVII. Pungere me manu coepit, & dicere, quare non facimus? Et dilogia potuit hic quoque ludere. nam latus praetextatum vocabulum est, ac per saepe antiqui pro sede libidinis usurparunt. Plin. lib. xxII. cap. 13. de urticae femine agens: Et lateri medetur cum semine lini. Et Ovidius lib. III. Amor. Eleg. 10.



*I'udi ego, quum foribus lassus prodiret anator,*

*Invalidum referens emeritumque latus.*

Item Phyllidis Epistola:

*----- Et lateri conseruisse latus.*

Cap. CXXXI. *Etiamsi locum inauspicatum timebam.*] Nam movemur enim, ait Cicero 11. de Leg. nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus, aut admiramur, adsunt vestigia. Vim quippe magnam habent loca ad revivendam memoriam revocandam. Eadem mens Plinii Junioris est lib. VI. Epist. *Ipsa loca, in quibus esse una solemus, acrisus me tui commonent.* Item Seneca Ep. 50. *Repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria evocant.* Propterea ejusmodi loci valde esse amanti cavenda, si amantiam cupit oblivisci, monet Ovidius in 11. de Remed. Amor.

*Et loca saepe nocent: fugito loca corseia vestri*

*Concubitus, caussas illa doloris habent.*

*Hic fuit; hic cubuit, thalamo dormivimus illo:*

*Hic mihi lasciva gaudia nocte dedit.*

Faciunt & huc quae antea notavi ad verba cap. CXVII. Ideoque de civitate sua miserrimum jenem evasisse, &c.

*Fallose.*] Superbe. Convincunt plane ejusdem Chrysidis verba cap. CXXVI. ubi ipsum et adfertur Polyaeonon. *Quia nostri venerentiam, SUPERBLIAM captas.* Ita & Agraetius: *fastus de superbia, & facit genitivum fastuum.* Elegans est in re amoris vox illa, *fastose.* Sic politissimus Martialis lib. X. Ep. 13.

*Ad nocturna jaces fastosae limina moechae;*

*Et madet,heu! lacrimis janua surda tuis.*

Et Bargates supra ad Eumolpum cap. XCVI. *Conubernalis mea mihi factum facit.* Ac plures alii. Sic & *salidum* usurpat Tibullus Eleg. 8. lib. I.

*Licium protulit varii coloris filis intortum.*] *Licia*, quae filis varii coloris variique numeri constarent, solita fuisse veneficiis adhiberi, protritum. ne antiquam vero, id licium, quod fuisse quadam religione ac artificio contortum, in magicis habuisse vim longe majorem. Innuit indubie Petronius, *Licium filis intortum*, inquitens. Plane autem indicat Lucanus lib. VI.

*Traxerit torti magica vertigine fili.*

Ubi *magica vertigo* mihi *rhombus* Ovidii est, & Horatii *turbo*, & Propertii *rota*. Unde, quod arte quadam venefica licia torquerentur, quodque inter in orbem vertendum carmina quaedam insufurrarent, conligere est.

*Magico torti sub carmine rhombi*, dixit Propertius. Sic item Laelius, poeta vetustus, petens ad philtrea licia isthaec inter alia (si

vera tamen est Josephi Scaligeri & Gilberti Gaultmini emendatio)

*Trochiscilli, ungues, teniae*

*Aureae, illices, bitortilae.*

Quo etiam facere Plutarchi in *Θεῶ ποσειδων*. in *Πλαβ*, *παραποσειδων*, id est, *tortilis lana*, qua Saturnus à Jove ligatus in Tartarumque detrusus est, haud ambigit ipse Gaultminus. Nec secus Scipio Gentilis in Appul. Apolog. το ποσειδων in lancia coronis apud Artemidorum lib. I. cap. 79. cenfet, non solum ad varietatem colorum, sed ad *intortam lanam*, esse referendum. Ideoque ipsas coronas in somniis vitas veneficia ac vincula portendere.

*Carmine.*] Incantamento, aut *cantamine*, ut loquitur Appulejus. *Percantatione*, ut S. Augustinus: Sic Juvenalis Sat. VI.

*Hiptomares carmenque loquar, coctumque venenum.*

Arnobius lib. I. *Qui sine ulla vi carminum, sine herbarum & gramini succis.* Sed latius alibi. Vir autem eruditus Doct. Don Thomas Tamajus de Vargas putabat hocce carmen distichon esse, cui pagina proxime sequenti exfulare contigit, ac proinde hic esse inferendum.

*Dum vivis sperare licet, tu rustico custos*

*Huc ades, & nervis tente Priape face.*

Argute enim. aliud vero noluit Petronius, quam quod dictum antea.

*Ter me iussit exspuere.*] Virgilius in Ciri:

*----- Ter in gremium mecum, inquit, despue virgo,*

*Despue ter virgo, numero deus impare gaudet.*

Sed hic fusc omnes. Addam tamen, sic apud Lucianum Chaldaeum incantatorem ter in faciem Menippi conspuere, quum ipsum, ut ad inferos descenderet, incantabat.

*Purpura involverat.*] *Purpura* hic viris doctis negotium vidi facefere: quod pariter & Bourdelotius videtur sensisse. equidem sacro sic me ex objectis laqueis expedio. Biceps facrum hocce fuit aniculae fagae, & *magicum* propulsivo veneficio, quo contactus Polyaeonos, ut dixit cap. CXXVIII. & *placulare* placando numini Lampfaceno, hoc est, Priapo. Primum re ipsa patet; alterum quoque ac praecipue ex pluribus nostris actus hujusce notatiunculis, versiculiisque subsequenteribus:

*Dum vivis. sperare licet, &c.*

ubi nempe doctis viris illos conlocare visum. Isti ergo *purpura* hic adhibita, nam, ut inquit Plinius lib. IX. cap. 36. *Purpura diis advocatur placandis.* Et Servius Aeneid. lib. XII. *Purpura maris vicem ad plundum praebet.* & Clemens Alexandrinus in Protrept. inter placula ταινιων τινων εριον & ποσειδων ποσειδιμενων meminit, id est, quorundam fertorum ex lana & *purpura* variatorum. Potuit & priori *purpura* adhiberi, sacro, inquam

quam, magico. nam ejus tinctura hominis lotio conficiebatur, teste etiam Plinio eodem lib. cap. 39. *Lotio* autem praestigiatoris artem deleri, ut Sarisberienfis loquitur, ideoque veneficas lotio etiam magia enervatis mederi, vulgo notum est. Itaque *purpura* lotii vicem hic praebere posset, ut maris in expiationibus, ceu Servius supra protulit.

*Ingenti tumore repleverunt.*] Sic ego primus edidi, & sic Arbitrator haud dubio scripsit. in scriptura vero, quae huc usque regnavit, scilicet, *ingenti motu repleverunt*, mendum sane facile committi agnoscitur, quippe quod ex duarum syllabarum traiectione ortum, & alius praetermissa repetitione. *Tumorem* parti ei rigidae dedit itidem Tibullus in Priapeis:

*Et inquietus inguina adrigat tumor.*

Unde & qui, *inquieti motu*, emendabat, nihilum profecit. minime namque ibi oberat sententiae *in ingenti*, sed potius *motus* ille, qui aniculae manus replere ineptissime conabatur. ac praeterea *ingens motus*, & *inquietus*, ane differunt?

*Vides, quod alis leporem excitavi.*] Hanc scripturam fartam testamque conservare, mihi semper in animo fuit. Nam verba omnia ad aniculae mentem sunt adpositissima. Divitiae autem Criticorum de voce, *alis*, olim exsistere: pluresque parum recte amplectuntur, *aliis*. Pinnae enim excitato peni neutiquam tribuerentur improprie, quod plane tuctur Juvenalis Sat. VI.

----- *Quod enim non excitet inguen  
Vox blanda & nequam? digitos habet, ut tamen omnes  
Subsidant penna.*

Licet ergo, inquit Satyricus, inguina labascant, improbis tamen verbis, veluti digitis, follicitata excitantur. Non aliter illi dedit *pennas* Ludovicus Ariostus loco haud vulgari. loquitur de Rugiero nudam Angelicam conspicante, & inire cupiente, extremo Cant. 10.

*Quivi il bramoso Cavalier ritenne  
L'audace corso, e nel pratel discese,  
E se raccorre al suo destrier le Penne,  
Ma non à tal, che pin le havea distese.*

Non femel & *Equum* partem illam, ut hic, adpellavit. Sic Cant. 8.

*Ma ne l' incontro il suo Destrier trabocca,  
Ch' al desio non risponde il corpo infermo.*

Et iterum:

*Tutte le vie, tutti li modi tenta,  
Ma quel pigro Rozzon non pero salta, &c*

*Lepus* enim etiam inter obscœna, vel uno Plauti teste Casina. I. I. 50.

*Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.*

Pariter ac nobis, *gasafo*, vox plane fornice nata. *Excitare*, itidem. Juvenalis supra, Mar-

tialis passim, Tibullus, alii. *Alatus* etiam & *lepus* alius apud Petronium cap. xxxvi. sed ab simili sensu. Hui! quid si picatas manus plagiarii mei & hic contingeret agnoscere?

----- *Et nervis tente Priape fave.*] Id saepe à Priapo precabantur Ethnici. passim in Priapeis, ac nos alibi dicimus. at usque eo dementiae devenerit, ut vota ei faceret haud dubitarit, qui se nimirum cuperet fat rigidum praebere. Eo spectat Carmen illud cap. cxxxiii.

*Nympharum Bacchique comes, &c.*

*Tentus* autem millicis ille audit, quippe qui

*Tormento citbaraque tensorem*

suum penem extollat. inde & *tentigo*, & *penitentia*, &c. inter impudica.

*Nobilis aestivalis platanus diffuderat umbras.*] Plura Hermogenes *περί γλυκύητος*; orationis, ac de descriptionibus agens, huic conducentia congerit, quem vide. De *platanis* supra nonnulla tetigimus. *Nobilis* hic Arbitro vocatur, quia viri principes valde in deliciis habuerint, & usque eo sane magni platanos fecerint, ut sub ipsis consueverint convivari: etiamque cum amaliis concumbere. vid. Plinium. quod decus vel Jupiter ipse platanis noluit invidere, nam potest fabulantur sub platano scilicet cum Europa concubuisse.

*Et circumtonsa trepidanti vertice pinus.*] Et *pinus* olim arbor umbrifera censita, ideoque cum platano, ut Arbitrator, sociarunt poetæ alii. Horatius lib. II. Carm. II. qui locus & praedictis subvenit:

*Cur non sub alta vel platano, vel hac  
Pini jacentes sic temere, & rosa  
Cunos odorati capillos,  
Dum licet, Assyriaque nardo  
Potamus uncti?*

Et saepius cum populo. speciem vero mire expressit Petronius, Ovidium quoque indubie exprimens x. Transform.

*Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus.*

De *lauro* autem, [quae subsequitur, & superius meminimus.

----- *Cupressus.*] Inter deliciosas namque arbores, faustas, lactas etiam recensita. Martialis in descriptione amoenarum aedium lib. XII. Ep. 50.

*Daphnionas, platanos, ac aërias cyparissos.*

Alii.

----- *Testis silvester Aëdon,*

*Atque urbana Progne.* -----] Haec est verissima scriptura, quae inter variantes MSS. repraesentatur. *Aëdon* autem vox nihili unde inrepsit in plures vulgatos libros, puto Criticorum filios haud subodorari. Aperta est Ovidii imitatio VI. Metam. Ibi enim postquam extremo libro Philomelae & Prognos fabulam pluribus perfectus esset,

set, tandemque ipsas abiisse in aves, dixisset, addidit;

----- *Quarum petit altera SILVIAS:*  
nempe Philomela:

*Altera tecta subit.*

scilicet Progne. Isthæc mero meridie clariora: Philomela namque Iuseinia est, quam Graeci ἀηδόνα adpellant; neutiquam tamen Graecam vocem poetæ Latini adspernati sunt. Ea & usus parissimo loco Seneca in Agamemnone vers. 666. quem aemulari, licet poetæ adhuc in vivis agentis, haud indecore Arbiter potuit:

*Non quæ verno nobile carmen  
Reno cantat querula Edonis,  
Ityn in varios modulata sonos:  
Non quæ tectis Bistonis ales,  
Residens summis, impia divi  
Furta mariti garrula deflet.*

Sic & auctor Oëstivæ, vers. 898.

----- *Quæ lacrimis nos bis questus  
Reddet Aëdon? cujus pinnas, &c.*

Lucanus in sine Panegyrici ad Pisonem:

*Sic & Aëdonia superantur voce cicadae.*

Iuseinia autem silvarum arborumque incola est, unde adpositissime Arbitro *silvester* nuncupatur. Ita ipse Naso Consolat. ad Liviam: vers. 105.

*Talis in umbrosis mitis nunc denique SILVIVS*

*Deflet Threïcium Daulias ales Ityn.*

Ita & ἀηδὼν Homero χλωροῖς dicta Odyss. T. hoc est, interprete Eustathio, ἡ ἐν χλωροῖς τοῖς ποῖσι διατρεφέστα, quæ in locis virentibus habitat. Virgilio iv. Georg.

----- *Populea moerens Philomela sub umbra.*

Progne vero hirundo est, quæ *domestica* Latinis pluries vocata; uti Graecis δεικία, Nonno μεσοπεσοῖ συνέσιον, hominibus contubernalis. Porro *silvester*, & *urbana*, fatiis eleganter opponuntur.

*Resoluta.*] Hoc est, corpus soluta. recte omnino, nam qui in lectulum projiciunt se dormituri, membra resolvunt. sic dixit de Cerbero Virgilius vi. Aeneid.

----- *Atque immania terga resolvit  
Fusus humi.*

Sic etiam & illud Propertii interpretatus est Passeratius lib. II. El. 34.

*Desine, & ad molles membra resolve toros.*

Ast nemo planius expressit Curtio elegantissimo scriptore lib. vi. ubi de Philota sermo est suspecto de conjuratione in Alexandrum, nihilominus tamen in utramque aurem, ut ajunt, dormiente: *Illum sive securitate animi, sive fatigue RESOLUTUM somnus oppresserat.*

*Marmoreis cervicibus.*] Videtur hocce à Virgilio mutuatus iv. Georg. de Orpheo discerpto loquente:

*Tum quoque MARMOREA caput à CERVICIBUS reculum.*

Consonum est illud Nævii in Iliad. Cyp. lib. I. *Collum marmoreum torques gemmata coronat.* Sic *pectus marmoreum* dixit Lucilius. *Marmoris* ergo, id est, candidis. plane Martialis in elegantî antitheto lib. VIII. Ep. 56.

*Marmorea fundens nigra falerna manu.*

*Aureum torum.*] κελόν interpretantur. mihi vero revera aureus est. nec id valde eo temporis mirum. nam Plinius lib. XXXIII. cap. II. inquit: *Lectos vero mulierum jam pridem totos operiri argento, &c. & post pauca addit de Carvilio Pollione equite Romano: Idem & aureos (lectos) fecit.* Quum de Julio Caesare fiteam, quem, testis est Suetonius, in aureo lecto veste purpurea decubuisse.

*Myrtosque florenti quietum verberabat.*] Myrtus Veneris arbor. & merito in deliciis illa habuerit, vim namque à natura obtinuit libidinis promovendæ. Quam igitur & hoc nomine venerit hic myrtus tempestiva, haud necesse indicare. Potuit & id temporis puella ad manum habere muscis scilicet abigendis, quod olim fieri solitum. Martialis lib. III. Ep. 82.

*Fugatque muscas myrtea puer virga.*

*Quietum.*] Ipsum torum. Sic Lucretius cubilia serarum vocavit, quietes, lib. I.

*Namque canes ut montivagæ perfaese ferae  
Naribus inveniunt interdæ fronde quietes.*

Homerum imitatur, qui κείτον etiam ἀνὰ τὸ κείτον usurpat Odyss. II.

----- *Κείτον δὲ μέδον.*

----- *Lecti curam habuerit.*

quod observat Gifanius. Pari ratione in prisca marmoribus *quietorium* & *requietorium* inventiunt, pro sepulcretis. *Quiescere*, hoc est, dormire, in sepulcris defuncti existimantur. unde & κρημνίσια, id est, dormitoria, eadem loca vocari, notum est.

*Ranum super oculos meos posuit, & quasi pariete interjecto audacior facta.*] Ranum myrri. Qui prae pudore loqui non audent, multum animo confirmantur, si arte quadam praesentium possunt fugere obtutum. Recte sane, quum verum sit, quod inquit Aristoteles lib. II. Rhetoricor. τὸν ἐν οφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶν, pudorem esse in oculis. Nec non Euripides, ex quo refertur hic versus:

*Αἰδῶς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον.*

*Mea gnata, in oculis misetur hominum pudor.*

Quod illud Sapphus spectat:

*Αἰδ' ἴκεις ἐς ἑσπλῶν ἰμερον ἢ καλῶν,  
καὶ μὲν εἰκῆ γλώσσ' ἐλύκα κακῶν.*

*Αἰδῶς κεν ἔχει σ' εἶχεν ὀμματ'.*

*At si te cessasset bonarum rerum, aut honestarum, desiderium,*

*Nec lingua tua trepidasset aliquid improbum  
prolatura,*

*Pudor profecto oculos tuos non occupasset.*

Huic igitur adstruendo, Petronioque inlustrando, nonnulla exempla adlubet referre. Socratis insigne est apud Platonem, quod imitatus Hispanus Rhetor apud A. Gellium lib. XIX. cap. 9. sic profatur: *Permittite mihi quaeso, operiri pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse ajunt.* Sic & noverca apud Appulejum lib. X. Miles. dum privignum amatorie adloquitur: *Et ubertim adlacrimans, lacrimaque contegens faciem, voce trepida sic eum breviter adfatur.* Itidem myrrha scelestum amorem apud Ovidium lib. X. Metam. narrare volens:

---- *Pudibundaque vestibus ora*

*Texit, & ò, dixit, felicem conjuge matrem! &c.*

Hinc jam & alius locus Petronii clarorem mutuatur cap. CXIII. *Riju excepere fabulam nautas, erubescens non mediocriter Tryphaena, vultumque suum super cervicem Gitonis amabiliter ponente.* omnino ut obtegeret.

*Equid bodie totus venisti?* Lucem à se sibi hic Arbitrator mutuatur, ut supra jam vidimus. *Totus* ergo, hoc est, sine corporis offensa, animique, ut Petronius loquitur. Pariterque animo corporeque ad libidinem excitatus. Firmiter vel unicus Cicero adstruat nostrum interpretamentum 2. Academ. Quaesit. *Qui se TOTOS & ANIMIS & CORPORIBUS in salutem reipublicae contulerunt.* Huc spectant quoque verba ejusdem Polyaei prorsus gemina germana cap. CXI. *Dii majores sunt, qui me restituerunt in integrum.*

*Usque ad satietatem.*] Hoc sane si ad urbanitatis iteram exigeretur, sui oblitus Polyaeos foret ruficatus loquutus. Placitis vero Homeri subscribens, ac postea Aristotelis, qui amoris quoque, haud secus atque aliarum rerum, experiri humanum genus satietatem, docuerunt jam olim, inustam maculam delebit. Heliodorus tamen post homines natos homo politicissimi ac venustissimi ingenii illis haud adfentit, immo potius sub Cnemonis persona principem illum vatem ita lib. IV. reprehendit: *Εγώ κ' Ομήρω μίμφομαι, ὃ πάτερ, ἄλλων τε κ' φιλότιθον κήρυ είναι φήσανθ, πειγμαθ, ὃ καί' ἐμὲ κειτὴν, ἄδειμάν φέρει πλεγμαθ, ἔτε τὸ καθ' ἄδονν ἀνυόμενον, ἔτε εἰς ἀκρὴν ἐρχόμενον.* Ego vero & Homerum reprehendo, qui quum aliarum rerum, tum amoris satietatem esse dixerit, quae res, me iudice, nullam satietatem admittit, neque quum fruatur quispiam, neque quum auditu percipit.

Cap. CXXXII. *Ipsa corporis pulcritudine.*] Ad oram fragmenti hujusce in pluribus editionibus adpingitur isthaec inscriptio: ENCOLPIUS DE

ENDYMIONE PUERO. Perperam, nam aptissimum fragmentum est praecedenti de Circe narratiunculae, ac subsequenti. quos videlicet discerptos centones nunc facit Polyaeos. Itaque aut à germano loco exfulat fragmentum, aut prorsus est sublestaec fidei illa inscriptio, quod verius ego prorsus existimo. Tò ipsa ergo ad Circem referri, haud dubium est. Nescio autem, unde in marginem inreperit *ἐπιγυρῶν ὑποβολιμαῖα*, nos ideo expunximus.

*Me ad se vocante.*] Eleganter, pro, provocante. Nescio quid simile bodiorum apud Theocritum Idyl. III.

--- *Τί μ' ὄσον ἐλκ τῆς κατ' ἀνίχην*

*Παγκύπλοισα καλεῖς τ' ἐρωτόλον;*

---- *Quare me non amplius prope hoc antrum*

*Prospectans vocas amatorculum tuum?*

Quasi inspectando vocet, nam sic amantes loqui consueverunt, unde eorum oculi arguti dicti, ut memini alias. *Καλὴ* enim pariter usurparunt Graeci, & Anacreon, ni fallor, saepe usus.

*Jam pluribus osculis collisa lebra crepitabant.*] Videntur plane osculorum subindicari *πορυσματα*. Juvenalis Scholiastes adposuit ad illud Sat. VI.

---- *Frontemque manumque*

*Praebeat vati crebrum porysma roganti.*

inquit: *Porysma.*] Oris pressi sonus, ut LABIORUM in se COLLISORUM strepitus. Contra illa Tibulli oscula tacita sunt lib. I. El. 8.

*Nota Venus furtiva mihi est, ut lenis agatur*

*Spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum.*

*Jam adligata ambitu corpora.*] Illud est Heliodori lib. II. de Charicia & Theagene. *εἴχοντο ἀλλήλων, mutuo ambitu cobaerebant.* Et iterum lib. V. ipsimet *εἴχοντο ἐπιπλεῖτον ἀλλήλων οἰονὶ συμπερικέχθεις.* In amplexu mutuo diutissime baerebant, veluti in unum corpus coaluissent. Ita & Eustathius lib. V. de Iminenēs & Imineniae amoribus: *καὶ περιπλακίνας τοῖς δάκρυσιν ἐπὶ ἐρχόμεθα.* Et mutuo nos amplexantes lacrimis perfunde-  
debamus.

*Animarum quoque mixturam fecerant.*] Repetenda hic quoque sunt lectori meo, quae ad verba cap. LXXIX. comminiscor:

*Et transfudimus hinc & hinc, &c.*

Modo vero subindicem, mire nunc adstrictam illam, ambitiosamque implicationem exprimi verbis hisce. quasi dicat, amantium corpora adeo mutua adligari connexionione, ut animae quoque viderentur prorsus commiseri, quod unice Heliodorus antierius.

*Vocatque cubicularios.*] Apte quippe ejus supplicio adhiberentur servi illi, quorum ingenium semper difficile fuit, & invenustum. Aperuit Seneca etiam, dum plurimum meminit cap.

14. de Constantia Sapientis : *Quidam se à cinerariis insujos molesto ferunt, & contumeliam vocant ostiarii difficultatem, nomenclatoris superbiam, cubicularii supercilium.* Latius de eisdem Bulengerus in suo Romano Imperio.

*Et me jubet catomigare.]* Mentem hic Arbitri ego indubie adsequor. nimirum, jussisse matronam, ut verberarent Polyacnon. duo quippe ejus fuere supplicii genera, *verbera & sputa*, quae nunc primum effert. addit, *ac me conspui jubet.* postea vero rursus extertim refert : *Verberibus, sputiisque extra januam ejectus sion.* Ea tamen mens (quod miror valde) quum palam ante oculos obversetur, fere fugit interpretes. Verum enim vero hodie vaticinari, qua videlicet voce eam protulerit auctor, vel Semonibus deis prorsus non liceat. Maxime autem mihi coniectare ex constanti haec omnibus in codicibus scriptura vedigium genuinae haud levidente, in Veteri Glossario Arabico-Latino exaratum ostendi, *Catomum. Cervix*, apta quidem originatione, nam *ز جسر*, & *أخر*, *humerus*, est. ibi enim cervix, hoc est, supra humeros. Hinc equidem vere, ut autumo, Bedam interpretor, & Adonin in Martyrolog. de Romano Martyre die 18. Novembris loquentes: *Indignatus Aeclepiades Catomo suspendi eum ac verberari jussit*, non per *catomum* intelligens quoddam vinculum, quo Martyr ad verbera suspensus esset, ut voluit Baronius Cardinalis, sed *cervicem*: ut verbis illis, *Catomo suspendi, ac verberari*, illud exprimeret, quod fieri solet à ludimagistris, quum in puerorum nates verbera insilunt, cervici alicujus ipsis adpensis pueris. Ut sic Sancto Martyri etiam in flagellationis modo esset quid ignominiae. Idemmet & Encolpio accidisse nullus ego dubito. Ita apud Hippocratem lib. 1. de Articul. *κατωμαξεν* est, in *humeros aliquem levare*, quo etiam nostrum aperte fulcitur commentum. An ergo scripsit Petronius, *Et me jubet catomissari?* Haud inepte, vere autem, juxta scio cum ignarissimis. Hispani dicerent: *Imando me tonasien acueflas* At dii vestram fidem! quae hic intemperiae agunt Criticorum familiam?

*Quisillarias.]* Bene hic Douza P. ceteri, dicam, mentis desipiunt. quidnam in domum matronae ingenuae mendicis ancillas, quaestuaris obrudunt, & alias id genus? *Quisillariae* enim sunt, quas nos vocamus *bilanderas*: quae familiae semper sordidissima pars.

*Familiaequae sordidissimam partem.]* Eandem familiae sordem memorat Naso Eleg. 2. lib. 11. Amor. quum de Eunuchio loquitur, qui puellae custodiam laxavit:

*Ille placet, versatque domum, nec verbera sentit:*

*Ille potens dominae, sordida turba jacet.*

*Itaque per suis vibicibus animosior verberum notas arte cont. xi.]* Omnino vibicibus, non vicibus, legendum, vel ipso Festo, aut Paulo, indicante: *Vibices, plagae verberum in corpore humano, didae, quod vi sunt.*

*Ferrum timui.]* Bipennem. Aliter *bipennem* ubique interpretari, dissipere est Varro in Parmenone vocavit *ferream bipennem, securim.*

---- *Mile aperta rugis.]* Sic est, quum languorem patitur. Contra illa quae exprimitur devirginato in Carmine:

*Versibus obscenis offendi desine: non est*

*Mentula subducti nostra supercilii.*

Tenta quippe illa perpetuo olim efficta est. ideoque absque rugis, quae in supercilio cogi ac subduci solent.

*Ita non potui supplicio caput aperire.]* Capite intacto Romani vulgo incedebant antiquitus: minime autem, ut nos, pileati, aut petasati. At vero contra ventum, aut actum, laciniam togae in caput saepe rejiciebant. Quum autem in honorati alicujus occursum eam togae laciniam à capite removebant, id, *aperire caput*, vocabant. Observatum jam hocce viris doctissimis, addam unum tamen aut alterum exemplum. Seneca Ep. 65. inquit: *Si consulem videro, aut praetorem, omnia, quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, CAPUT APERIAM, &c.* Sallustius quodam fragmento: *Quibus de causis Sullam in victoria didatorem, equo descendere Pompejo uni, adjurgare de sella, CAPUT APERIRE solitum.* Caput ergo aperire, denudare omnino erat. unde Petronius jocum nequam petivit. Nam parti illi, de qua in praesentia queritur, & *caput tributum*, quod cum Hispanis etiam Latini habuerunt commune. Illi autem aperiendo requiri enim videbatur tumor ejus sat rigidus, *confugerat* namque in *viscera mille OPERTA rugis* Voluit igitur Polyacnon joculariter nunc illam bipenne decollare, Gracci dicunt, *κατατομαξεν*, sive ut Phrynicius, *κατατομαξεν*. Ei igitur supplicio necessario caput denudari aut aperiri debebat. quod quum fieri nequisset, supplicii quoque executio pariter non potuit. res tota prorsus ridicularia est.

*Caput.]* Quod in virili membro *glanidem* Medici, Philologi priscae caput vocarunt. Sic saepe Tibullus uno in carmine, ubi de inertia inguinis:

---- *Nec viriliter*

*Iners senile penis extulit caput.*

Et iterum:

*Tibi haec paratur: ut tuum ter & quater*

*Voret profunda fossa lubricum caput.*

Et tertio:

---- *Simul*

*Vagum sonante merferit caput luto.*

Martialis lib. xi. Ep. 47.

*Traditur & digitis pannucea mentula lassis,  
Nec leuat exstinctum sollicitata caput.*

Plures.

*Sed fusciferae mortifero timore.] Fusciferae, & cute. quippe quae egeat furca, qua sublevetur. nam*

--- *Languidior illa coliculi tepente thyrso.*

Et :

*Quam lentae salices, lassove papavera collo.*

*Illum autem mortiferum timorem mirifice id explicat cap. xx. Mille jam mortibus frigida.*

*Namque illa METU FRIGIDIOR rigente bruma.*

*Et prae timore frigidior byeme Gallica factus supra Encolpius, ut innumeros praeteream. Vide autem quae paullo antea congeffi ad verba cap. cxxix. Funerata est pars illa corporis, &c. nam & huc pariter spectant.*

*Nam nec nominare quidem te inter res serias fas est.] Arnobius lib. v. Obiectanturque partes illae. --- quas inter aures castas sine venia nefas est ac sine honoribus adpellare praefatis. Et Rutilius Lupus lib. i. de Fig. sentent. sic loquentem facit Lycurgum : Virilis naturae membra, quae non possumus honeste adpellare.*

*ROGO TE, MIHI APODIXIN defunctoriam REDDE.] Agnosco ego nunc primum hic veterem debitoris formulam petentis à creditore soluti jam debiti professionem, quam praeci Iureconsulti Apocbam vocarunt. Apodixis defunctoria libellus est, quo ostenditur scilicet, quempiam jam defunctum esse, vitaeque debito liberatum, quod videtur hic (utcumque tamen protulerit) etiam Wouwerius monuisse. Joculariter autem isthaec nunc Petronio translata.*

*Oculos.] Martialis lib. ix. Ep. 38. Iuscam facit :*

*Et sit iusca licet, te tamen illa videt.*

Et lib. xi. Ep. 74.

*Umbellam iuscae, Lygde, feras dominae.*

Sic & lib. ii. Ep. 33. Satis enim constat, illam de coelitum esse profapia.

*Poenitentiam agere sermonis mei coepi.] Sic verbotenus Auctor Dialogi de Oratoribus : Neque illius, inquit (Messala) sermonis mei poenitentiam ago.*

*Secretoque rubore perfundi.] Contra paullo ante cap. cxxviii. Perfusus ego rubore manifesto. apte, nam suis nunc, tunc vero puellae, verbis erubuit. Rubor μελωνυμικός verecundia est ; & vice versa verecundia rubor non semel. Sic Horatius lib. i. Carm. 27. Bacchum verecundum vocavit, hoc est, rubentem, quod ebrietatis proprium, uti apud Nonnum videre licet. itaque Bacchum ideo rubicundum plures effinxere. Et Comus deus, quem cum Baccho etiam confuderunt Graecorum plures, & Hyalium Dionysium Hefychius*

adpellat, ἐρυθρός ὑπὸ ὄντι, prae vino rubicundus Philostrato est lib. i. Iconum. Sic & Naevius rubentem auroram, pudoricolorem, adpellavit, ut observat A. Gellius lib. xix. cap. 7.

*Mox perfricata diutius fronte.] In fronte, adjungunt, pudorem sedere, unde qui eam perfricant, videntur à fronte manu velut pudorem abstergere. Hinc utriusque linguae id genus proverbialia exorta, quorum exempla plures congestere, & nobis haud difficile, sat insuper multa addere. Liquet & hinc jam adtrita frons illa furunculi apud Martialem Ep. 59. lib. viii.*

*Naturali convicio.] Puta inobedientiae, nam id à natura pars illa corporis quam primum habuit. Exprimit manifesto naturale convicium illud Nafō Elegia Amorum saepius hic laudata :*

*Nostra tamen jacuere velut praemortua membra,*

*Turpiter besterna languidiora rosa,*

*Quae nunc ecce vigent intempesiva, valentque :*

*Nunc opus exposcunt, militiamque suam.*

*Quum isthic pudibunda jace pars pessima nostri :*

*Sic sim pollutis captus, ut ante, tuis.*

*Tu dominum fallis, per te depressus inermis*

*Tristitia cum magno damna pudore tuli.*

*Non & Ulixes cum corde litigat suo ?] Ad lib. xx. Homeri Odysseae signanter respexit, ubi statim in principio animi pendet Ulixes, agitatque in corde, quoniam modo de ancillis proci se immiscens sumat supplicium :*

— *Κραδίη δὲ οἱ ἔνδον ἰλάκτει.*

*ὼς ἢ κύνων ἀμαλῆσι πρὶ σκυλάκωσι βεβῶσα,*

*Ἄνδρ' ἀγνοήσασ' ὕλας, μέμονέν τε μάχεσθ'.*

*ὼς εἰ ἔνδον ὕλάκτει ἀγαιομένη κακὰ ἔργα.*

*Στήθος ἢ πλάξας, κραδίην ἠνίπαππε μέθω,*

*Τέτραβι δὴ κραδίη. Ἐ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης,*

*Ἥματι πρὸ, ὅτι τοι μένος ἀχρετος ἤδωκε κύκλωψ.*

*Ἰρθίμως ἔβριος. σὺ δ' ἐτόλμας, ὄφρα σε μήλις.*

*Ἐξάγαγ' ἐξ ἀντροῖο, οἰόμενον θανέεσθ'.*

--- *Cor autem ei intus latrabat.*

*Sicut autem canis teneros circum catulos iens, Virum ignorans latrat, & est prompta ad pergnandum :*

*Sic hujus intus latrabant indignantis mala opera.*

*Pectore autem percusso cor increpuit verbo :*

*Tale-*

Tolera utique cor, & pectus aliud aliquando tolerasti

Die illo, quo tibi robore insuperabilis comedit Cyclops

Fortes socios. Tu autem, &c.

Ac subinde:

Ὡς ἴφατ' ἐν στήθεσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ.  
Τῷ δ' ἄλλ' ἐν πειτῇ κοῦδ' ἔμιν τετραλῦια, &c.  
Sic dixit, in pectoribus incessens dilectumcor.  
Huic valde in illo aestu cor marebat tolerans, &c.

Et quidem Tragicus oculos suos tanquam audientes castigant.] Adulsi & hic Petronius ad loca olim Tragicorum insignia, ubi cum oculis suis Heroes iungia conferent, litigarentque, ut Ulixes cum corde. Juvat valde id Timoclis Pontici: [apud Athenaeum Diposophi. vi. c. i. p. 223.]

Τὸς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ θελῶ, σκεπτόμενος  
Ὡς εὐελαστοὶ πένθος ὀμῶν ἢ ἐν πένθος.  
Πῶς, ὅτε αὐτῶν κ' ἀκμασθάν τ' τ' ἰλίου  
Γενέσθων, ἢ δὴ τὴν πειτῇ ἰσθῶν φέρει.  
Ὅ γ' ἰσθῶν δ' ἰσθῶν, Ἄλκμασιον ἰσθῶν.  
Ὅσθα λῶσ' τι; εἰσι φινῶσαι τυσοί.  
Nam Tragoedus, si libet, primum considera.  
Quam sint utilis omnibus. Pauper enim aliquis  
Paupriorem se cognoscens Telephum  
Fuisse, facilius ita paupertatem fert.  
Qui morbum aliquem furiosum patitur, Al-  
cmaeionem contempletur.

Lippiens alius Ispthum corcum videt, &c.

Si aliud non latet, quod nobis adhuc subodori non licet. Sunt &, qui Tragicus interpretentur hircosi; oculos autem in loculos mutant, intelligentes subalares. Sed raro illi, puto, maledicunt axillis suis, immo nec putidum aedorem sentiunt. Addam & quod novissime succurrit. Tragicus Graecis libidinosi etiam dicebantur, eo quia malus ille odor homini nunquam fere provenit, quousque rem cum mulieribus habere per aetatem queat: aut, quoniam tum maxime foetent hirci, quum adpetunt coitum. quod notum, notatumque jam viris eruditis. Quemadmodum autem oculi eorum adficiantur pessime, qui rei venereae immodice operam impendunt, fat sciunt lippi, tonforeseve, ac nos dicimus infra ad verba cap. cxi. Lumborumque solutorum, &c. Facit ut credam, veram esse hanc interpretationem, quod ad verba illa Eclogae 111. Virg.

---- Transversa tuentibus hircis, producit Servius: Alii legunt birquis. Hirci autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum, in vitis corporalibus: ut sit sensus, novimus qui te corruperit, birquis transversa tuentibus. & est hypallage, pro, oculis in birquos re-tortis, quam rem solet libido perficere.

Quid me, &c.] Parilis prorsus argumenti est

& Epigrammatistae nostratis prima liminaris epistola, ut conferenti constabit; & haud absona pluscula habet in Apologia scriptor venustissimus ex Madaura.

---- *Constricta spectatis fronte Catones.*] Martialis, *adstricta fronte*, dixit lib. xi. Ep. 40. Et germanum illud Ep. 2.

*Triste supercilium, durique severa Catonis*  
*Frons.*

Ovidius *rugam*, adpellavit, *frontis* in i. de Arte.

---- *Novae simplicitatis opus.*] Cum Martiale interpretor Epistola eadem: *Et probetur in me novissimum ingenium.* Est igitur eorum *novum*, aut *opus*, aut *ingenium*, conlata scilicet cum operibus, cum ingenii, veterum scriptorum, puta Catulli, Marti, Pedonis, Getulici, & aliorum, qui libere, ac licentiose valde, primitus scripserunt, id est, longe majori cum simplicitate.

*Sermonis puri non tristis gratia ridet.*] Id est, Placet enim mihi libera venustas Latini sermonis. *Non tristis*, hoc est, non severa, vel ipso Martiale interprete, loco, quem ante retuli:

*TRISTE SUPERCILIUM, durique SEVERA*  
*RA Catonis*  
*FRONS.*

*Ridet*, hoc est, adridet, ut cap. v.

*Sed, sive armigeræ RIDENT Tritonidis arces.*

*Quis vetat in tepido membra calere toro?*] *In tepido*, id est, in calido, ut passim invenitur. Sic Appulejus lib. ii. Fab. Mil. *Torum tepentem adultero muncipavi.* Valde autem Caip. Sciopio probatur sua emendatio:

*Quis putat in calido membra tepere toro?* nam, quum prius prodidisset in Stoica Philosophia, ad oram postea libri mei adpinxit. Ubi quum *tepere* frigescere sit, eadem prorsus ejus scripturae sententia est, ac illius, quam nos excudimus, praelataque est viris eruditis.

*Ipse pater veri doctus Epicurus in arte.*] *Ordo prae ceteris probior.* *Ipse pater Epicurus doctus in arte veri*, &c. Recte, juxta Epicureorum tamen opinionem, ipso scilicet parente Epicuro fidejubente: sic tradidit Cleomedes: *Ὁυτος δ' (Epicurus) ὑπὸ πολλῆς ἡ σοφίας, ἔπιστῆμος, ἄνθος εὐρηκεναι τὴν ἀλήθειαν διαθεσπιαῖον.* *At iste, multa sapientia & scientia fretus, se solum veritatem reperisse, asseverat.* Et L. Torquatus apud Ciceronem lib. i. de Finib. *Quem (Epicurum) ego arbitror unum vidisse verum.* Et Lucretius initio lib. vi.

*Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.*  
Et paucis versibus interjectis:

*Veridicis igitur purgavit pectora diæis.*  
(M m)

*Fussi,*

*Jussit*, & *hanc vitam dixit habere telos.*] Aliter etiam MSS. repræsentant, *Deos*, & utrique lectioni fundus suus haud deërit, dogma, inquam, Epicureum. Qui *telos* amplectantur, de interitu, quem Epicurus adseruit, animarum, locum capere, habent necessum. Vide Arnobium lib. 11. *Jussit* ergo, minimi faciendos esse tetricos Catones illos, & ambitiose feveros, non solum morum, sed verborum etiam, censores, apud quos suis nominibus res exprimere fas non sit. nam, si perituræ animæ sunt, merito, dum licet, voluptatibus, quoquomodo possimus, infervire, rationi consentaneum videatur. Quibus autem *Deos* potius adridet, pariter *jussit* illud accipient, neutiquam quippe hominibus curari censoriam gravitatem oportere, quum vel *Deus* ipse, ut amens ille adtestatur Lactantii verbis, de Ira Dei, *ex hoc beatus*, & *incorruptus est*, quia nihil curet, sed in altissima quiete parum de aliis sollicitus est.

*Ficta severitate.*] Id est, qui fiste ac simulate severi sunt. Martiali ambitiose *tristes* dicuntur. Graphice ipse *ἰποκρίτας* illos depingit lib. 1. Epig. 25. ad Decianum:

*Adspicis incommis illum, Deciane, capillis,  
Cujus & ipse times triste supercilium?  
Quos loquitur Curios, adsertoresque Camillos?  
Nolito fronti credere, misit beri.*

Cap. CXXXIII. *Tetigit puer oculos suos.*] Ut per eos juraret. addit: *Conceptissimique juravit verbis.* Amatorium, *per oculos*, jusjurandum, creberrimumque rerum eroticarum scriptoribus. Laudabimus conlationis gratia nonnullos distinguemusque. Per oculos ipsiusmet jurantis facpiuscule. Tibullus Eleg. ult. lib. 111.

*Esti perque suos fallax juravit ocellis.*  
Ovid. lib. 11. Amor. Eleg. 16.

*At mihi te comitem jurabas usque futuram,  
Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos.*  
Propert. El. 16. lib. 1. addit *Thyesteam hercule execrationem:*

*Quamve mihi viles isti videantur ocelli,  
Per quos sæpe mihi credita perfidia est.  
Hos tu jurabas, si quid mentita fuisses,  
Ut tibi suppositis exciderent manibus.*

Jurabant item per suos, & amasæ, aut amantis, oculos. Ovidius lib. 111. Amor. El. 2.

*Perque suos illam nuper jurasse recordor,  
Perque meos oculos.*

Tenerrimum erat, ac delizioso valde juramentum; neutiquam tamen ideo levidense: Oculi namque res carissima est. sic Catullus:

*Ambobus mihi quæ carior est oculis.*

Et alibi:

*Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum,  
Aut aliud, si quid carius est oculis,  
Eripere ei noli, multo quod carius illi  
Est oculis, seu quid carius est oculis.*

Ea propter & Plauto *oculissimum ostium*, carissimum est.

*Nympharum Bacchique comes, quem pulcra Dione, &c.*] *Priapus* Jovis, seu Bacchi, filius ex Venere, sylvarum incola, hortorum custos, quem Sileni, & *Bacchi comitem*, ebriorum nempe numinum, ac salacium, facit Eustathius. Rationem Suidas reddit opportunam: *ὄψω τῷ ὁ Καμικῆς, ἐκείτην λαβὼν ὡς ἀφορμὴν, Διονύσιον Φαλῶν ἐβίβειν εἰναί φησι. ἀκόλαστον τῷ Διονυσιακῷ & Ἀφροδισίῳ.* Sic & *Comicus*, occasione inde *junta*, *Priapum Bacchi socium esse*, inquit: *Nam Bacchicum potum sequitur res veneræ.* Sic & in sine carminis hujusce, *ebria pubes*, sacrificialis pompa *Priapi* est.

----- *Viridisque Thafos.*] Adpositum epitheton, dives namque insula *Thafos* sylvarum & nemorum. unde *nemorosa Thafos* dicta Papinio lib. v. *Thebaidos*. Et ea propter fors cultus ibi deus ille,

----- *quem pulcra Dione  
Divitibus siveis mumen dedit.*

Sic Virgilius in 111. *Aeneid.* *viridemque Dorysam, & niveamque Paron*, ob colores marmorum.

----- *Quem Lydus adorat*

*Vestisilus.*] Recte, si *Lydus* hic, leges *vestisilus*. Sic Propertius de Baccho *Lydio* Lydio habitu induto inquit lib. 111. El. 17.

*Et feries nudos veste fluente pedes.*

Si autem *septisilus* placet, necessario *Nilus* repones.

----- *Dryadumque voluptas.*] *Priapeja*:  
*Najadas antiqui, Dryadesque habuere Priapi:  
Et, quo tenta dei vena subiret, erat.*

----- *Et rebus egenus*

*Adtritis* ----- ] Hoc nequiter dictum, nec aliter sumi potest. ratio in proclivi est, adtingimusque ad cap. xcii. *Ut tam magna fortuna, &c. Res inter obscœna, quod nemini hodie latet, Arnobius fati similiter lib. v. Artificii curas tum rebus adbibuisse perituris.* id est, genitalibus. Ludit ergo plane verborum ambiguitate, quod & ex illis patet cap. cxvi. *Post ADTRITAS bellis frequentibus OPES.*

*Exonera mentem.*] Placari patere. sic superiori proxime capite. *Si dolorem meum naturali concitio exoneravi.*

----- *Mibi fortunæ adriserit hora.*] Ubi, nempe dives ego jam rerum sim & opulentus, minime vero, ut nunc, me quum

*Hellepontiaci sequitur gravis ira Priapi,*  
*inops, & rebus egenus adtritis.* Patet omnino translationis nequitia conlatione nimirum germani loci cap. xcii. *Ut tam magna fortuna solus uteretur.* ubi nos etiam isthaec jam composuimus.

---- *Ibis*



----- *Ibit ad aras,*

*Santle, tuas vircus.] Hircus, etsi falacissimum animal, ac proinde Priapo sacrum, haud tamen adeo fuit ipsi frequens hostia, sed Baccho potius, qui aliquibus idem cum Priapo deus. sic Virgilius II. Georg.*

----- *Baccho caper omnibus aris*

*Caeditur.*

Propria autem Priapi victima *afinus*. inquit Ovidius I. Fastor.

*Caeditur & rigido custodi ruris afellus.*

Et pluribus causam persequitur. alius vero variae sunt, verior tamen quae apud Laetantium lib. I. cap. 21. quia *magnitudo membri virilis enormis est; non potuit ei monstro aptior vicina reperiri, quam quae ipsum, cui mactatur, possit imitari.* unde & ipsi Arbitro lux oritur cap. xxiv. *Hodie enim post afellum diaria non sumo.* Exstat & inter monumenta, quae ex vetustate reliqua sunt, à Boillardo edita, è marmore quodam deproptum, delineatumque Priapi sacrificium, ubi hostia, quae immolatur, *afinus* est; univérſaque insuper sacrificii pompa, & luculenta exprimitur celebratio.

----- *Et querulae fetus suis hostia lactens.] Sic Carmen liberum ad Priapum:*

*Hic tibi, qui rostro crescentia lilia mersit,*

*Caeditur è tepida victima porcus hars.*

Ideo & puellae, quae Priapi sacra videlicet curent, nonnunquam suillis pellibus praecingebantur, uti palam videre est in marmore sacrificii Priapi nobis laudato. Victima enim ei satis erat conveniens. nam *ea pecudo*, ut ait Cicero, *nihil genuit natura foecundius.* Hic autem porculum lactentem vovet, inquit, *hostia lactens.* diversa namque victimarum ratio constabat etiam aetate. Sic Cicero docet lib. II. de Leg. *Fan illud ex institutis pontificum, & baruspicum, non mutandum est; quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, &c.*

*Spumabit pateris bonus liquor.] Vini libationem innuit, ut ea quoque iratum numen redderet propitium. Apte spumabit de vino novello dixit. Sic Propertius El. 17. lib. III.*

*Dummodo purpureo spument tibi dolia musto.*

Illud namque haud infrequenter diis libabant. Ecce, Horatius inquit sat simili loco lib. I. Carm. 81.

----- *Quid orat, DE PATERA NOVUM  
Funders LIQUOREM?*

Huc etiam facit, *Ebria pubes*, ut dicebam paulo ante.

----- *Et ter ovantem*

*Circa delubrum gressum feret ebria pubes.] Autumo equidem, ad morem nunc adluisse veterum, quibus in usu, dum sacra fiebant, hostiaeque cremarentur, circum aras saltare. Sic do-*

cet Etymologici auctor: *Ἰπποχόμας δ', ἄνευ παλιν ἐλεγον χορδαίμοι, καὶ τρεχούτες κύκλῳ & βαίμοι, κτισθῶν τ' ἰερῶν.* *Hyporchemata autem, quae denuo canebant tripudiantes, & circumcursantes altare ardentibus victimis.* Etiam Virgilius lib. VIII. divini operis vers. 285.

*Tunc Salii ad caecus, incensa altaria circum,*

*Populeis adjunt evincli tempora ramis.*

Nam ibi *Salii* saltatores sunt, inquit Servius ibidem: *Salii sunt, qui tripudiantes aras circumibant.* Quam consuetudinem jampridem tetigit & Meursius in Orchestra. Apte ergo saltationem illam, ac tripudium, *gressum ovantem*, id est, lactabundum, Petronius vocaret, ut supra interpretabamur ad verba cap. cxxiii.

----- *Modo quem ter ovantem, &c.*

Eum locum videre licet.

*Solertique cura deposito meo caveo.] Ait hic novissimus Petronii interpres, hacce mente Claudianum dixisse lib. III. de Rapt. Proserp. vers. 118.*

----- *Leviusque meum Trinacria colet*

*Depositum.*

Claudiani autem mens est, Cererem timere, quod negligenter Sicilia Proserpinam servavit, ubi eam *depositam* reliquerat. Ac simul observat, ita Tranquillo in Othone cap. III. Popaeam Sabinam, quam apud Othonem Nero deposuerat, donec *Othaviam* amoliretur, ut Tacitus refert, pariter & *depositum* adpellari. Addereque posset, ita Achillem, apud Statium à Thetide occultatum, bis quoque *depositum* vocari lib. I. & II. Achill. Sed nondum hacce mente ullum apud Petronium inveni depositum, à quo Polyaeos cum solertia caveret. Enimvero nos cece aliter interpretamur, an probe, doctiores viderint. *Deponi* olim dicebantur aegri jam prorsus desperati: aut etiam recens mortui, quando de sublimiori lectulo humi conlocabantur. Primum loco S. Isidori planissime probare mihi videor, ex lib. X. Orig. *Desperatus vulgo vocatur malus ac perditus, nec jam ullius prosperae spei.* *Dicitur autem per similitudinem aegrorum, qui adfecti & sine spe DEPONUNTUR, &c.* quibus plenius patefacit morem. Sic etiam Nonius: *Deponere est desperare, unde & depositi desperati dicuntur.* Ubi & Lucillum laudat. III. Sat.

*Symmachus praeterea jam tum DEPOSTUS bubulcus,*

*Exhalans animam, pulmonibus aeger agebat.* ac plura congerit exempla. Alterum loca isthaec Ovidii convincunt lib. III. Trist. El. 3.

*Depositum nec me qui freat ullus erit?*

Et lib. II. de Ponto El. 2.

*Fan prope DEPOSITUS, certe jam frigidus, aeger.*

Ac passim in monumentis, DEPOSITI, qui humati sepultique sunt. Sed jam ad rem: patet

tet ergo *depositum* apte vocari membrum illud, de cuius valetudine jam prope desperaverat, quod ingenti laboraret paralyſi, uti ad ipsum Polyænon Circe in Codicillis ſcripſit: *Narrabo tibi, aduleſcens, paralyſin cave. nunquam ego ægrum tam magno periculo vidi: me diuſ fidius, jam periſſi. Quod ſi idem frigus genua manique tentaverit tuas, licet ad tubicines mittas.* & ſequentia, quo facit & venefica curatio, cujus cap. cxxx. deſcriptio. ea quippe nunquam, niſi in magno ſalutis discrimine, adhibita. Sive eo, quod jam illud membrum haberet demortuum, *depositum* haud inconcinne nuncuparet. Id enim veluti jam *funeratum* idem Polyænos haud cunctanter agnoſcit cap. cxxix. *Funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles eram.* Quod genus ſermonis Petronio ſingulare non fuiſſe, & ibi oſtendimus. Verborum igitur, *ſolertique cura deſiſto meo caveo*, eadem ſententia eſt, ac præcedentium cap. cxxx. *Poſtero die, quum ſine offenſu corporis animique conſurrexiſſem*, &c. hoc eſt, ſine libidinis diſpendio. Arbitro igitur huncce animum fuiſſe, vel juratus equidem adfirmare paratus ſum.

Cap. CXXXIV. *Cadaver.*] Satis hic interpretes. Addam tamen, omen ab Hebræis Græcos ſumſiſſe; ab his, ut plurima alia, Latinos. Hebræis ergo, mortuum tetigiſſe, piaculum. ipſe itaque, qui tetigit, manebat pollutus, expiationeque neceſſario indigebat. Num. cap. 19. 11. *Qui tetigit cadaver hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus, aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur.* & deinceps pluribus.

*Tamquam caballus in clivo.*] *Caballus* antiquis dicebatur equus acrumnoſus, debilis, parumque jam utilis ætate multa. Lucilius apud Nonium:

*Succuſſatoris tetri, tardique caballi.*

Tales propemodum olitorum ſunt, uti apud Horatium lib. 1. ep. 18. piſtorum, uti apud Aufonium Epift. 21. Frugaliffimorum hominum, uti apud Senecam Epift. 77. & omnino, qui Hiſpanis *Rocines* dicuntur. Formam ergo habet proverbiale Petronii locus, illi Naſonis haud abſimilis Epift. Acontii:

*Clivo ſudamus in uno.*

uti neſcio cui Critico memini notari.

*Harundinem ab hoſtio rapuit.*] Vide quæ adducunt interpretes ad verba illa cap. xcvi. *Sed raptam capſoni harundinem.* ea namque magis huc pertinent plane. ſed nondum hic, proferre liceat, equidem adqueſco.

*Ingemui ego, utique propter maſcarpionem.*] Neceſſario hic ſententia exigit negationem, certeque magis certum eſt, ſcripſiſſe Petronium, *ne ingemui ego*, &c. ſimiles namque ſyllabarum re-

petitiones præterire vel ſedulium librarium, factu oppido facile eſt, uti ſupra diximus. Mens enim Arbitri ex ſuperioribus liquet cap. cxxxi. ubi pariter ſe Polyænos ipſe inſiciari conatur plagipatidam: *Itaque penſatis vibicibus animoſior exerberum notas contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret, &c.* Utique ex ſequentibus: *Lacrymiſque ubertim manantibus, diſcuratum dextra caput ſuper pulvinum inclinavi.* Ubique ergo contumelias occultat, ne hilarior eïs fieret Eumolpus. De *Maſcarpione* autem interpretes conſulendi, mireque ejuſ acceptio Eumolpo convenit. *Quid vos in cellam meam tamquam ante recens buſtum veniſtis?*] Quam miſere locus iſte viros doctos exercuerit, indicio poſſunt eſſe præclara illa nugamenta, quæ hic intempetiſta, ut ajunt, Minerva comminiſcuntur interpretes. Arbitri autem mens per ſe ipſa patet. ait, *tamquam ante recens buſtum*, quippe atrati, atraque veſte deformes, inquit; quo in funeribus uſi colore Romani, quippe largiter laceratis crinibus lugentes: *lacrymiſque ubertim manantibus*, &c. nec minus illa ſletu conſuſa, &c. Quem ſcilicet nemo neſcit jam ſeralem habitum.

*Bona ſua vendere poteſt.*] *Tendere*, proſtituere. Sic Tibullus El. 9. lib. 1.

*Blanditiæ meas alii tu vendere es auſus?* Interpretamenti vice illud eſt ipſius Arbitri cap. cxxvi. *Niſi quod formam proſtituiſ, ut vendas.*

*Lorum in aqua, non inguina, habet.*] Hinc claret Martialis illud lib. 11. Ep. 61.

*----- Priami quod tendere poſſet alutam.*

Nec abſonum eſt hocce Ep. 47.

*Traditur & digitis pannucca mentula laſſis.*

*Niſi illud tam rigidum reddidero, quam cornu.*] Venuſta apoſopheſis, cujuſ exempla non congero. De corneis mentulis alii, addo Demetrium Apameum antiquiſſimum Medicum in Libro Signorum: *Tenſionem autem fuiſſe veretri nimiam, cum parvo dolore, ut CORNU putaretur.*

*Quum volo.*] Repetitque, ab Ovidio habuit pariter de maga El. 8. lib. 1. Amor.

*Quum voluit, toto glomerantur nubila coelo:*

*Quum voluit, puro fulget in orbe dies.*

Sic & Tibullus El. 2. lib. 1.

*Niliacæ.*] *Optimas*, κατ' ἕξοχὴν dictum. Aquæ Niliacæ præſtantiam plures tradidere antiquorum; ac proinde inde eam tantum potaſſe Aegyptios reges, & Babylonios inter gazas ſervaſſe.

*----- Et juſſi ſtare dracones.*] Siſtant carminibus ſagæ ſerpentum ingreſſum. Tibullus lib. 1. El. 3.

*Cantus & iratae detinet anguis iter.*

Seneca Tragicus Medea:

*Hic ſera ſerpens corpus immenſum trahit,*

*Triſidanque linguam exſertat, & quaerens, quibus*

*Mortifera veniat, carmine audito ſuſpet.*

Nota res, angues incantari.

----- Lunae descendit imago,  
Carminebus deducta meis, trepidusque furen-  
tes

[Flectere Phoebus equos revoluta cogitur orbe.] U-  
trumque etiam Ovidius dixit El. 1. lib. 11. A-  
mor.

Carmine sanguinae deducunt cornua lunae:  
Et revocant niveos solis euntis equos.

Conjuncti & fratres illos Appulejus lib. Miles.  
Magico suffragamine solem inhiberi, lunam despun-  
ari. nempe in herbas, quum de coelo jam descen-  
disset. quod Lucanus docet in vi. magicaeque il-  
lius spumae meminit scriptor de Fluminibus in  
Inacho. Frequentior tamen lunae in magicis car-  
minibus memoria est, fagarum quippe praeses,  
ac praecipuum numen, semper habita. Vix um-  
quam magicae disciplinae quid molitum fuit, ab-  
sentiva videlicet luna, invocata. Ea propter  
veneficæ haud labio totis viribus deducere sa-  
ragebunt, ut propior suis carminibus adstaret.  
Supra jam & Arbitrator meminit: Solent, inquit,  
iure, frater, & praecipue in hac civitate, in qua  
mulieres lunam deducunt. Innumera hic exempla  
praetermitto, qua Graecorum, qua Latinorum.  
Id autem ei contingere creditum, quum eclipsin  
perpetiebatur. Me jam olim Livius docuit lib.  
xxvi. cap. 15. *Dysposita in muris Campanorum im-  
bellis multitudo arcum aeris crispitu, qualis in de-  
fectu lunae sicuti nocte cieri solet, edidit clamorem,  
ut averteret, &c.* Lunae namque laboranti sub-  
venire maiores consueverant aenea crepantes in-  
strumenta, ut, obitante tinnitu, ad aures ejus  
incantationes pervenire non possent. Hanc ra-  
tionem prodidit Petr. Apollonius, quam frustra  
alibi hucutque quæsi, quum adeo creberrima  
ubi que fit illorum mentio auxiliantium crepitacu-  
lorum. inquit lib. 1. Excid. Hierosol.

----- Quantum pavidae succurrere lunae  
Certantes populi timidis aeris acuti  
Ingeminant, jurataeque deae nituntur ad au-  
res

Thestalicum ne carmen eat, detrahaque coelo,  
&c.

----- Taurorum flamma quiescit

[Virginis sacris.] Hinc jam exemplis fagarum  
indignum vim magicam extollit. & primo loco  
de Medea sermo est, quae flammivomos tau-  
ros,

Forma percita quum ducis Pelasgi  
fuit, arte sua mollit. Plene hoc Apollonius  
Rhodius, Valerius Flaccus, Euripides. tan-  
gant pene omnes, quot scriptis nomina sua im-  
mortalitati commendarunt.

[Et vultus strabus in summo vertice ponam.] Car-  
minis clausulam hanc haud oblitus praevii Mu-  
sarum sacerdotes. Ovidius El. 1. lib. 2. A-  
mor.

Inque suos fontes versa recurrit aqua.

Et lib. 1. Eleg. 8. ubi caput vocavit, quod Pe-  
tronus verticem:

Inque casus liquidas arte recurvat aquas.

Tibullus item lib. 1. El. 2.

Evuvinis hanc rapidi carmine vertit iter.

Cap. CXXXV. *Deterisque curiose manibus.* Di-  
ctum iuxta veterum religionem, quibus, ablu-  
manum ablutione, rem sacram auspicari, pia-  
culum erat. Inquit Hesiodus [vs. 722.] Ἐργ. &  
Ἡμ. 5.

Μηδέ ποτ' ἐξ ἑσῆς Διὸς λέγειν αἰδοῦμαι οἶνον  
Χεσθῆν ἀντ' αἰσῶν, μηδ' ἀποῖς ἀδανάτοι-  
σιν.

Ne unquam mane Jovi vinum libaveris ar-  
dens

Plotis manibus, neque divum praeterea ulli.

Idem Homerus lib. vi. Iliados. unde in prover-  
bium abiit, αἰδέσθαι χεσθῆν, illotis manibus, quod  
in eos inquit Diogenianus usurpari, qui profanis  
manibus sacra contrectarent, ἐπι τῷ βεβήλοισι χεσθῆν  
ἔστιν ἡ ἐξ ἑσῆς ἐγγισθῆναι. Sic in Odyssæa Telemachus  
manus lavat, antequam deo supplicet, cu-  
jus & in auctoribus Latinis exempla passim. Ideo  
pro foribus templorum marmorea vasa praefigere  
mos erat aquae continendae lustrali, qua prius  
videlicet lavarent sacrificaturi. Eorum jam pri-  
dem vasculorum dederunt imagines antiquarii.  
tute vide Choulium.

[Mensam veterem posuit in medio altari.] Festus:  
Mensae in aedibus sacris ararum vicem obtinebant.  
Sed ibi vel altare iussiceret. illud namque quasi  
alta ara fuit dictum. Ast dii suere, quibus sacra  
in aris facerent, aliis vero in altaribus, aliis  
in altaribus & aris. Sed forte de his fuit alias.  
Iterum Festus alibi: *Aclularibus mensa ministeriis  
divinis apta.* Ab ancularibus indubie verbo antiquo,  
quod principes pro ministrare dicebant, teste eo-  
dem Festo, aut Paullo. Ligneam autem agno-  
scere licet mensam illam vetustulam, nec  
mirum id in templo foret opulentissimi, prius  
quippe frugalitatis remanserant ejuscemodi reli-  
quiae. Sic Dionysius Halicarnassensis memoriae  
prodidit Antiq. Rom. lib. 11. ubi post alia sub-  
dit: Ἐργον γὰρ ἐδιδρασαν ἐν ἱερῶν οἰκίαις δειπνα  
τογχευενα θεῶν ἐν τοῦτοις αἰσῶν ἀδανάτοις.  
Ipse certe spectari in sacris aedibus coenas diis ad-  
positas in mensis lignaeis antiqui operis, &c.

[Quam vicis impluit carbonibus.] Vix absque igne  
olim ullum sacrum, nedum magicum, peractum.  
ideo subdit cap. sequenti. *Scitisque, ne res ali-  
qua sacrificium moraretur, ad vesicendum ignem in  
vicinia cucurrit.* Unde nonnullis, ara, quasi ar-  
dea, est ab audendo; vel quasi ura ab urendo.  
Videtur & religione quadam, vicis carbonibus,  
dixisse, quo & fors fat bene illud Plinii specta-  
re cogites lib. xvi. cap. 6. *Hoc quoque in-  
(Mm 3)*

ter

ter reliqua neglectae religionis est, quod emortuo carbone sacrificatur.

*Camellam*] *Camella*, nonnulli volunt, dicta quasi *camura*, quod vas incurvum inflexumque foret, ac in modum camerae effigiatum; qua voce, etsi peregrina, usus Virgilius, ut Macrobius observat lib. vi. Saturn. meminitque Festus. Alii, vas illud apud Pollucem lib. x. cap. 24. *scamella* dictum, cujus propriam facit Romanorum adpellationem, ablato videlicet sibilos in medium relinquimus. Vasculum autem est non ita, uti Petronio, prisca aliis scriptoribus familiare.

*Incincta quadrato pallio*] *Pallium quadratum* promiscua vestis fuit, hoc est, communis viro & feminae. nam hic Enotheam eo Arbitrator induit, & Tertullianus cap. 1. de Pallio inquit: *In viris autem, pallii extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus.* Videtur & feminarum quadratum pallium vocari olim etiam *palla*, aut haec satis similis fuisse. S. Isidorus lib. xix. Orig. cap. 25. *Palla, est quadratum pallium muliebris vestis, deductum usque ad vestigia.* Habuit à Servio ad 11. Accid. quo facit & illud Tibulli:

*Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.*

Videntur & fuisse alia vestimenta, praeter pallium, quadrata, & *recinia* vocari, auctore Festo. sic ait: *Recinium omne vestimentum quadratum, &c.* Idem de *rica* tradit Paullus; quae & Festo, *Parvum ricinium, vel palliolum ad usum capitis factum*, dicitur, & Granium advocat, qui ait, *esse muliebre CINGULUM capitis.* Rica ergo quadratum palliolum est, quo feminae eingere caput consueverant; & fors, ricinio, sive majori quadrato pallio, lumbos, aut renes, ut Enotheam nunc videre est. Sed tamen haereo, similis prorsus per tenebras incedere conanti. Id autem certo adfirmare possum, scilicet incingi quadratis palliis, aut pallis, sagas quondam solitas, quin sacris suis vellent operari. Sicut Arbitrator, Horatius Canidiam vidisse adserit, ac describit luculenter lib. i. Sat. 8.

*Vidi egomet nigra succinum valere palla*

*Canidiam, pedibus nudis, &c.* ----

*Cucumam ingentem.*] Capite proximo: *Frangitur ergo cervix cucumae.* Sic nos edidimus, nam *ingens & cucumula*, uti nonnullis editionibus infedit, contrario nomine sibi opponi videbantur. *Magna est fornacula*, dixit Juvenalis Sat. x. sed huc illud non facit. Cervice ergo supra ignem suspensa cucuma erat. quam ut annis putridam quoque Arbitrator ostenderet, id non praeteriit: *Frangitur ergo cervix cucumae.* Praesertim in rusticorum focis catenae visuntur & uncini, quibus commode aenea vasa haud aliter adpenduntur hodie.

*De carnario detulit furca.*] *Carnarium* tabula erat cum pluribus uncinis, quibus succidiae, ac quaevis alia ad victum necessaria, suspendi consueve-

rant: parietique adfixa erat juxta focum in culina. Auctor Moreti omnia plane indicat, & plene Arbitrator inlustrat:

*Non illi suspensa focum carnaria juxta,  
Durati sale terga suis, truncique rigeant:  
Trajectus medio sparto sed caseus orbem,  
Et vetus adstricti fascis pendebat anetibi.*

M. Varro lib. 11. de R. R. cap. 4. *Et qui non audierit patres nostros dicere, ignavum & sumtuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab lanuario quam ex domestico fundo?* Plautus item Curculione 11. 111. aliasque. sequenti capitulum Petronius: *Sinciput in carnario furca reponit.* Minime autem obsolevit adhuc id genus tabularum usus, immo potius apud nos manet hodie creberrimus.

*Faba erat ad usum reposita, & sincipitis vetustissima particula.*] Ad victum aniculae reposita faba, & sinciput suillum. oleribus namque & salamentis tenuiores victabant. Perseus Sat. vi. vers. 69.

---- *Mibi festa luce coquatur*

*Urtica, & sissa frumosum sinciput aure.*

Uterque cibis aequè interdictus Philosophis. Athenaeus lib. 2. Diphosoph. *Ἐγκέφαλοι χοίρειοι. τοῦτων ἡμᾶς ἐδίειν ἐκ εἶαν οἱ φιλόσοφοι, φάσκοντες τοὺς αὐτῶν μελαμβάνοντας ἴσον, & κνᾶμιν τρώγειν. Suillum cerebrum.* *Eo vesci nos philosophi non sinebant, asserentes, si quis id gustaret, par flagitium committeret, ac si roderet fabam.*

*Ut solvit ergo licio pannum.*] *Licium*, hoc est, stamen pluribus filis constans, & in unum contortis, quod nobis à torquendo, *tarçal*, dicitur. diserte Arbitrator supra ostendit: *Ille de sinu licium protulit varii coloris filis intortum.* Ait nunc ergo Petronius, *suniculum anum solvisse, quo facculus erat ligatus.*

*Partem leguminis super mensam effudit.*] Nam ad veneficia, & fortes, adhibitae olim *fabae*. quam vero opportune adhiberentur ei sacrificio, quo, subvenire aegrotantibus nervis, cordi illis erat, perspicuum reddet Pythagoras, sic apud Lucianum de fabis differens in Vitarum Auctione: *πρῶτον μὲν ὅτι πᾶν γόνυ ἐστὶν, & ἡν ἀποδοῦσθαι κνᾶμον, ἐστὶ χλωρὸν ἔοντα, ὄψεται ἀνδρείοισι μορτίοισιν ἐμφερέα τὴν φύσιν, ἐψηθέντα δὲ ἡν ἐπαρῆς ἐς τὴν σελινάκην, οὐδὲ μεμετρημένῃσιν, αἶμα ποίησιν.* *Primum quidem plane genitales sunt, & si fabam adhuc viridem excuas, videbis, eam omnino virilibus membris similem naturam habere: elixam autem si deponas, certis noctibus sanguinem feceris.* De ejus flore hoc postremum prodidit Juvenalis Scholiastes ad penultimam Satyr. En liquet etiam plane, cur spoliarit folliculis, denudaritque, fabas sacrificula.

*Improba.*] Hoc est, non sine convicio, nec intra verba fortean se continens.

Mirabile quidem paupertatis ingenium, singularumque rerum quasdam artes fames edocuit.] Sic ego sententiae hiatulum supplevi, manucente tamen divino Seneca Ep. 15. Quod si velis deinde, quemadmodum ambules, discere, admittes istos, quos nova *ARTIFICIA DOCUIT FAMES*. Erit, qui gradus tuos temperet, & buccas edentis observet. Aliique magistelli esurientes. Ipsamet Plauti sententia est Stichus 11. 1.

----- *Ilia (paupertas) omnes ARTES PERDO-  
CET.*

Et Appulei: *Omnium artium reperit paupertas.* Aliiter vero editione Parisina periodas expletur, scilicet: *Mirabile quidem paupertatis ingenium, quae opibus oblectatur, singularumque rerum quasdam artes suis prodit.*

*Non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro.]* Indubie de lacunaribus capiendus versus, de quibus discrete in Paradoxis Cicero inquit: *Tecta e-bore & auro fulgentia.* Ennius Andromacha loquens de Priami domo:

*Vidi ego te, adstante ope Barbarica,  
Trois caelatis, laqueatis  
Auro, e-bore.*

Propertius item El. 11. lib. 9.

*Quod non Taenariis domus est mihi sulca colu-  
mnis*

*Nec camera auratas inter eburna trabes.*

*Nec jam calcato radiabat marmore terra] Pavimenta cum tectis conjunxit, ut Tibullus lib. 111. Eleg. 3.*

*Aurataeque trabes, marmorumque solum.*

Sic etiam Seneca Ep. 114. *Ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitore.* Marmore olim strata, nemo nescit, fatis adposite Seneca ipse: *Ut terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare, divitias.* Et Martialis Ep. 50. lib. XII.

*Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.*

Ubi observa, *lucet*, quod Arbiter dixit, *radiabat.* Ibi enim mire accinit & divino Senecae Ep. 87. *Eo deliciarum percenimus, ut, nisi gemmas, calcare nolumus.* Plures non refero.

----- *Sed crate saligna*

*Impositum Cereris vacuae nemus.]* Descriptio est rusticorum tectorum rudis aevi ac simplicis. Erant nimirum ex lignis impolitis, & inter se connexis, exstrui solita, paleaeque ad imbres arcendos insuper abdita; nobis, *techos pagizos*, hodie dicuntur. *Cerere* adpellavit *vacuam*, quod poltea, *inanem paleam*, ut Virgilius 111. Georg.

*Surgentem ad zephyrum paleae jactantur inanes.*

Horum ex culmo tectorum & Vitruvius meminit lib. 11. cap. 1. graphice autem descripsit Seneca Epist. 90. uniceque ficein Arbitro luxit: *Quid ergo? Non quamlibet virream cratem texuerunt manu, & vili obleverunt luto, deinde stipu-*

*la, aliisque silvestribus, operuere fastigium, & pluvius per dexera labentibus, biemem transire securi?*

----- *Et nova terrae*

*Pocula, quae facili viliis rota finxerat actu.]* Simillime Tibullus El. 1. lib. 1.

*FICILIA ANTIQUUS PRIMUM sibi fecit  
agrestis*

*POCULA, DE FACILI composuitque luto.* *Ilinc mollis stillae lacus.]* Carpit & hic infana Neronis opera, *siagna puta instar maris, piscinas, fossas, quae & tetigit alibi:*

----- *Mare nascitur arvis.*

de quibus plura nos ad verba cap. LXXXI.

*Expelluntur aquae saxis,  
quae vife.*

----- *Et de caudice lento*

*Vimineae lances.]* Anne lances ligneas intelligit? Vasculorum quippe ligneorum frequens quondam usus, & priscae frugalitatis specimen habitum fuit. Fors similes alias concepit animo illis, de quibus Plinius ait lib. XVI. cap. 31. *Minutis haec (ticus) capillamentis hirsuta, ut abies, malarque sylvestrium, e quibus montani praeterea filia decerpentes, spectabiles lagenas, & alia vasa, restunt.* Quaeque autem sint, adigit indubie cauterem ambitioni, ut verbis Tertulliani dicam, de Pallio cap. 5. *qua lances centenarii ponderis Sylla molitur: sive, qua Drusillanus, & quidem servus Claudii, quingentariam promissidem aedificat.* Idem Plinius refert lib. XXXIII. cap. 11. & quod *ei fabricandae officina prius exaedificata fuerat.*

----- *Clavis monerat agrestis.]* Haec est scriptura veteris M. S. ac penae eadem cum illis, quas antiqui vulgati repraesentant, quapropter & nos praetulimus. *Agrestis* substantive positum, ut saepius prisci. Tibullus supra adductus El. 1. lib. 1. & El. 2.

*Dii patrii, surgamus agros, surgamus agrestes.*

*sic rustica* Ovid. lib. 2. Fast.

*Ara fit hic, ignem curva fert rustica testis.*

Et montani. Plinius lib. XVI. cap. 31. & seplura alia.

*Et viridi junco gracilis pendebat barundo.]* Loquitur, ut fallor, de agresti structura, haud omnino abstinili cameris cannicis Palladii lib. 1. Tit. 17. Ibi, postquam docuit afferes disponere, perticasque ad tecti concamerationem, addit: *postea palustrim carnam, vel laevem crassiorum, quae in usu est, contusam, facta & stridim juncta crate, subnectimus, & per omne spatium cum istis afferibus & perticis adligamus.* Juncis nimirum adligabant, vel tomicibus, ut paullo ante ait ipse Palladius, & Columnellae *tomex ipsa juncea* est lib. XII. cap. 32. Sicuti Nasoni IV. Falorum *juncea vit. c. a.* Et Plinius libr. XIX. cap. 2. ait: *junco Graecos ad fines usus, nonini credamus, quo herban-*

eam adpellant. Nam *αχρῶν* & *juncum* significat, & *funem*. Apte *viridi* addidit, tunc quippe maxime ad ligandum aptus, quidve ex illo conficiendum. inde Pontanus:

*Dum tibi de viridi fiscellam vimine texo.*

Id genus tectorum & Vitruvius meminit lib. II. cap. I. *Vitandoque imbres, & aestus, tegebant barundinibus & fronde.* Et Plautus Rudente I. II. 34.

*Quin tu in paludem is, exsiccasque arundines,*

*Quis pertegamus villam, dum fudum?!*

Indicat hic Petronius tectorium opus nondum fornicis fuisse indudum.

---- *Quae fumo suspenda tigillo.*] Haud displicebat jam olim Doufae P. levicula emendatio, e & quae in s commutantis. Proprius & ille character casae paupertinis, *fumosum tigillum*. quod eleganter Juvenalis Sat. I patefacit, *fumumque domi* vocans, quod noster Epigrammatista lib. III. Ep. 30. *fuscae pensionem cellae.* Fumosae autem nigredini obnoxia valde lignea contabulata, ex quibus exstructae domunculae primaevae: quod utrumque hic innuit Petronius oppido breviter. inquit Scholiastes Apollonii ad vers. 170. lib. I. Argon. *ξύλιναις ἢ ἔχρῶν το πικραίων οἰκίαις, λιθῶν μηδέπω ἐπινοηθέντων.* Ligneis enim domibus olim utebantur, lapideis nondum inventis. Popinae pariter fusco colore ex fumo obtefactae. Unde ejusdem Epigrammatarii lucet versus ille lib. XII. Ep. 62.

*Nigri fornicis ebrium poetam.*

Ubi interpretet mirum miras agere nugas, quum Martialis ipse praetulisset faciem ejus caligini, quum inquit Ep. 60. lib. VII.

*Occupat aut totas nigra popina vias.*

---- *Mitia sorba*

*Inter odoratas pendebant texta coronas, &c.]* En opes. Suspendos igitur in orbem interpretor fructus inter flores, & herbas odoratissimas, ut omnino coronas referre videntur. Favet haud leviter mihi Appulejus in imagine numinis multiplicis lib. XI. *Quaqua tamen insignis illius pallae perfluebat ambitus, individuo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis, adhaerebat.* Ubi pariter in ambitu extimo pallae fructus inter flores contexti, qui, licet revera in coronam haud nexi forent, ejus tamen speciem prorsus referrebant. *Sorba* etiam pensilia olim servabantur, ut ex Varrone constat proxime laudando. *Mitia* adposite, ut Virgilio, & Senecae Trag. Choro I. Thyei. *mitia poma* matura; & Horatio, *immitis uva*, acerba est.

*Et thymbrae veteres]* Plurima *thymbrae*, five *satyreae*, mentio est apud Theophrastum, Dioscoridem, & Plinium, quos adire poteris Inde *συμπεριθαγείν* de parcis ac frugalibus dictum proverbium, de quo Hesychius, & Suidas, usur-

patque Aristophanes in Nubibus, *Veteres aridae* interpretor, nam Columella de eadem herba inquit lib. II. cap. ult. *Nam & viridis estui est jucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda.*

---- *Et passis uva racemis.]* Uvae pensiles sunt, de quibus lib. XIV. cap. I. *Durant aliae uvae per biemen, pensili concameratae nodo.* Sed Plautus perspicue in Poenulo Act. I. sc. II. vers. 99. innuens suspendium adolescentis:

*Siquidem tu es mecum futurus pro UVA PENSILIS.*

Item Varro lib. I. de R. R. cap. 68. *Pensilia, ut uvae, sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat premi.* Non ergo de passa, sole, fumo-ve; aut in ollis, five in sapa, mustove, condita.

*Qualis in Attaea, &c.]* Hic quid deesse, hians sententia cui libet indicio esse poterit, & monuit jam olim Hadrianus Junius. Ex duplici autem lectione *Hecates* & *Hecale* elicere haud inconcinnum sensum possumus. *Digna sacris Hecates;* Hecale etiam scilicet, quippe quae pauperrima, *digna* videbatur *sacris*, hoc est, coena Hecates, quae a pauperibus rapiebatur, ut Aristophanes in Pluto docet, ubi Scholiastes. *καὶ ἡ νεμελίαν οἱ πλοῦστοι δειπνοῖ ἐπιπερας, ὡς θυρίαν τῆ Ἐκάλη προσάγοντες ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐλθόν.* οἱ δὲ πένητες ἤρχοντο πεινῶντες, καὶ ἡδίστος ἀλλά, καὶ ἔλεγον ὅτι Ἐκάλη ἔφαγεν ἀλλά. *In novitium divites coenam despere, velut sacrificium Hecatae, offerentes, in triviis ponebant. Pauperes autem veniebant, & comedebant, dicebantque ipsam Hecatem comedisse.* Sic Lucianus variis in locis. Hecales vero paupertatem vel illud Ovidii II. de Rem. Am. possit adstruere:

*Cur nemo est Hecalem, nulla est, quae ceperit Irum?*

*Nempe, quod alter egens, altera pauper erat.*

Dicitur *hospita*, quod Theseum hospitio exceperit. Sic de eadem Statius ultimo Thebaid. libro:

---- *Nec fudit vanos anus hospita fetus.*

Praeter Plutarchum autem, infra laudandum, audi Appulejum adposite profantem lib. I. Fab. Miles. *Et tibi specimen gloriosum adrogaris, si contentus lare parvulo, Thesei illius cognominis patris tui virtutes aemulaveris, qui non est adspersatus Hecales anus hospitium tenuit.* immo, si Callimacho credimus poematio ab anu *Hecale* inscripto, habuit illa *φιλοξενίας εὐχῶ ἀκλήτισον, hospitii lares omnibus patentes.* Verum enim vero si, *digna sacris Hecale*, mavis scripsisse Petronium, ad sacrum Hecalesium ibi respexisse, haud erit dubium. Id Iovi ab anu Hecalo dicto posteritas insluit, non sine ipsius Hecales honoribus. Itaque suam propter hospitalitatem digna sacris habita olim fuit.

fuit. Sic Plutarchus rem totam in Theſeo prodidit: Η ὃ Ἐσχάλη, καὶ τὸ πρὸ αὐτῶν μυθολογικὰ ἔξενισκῶ, καὶ τὸ ὑποδοχῆς, ἔοικε μὴ πάσης κριτικῆν ἀληθείας. ἔθρονος γὰρ Ἑλληνιστοῖσι οἱ πύργου δῆμοι συννόητες Ἐσχάλη Διὶ, καὶ τῶν Ἑλλαντικῶν, Ἑσχάλην ὑποκαθίζουσι, ὅσα ἔκ κρείοντων, νομίζουσι κριτικῆν τὸ Θεῶν ξενίζουσαν, ἀπὸ πύργου πρὸς ὑλκῶς, ἔκ φιλοφρονεῖν τοιαύτης ὑποκαθίζουσι. ἔπειτα ἢ ἠὲ πρὸς μὴ ὑπὲρ αὐτῶν τῆ Διὶ καὶ θεῶν ἔπειτα τῶν μάχης, εἰ σὺς παραγινώσκεις, θεῶν, ἀπὸ θεῶν δὲ, πρὸς κρείοντων ἐπαυλαθῆν, ἔρεως εἰρημίας ἀμοιβῶν τὸ φιλοξενίας, ἔκ Θεῶν κελύψαντες, ὡς Φιλόχορος ἰστορεῖ. *Hecale*, & quae de illa fabula hospitii & convivii memoratur, non omnino apparet ex varo esse. Sacrum Hecaleum circumjēcti populi, concilio indicto, Jovi Hecaleo faciebant, & Hecalem colebant, diminutivo nomine Hecalonen appellantes: quod illa quoque juvenem a modum hospitio excipiens Theſea senum more salutasset, & blandita fuisset ei diminutis nominibus. Quae, quia pro eo ad pugnam procedente, si Joves revertisset, Jovi vocerat hostias, diem autem suum ante illius reditum oberat, haec retulit hospitalitatis jussu Theſei praemia, ut Philochorus tradidit.

---- *Quam Musa loquentibus annis*

*Battiadae veteris, &c.*] Nam poëma *Hecalem* dictum condidit Callimachus, quod haud semel Plinius laudat, *Battiaes* vocatus, filius quippe *Batti* fuit, ut plures volunt.

Cap. CXXXVI. *Quae staturae altitudinem adjecterat.*] Plane necessum, nam mensa, ubi paratum sacrificium, super altare imposita erat, ut supra visum.

*Ignemque modo convalescentem exstinguit.*] Aqua scilicet effusa, pariterque subinde ancilulae faciem totam excitato cinere perfudit.

*Tres anseres sacri.*] Videlicet Priapo, rationem vero paullo post inquirimus. Fuere & Diis aliis anseres consecrati, quorum in fanis etiam alebantur. *Funoni* apud Livium sunt lib. v. ubi de ipsorum excubiis sermo est omnino canum praefereendis: *Anseres Galli non fessellere: quibus sacris Funoni in iunna inopia cibi tamen abstinebant.* Sic in Camillo Plutarchus, & in de Fortuna Romanorum: *Χήνες ἰσσοῖ πρὸ τῆ νεάν τῆ Ἥρας ἐτρέφοντο θεοσχεύοντες τῶν θεῶν. Anseres sacri circa fanum Funonis alebantur ad cultum Deae.* Habuit & Juno ipsa pavones sacros in Samio templo, uti narrat apud Athenaeum Menodotus. *Isidi* fuere quoque anseres ejus in templis sacri. ex Aristide conligo *Sacr. Sermonum* 3. *Ἐλεθύνειν τῆ Ἰσιδι ἔκ τῆ Σεράπιδι ἐν τῆ τῆ Ἰσιδος ἰσσοῖ, λέγω τῶν ἐν Σεράπιδι γενόμενον. ἔξινον δὲ μοι τὰ προσηλακία περὶ ἰσσοῖ τῶν ἰσσοῖ.* Quum *Isidi* & *Serapidi* quondam in *Isidis*

templo *Smyrnae* sacra fecissem, vestibulum egresso anseres duo sacri occurrerunt.

*Ab anu diararia exigere.*] *Martialis* extremo lib. XI.

---- *Puerique diararia poscunt.*

Hic *mνημοικον ἀμαρτημα* *Rittershuffii* est, tribuentis *Horatio* id *Epigrammatifcae*. At hoc, nemo est, cui facpius non contingat. Nec exempti sunt ab hac labe scriptores prisca, apud quos equidem observavi non semel. Veniam igitur non ambigam a quovis quin sim impetraturus, si alicubi quid tale ihm imprudenter exciderit. *Diarium* proprie *Hispanis* dicitur, *La racion*. sed nos antierius plura.

*Rabioſo stridore.*] *Eleganter* dictum, licet anserum clangere proprium sit. Sed fuse nos de anserum voce paullo infra.

*Alius vincula calceamentorum resolvit.*] *Diversa* longe vincula ista ab illis, de quibus supra sermo fuit ad verba cap. cxxvi. *intra auri gracile vinculum*. misere tamen interpretes confundunt. Hic enim ligamina sunt, quae calceos vincunt, adstringuntque, *corrigiae* *Ciceroni* dictae lib. ii. de *Divinat.* ubi earum abruptio inter omnia adversa recensetur. *Retinacula*, ut puto, *Apollinari* *Carm.* 2. Habuere enim antiquorum nonnulla calceamenta, ut nostratia, hoc genus vincula; etiamque brachiola, quae *ansae* appellabantur. Aperte *Tibullus* *Eleg.* 8. lib. i.

*Anſuque compressos conligat arcta pedes.*

*Tales Herculea Stymphalidas, &c.*] Confert anserum clangorem ingentem cum eo, quem cecurrunt *Stymphalides*, quum ipsas fugavit *Hercules*, & *Harpyjae*, quum duo *Boreae* filii, *Zetes* & *Calais*. *Stymphalides* *Herculi* conterritae fuere, & dispulſae, *χάλαρα καὶ ἀλα*, *Palladis* munere accepta, quatienti, ut refert *Apollodoros* lib. ii. *Biblioth.* Pariter fere & *Hyginus* fabulam narrat *Fab.* 20. at *Argonautis*, non *Herculi*, id contigisse effert. Postea vero *Fab.* 30. inter *Herculis* athla *Stymphalidum* internecionem recenset.

---- *Sanieque fluentes Harpyjas.*] Aliter atque aliter mutant correctores, nempe, *poenaeque luentes*, *poenaeque fluentes*; primitus autem editi ex MSS. *peneque*, aut *poenaeque fluentes*. At, *sanieque fluentes*, retineri potest, ac idem cum *veneno*, quod sequitur, *saniam* interpretari.

---- *Quum Phineo maduere veneno*

*Fallaces epulae.*] Suspectam indubie semper lectionem fecit codicam varietas, quod hic voci *Phineo* accidit, aliter *furtivo* exaratae. sed latet adhuc, quae sani coloris eniteat. Mens tamen auctoris dubio procul percipitur. *Epulas* namque illas subindicat, quae fuere *Harpyjas* apud *Phineum* extremae; nam eae *fallaces* fuere, infidioso

(N n)

fidiſeque paratae; ut ipſas nimirum volucres ſic ad menſam adcerferent, & illico Boreae filii proſtaunt. Didici ego ex Apollonio, qui mihi profus aditum ad Arbitri cognitionem pateſcit. inquit lib. 11. Argonaut. verſ. 263.

Αἴψα δὲ κρητέροις πεπονημένοι δαίμων γέροντες,  
 Λοίπιοι Ἄρπυιῶν ἐλάεσσιν ἐβύβη δ' ἄμ-  
 φω  
 Στήσαν, ἵνα ξηπίεσσιν ἐπεεσυμίνας ἐλάσει  
 αν, &c.

Statim autem juvenes influxerant coenam ſeni,  
 Noctiffimam Harpyj's praedam: proſeque ambo (Zetes & Calais)  
 Conſtiterunt, ut enſibus inruentes proſtigaret, &c.

Quod Valerius, veſtigia ejus perſequens, ſic multis IV. expreſſit:

---- Et durae commovit (Phineus) imagine  
 poenae.  
 Inſtituere thoros, mediisque tapetibus ipſum  
 Accipiunt, &c.

Ac denique:

Emicat hic ſubito, ſeſeque Aquilonia proles  
 Cum clamore levat, &c.

Pariter & Apollodorus narrat lib. 1. puto, edoctus ab Apollonio. Hic vero epulis illis veneno madidis interpretamenti vice plane ſunt & iſthaec ejusdem Valerii de Harpyj's etiam ibidem loquentis verſ. 497.

Tum ſola colluvie, atque inluſis ſtramina  
 menſis  
 Foeda rigant.

Reſtat autem, ut Phineo (ſic in MS. exaratum) eamſ mutatum, & res nobis haud infeliciter cedet, ſi ejus loco Typhaeo repoſuerimus. Typhoides enim Harpyjae ibidem Valerio dicuntur, hoc eſt, Plutonis filiae, quem dicunt litteratores Typhonem adpellari. Profecto ſic optime ſententia ſe habet, alioqui parum ſibi conſtans, & mire caligans. ita delibero, licet mihi non lateat, Phineas aves Senecae in Thyeſte Harpyjas nuncupari.

Conleſtque cultu meo ire, &c.] En habitus per urbem incedentis expreſſus. & contra manentis: Proſtataque veſte tanquam exſpectarem morantem, in aditu ſteti. Sed ſupra de his pleno modio ad verba cap. XIX. Et praecinſti certe altius eramus.

Cum teſto ignis pleno.] Teſto, aut teſta, utroque modo inſleſcitur, ignem in vicinia petebant. Supra Petronius hoc capite: Ad reſciendum ignem in vicinia cucurrit. Ex fragmentis vaſculorum ſcſtilium quondam, ut hodie, teſta ut plurimum illa. Sic Iſaias cap. 30. 14. Et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli

contritione pervalida: & non invenietur de fragmentis ejus teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquae de ſovea. Et Ovidius innuit lib. 11. Faſt. ubi agricolae ſacrificium deo Termino parant:

Ara ſit hic. ignem curva fert ruſtica teſta  
 Sumtum de tepidis ipſa colona focis

[Ingeſtiſque ſuper pluribus lignis.] Auſtor Moreti:

---- Atque arſura focis imponere ligna  
 Imperat.

Pracceſſerat:

Parvulus exiſto remanebat ſtipite fumus.

Prius enim arida materia, ſicilique, uti & ſemper moris fuit, ignem excipiebant. illud eſt: Collocavit illa ignem caſſis barundiniibus conleſtum.

[Tribus niſi potionibus e lege ſiccatis.] Apud Eubulum Bacchus ipſus legem jubens:

Τρεῖς γὰρ μόνος κεραιραὶ ἐγκρασηνύα  
 Τοῖς εὖ φερονται, τ μὲν ὑγείας ἕνα,  
 ὄν προῶτον ἀπιναται, τ δὲ δούλεγον  
 Ἐρωτῶ ἰδονῆς τε, τ τερίων δ' ὕπνου,  
 ὄν εἰσπώνητες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι  
 Οἰκαδὲ φαδιῶσιν.

Vertit Florens Chriſtianus:

Nam terna tantum temperari pocula  
 Catis jubebo: Sanitatis gratia  
 Primum hauriatur, alterum oblectaminis  
 Et amoris ergo, deinde ſomni tertium.  
 Ubi iſtud ebibere, quis ſeſtus ſapit,  
 Domum redibunt.

Paruit ergo vetuſcula ſacerdos. Obſervo equidem ex celebri hocce ternario potionum numero ortum indubie olim, poculum, quod Bacchi diceretur, fuiſſe tripodem, cujus apud Athenaeum plurima memoria eſt lib. 11. & ni fallor, x. ſed plures, puto, hanc myſticam potandi rationem ſibi exornandam ſumferunt, qua propter manum de tabula, ne videamus, quod longe enim ab ingenio noſtro abeſt, aliorum ſerimia compilare. Siccatis, ſic cap. XII. Siccatoque avide poculo. Sic & plures veterum loquuti, & Juvenalis dixit, ubera ſiccare.

Ut putares iterum anſeres limen intraſſe.] Nam, quum primum venerant, ingentem ediderant clangorem, ſtroidoremque. ſic paulo ante hoc cap. Ac veluti rabioſo ſtroidore circumſiſtunt tripodantem. Anſerum autem proprium eſt clangere, ut docet Columella, ut Feſtus vero, gingrire. ait: Gingrire, anſerum vocis proprium eſt. Unde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrina. Ita κινίζεν Graeci dicebant de tibia canentibus. Item Arnobius lib. VI. anſeribus dedit gingritus. Sed auſtor Philomelae gratitare, unde noſtrum Graſnar videtur fluxiſſe. Illud autem



tem mirum est, quod de anseribus Aelianus, Philus, & Plutarchus referunt, praecipue ut pateat, quam proclives illi sint ad gratiandum. Videlicet, quod Taurum montem, ubi ingens aquilarum multitudo est, quam ipsi transmittunt, singuli mordicus lapidem tenent, ne clangorem fundant; parum quippe suae taciturnitati aliter sudent. Itaque, al aquilis non praesenti, tradunt illum saepenumero transvolant innoxii. En igitur cur Poëtis pluries vocentur *arguti*, *garruli*, &c.

Cap. CXXXVII. *At illa complosts manibus.*] Gettus omnino est *plaudentis*, ut supra ostendimus ad verba cap. xviii. *Complosts deinde manibus*. quae visse. Usurpant quoque eum *adstisti*, & *iracundi*, exemplaue apud Arbitrum non defunt.

*Nejis*, *quam magnum flagitium admisseris.*] Vestigium videtur & aliquod huiusce flagitii esse apud Livium supra adductum. Nam, si anseres sacros nondum de republica bene meritos nefas occidere, postea enim, quam patriae custodes haberentur, & terreatores, jure merito magnum putaretur sacrilegium, ac teterrimum patricidium.

*Occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis acceptissimum.*] Sacros hinc Priapo anseres discimus, ipsius in templo diversari, alique eorum scilicet cura sacerdoti commissa, rationem vero hucusque nobis iuterpretes invidere. Commodam equidem in praesentia proferam, dum alia sese obtulerit adpositior. Custodibus quibuslibet, & excubiarum praesidiis, animalia sensu acerrima, & excubantia, adjungi, nemo nescit. Sic janitorum canes adhibebantur, ut nos multis supra patefecimus. Priapo ergo, qui hororum vigili custodiae destinatus fuit deus, tute vides, ut anseres consecrarentur opportune, de quibus prodidit Plinius cap. 22. lib. x. *Est & anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus.* Et Aelianus lib. xii. de Anim. cap. 33. *φιλάπειν ἢ ἄρα χινῶν κύνες ἀχρεϊότεροι. καὶ τῶν κλεψύρασαν Ῥωμαίων.* Anseres ad custodiam praeserendi sunt canibus, quod Romanorum periclitatione constat. Et Cicero item infra laudandus. Illud autem commentum nostrum illis procul dubio adridebit potissimum, qui vel labris primoribus liberos in numen illud poetarum jocos libaverint. Sed, curnam, inquis, ille *matronis acceptissimus*? fors propter ipsum Priapum, quem haud perfundorie sibi propitium reddere matronae studebant. Aut propter Junonem, quam imprimis colebant feminae, ei nempe animis & corporibus addictae, cui & anseres utique à primis temporibus fuerant etiam sacri, ut ex Livio, & Plutarcho supra jam vidimus. Speciatim vero de occiso anseri animum non lo-

qui, nullus ego dubito, nisi id exaggerationis ingenio turbulentae mulierculae datur fat tempestivum.

*Ibis in crucem.*] Sic loquutus cap. cxii. *qua ratione mortuus esset in crucem.* Nec aliter Horatius lib. ii. Saty. *Ibis sub furcam.* Fori erant indubie formulae, unde illa Comicis familiaris, *Ire in malam crucem.* quod puto, formularum scriptores non tetigero.

*Haec ait: & tremulo deduxit vertice canos, &c.*] Visum doctis & versiculosos hoscce, divulsos indubie jam olim ab integra Satyra, & inter rudera veteris monumenti hucusque haud sine religione adservatos, nunc denuo eidem adnectere, & hic fat inserere tempestiviter, ubi hiantem lacunulam praese MSS. ferebant. Quod etiam nos haud aegre passi sumus. Perspicui admodum sunt & elegantes, omniaque habent ad ostentationem doloris comparandam imprimis necessaria, crinium evulsionem, planctus, suspiria, ac denique stectum largum, quibus loca parallela plura in Arbitro, pariterque sunt omnibus scriptorum in paginis.

*Struthiocamelum reddam.*] Hoc est, omnium maximum volucrem pendam. Talis struthiocamelus, ut supra ostensum, praese pondere enim alis sublevari non potest, quod inquit Pausanias in Boeoticis: *καὶ Ἀρσινόως ἔστιν ἐν Ἑλικῶνι εἰκὼν, ἣν Πτολεμαῖος ἐγχεῖν ἀδελφῶς ἀν. τῶν δὲ Ἀρσινόων στρατῶς φέρει χαλκῆ ἢ ἀπλῆσαν. Πτερά μὲν γὰρ ἐσὶν αὐτῆς τὰ αὐτῆς ἢ ἀπαις φύσιν, ὑπὸ δὲ βάρους ἐστὶ μέγιστος ὄγκος οἷα τὴν ἑστὶν ἀνεχέειν οὐδὲς ἐστὶν αἴρου τὰ πτερά.* Et Arsinōes in Helicone est imago, quam Ptolemaeus frater uxorem duxit. Arsinōes autem statua aeneo insidet struthiocamelo ex involucrum genere. Habent hi quidem alas, uti alites ceteri, sed praese corporis mole hunc se in sublime nequeunt adtolle. Ideo argute, more suo, ei Plautus in Persa ii. iii. dedit, *volare curriculo.* quod *volitare* haud inconcinne Flavius Vopiscus dixit Firmo: *Et sedentem ingentibus struthionibus vestiam esse, & quasi volitasse.* quod minus est quam volasse. *Struthio*, ergo etiam dicebatur, *passer marinus*, & κατ' ἐξοχὴν στρατῶς Graecis simpliciter, & *passer* Latinis. Vetus inscriptio: AEDILITATEM LAVDABILITER ADMINISTRAVIT. ET DIEM FELICISSIMUM III. IDVS JANVAR. NATALEM DEI PATRIS NOSTRI VENATIONE PASSERIS, DENIS BESTIIS, &c.

*Non publicum anserem.*] An *publicum*, quia è publico passus, ut docet Cicero Oratione pro Roscio Amerino? *Anseribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint.* Sed mihi hic, fateor, aqua haeret; sumque, ut dicam cum magno vate,

Μεσσηνὸς γαίης τε ἐδουῖς ἀσεβήσιος.

(N n 2)

Unde

Unde possitis & deos emere.] Mens plane ex illis superioribus liquet cap. LXXXVIII. Mille pondus auri Capitolio promittere solet: & ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Jovem quoque peculio exorat. ac subinde: Quam omnibus diis hominibusque formosior videatur massa auri, &c. ad quae loca vide quae notamus.

----- Secura naviget aura.] De vulgi ac fortunae favore capiendus plane locus, quae frequens allegoria est scriptoribus praecis. Insignis vero ac parillis prorsus Horatii illa Ep. 13. lib. I.

----- Tu, dum tua navis in alto est,

Hoc age, ne mutata retrosum te ferat aura.

Uxorem ducat Danaën, ipsumque licebit

Acrisium jubeat credere, quod Danaën.]

Quod Danaën, scilicet jussi credere. hoc est, nihil auro esse inaccessum. nam

Aurum per medios ire satellites

Et perumpere amat Jaxa, potentius

Ictu fulmineo.

Canente Latino Lyricine pariter de Danaë & Acrisio lib. III. Carin. Ipsum Acrisium, ἐμφατικῶς.

Carmina componat.] Ergo parum coronis credendum est, quas ad imperitos deferre gratia solet, ut supra Arbitr dixit cap. LXXXIII. & nos pluscula ibidem.

----- Sitque Catone prior.] Plures Catones illustres, quos haud importune hic memoraret Petronius. illum autem arbitror prae omnibus magis tempestiviter nunc innuere, de quo hocce elogium Plinius lib. VII. cap. 17, nobis reliquit: Cato, primus Porciae gentis, tres summas in homine res praestitisse existimatus est, optimus orator, optimus imperator, optimus senator. & subinde: Itaque: si proprium Catonis, quater & quadragies causam dixisse, nec quemquam saepius postulatam, & semper absolutum.

Jurisperitus PARET, NON PARET.]

Nam Jurisperiti ex illis plane sunt, qui frigidam efflant uno ore & calidam animam. At folennem formulam, in judiciis frequenter usurpari solitam, agnoscant hic & viri jureconsultissimi, videlicet, Si paret, quam & Festus interpretatur. si inveniatur, si comparet, si adparet. Nobis est, si parece, si parreciere, Graeci εἰ φαίνε. Claret ergo Arbitri mens, ac praecipue similis loci conlatione cap. XIV. qui pariter de judiciis capiendus, ut ibi monitum est:

Nonnumquam numis vendere verba solent.

Videntur enim judiciis jureconsulti olim fuisse adhibiti, quibus à Caesare, inquit Justinianus lib. I. Instit. Tit. 2. jus respondendi datum est, & quorum sententiae & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere à responso eorum non liceret, ut est constitutum. Inprimis ergo & principes illi, quorum hic etiam memoria, Servius & Labeo.

Et, quum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset.] Polluti quippe erant anseris caede. Expiatio vero potius videtur coquinaria, ad anserisque condimentum pertinere, quam ad ejus sanguinis lustrationem. Porris enim apioque constitit, quae ex oleribus principem fere in condimentis obtinent locum. Apion namque illud est vulgare, & quod ad manum habuit sacerdos, nobis, peregil, dictum. De quo sic Plinius lib. XX. cap. 11. Apio gratia vulgo est, namque rami largis portionibus per jura imitant, & in condimentis peculiarem gratiam habent. Itaque hic etiam more suo forte Arbitr ludit, quippe ad Satyrici ingenium mirè faciunt & lusus similes.

Avellanas nuces.] Ipsarum memoria etiam in Carmine libero:

Nucemve longam, quam vocant Avellanam.

De ipsis quoque sic Macrobius lib. II. Saturn. cap. 14. Nux haec Avellana, seu Praenestina, quae est eadem, ex arbore est, quae dicitur Corylos.

Recluso pectore extraxit fortissimum jecur, & inde mihi futura praedixit.] Sic Virgilius lib. IV. Aeneid.

----- Pecudumque reclusis

Pectoribus inhians spirantia consulit extra.

Signanter ἐπαγορευτικῶς protulit Arbitr, quae princeps species haruspicinae. inquit apud Philostratum Apollonius lib. VIII. ὁ ἴππος, ἐν ᾧ φασὶ τὸ ἄδρῶν κεντρικὸς εἶναι τῆς ποδοῦ εἰ δεινὸς ταῦτε. Jecur, in quo vaticinii sedem esse, dicunt ejus artis periti. Consulebant & tota viscera, hepatis autem exploratio potissima erat. Sed ubertim de his juxta ac erudite jam magni viri, inprimis Brissonius lib. I. de Form. Stuckius de sacrif. Gent. & noster Delrius lib. IV. Disquis. Mag. Ἀπερὸς δὲ τῆς ἀντικειμένης vero, quae hic interpretes nonnulli.

Epulasque etiam lautas.] Nam anseres olim in deliciis valde gulonibus fuere, eorum autem praecipue jecinora. Indicat Athenaeus lib. IX. Plin. lib. X. cap. 22. Martialis lib. XIII. Epig. 58. & alias, Horat. Sat. ult. lib. II. Persius Sat. VI. & plures alii. Alagabalus apud Lampridium insana prodigalitate canes jecinoribus anserum pavit, ita, ut psittacis atque fastianis leones, & Aristides, difficili in morbo, diutinaque ciborum aversione, nihil paene praeter hepar anserinum edere potuit, ipso testante ἰερῶν λόγ. δδστ.

Cap. CXXXVIII. Scortium fascinum.] Hoc est, rubrum penem coriaceum, ut Suidas exsertim tradit voce φασκίον. Indubie enim in modum effectum membrum illud, ut sic ad veritatem utcumque accederet. Nec aliter Priapi simulacris figurari consuevisse, indicio esse potest toties repetita ejus mentio. Catullus:

Sedet revindus cum rubenti fascino.

Tibullus:

*Siles, vecinū sacrum pampino caput,  
Ruber sedere cum rubente fascio.*

Carmen liberum:

*Rubro, Priape, furibus mibire mutino.*

Et passim alias. Unle dies oritur improbo Martialis Epigrammati lib. 11. 33.

*Cur non basio te Pylasus? calva es.*

*Cur non basio te Platonius? RUFUS es.*

*Cur non basio te Pylaxius? lusca es.*

*Te qui basiat, hic, Phylaxius, sellat.*

*Rufus & ruber idem color, ut prolixè apud A. Gellium disceptatur lib. 11. cap. 26. Confecti & ex varia materie varios in usus olim phalli, ex ligno, sicut potissimum, qui sicuti sepius adpellati, ex ebore, ex auro, ex sericeo. & ex lino panno, quibus Lesbiae tribades abutebantur. Item ex vitro, qui Phallositroboii, aut Phallositrobelli Capitolino, si mendax scriptura non est, dicuntur. Erant videlicet vitrea pocula in obscenam pudendi figuram effigiata. Unde Juvenalis Sat. 11.*

----- *Vitreo bibit ille Priape.*

Ubi Scholiastes: *In vitreum venem, quos adpellant Drillopotas. Pocillatorum icunculas, manibus illos Priapos extollentium, Pignorius opere de Servis exhibuit. Ceterum non solum per obscenitates bibebant, ut ait Plinius; immo ipsas edebant obscenitates. Placentarum namque genus habuere in deliciis, pudendi quoque virilis speciem omnino referentium, & filiginei Priapi vocabantur. Sic Martialis edocet Ep. 69. lib. XIV. Item placentae fuere aliae in muliebria inguina. Sed ohe, nonne satis est impudicitiarum? fat plura, nec vulgaria quidem, addere possemus, aut pudor non sinit.*

*Quod ut oleo, & minuto pipere, atque urticae trito circumdedit semine.] Omnia inritant venem languentem. Ita qui Aemilii Macri nomine circumfertur de urtica loquens:*

*Cum vino bibitum venerem semen movet ejus,  
Et melius tritae si jungas melque piperque.*

Lege trito, & ad semen referto, quod & tuetur Petronius, & Ovid. 111. de Arte. Idem docet Plinius ubi de urticae semine lib. XXI. cap. 13. *Et lateri medetur cum semine lini, addunt byssopum, & piperis aliquid.*

*Nasturtii succum cum abrotano miscet.] Venenico contactus Polyaeos, ineptus ad venerem prorsus erat relictus, veraque voluptate omnino fraudatus erat, cui morbo, ut visum est, omne curationis genus à misero juvene adhibitum. Nunc vero ecce quam opportunum medicamentum abrotanum scilicet cum nasturtio mistum. De abrotano namque Plinius inquit lib. XXI. cap. 21. *Ramo ejus, si subiciatur pulvino, venerem stimulari, ajunt. efficacissimamque esse herbam contra omnia venesicia, quibus coitus indibeatur. Quod Aemilius Macer hypobolimaeus ad verbum mutatus est:**

*Haec etiam venerem pulvino subdita tartum  
Incitat, & veneris nocuis potata refellit.*

Nulliusque adversus nos momenti erit Plinii testimonium, adferentis, *nasturtium venerem inhibere.* nam ibi mens ejus est, generationi officere, si sumatur frequenter. herba quippe natura sua fervida est, desiccansque valde. itaque eadem prorsus ejus ratio est ac rutae, cujus servens pariter natura. ideoque de ruta ipsa inquit ibidem etiam Plinius lib. XX. cap. 13. *Itemque generationes impediri hoc cilo, ideo pro fluxu genitali datur, & venerem crebro per somnia imaginantibus.* Unde ipse Macer de nasturtio loquens:

----- *Hac re venerem ceu ruta coërcet,*

*Siccando semen, fuerit si sumta frequenter.*

quae unice Plinium interpretantur. At in linimentis longe diversa ratio censetur, praesertim si admistum sit cum aliis nasturtium, quibus quum vim suam calidam praeslerit, frigidis & maleficiatis proderit haud leviter. creberrima namque in re medica sunt ejusmodi connubia medicamentorum.

*Viridis urticae fascem comprehendit.] Apte etiam, ut titillationem venerem excitaret, pruritu scilicet mordacium urticae foliorum. Et additum opportune, coepit lenta manu caedere. ita namque major pruritus, ut constat, incenditur. quod & Plinius innuit lib. XXI. cap. 15. *Mirum, sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam, & tactu tantum leni pruritus.* Nec multum ablutit id veteris Lexici: *Alca, & Acicla, ἀκαλότι.* hoc est, *urtica*, quod ut ferri nimirum acies ulceret.*

*Quid lucis formae labuit Leda simile? quid contra hanc Helene?] Similis illa veteris Poetae comparatio in seminae pulcerrimae descriptione:*

*Non Helenae mater, nec par tibi filia Ledae,*

*Quamvis haec Paridem moverit, illa Jovem.*

*Ipse Paris dearum lividinantium judex.] Cur videlicet,*

*Eiectus Paris arbiter esset eis,*

\* *Ὁμοῦ καὶ ἀγαθέωνι θεμιστάωνι γυναῖκες,*

*Ut immortalibus etiam redderent jus pastoris.*

opportune docet Lucianus *Θεῶν κριτής.* Alii fere non tangunt. quippe *καλὸς τε αὐτός, καὶ σοφὸς ἐὶ θεῶν.* *ferocissus ipsis, & rerum amatoriarum doctus.* Et Dialog. marin. quia *Θιλοκαλλῶν, καὶ ὅτι ἀνὸς οὐκ ἐστὶν ἡσυχία* elegantiae studiosus & ipse quum sit. male judicare non poterit. Argute autem, qui hic à litore primus excogitavit,

\* *Coluthus.*

(N n 3)

tavit, *lividinantium*. Sic Varro similis Satirae antesignanus Agathone *Virgidemiam* excudit.

Cap. CXXXIX. *Torum frequenti tractatione vexavi, amoris mei quasi quandam imaginem.*] Vexatio isthaec juxta ac Cynicorum nequissima, quorum audire culcitrae uxores Martialis lib. iv. Ep. 53. & saepe alias. *Amoris mei*, id est, amicae meae, quod Propertio familiare. sic El. 2. lib. III.

*At tu stulta deos, tu fingis inania verba:*

*Forſitan ille alio peſſus amore terit.*

*Alio amara*, id est, alia amica: & El. 3. lib. II.

*His ſaltem ut tenear jam finibus, aut, mihi ſi quis,*

*Acrius ut moriar, venerit alter amor.*

Hoc est, altera amasia. & sic alias. Eleganter etiam Catullus Epig. x. mero quodam Hispanissimo.

*Vorrus me meus ad suos amores*

*Viſum duxerat è foro otioſum.*

Flautus sic, & alii.

----- *Prius Inachia Tiryntibus ira*, &c.] Solamen sibi quaerit Polycaenos ab exemplis pluribus mortalium, qui pariter prius numina sibi sententur vehementer infensa. & primitus Herculis meminit, cui maxime omnium viventium, fama est, Junonem infensam & inimicam fuisse, quod è pellice Jovis Alemena natus foret. eaque propter ingentia ille pericula subiit, quae ei perdendo Juno per dolum proposuerat. *Inachia* ergo, id est, Juniona. *Inachia* enim Juno dicta, quod non vulgare est. ab *Inacho* indubie fluvio Argivae Junoni consecrato, ut tradit Pausanias, de eoque fufe Plutarchus, *ει γνήσιον*, de fluminibus. Ita *Ἰναχίς* H. η dicitur Nonno initio libri ultimi Dionysiacón, hoc est, *Argiva*, ut *Inachides mulieres*, & *Inachia fora*, &c. pro Argivis eidem usurpantur.

----- *Onus coeli tulit.*] Quomodo hoc capiendum sit, Apollodorus edocet lib. II. Biblioth. Undecima Hercules aerumna fuit, aurea mala ab Hesperis reportare. At, quum praemonitus à Prometheo foret, ne ad Hesperidum hortos ipse accederet, sed ad ea accipienda Atlantem mitteret, necesse habuit, Atlantem interea subire vices, eique in coelo sustinendo succedere. Itaque laboris illud minime ei Juno, Eurytheusve, primum imposuere, sed ei ex illo undecimo fuit ortum.

----- *Ante profanam*

*Junonem Pelias sensit.*] Pelias Neptuni filius ex Tyrone, qui quum primum adultus noceram matris occidit, superque ipsam Junonis aram jugulavit. *κατολα διστελεθ τω Ἡρω ἀλιμάζων, ἐσατιαται δὲ ὕστερον πρὸς ἀκλήλως.* Eamque ob rem nullo unquam honore Junonem adfuisse memoratur, atqui postea inter se discordiam exercere non desierunt, inquit Apollodorus lib. I. Unde patet,

nauci non esse lectionem illam, *profanus*. immo recte illi omnino, qui praeferunt.

----- *Tulit inscius arma Laomedon.*] Laomedon scilicet Trojanorum rex. Ipse valde sibi infensum habuit Neptunum, quapropter cetum cum inundatione in regionem suam immisit, quod, quicquid offendeat in campis, corripiebat. Hercules illud occidit, pacta cum Laomedonte mercede, quam postea non solvit. Quod facinus vindicaturus Hercules, finita jam Jasonis expeditione, ad Troadem adpulit. *Inscius*, ergo Arbiter inquit, nam improvifus & inopinatus Hercules adfuit Illo tunc expugnando. Ejus mentem patefacit Diodorus lib. IV. *Λαομέδων ὃ, ἀπεσοδοκῆτα ἢ παραστίας ἢ πολεμίων γεφυρομένης, δύναμιν ἀξιολόγοι συναγαγεῖν ἐξεκλείθη διὰ τὴν ἐξέλιξη ἢ κραιπνὴν ἀφραίας δὲ ὄσας ἐδύνατο, καὶ τὸν ἦλθεν εἰς τὴν ναῦς.* Interim Laomedon inexpectato hostis adventu percussus, dum justum exercitum nequit, quas per angustias temporis potest copias, tumultuario configit, easque adversus classem educit, &c. Apollodorus item fufe narrat lib. II.

----- *Gemini satiavit numinis iram Telephus.*] *Gemini numinis*, Minervae interpretor, qua artium omnium, qua bellorum, deae. *Telephus* Herculis filius fuit, quem ex Auge suscepit. Eum odio Minerva habuit, quod in ejus templo à matre fuisset expositus, eaque propter vestilentiae ingenti suam adfect regionem, quousque Aleus pueri avus eum in Parthenium montem deferendum exponendumque dedit, ubi est à cerva nutritus, exinque *Telephus* vocitatus. Apollodorus etiam tradit lib. II.

*Satiavit.*] Pariter ut Ovidius usurpavit lib. vr. Transform. ubi Latonam Niobe indignabunda adfatur:

*Pascere crudelis nostro, Latona, dolore,  
Pascere, ait; satiaque meo tua pectora luctu,  
Corque ferum jati.*

----- *Et regnum Neptuni pavit Ulyxes.*] Plene Homerus in Odyſſea, decantatumque satis in scholis Grammaticulorum.

*Me quoque per terras, per cani Nereos aequor,*

*Helleſpontiaci ſequitur gravis ira Priapi.*] Ex pluribus enim locis (autumo & alias nos dixiſſe) ſuperſtitioſam nimis Petronii religionem licet obſervare. quo & verſum horumce ſententia omnino referenda eſt. Vehementer Priapi numen, ille fecit, ſibi iratum Encolpium exinde agnoſcere, ex quo myſteris ejus profanus interſuit, turbavitque. Id ergo, quippe *inexpiable ſcelus* admiferat, illi Quartilla minatur cap. xvii. *Non enim impune quiquam, quod non licuit, adſpexit.* Hujus poſtea facinoris non ſemel aut iterum poenas luit, ſed paſſim. Eventuum enim, quos memoria ſuggeret, indicium facimus. Capite xcv. Licæ verba ſunt: *Videbatur mihi*

*mibi*

mibi secundum quietem Priapus dicere, Encolpion, quem quaeris, scito à me in naevem tuam esse perdu-  
 rum. Postidea bis à Circes congressu, & fors  
 haud semel à pueri, discessit sine voluptate. Quo  
 etiam & indubie facit illud cap. sequenti. *Nec  
 se rejiciebat à blanditiis doctissimus puer, sed me  
 nomen inimicum ibi quoque invenit.* Ea propter  
 sibi conficius Encolpius, sive Polycaenos, numi-  
 nis genium lenire saepe conatur. cap. cxxx. in-  
 quit, nam ibi dillichon hocce inferendum esse,  
 recte censuerunt olim viri eruditi:

----- Tu rustice custos

Huc ades, & nervis tente Priape face.]

Pluribus autem versibus cap. cxxxviii.

Nympharum Bacchique comes, &c.

Et tandem in praesentia exclamat:

Me quoque per terras, &c.

Hellepontiaci Priapi.] Sic Virgilius lib. iv.  
 Georgicor.

Hellepontiaci servet tutela Priapi.

Ubi Servius: Hic autem Priapus fuit de Lampsaco  
 civitate Helleponti, de qua pulsus propter virilis  
 membri magnitudinem, post in Deorum numerum  
 receptus, meruit nomen esse hortorum. Strabo au-  
 tem lib. xiiii. urbem maritimam cum portu in  
 Helleponto memorat, Priapum nomine, quod  
 à Priapo habuit, qui ibi colitur.

Te noxam meruisse.] Viri docti jam olim de  
 noxa ac noxia differarunt. Id autem certius hic  
 proferre possumus, noxiam peccatum esse, noxam  
 poenam peccati. Cornelius Fronto disertim:  
 Noxia est culpa, id est, peccatum, noxa poena.  
 Festus latiuscule. Ita & hic Petronius plane.  
 Symmachus item lib. i. Ep. 49. *Ne NOXAM  
 MERUISSE videatur.* Sic item Ep. 59. Sic  
 & plures alii.

Chrysis intervenit, amplexuque effulsissimo me in-  
 vasti.] Amabat namque illum, quae prius ode-  
 rat cap. cxxxviii. *Chrysis, quae priorem fortunam  
 tuam oderat, &c. & pluribus antea cap. cxxvi.  
 Nolo, inquit, tibi tam valde placere, &c. Adulter-  
 rum enim dominae deperire, saepius ancillis  
 contigit. Elegans est hujus argumenti Aristae-  
 neti epistola lib. ii. cujus principium. *Θερά-  
 πιαρά τις παρθέτος ἔμοιγε ἔδ' ὀνειπόνησ' ἢ κάθηρ.**

Tu desiderium meum.] Cicero ad uxorem lib.  
 xiv. Ep. 2. *Hem mea lux, meum desiderium. &  
 iterum, epistolae clausula, uxorem & filios ad-  
 loquens: Valete mea desideria, valete.* Sed de  
 his copiosa aliis jam messis.

Nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine ex-  
 stinxeris.] Haud abiudent versus illi limatissimi  
 Valerii aeditui:

Quid faculam praefers Pbileros, qua nil opus  
 nobis?

Ibimus; hic lucet pectore flamma futis.

Istam non potis est vis saeva extinguere venti,  
 Aut imber coeli candidus praecipitans.

At contra hunc ignem teneris, si non Venus  
 ipsa,

Nuda est, quae possit, vis alia comprimere.

In Arbitri vero verbis summa laet nequitia, fre-  
 quentiori namque coitu sanguis emittitur, cujus  
 ratio manifestaria ex medicorum filiis, didicique  
 ex Avicenna jam olim. purus putusque sanguis  
 semen est in testiculis dealbatus, contraque plane,  
 in creberrimo coitu dealbari non posse.  
 Quae haud dubio sententia Juvenalis est Sat. i.

Partes quaeque suas ad mensuram inguinis bae-  
 res

Accipiat, saepe mercedem sanguinis. -----

Unus ex novitiis servulis.] Crotone scilicet habi-  
 bitis, qui nequicquam erant confecti mimicae si-  
 mulationis, ac technarum. Sic & loquutus Ci-  
 cero in Pisonem: *Nemo quaeritur, Syrum nescio  
 quem de grege novitiarum factum esse consulere.*

Cap. CXL. Quae multas saepe haereditates of-  
 ficio actitis extorjerat.] Inuit Philumenem ex il-  
 lis fuisse,

----- Quae testamenta merentur  
 Noctibus.

ut ait Juvenalis Sat. i. Officium autem verbum  
 est nequam, quod factis jam ex Seneca Patre no-  
 tum lib. iv. Contr. Pari autem notione, atque  
 hic Arbitr, prius usus Ovidius lib. iii. Amor.  
 El. 7.

At nuper his flava Chio, ter candida Pitbo,

Ter Libas officio continuata meo est.

Quod autem officium hocce, exsertim prodidit  
 Etruscus Maximianus:

Carnis ad officium carnea membra placent.

Et floris exstincti.] Simili prorsus figura Ve-  
 sprucius Spuria Poëta vetustus & elegans dixit  
 tepidum florem Ode i. de Contemptu saeculi:

Soli qui sapientiae,

Post florem tepidum, nec stabilem gradum

Aetatis, senium dicat.

Sic nos, en la flor de su edad. Sic & Appulejus  
 in Apologia:

Actis florem floribus ut deceres.

Ad Pygmaea sacra.] A Pyga indubie, quae  
 cauda salax antiquis erat, unde & nuptum no-  
 strum vocabulum deductum. Sic & impudicus  
 numinibus sacra fieri olim solita, vidimus supra,  
 quum de oportaneis Priapi sacris loquuti sumus;  
 produximusque sat adpositum Epigramma illud:

Quum sacrum fieret deo salaci,

Conducta est pretio puella parvo,

Communis satis omnibus futura, &c.

Lumborumque solutorum.] Hoc est, clumbem,  
 parumque jam rei venereae idoneum. libidinis  
 namque sedes lumbi sunt, & ab ipsa libidine de-  
 nominatos, crediderunt non contemnendi Gram-  
 matici. Pariter usurpavit Persius Sat. i.

----- Quum carmina lumbum

Intrant, & trepidum scalpuntur ubi intima versu.  
 Ubi

Ubi Scholiaſtes: *Dicitur enim libido lumbis immorari.* Idem proſius ſenſerunt Graeci. apud Lucianoſum in Afino inquit Palaeftra: Ὁσφους ἡμῶν ὑγρῶς ἐπικινῶν. μακρότερος ὅστις ἐν αὐτῷ ἐπιδιδάσκει. *Lumbis meis paululum humoris ſuperabundat, ex quo, beatus erit, ſi quis paululum deguſtavit.* & iterum ibidem, & ſaepe alias. Unde quaefitio illa Varroſis ἐπι ἐξυγρωγῆς luce jam claret meridiana: *Quam ſympatbiam lumbi ad oculos haberent.* Nam Ariſtoteleſ Problem. 2. Sect. 4. quod eſt, Διὰ τὴν ἰσχυρίαν ἀφροδιτίους χρωμάτων ἐπιδιδόταται συνιδῶσι τὰ ὄμματα & τὰ ἴχτια; *Cur iis, qui rem veneream immodice agunt, oculi & clunes manifeſte ſubſideant,* inquit: ὅτι ἡ μεγάλην ἔχουσι τὰ ὄμματα τῶν δόντων, καὶ ὁ ὕψος αὐτῶν πρὸς ἡἴσιον. &c. *Oculus vero, & locum his proximum, vim ad procreationem maximam obtinere, &c. quae huc mirifice faciunt.* Sic & lib. 11. de Generat. Animal. cap. 7. Ἄτι ἡ πρὸς τὴν ὀφθαλμῶν ὕψος σπερματικώτατος ἡ πρὸς τῶν κεφαλῶν ἐστὶ. δηλοῖ ὅτι ἐν μὲν ταῖς οὐκίαις μεταρρηκτικὸς ὄφθαλμος ἐπιδιδῶσι μάστις. καὶ ὅτι χρωμάτων πλεονασμὸν ἀφροδιτίους, ἐνιδιδῶσι τὰ ὄμματα φαιεράς. *Sedes enim oculorum maxime omnium locorum capitis ſeminalis eſt. Quod patet, quum ſola ipſa per coitum venereum manifeſte immutentur, & uſu immodico rei venereae oculi aperte languant, & ſubſideant.*

*Ut ſederet ſupra commendatam bonitatem.]* De hac Elephantidos tabella ſupra jam ad verba cap. xxiv. *Equum cinaedus mutavit,* quae hic haud importune memoranda. Referendum item, ſupra commendatam bonitatem, ſcilicet ad veneris illam, quam Eumolpus ſimulaverat, inepitudinem.

*Coraci autem imperavit, ut lectum, in quo ipſe jacebat, ſubiret.]* Pariſſimus locus cap. xcvi. unde & nunc recipit clarorem Petroniuſus: *Imperavi Gironi, ut raptum grabatum ſubiret, annecteretque pedes & manus inſtitit, quibus ſponda culcitam ferebat: ac, ſicut olim Ulyſſes pro ariete adbaeſiſſet, extentus infra grabatum ſcrutantium eluderet manus.* Sub lectum ergo ingreditur Corax quadrupes, ut dixit de Nerone Tranquillus.

*Ad effectum ſpectaret.]* Pariliſ & effectus apud Martialem uſus lib. 11. Ep. 82.

*Ergo ſine effectu prurit uterque labor.*

*Ut ſpiſſaret officium.]* Non Venerium, ut pereram hic interpretes accipiunt, & alias alii. Motus quippe Coracis officium eſt, quod ſpiſſandum, nam prius ille lente ſenem commovebat, parique motus lentitudine puella eundem recipit. Acute ideo Scioppius lente, non lento parebat imperio, in Symbolis, & in libro meo, ſcripſit. ni fors lento adverbialiter poſitum ſit, ut vario, manifeſto, dubio, &c.

*Sic inter mercenarium amicamque poſitus ſenex.]* Injurius hic valde in Eumolpum nuperus inter-

pres, qui medius quippe inter puellam & Coraca, cum illo confundit Auſonii Epigr. 112. --- *quī facit, & patitur.* quum nihil adeo in re ſimili excogitari poſſit diverſum. Mire autem Epigramma illud triplicem illam Suctonii connexionem, cuius ſpectaculo delectabatur Tiberius, inultrat ac exprimit. vid. ejus vit. cap. 43.

*Veluti oſcillatione ludebat.]* Nota jam res, oſcillum, & oſcillatio, & quam apte dictum de ſene hinc inde ab amica mercenarioque motu reciprocante pulſo. Luſus originationem Hyginus Fabula 131. tradit, & iterum Aſtronomiſis in Arctophylace, paucis immutatis. Philargyruſ poſſimum ad Oſcos trahit in Georg. Virg. At Bulengeruſ latius perſequitur Theatro ſuo, exprimitque, ni fallor, icunculis in Arte Gymnaſtica.

*Sororis ſuae automata.]* Plane adluſio eſt ad illa pegmata, quae machinamentis occultis attollebantur, & deprimebantur, de quibus nos ſupra. Id autem ut puellae hic penitus conveniat, oſtendere haud neceſſum, nec aliter cum doctis nugari.

*Doctiſſimus puer] Doctus,* dictum de nequitiarum peritia. Sic de aequae improba puella vetus quidam Epigrammatariuſ:

*Hic jacet exutis Dionyſia ſtebilis annis;*

*Extremum tenui quae pede rupit iter.*

*Cujus in oſtavo laſcivia ſurgere meſſe*

*Cooperat, & dulces ſurgere nequitias.*

*Quod ſi longa \* tuae manſiſſent tempora vitae,*

*DOCTIOR in terris nulla puella foret.*

*Lege ſuae,* nam marmor ibi de illa loquitur. Hinc jam patet docto epitheton adpoſitiſſimum *arcbimimo* in Senecae fragmento apud D. Auguſtinum de Civit. Dei lib. vi. cap. 10. & fruſtra eſſe, qui emendare ſatagunt. Claret itidem aliuſ Petroniani loci improbitas cap. cv. ubi de Lyca ſermo ex inguinibus, tanquam ex ungue leonem, pernoſcente Encolpium: *Quum homo prudentiſſimus, conſuſis omnibus corporis indiciorumque lineamentis, ad unicum fugitivi argumentum tam DOCTE pervenit.* Sic eleganter Catulluſ Carm. 12. *diſertus* uſurpavit:

----- *Eſt enim leporum*

*DISERTUS puer, ac facietiorum.*

Quod de nequam moribus pueri procul dubio capiendum, uti Martialis illud lib. xi. Ep. 20.

*Quaeris, cur nolim te ducere, Galla? DISERTA es:*

*Saepe ſoloeſiſimum mentula noſtra facit.*

*Dii majores ſunt.]* Θεοὶ μεγάλοι, & qui dii majorum gentium dicti, Enniano diſticho comprehenſi: *Juno, Veſta,* &c. inter quos & Mercuriuſ recensituſ, nominatimque & hic Petronio memoratuſ. Principes enim illi dei olim habitu, Conſuleſque cum Jove, ac *Conlegae,* dicti, uti notatum Marciano Felici, D. Auguſtino, & aliis.

Con-

Contra, *dii minores, dii minuti* nominantur Plauto in *Casina* II. v.

*Me restituerunt in integrum.*] Supra loci hujusce meminimus ad verba cap. cxxxi. *Ecquid hodie vobis venisti?* Mutilatus esse censebatur Polyænos parte, quam manus irata præciderat, hoc est, cujus usum ademerat sagæ nequitia. Eam autem quum jam Mercurius ei, diique majores, reddidissent, id est, ejus usuram, jure merito in integrum nunc adferit esse restitutum.

*Mercurius enim, qui animas ducere, & reducere solet.*] Complexus duo hæc Mercurii munia etiam Lucianus Deorum dialog. Ἰσοπέποιος ὁ ἔστι, ἔ παῖδοι τινὰ πεποιῶσι θαλασσίας τῶν δεινῶν, ἢ ψυχῶν γὰρ, ἔ καὶ ἀγεί τῆς νεκρῆς. *Atius* autem quoque est, ac virgam quandam adparavit, mirificam postestatem ac vim habentem, qua animas evocat, & deducit mortuos. Prudentius quoque lib. I. contra Symmachum:

*Nec non Thesalicæ doctissimus ille magiæ  
Traditur extinctas, sumtæ moderamine virgæ,*

*In lucem revocasse animas, Coeæta lethi  
Jura resignasse, sursum revolantibus umbris.*

*At illas damasse neci, penitusque latentis*

*Immersisse Chao.*

Ceterum longe aliud est, quod nos hic quaerimus, ubinam scilicet munere fungeretur animas revehendi fatelles Orci, quum illuc duceret, unde negant videlicet redire quemquam? Nam illud nequiquam sufficit, quod de Protefilaio fabulator reliquit scriptum Hyginus Fab. 80. *Uxor Laodamia Acasti filia, quum audisset Protefilaum perisse, flens petit à diis, ut sibi cum eo tres horas colloquiberet, quo impetrato, à Mercurio reductus, tres horas cum eo collocuta est. Quod iterum quum obisset Protefilaus, eol non pati non potuit Laodamia.* Unde Papinius in *Genethliaco* Lucani dixit:

--- *Solet hoc patere limin*

*At nuptas redeuntibus maritis.*

Tres vero, Acastium, Theseum, & Ulyssæm, quos in de *Luctu* addit Lucianus, Mercurius non reduxit. Præterquam quod id genus exempla,

*Quando hæc rara avis est,*

negotium non faciunt. Aliud ergo necessario quaestiuiculae effugium requirendum est. Ego autem non effugium proferam, sed rectam ejus solutionem: hoc est, hæc in re ipsummet antiquorum arbitrium. Insigne olim existit Pythagoreorum dogma illud adserendum, animarum omnino esse μεταψύχωσις. Hac enim ratione migrare animæ in alia corpora credebantur. Anima scilicet, defuncto jam homine, ibat in infernum, usque dum poenâ purgaretur. postea vero ad Elysiûm transmissa, per multa saecula ibidem detinebatur, donec à Deo, constituto annorum cur-

iculo perfectò, lethæisque potatis subinde aquis, omnium præteritorum profus obliata, novum jam informare corpus adpeteret. Non tamen, omnibus alia corpora deberi, arbitrabantur; sed nonnullis tantum; neque iis fortuito, sed fato. Latius omnia hæc Anchises apud Virgillum exponit summa elegantia vi. lib. *Aeneid.* hisce verbis:

----- *Animæ, quibus altera fato*

*Corpora debentur.*

Per plures versus. Animas ergo ex tenebris in lucem istam evaturas, reversurasque denuo ad corpora, Mercurius ab Orco reducere existimabatur. quæ mens indubie ejusdem poetæ principis est, quum subdit:

*Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,*

*Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno,*

*Scilicet immemores supra ut convexa revertant,*

*Rursus & incipiant in corpora velle reverti.*

Sic Servio placuit, quo trahit & illud iv. *Aeneid.*

----- *Animas ille evocat Orco*

*Pollentes, alias sub tristia Tartara mittit.*

Adstruxere itidem animarum reditum illum & Mathematici plures, quorum Varro meminit, retulitque in de *Civit. Dei* xvii. cap. 28. S. Augustinus in hunc modum: *Genethliaci quidam scripserunt, esse in resuscendis hominibus, quam adpellant κληγγενησιαν Graeci. Hanc scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, ut idem corpus, & eadem anima, quæ fuerant conjuncta in homine, aliquando eandem rursus redeant in conjunctionem.* Eadem fuit & Chrysippi philosophi sententia, adtestante Laëtantio lib. vii. *Divin. Instit.* cap. 23.

*Me gratiosorem esse, quam Protefilaum.*] Quippe jam nervos suos receperat Encolpius. Hocce ex Martiale unice elucidandum lib. I. Ep. 36.

*Tamquam conjugibus suis mariti*

*Non possunt sine mentula placere.*

Laodamiae autem placuit adeo Protefilaus, ut, absentivus quum esset, ab imaginis ejus cereae complexibus sibi non temperarit, nec, quum mortuus, quin à diis peteret, ut diem unum, (Luciano auctore) vel tres horas (Hygino) revivisceret; ipsoque frui sibi liceret. Huc & mirifice facit illud Arbitri de matrona Ephesina cap. cxi. *Deinde, ut & corpus facientis conspexit, & lacrymas consideravit, faciemque unguibus sectam; ratus scilicet, quod erat, desiderium extincti non posse feminam pati, &c.*

*Deorum beneficia.*] Dixerat namque prius: *Dii majores sunt, qui me restituerunt in integrum, &c.*

*Tractat.*] Impudice. Sic verbum obſcoeni ſcrip-  
tores uſurpant. Carmen Ithyphallicum:

*At non longa ſatis, non ſtat bene mentula craſ-  
ſa,*

*Et, quam ſi tractes, crefcere poſſe putes.*

Socrates deorum, hominumque iudicio ſapentiſſi-  
mus.] Sic jam olim locum ſuppleveram ex Apol-  
linis illo nemini ignoto oraculo, quod & Vitru-  
vius initio lib. III. refert paribus verbis. Sic  
poſtea & Bourdelotius edidit. Pariſiana autem  
editio habet, *vere ſapentiſſimus.*

Quod nunquam neque in tabernam conſpexerat,  
nec ullius turbæ frequentioris concilio, &c.] Ne  
facillè pecunia ſonantibus, pro hamis à levato-  
ribus, & planis in turbam injectis, ut piſciculus  
ineſcatur; quod frequenter furibus continge-  
bat, ut docet paullo poſt Arbitr. totiuſque frag-  
menti huiuſce ſententia mire ſic ſibi conſtat, &  
cohaeret. Faraciſſimum natura ſua Socratem me-  
morant monumenta veterum, omniumque vi-  
ventium impuriſſimum caput. Diogenes, Cice-  
ro de Fato, Alexander Aphrod. πειοι ἰμμοροεινς,  
Ariſtophanes Nebulis, & alia, plures alii. at  
ille naturæ vitia rationis ac virtutis norma con-  
rexit, ut nunc etiam ex Arbitro editiſcimus, mi-  
reque id verbum, *crediderat*, exprimit.

Unde plani autem, unde levatores, &c.] *Plani*  
hic & *levatores* impoſtores ſunt illi, qui, haud  
aliter ac piſcatores: hamis videlicet eam im-  
ponentes eſcam, quam ſciunt adpetituros eſſe piſci-  
culos, in turbam ſonantes aere faeculoſo projei-  
ciant ad ineſcandos fures. Ea utitur ſimilitudine  
Arbitr. ut aſtum illorum oſtendat: *Sicut muta*  
*animalia cibo ineſcantur, &c.* Aptè enim illi *plani*  
vocantur, hoc eſt, fallaces. nam Feſtus inquit:  
"Αλνι Graeci τὴν πλάνην, id eſt, fallentem, adpel-  
lant. & Gloſſarium Vetus MS. *Implanavit, ſeduxit;*  
*Implanat, ſeducit.* Nec illud Aeronis abſudit:  
*Planus nomen eſt hominis, qui ſolebat multos ſic ſal-  
lere, in quorum vehicula voluiſſet tolli, ut ſingeret,*  
*ſe crus fregiſſe.* Pariter & *levatores* dicebantur,  
uti ex Arbitro liquet, quod & veteres Gloſſæ vi-  
dentur adnuere: *Planare, Levare.* inquit, *vive-  
rent*, id eſt, victum quaerent, qui purus pu-  
rus Hiſpaniſmus eſt, *de eſſo viven.*

*Muta animalia.*] Piſces. Lucanus,

*Mutas ſquamigerum pecudes,*

vocavit, & paſſim omnes Latinae locutionis ma-  
giſtri. Eumelus, ſive Aretinus eſt, Titanomachiae  
ſcriptor, piſces ſic ἰπυς adpellavit; alii ἰπυας,  
ab aliis autem aliter atque aliter dicti, puta ανα-  
δοι, ἀρθογοι, ἀφύνητοι, λιπόθογοι &c.

Cap. CXLI. *Apud quaſdam gentes ſcimus aſtuc*  
*legem ſervari, ut à propinquis ſuis conſumantur de-*  
*functi.*] Anthropophagi plures. Sidones paren-  
tibus iſtis non perpercere. Zenobius: Οἱ Σιδωνες  
τὰς γονεῖς ἐθίοντο, καὶ τὴν κεφαλὴν, τὴν δὲ κε-  
φαλὴν χρυσοῦσι. Sidones parentes devorant, ecce-

pto, quod inaurare ſolent, capite. Alii regum tan-  
tummodo capita inaurabant, alii pro poculis  
habebant. Vide autem, ut Arbitro addi-  
tum ſcite, à propinquis ſuis. Sed de his non plu-  
ra.

Quibus animis devoverunt ſpiritum meum.] Exe-  
craverunt, & diris imprecationibus vitam meam  
proſecuti ſunt. Sic Naſo in Ibin:

*Nunc, quo Battiaades inimicum devovet Ibin,*  
*Hoc ego devoveo teque tuoque malo.*

Spiritus pro vita, ſæpe ſcriptores boni, uti alibi  
dicimus, uſurparunt. Recte habet interpreta-  
tio, nam captatores illi, qui teſtamento Eumol-  
pi legata habebant, avide diſceſſum ejus exopta-  
bant.

Excaecabat ingens fama oculos, &c.] Fama divitia-  
rum Eumolpi. Caeci namque avari prorſus eſti-  
ciuntur, ubi avida eos pecuniae cupiditas invaſit.  
Supra hoc latiuſcule patefecimus ad verba frag-  
menticuli cap. LXXXII. *Sed omnes operis oculis bo-  
na ſua conſpiciunt.* quae vide.

Viſcera.] Id eſt, membra, uti ſæpe priſci. Ci-  
cer. Tuſcul. II. *Spartae vero pueri ad aram ſic ver-  
beribus accipiuntur, ut multus è viſceribus ſan-  
guis exeat.* Solinus cap. 22. *Effie illic & Pano-  
tiorum gentem, quorum aures adeo in effuſam ma-  
gnitudinem dilatentur, ut viſcerum illis reliqua con-  
tegant: nec amiculum aliud ſit, quam ut membra*  
*membris aurium veſtiant.* Iterum cap. 25. *Re-  
gionem partim timent barbari, quibus per artifices*  
*plagarum figuras jam inde à pueris variae animalium*  
*effigies incorporantur, inſcriptiſque viſceribus, ho-  
minis incremento pigmenti notae creſcunt.* Et Seneca  
in Thyeſte Act. 4. Sic Beatus Eugenius, E-  
piſcopus Toletanus, & pius Poëta, in Crapu-  
lam:

*Propenſe ſtomachum qui ſarcit dapæ ciborum,*  
*Viſcera craſſa vebit, ſed macra corda ge-  
rit.*

*Decreſcit ſenſu, grandæſcit corporis auctu,*  
*Carnea ſit moles membra caduca ferens.*

Et alibi de morte loquens:

*Omnia vitali privantur viſcera motu,*  
*Clauduntur oculi, garrula lingua tacet.*

Quod autem Eumolpus paullo ante præmiſerat,  
neutiquam hic nos finit ambigere: *Omnes,*  
*qui in teſtamento meo legata habent, præter libe-  
ros meos, hac conditione percipient, quae dedi,*  
*ſi CORPUS MEUM IN PARTES CONCIDE-  
RINT, & aſtante populo comederint.*

*Sed centies ſeſtertium comeſſe.]* Quod quum an-  
tiquitus inſolitum non foret, ſolatium quoque  
deluſis captatoribus eſſet tempeſtivum; multo-  
rum quippe bonorum, ſcilicet largitorum, veluti  
penſatio ſic fieret. nam ut Juvenalis inſectatur  
Sat. I.

---- *Una comedunt patrimonia menſa.*

Et plura congerunt, qui de luxu Romano-



rum memoriae erulitas lucubrationes prodiderunt.

Quod aliqua inveniemus blandimenta, quibus saepe utimur. Clemens Alexandrinus lib. 11. Paedagogi cap. 1. postquam varia recensuit piscium & avium genera, subdit: Ταυρε τοις α-  
κουσμασι εξαλλαττοντες οι γαστριμαχοι τοις βλε-  
πειναις φασιν. Haec condimentis immutantes, ii, qui sunt gulae dediti, obsoniis inhiant, & subinde pluribus. Hujusce artis insignis apud Graecos Mithaecus fuit, ut retulit Maximus Tyrius Dissert. vi. uti apud Romanos Apicius, ut Pinius, & alii: exitiatque, si verum est, adhuc ejus gulae ingeniosum specimen.

Et stomacho conciliatur averfo.] Parissime Arnobius, quum lib. vii. quaerit ab gentibus, an Dii sui averfionibus stomachorum laborant? & ad expellenda fastidia saporum varietas quaeritur, &c. Averfionem illam stomachi ἀπειλαιαν Galenus vocat viii. de composit. medicament. cap. 3.

Saguntini, &c.] Longa Sagunti obsidio fuit, unde omnium rerum inopiam oboriri necessum erat, ut ait Livius lib. xxi. cap. 11. Cum Arbitro autem D. Augustinus lib. 111. de Civit. Dei cap. 20. Primum sanis contibuit, nam etiam suorum calaveribus à nonnullis pasta perhibetur. Inde in proverbium venit Saguntina famas, de quo consulendi Adagiographi.

Petavii.] Forte legendum, Petavonii, ab urbe Petavonio Hispaniae Tarraconensis, teste Antonino, πεταβονίη Ptolemaeo lib. 11. Geograph. cap. 6. quos cum Saguntinis conjunxisse, valde enim verosimile est, quum utriusque Hispanici populi sint, & animi virtute ac robore etiam pares. Haud infelicem equidem iudicio emendationem istam, quam Petaviorum sedes nusquam gentium compareant, nisi Plato collocet in sua Republica, aut in Utopia Martyr Thomas Morus. Petavium autem oppidum prisca marmora exhibent apud Gruterum pag. 608. 5. & alib. vide & Ortelii Thesaurum voce Petavio. Eorum autem, qui Petillini scribunt, haud est parvi habenda emendatio.

Quum esset Numantia à Scipione capta.] A Scipione nempe Africano minore, qui sic nuncupatus ad discrimen Scipionis Africani avi sui. Minor ergo Scipio tertio bello Punico tandem magnam Carthaginem incendit, everitque penitus, quum prius secundo Punico bello concussisset avus. Adposite ergo Florus Bello Numantino lib. 11. Ceterum duce Scipione Cartha-

ginis incendiis ad excelsa urbium imbuto, tandem etiam in ultionem exorabit. In ultionem scilicet ignominiosam, quibus Numantini adicebant Romanos.

Sanis in sinu corporum.] Fufe Appianus in Hispaniis narrat extremas Numantinorum aegritudines, rabiofisque famem. Signanter vero ad Arbitri inlustrationem faciunt illa Valerii Maximi: Quapropter egesta jam urbe, consules inveniti sunt, artus & membra vraculatorum corporum sinu suo gestantes.

Misibiles, quotiens pestilentia laborabant, &c.] Fragmentum hocce, quod à Petronio habuisse, Scivius disertim prodidit ad illud 111. Aeneid. Auri sacra famas, veluti genuinum discepti corporis frutulum, admisimus nunc in calce reliquorum superstitum. nec aliter viris doctis jam visum. Morem autem illum alii scriptores pisces retulerant.

Verbenis.] Herba est verberna in lustrationibus adhiberi solita, quapropter ab Appulejo, ni fallor, lustrago, vocatur. Hoc enim lustrale sacrificium est, quod & amburbale, & amburbium dicebatur, quum urbes lustrarentur. Ideo verberna Graecis olim nobili adpellatione insignita, quae nempe erat ἱερὰ βοτάνη conjunctum, sive divulsae ἱερα βοτάνη, ut vocatur Diofcoridi, hoc est, herba sacra. Abufere tamen verbernae adpellabantur omnes herbae sacrae, unde nonnulli volunt ideo dictas esse verbernas, quasi berbernas. Sed de his toto flumine viri jam docti.

Et vestibus sacris.] Bene qui de infulis capiunt, quippe quae, juxta ac sacerdotum, existerint hostiarum quoque ornamentum olim. Festus: Infulae sunt filamenta lanae, quibus sacerdotes, & hostiae, templaque velabantur. Plane & illa erat victima lustralis.

Circumducebatur per totam civitatem.] Sic factum in urbium lustrationibus, sacrumque ideo amburbium vocatum, Servio doctore, quod urbem scilicet circuitet, & ambiret hostia. Exfertim Appulejus initio lib. 111. Tandem pererratis plateis omnibus, & in modum eorum, qui lustralibus piamentis minas portentorum hostiis circumforaneis expiant, CIRCUMDUCTUS angulatim forum, ejusque tribunal adstituit.

Cum execrationibus.] Unde anatHEMA à Graecis sacri illi homines dicebantur, quo & D. Paulus adlustrit, quum scripsit ad Romanos, se optare anatHEMA esse.

Plaudite.

## N E R O

*Ad Judices , postquam canere desisset :*

OMNIA, QUAE FACIENDA,  
EQUIDEM FECI; SED EVENTUS EST  
IN MANU FORTUNAE.

*Arriani Epictetus.*



ΤΑΝ ἀγωνιάντα ἴδω ἄνθρωπον ,  
λέγω , ἤτοι τί ποτε θέλει ; εἰ  
μὴ ἔσται ἐφ' αὐτῷ ἢ ἤθελε , πᾶς  
ἂν ἦν ἀγωνία ; διὰ τῆτο καὶ ὁ κι-  
θαρωδὸς μόνος μὲν ἄδων , σὺν ἀ-  
γωνίᾳ· εἰς θέατρον δ' εἰσερχόμε-  
νος , καὶν λίαν εὐφρανος ἦ , & καλῶς κιθαρίζει . εἰ  
ἦδ' ἄσται μόνον θέλει καλῶς , ἀλλὰ & εὐδοκιμῆσαι .  
τῆτο εἰ ἤκετι ἴσιν ἐπ' αὐτῷ .

Quum aliquem angi video , dico : Quid iste sibi vult ? Nisi aliquid earum rerum , quae penes ipsum non sunt , vellet , num angeretur ? Qua propter CITHAROEDUS , etiam quum solus cantat , non angitur : sed theatrum ingressus , licet admodum vocalis sit , & citharam bene pulset , tum vero angitur . Neque enim tantum bene cantare vult , sed laudari etiam : id quod jam penes ipsum non est .

DISSERTATIONES  
ET  
PRAEFATIONES  
VARIAE,  
DE VITA ET SCRIPTIS  
TITI PETRONII ARBITRI.

---

D. JOAN. LISTHIO,  
SECRETARIO ET CONSILIARIO CAESAREAE  
MAJESTATIS, AMICO VETERI SUO

*JOAN. SAMBUCUS PAN.*

**S**YLVULAM hanc Satyricam, eruditam, & variam, adeoque ob fictas narratiunculas, nec vulgaria imitationis poeticae quaedam exempla, insignem, restitutam, ac paene integram ad te mitto. Nam cum ante annos XLV. de unico exemplari manuscripto Lutetiae impressa esset, & nulla linea sine mendis, aut aliquo defectu legeretur: hortatu Pulmani, viri doctissimi, qui aliquot Hadriani Junii, (quem honoris & amicitiae causa, eruditionisque, nomino) observationes, atque etiam suas mihi ostenderat, cum vetusto meo codice diligenter contuli, integras paginas addidi, loca praeter alios plus quam quinquaginta restitui, ut nihil ad sensum, & auctoris probitatem in his reliquiis lector sit requisiturus. Hanc opellam tibi vovi, meque, ut facis, redamare ne desinas. Viennae, 1564. in festo Martini.

PETRONII ARBITRI VITA.

**P**ETRONII Arbitri vitam describere in tanta temporum obscuritate perdifficile est. Ne tamen nihil dicamus, Petroniam gentem Romae, inlustrari inuenio. Nam Petronius Velusianus consul fuit imperante Gallieno, anno Christi 262. Eodem aut paullo ante tempore floruisse nostrum non dubito. Nam ex hoc fragmento satis apparet resp. Rom. à Christianis principibus nullam dum factam fuisse mutationem. Meminit *crucis* & etiam *judicum ex equestri ordine* sumptorum; ridet & *formulas judiciorum*. Deinde testimonia ex eo profert Terentianus & Macrobius. Illum ego cum Gyrardo Cypriani; hunc Prudentii facio aequalem. Aliorum autem argumenta refellere non est locus. *Disertum* vocat Petronium Maurus; nam & ex libello hoc videtur versatus in declamationibus; posteaque se contulisse ad hoc Satyricum feri-

feribendi genus, Lucianum, seu potius Lucium Apuleium imitatus. Nam & *Lucianae improbitatis*, & *Pfyches* (de qua Apuleius) meminit. Scripsisse etiam de Massiliensibus, ait Servius; & his verficulis indicat Sidonius:

----- *Et Massiliensium per hortos  
Sacri stipitis Arbitr colonum,  
Hellepontiaco parem Priapo.*

Quibus locis confirmari videtur vulgi opinio, hunc Massiliensem existimantis fuisse: quanquam, ut dixi, Petroniagens Romae fuerit nobilissima, cum & Turpiliani, Mamertini, Septimiani, & Volusiani, omnes ex hac gente fuerint consules: quicquid sit, nos vulgarem opinionem secuti sumus. De isto autem opere, lector, ipse sis arbiter, & vale.

#### IO. TORNESIUS D. LEBEO JC. S.

ANNO superiori, cum per aliquot menses hęc subsisteres, & me semel atque iterum Petronium, quem typis jam tum destinabam, legere atque relegere summo studio videres, quae tua facilitas humanissima est, haud gravate me occupatissimum in eo negotio, & de illo te officio rogantem, adjuvisti in conferendo ejus Satyrico cum sex exemplaribus, quae tum ad manum fuerunt. Horum primarium & vetustissimum in membranis descriptum naetus sum a \* clarissimo viro, cui nos, & quotquot Musas, Musarumve filios & alumnos in honore habent, tantum debemus, quantum vix dici potest. Alterum, quod imitandum meis operis tradidi, fuit † hominis doctissimi, & amicitia mihi conjunctissimi, cujus vigiliis si nos aliquando fruamur, innotescet ejus singulare iudicium ac doctrina, praesertim si, quae in Plinium ac Theophrastum incredibili diligentia commentatus est, in lucem exire patiatur. Tertium fuit Antverpiense, quod Sambucus publico donavit. Quartum, editio Parisiensis jam olim vulgata. Ad me illam quidem misit insignis hujus aetatis ‡ Jurisconsultus, quem ob eximiam erga me benevolentiam diligo, & ob raram omnium scientiarum cognitionem veneror. Caetera, fragmenta fuerunt. Meum quoque laborem valde levarunt Josephi Scaligeri Catalecta, viri proculdubio eruditione praestantissimi, à quo praeclara multa speramus, vel ingenii felicissimis nondum comperta, quamvis amplissimam jam gloriam consecutus sit ob ea perspicacissimi iudicii sui monumenta, quae diutius latere noluit. Usam etiam me fragmentis veterum Poëtarum ingenue profiteor, quae collegit Henricus Stephanus, typographorum nostri temporis citra

controversam & invidiam princeps. Caeterum, prioribus hujus Satyrae foliis jam formis excussis, priusquam obtinuissem exemplar, cujus primo loco supra mentionem feci, graviter illud conferendum putavi cum iis, quae jam expressa fuerant: & quae nobis praetermissa digna vita sunt oculis studiosorum, in caele libri iudicanda & adnotanda censui: & ne quid desideraretur, quod industria fidesque mea praestare possent, quae in Catalectis Josephi Scaligeri legi praeter ea, quae habebantur in nostris exemplaribus, ea proximo folio exhibui. Cum autem maxime cuperem nostram editionem alicujus nomine patrocinioque tutam prođire, te unum elegi, cui dicarem; haud totam quidem: nam ea tui juris pars est, in qua castiganda & purganda, operam sedulo navasti: Sed reliquum illud, quod mihi vindicare non immerito liceret, ob molestissimam operam, quam in eo restituendo & emaculando suscepisti ac pertuli. Hoc ergo qualemque est, tibi nuncupo, & ut ab amico hilari fronte accipias, obnixè precor. Vale. Lugduni, a. d. 11. Kal. Maij. Anno 1575.

#### LILIUS GREGORIUS GYRALDUS FERRARIENSIS

D E

#### PETRONII ARBITRI VITA.

Ab Eudaemone & Libanio non longe aberrat Petronius, Arbitr dictus, & Massiliensis à plerisque existimatus. Hic Satyricum opus varium, & (ut sic dicam) miscellum composuit. Cujus licet fragmenta ad nos tantum pervenerint, eademque parum castigata, multae tamen eruditionis hominem fuisse facile cognoscimus: nam in taxandis moribus cum acrem, tum festivum maxime, & joci seriae miscentem videmus. Quo tempore vixerit, quodve institutum vitae sectatus fuerit, haud sane compertum: in declamationibus tamen versatum, ex iis, quae extant, elicimus. In Quintiliani quidem enarrationibus, litteratores \* quidam ante Quintilianum floruisse su-

\* *Quinam isti Enarratores; Legitur Raphael Regius Volaterranus Enarrationes, Laurent. Valla Castigationes, Bartholinus Pinus Lusitanus Enarrationes, Jodoc. Badius Ascensius Explanations, Petr. Mosellanus Annotationes, Joh. S. Richardus Varias lectiones, Joach. Camerarius Recognitiones, Petrus Gelandius Argumenta Capitulum, in Quintiliani Institutiones edidisse, antequam Gyraldus haec scriberet. Nam caeteri Enarratores eo*

\* *Jacobus Cujacius, JC.*

† *Jacobus Dalecampius, Medicus.*

‡ *Franciscus Roardus, JC.*

fu-

suspiciantur. Sed Placidus Lactantius illum vult Statio posteriorem, ut a quo versus sumptis, & suis inferuerit, ut illum,

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

Petronii certe versus in testimonium à Grammaticis veteribus afferuntur, Terentiano, Servio, Fulgentio, aliis. Non parum, mea quidem sententia, hi à veritate absumt, qui hunc ipsum Petronium cum esse non modo putarunt, sed literarum etiam monumentis mandarunt, qui Bononiensium sanctissimus fuerit Antistes, cuius praeclara pietatis monumenta in re Christiana nostris in amalibus traduntur. Talis sunt ignorantiae, ut sic dicam, siperio recentis nostri scriptores obteedi, ut pro sanctissimo & integerrimo, impium & nefarium Deorum cultorem aliquando nominent. Non illum, quam Petronium Arbitrum, significari putarim illis Appollinaris hendecasyllabis:

*Et te Massiliensium per hortos*

*Socii sibi Arbitr colomum,*

*Hellaspitiaco parem Priapo.*

Scriptis etenim Petronius lascive admodum & impudice, ut ex ipsis fragmentis facile cognoscimus. Sed & de Massiliensibus cum scripserit, testis est Servius Maurus. Quin & eum, Macrobius ait, fœtis casibus amatorum argumenta fabulæque scriptitasse.

## P. GUIRANDI ALOSIANI JC.

### EPISTOLA.

#### ARNAUDO GUIRANDUS.

*Scriptis Anno 1590.*

VENIT Petronius novae editionis in manus. Tu petis, ut mittam: & quæ querendo, quæ-

fuerunt posteriores, nempe Guillelmus Pbilander, qui Castigationes, Jacob. Lodoicicus Srebaeus Compendium, Jonas Philologus Epitomen, Stephan. Riccius Annotationes ex doctorum virorum scriptis collectas (cujusmodi nuper dedit Daniel Pareus Philippi F. Davidis nepos, juvenis doctissimus, patre aequo dignus,) Petr. Ramus Distinctiones, Adrian. Turnebus (ut putatur) notus, in easdem Quintilianii Institutiones, concinnarunt. At Pet. Furbæus Praefationes, Persevaldus Bellingenius Caecinatus Adnotatiunculas, Petr. Aerodius Andegavensis Scholia, in Jolas Declamationes fecerunt. Quem autem ex istis omnibus innuat Gyraldus, non quo decernere, cum nullus nunc sit ad manum. Quæ causa est, cur verba eorum, quibus Petronii faciunt mentionem, non licuerit inter hæc testimonia referre. LUNDOR.

ris quid de Arbitro arbitror. Placet, & taedet dicere. Placet, quia multa placent: nam sive defaecati sermonis puritiam spectes, merus lepos: sive praeclaras negotiorum formulas, multae & elegantes. Taedet, quia pleraque quorum me taedet: seu quae abominor prorsus. Vis enim illas venerandae antiquitatis gemmas legere? Has necesse est quaeras in putore, seu illecebre rabidi & nefandi illius Cupidinis: cuius foedissimae faeces, imo faeces, in eiusmodi quaestu tibi elucebunt. Proh Christiani pudoris candorem! Et hoc vidit Lipsianus \* Doufa, † hoc Richardus: illius Praecedanea, hujus notae librum exornant? At improbanda non approbant. Esto. Sed quid vetabat, turpia expungere? Haec si demas, dicent, quid reliqui fiet? Verum, inquam, quid impediabat, pro Gitone Gitonam reponere? Hei mihi! quam pessimo exemplo talia luce donantur: & quam carissimo precio hæc vetustatis reliquiae, & cineres nobis emuntur. Quotus enim quisque est, qui eiusmodi ne quidem antea cogitata, semel tamen lecta stupefactus non admiretur: & inter admirationem & incredulitatem fluctuans ad aliquid turpe caeca quadam cogitatione ebrius non pelliciat? Erubescant igitur, qui talia legenda exhibent. In exercentes insurgant leges, armentur jura gladio ultore. Vel potius, o

*Flamine qui terras terras & fulmine torres,*

*Fulmine fac subito talia monstra peti.*

Modestius ibi \*\* Linocerius post phaleucos longe minus turpes, addit: *Caetera, nisi eloquenti Timantis silentio, dicere pudor non sustinuit.* Quid tandem? ais. Amica sermonis elegantia, amici sales, amica veterum monumenta: sed amicior naturae honos, quem Christianus pudor accumulatur. Prisci nostrae fidei lumine quasi hoc sibi suo quasi jure arrogabant. Nos alio utimur: & cum naturam, tum rationem optimas sequimur duces.

Hoc etiam te moveat, Arnaude, quod in eodem codice extat *Lusus in tuellae lacrymas*: isque adhuc incerto autore. Extant oculi, non flammæ, & fereni: sed nubili, lippi, & parum pristini honoris retinentes. Extant: sed ita pro derelicto, ut eos nullus commendatione vel tantilla dignetur. In re natura sua foedissima non tam detergenda, quam detegenda toti lineæ: rem casu deturpatam, alioqui mundissimam, nescio quo fastidio delicatuli contemnunt. Quales quales attamen mitto, ut eos conferas cum illis a se multis in locis restitutis. Num

au-

\* Janus Doufa Nordovix.

† Christophorus Richardus Biturix.

\*\* Gofredus Linocerius Vivariensis.

autem distinctione nostra cum principium, tum caetera aliquantillum elucidentur, tu videbis. Vale.

## EX ROBERTI TITII BURGENSIS

*Praelectione II. in Catullum, superiori Epistolae opponenda.*

Quod eundem obscenitatis insimulant, aevi culpa ea fuit, in quod ille incidit, velut ex Horatio, Tibullo, Propertio, Catullo, aliisque fieri potest. Verum haec obscenitas nulli profus impedimento esse debet, quo minus hunc Poëtam plurimum diligamus, atque ipsius pleraque scriptiones frequenter lectitemus, ac, quantum possumus, imitari conemur. Pluribus enim atque iis quidem nitidissimis ingenii, venustatis, elegantiae, doctrinae luminibus interlitae sunt atque perspersae. Nihil autem prohibet, quo minus bonos medicos imitemur, qui ex venenatis etiam vel herbis vel animalibus utilia pharmaca persaepe conficiunt, & quod optimum sit, discernunt è singulis, ac vel insigniter perniciofa temperamentorum beneficio sanitati perquam commoda reddunt. Quinetiam virtus magis adhuc elucet è vitiorum quasi tenebris evoluta. Unde factum fuisse reor, ut Homerus, qui prudentem atque omnibus virtutibus exaggeratum Ulysses fingere voluit, illi & Phaeacum delicias, & Circes delinimenta objecerit, & Cycloperum pericula proposuerit. Memorant Pnyllos in Africa, Marfos in Italia, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro, cum quidam eorum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, admoveere consueverunt, ut pungat colubra; si non sit, mori, cum pupugerit; si de gente sit, vivere: atque Exagonem quendam ex familia Ophiogenum, cum Romae legati munereungeretur, à consulibus in dolium serpentium conjectum experimenti causa, circummulgentibus linguis miraculum praebuisse. Hujuscemodi pericula atque experimenta, velut lapis Lydius aurum, ita solida virtute praeditorum virorum animos indubitanter explorant. Sed nos fucato quodam virtutis colore leviter aspersi causas undique occupamur nostram culpam in alios derivandi, & consulto quosdam rationes, quae veritatis levem modo speciem atque imaginem prae se fe-

runt, ita complectimur, ut ab eis nullo pacto nos divelli patiamur. Petronius tamen hanc falsam quorundam persuasionem jampridem confutavit, cum cecinit;

*Quid me constructa spectatis fronte Catones,  
Damnatique novae simplicitatis opus?*

*Sermonis puri non tristis gratia ridet:*

*Quodque facit populus, candida lingua refert.*

Et, quoniam fortasse non magnam in ejus testimonio, qui crimen aliquod à se amoliri studet, subesse auctoritatem quispiam existimaverit, operae precium fuerit Catullum audire ita loquentem;

*Nam castum decet esse pium poetam  
Ipsum, versiculos nihil necesse est.*

Et Ovidium de eadem re;

*Creda mihi, distant mores à carmine nostri,  
Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.*

Sed & Martialis inquit;

*Lasciva est nobis pagina, vita proba.*

Ausonius quoque vir consularis, & antiquorum morum, praeaeque gravitatis, ac Divi Paulini amicitia in primis clarus, ait in eandem sententiam;

*Nostra simul certant variis epigrammata nugis,*

*Stoicus has partes, has Epicurus agit.*

*Salva mihi veterum maneat molo regula morum,*

*Ludat permixtis sobria Musa jocis.*

Quod argumentum pluribus deinde prosequitur epistola ad Paulinum, cum Centone nuptiali conjuncta; neque non item L. Apulejus Apologia pro se ipso priore. Ac notum est illud D. Adriani in Voconium suum;

*Lascivus versus, mente pudicus erat.*

Denique si quid bonis moribus non consentaneum scripsit Petronius, illud certe mihi non scripsit, qui ab eo, tanquam à scopulo, diligenter cavebo. Neque tamen par est, ut paucorum gratia, tam bellae scriptiones penitus abjiciantur, quomodo nec meffores quidem manipulos omnes protinus abjiciunt, propterea quod avena, lolium, atque alia hujuscemodi frugum vitia spicis admista sint: alioqui nec Lucretius legeretur, nec Horatius, nec Ovidius, nec Martialis, nec ullus denique Poëta, qui haecenus summo in honore habitus sit. Sed nec Oratores quidem attingere fas erit, cum vix quemquam reperias, qui non aliquid, quod bonis moribus utcumque officiat, suis scriptis inferuerit. &c.

IN PETRI PITHOEI J. C.  
CONJECTANEA*De Petronio Arbitro*

PATISSONII PRAEFATIO.

† P. S.

*Scriptis Anno 1575.*

Remitto ad te Petronium tuum, immo nostrum, immo jam omnium. Adjeci etiam, ut iracundia tua ingratisimo isto cumulo expleri posset, \* Notulas tuas. Perfide inquires, & loqueris? Pone tu potius supercilium, atque audi. Non meministi quae magnus Basilias de utilitate ex huiusmodi scriptoribus capienda monet? Memini, ais, & probo: Sed Petronii obscenitas, spurcicies, &, ut uno verbo dixerim, nequitia ea est, ut ne Lampiaci quidem ferri publice posse videatur. At tu, o bone vir, & Anacreontem, & Catullum, & Val. Martialem Coquum, caeterosque ejus ordinis etiam à pueris in schola decantari audis, nec irasceris. Hos tibi, credo, communis jam usus tolerabiliores fecit, & faciet hunc quoque cacteris aliquando minus improbum videri. Quanquam ego quidem nec spurciciem istam tam accuratam laudo, & ut ab hac religiose omnes caveant, serio monco, &, quantum possum, magna voce denuncio. Utantur modo fruanturque viri boni arbitrato, dum ne quid eorum culpa deterius fiat. Quod ad me attinet, hoc testor, hoc adfirmo, id mihi potius animi fuisse, Latinae elegantiae Arbitrum, quam aut Neronis, aut Silliae Petronium edere. Atque utinam tam salacem, & Venereum hominem omnibus post hac insubulare liceat, quod fortitan aufuri sunt illi, qui, ut Plauti verbis dicam,

*Petroni nomen induit verveci-seculario.*

Mihi quidem certe castrare non libuit, ne quod imperitis istis secltoribus & mangonibus accidit, simul & evirarem & occiderem. Bene vale, atque irasci tandem desine. CAL. MAJI M. D. LXXV.

DE PETRONIO ET EJUS SCRIPTIS,  
VETERUM AUCTORUM LOCI.

Aut valde me conjectura fallit, aut hic ipse est Petronius, de quo Tacitus lib. XVI. Annal. sic scribit:

† *Pithoeo Salutem.*\* *Varietatem lectionum.*

C. Suetonio, L. Telefino Coss. intra paucos dies eodem agmine Annaeus Mella, Cerialis Aricius, Rufus Crispinus, C. Petronius ceciderunt. Et cum de cacteris dixisset, de Petronio subiicit: Illi dies per somnum, non officiis & oblectamentis vitae transigebatur, utque alios industria, ita hunc ignavia ad sanam protulerat: habebaturque non ganeo & profligator, ut plerique sua baurientium, sed erudito luxu. Ac dicta, factaque ejus quanto solutiora, & quandam sui negligentiam praesentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamen Bithyniae, & mox Consul vigentem se ac parem negotiis ostendit: dein revolutus ad vitia seu vitiorum imitationem inter paucos familiarium Neroni assumptus est elegantiae ARBITER, dum nihil amoenum & molle affluenti putat, nisi quod ei Petronius approbavisset. Unde invidia Tigillini, quasi adversus amulum & scientia voluntatum potiore. Ergo crudelitatem Principis, cui caeterae libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scævini Petronio obiectans, corrupto ad indicium serco, ademptaque defensione, & majori parte familiae in vicula rapta. Erte illis diebus Campaniam petiverat Caesar & Cumas usque progressus, Petronius illic attinebatur. Nec tulit ultra timoris aut spei moras: neque tamen praiceps vitam expulit, sed incisus venas, ut libitum, obligatas, aperire rursus, & alloqui amicos non perjeria, aut quibus constantiae gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animae & sapientium placitis, sed levia carmina & faciles versus. Seruorum alios largitione, quosdam verberibus, affectit. Inuit & vias, somno indulsit, ut, quanquam coacta mors, fortuitae similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem, aut Tigillinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed slagitia Principis sub nominibus exoletorum foeminarumque & novitate cujusque stupri perscripsit, atque obsequata misit Neroni, fregitque annulum, ne mox usui esset ad faciendam vicula. Ambigenti Neroni quoniam modo nostrum suarum ingenia notescerent, offertur Sillia matrimonio senatoris baud ignota, & ipsi ad omnem libidinem adiecta, ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exilium, tanquam non siluisset quae viderat, protuleratque, proprio odio. Haecenus Cornelius.

Atqui C. Plinii codices quidam, ut & Plutarch. in lib. de diser. amic. & adulat. Titum vocat. Sic in lib. xxxvii. Nat. hist. scriptum est; T. Petronius Consularis mortiturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exberedaret, trulam murrinam CCC. H.S. emptam, fregit.

Petronius alius, cujus Tacitus idem meminit libris xiv. & xv. est Petronius Turpillianus. Sic enim apud ipsum legendum est lib. xv. Ann. ex Plutarcho. Eum vero non sub Nerone, sed sub Galba perisse certum est ex lib. i. Hist. Petroniorum familia equestris fuit. meminitque Plini-

(P P)

us

nus lib. vi. P. Petronii equestris ordinis & praefecti Augustalis sub Augusto ipso. Ex qua etiam familia fuisse verisimile est Petronios, quorum Gennadius presbyter Massiliensis honorifice meminit in libro de viris illustribus. Sed & Flavius, Sabinus, Probus, Maximus, Primum, aliosque, quorum non apud scriptores modo, sed in ipsis lapidibus monumenta restant: itemque illum, qui iussu Caracallae ante templum Divi Pii occisus à Spartiano traditur. Sed & iureconsultum Petronium, ad quera leguntur Solutii Sidonii Epistolae plures.

Sane Petronium Arbitrum Domitiani tempora praecessisse ex eo etiam intelligitur, quod ejus Terentianus Maurus meminerit: si modo Terentianus is est, quem suo tempore Sicem rexisse Martialis testatur. Is igitur, quisquis tandem fuit, Petronii sic meminit, cum de diacetro jambico claudo agit:

*Horatium videmus  
Versus tenoris hujus  
Nusquam locasse iuges.  
At Arbitrum disertus  
Libris suis frequentat.*

Et paulo post de sexta tome Hendecasyllabi:

*Nunc divisio, quam loquemur, edet  
Metrum, quo memorant Anacrona  
Dulces composuisse cantilenas,  
Hoc Petronius invenitur usus,  
Et plures alii: sed iste versus  
Quali compositus tome sit, edam.  
Fecerunt segetes meum laborem.*

Aurel. Macrobius Theodosius lib. i. Commentat. in Somnium Scipionis: *Fabulae, quarum nomen indicat falsi professionem. tantum conciliandas auribus voluptatis, aut adhortationis quoque in bonam frugem, refertae sunt. Auditum mulcent, velut comediae, quales Menander ejusque imitatores agendas dederunt: vel argumenta fictis casibus amatorum referta, in quibus vel multum esse Arbitrum, vel Apulejum nonnunquam luisse, miramur. Hoc totum fabularum genus, quod solas aurium delicias proficitur, è sacrario suo in nutricum cunas sapientiae tractatus eliminat.*

C. Sidonius Apollinaris Arvernorum Episcopus in carmine ad Magnum Felicem:

*Non Licinius hic Lucretiusque est,  
Non Tyrus, Memor, Ennius, Catullus,  
Stella, & Septimius, Petroniusque.*

Idem in Narbone:

*Et te Massiliensium per hortos  
Sacri stipitis Arbitrum colonum  
Hellepontiaco parent Priapo.*

Ubi illi *Massiliensium horti* (ut hoc obiter dicam) non tam mihi Arbitri patriam significare videntur, quam mores, qui ex Plautino proverbio, & Athenaei historia notati sunt.

Fabius Planciades Fulgentius libro i. Mytho-

log. *Licet mulierum verbalibus undis & caudicis cedant, nec grammatici mutant, rhetor taceat, & clementem praeco compefeat, sola est satyra quae modum imponit furentibus. Scilicet Petroniana subit Albutia: hac enim adludente & Plautinae Saureae dominatus obdermit, & Sulpicillae Aesonianae loquacitas deperit, Sallustianaque Semproniae, quavis praesens sit, melos raucefecit.*

In veteri libro Deboratorum, qui fuit Johan. Biturigum ducis, non usque adeo vetusto, Petronii frustra hanc inscriptionem habent: *Petronii Arbitri Afranii Satyrici.* quod probare non possum. Nam ut, quae de Afranio Quintilianus scribit, inquinasse eum argumenta foedis puerorum amoribus, mores suos fallum, de hoc quoque Petronio dici posse videatur, longe tamen alium ab Afranio fuisse certum est.

Sunt & qui de Petronio dictum illud scribant:

*Lascivus versu, mente pudicus erat.*

Quod tamen D. Adrianum de Voconio poeta amico suo scripsisse, testis est Apulejus Apologia. Cacterum nihil puto ad hunc Petronium pertinere, quod Rhaphaël Volaterr. lib. xviii. Comm. sic scribit: *Petronius Arbitrum Poeta, cuius aliqua de medicina versibus conscripta ad nos pervenerunt.*

Sane Petronium quendam Dioletum de Medicina scripsisse, Plin. auctor lib. xx. cap. 8.

In veteri exemplari bibliothecae Vaticanae sequens Epigramma Petronii fragmentis quibusdam praefixum dicitur, Julio Romano auctore.

*Petronii carmen divino pondere currit,*

*Quo juvenum mores arguit atque senum.*

*Quare ille \* praesaga gaudet lasciva puella,*

*At quoque delicias frigida sentit amas.*

*Nam \* ier divi scripsitque Neronis amictu*

*Arbitrum arbitrio dictus & ipse suo.*

## PETRI DANIELIS AURELII, JC.

### PRAEFATIO.

MIRUM est, qui Petronium in lucem emiserrunt, nihil dum certi de illius aetate prodidisse, ante quos Lilius Giraldus hac in re valde allucinatus est, secutus Placidum Lactantium Statio interpretem, qui Statio posteriorem facit Petronium, ut à quo sumperit hoc hemistichium, & suis versibus inferuerit;

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

Sed jam constat Neronis temporibus vixisse è Corn. Tacito, qui in Nerone vitam ejus describit: cui addendum, quod scribit Plinius Natur. hist. lib. xxxvii. cap. 2. *Petronium virum consuetudinem Neronis invidia moriturum, ut mensam ejus exheredaret, trallam murrbinam CCC sestertius emperam confregisse.* Taciti autem beneficio restitutum

tum



tum est Petronio GAI praenomen, TURPILIANI cognomen, ARBITRI agnomen: denique ejus aetas, studium, dignitas & mors immortale. Quidam tamen putant eundem Petronium Neronis *Arbitrum* ab officio sic appellatum & notitiae atque dignitatis nomen in aula principis fuisse, quod ut credam sine auctore adduci adhuc non potui. *Turpiliani* vero cognomen & Taciti, & aliorum auctorum, testimonis satis clarum est. Unde & Senatusconsulti Turpiliani quidam auctorem voluit Petronium, quem Neronis temporibus consulatum gessit, cum C. Junio Caesonio Pacto. Certe eo tempore legem Juniam Petroniam de libertate tulere C. Junius Caesonius & Petronius Turpilianus COSS. Anno videlicet DCCCXIII. ut si dissonantes pares iudicium existerent sententiae, pro libertate pronunciaretur, l. xxiv. D. de manumissionibus. Petroniam quoque de servis tulisse fertur idem Petronius Turpilianus COSS. eodem anno DCCCXIII. ne dominis potestas esset ad bestias depugnandas suo arbitratu servos tradere: ut ei, qui jure viri delatum adulterium non peregisset, nunquam postea deferre hoc crimen permitteretur. Filiam reliquit Petroniam, cuius in Vitellio meminit Suetonius, Vitellii scilicet uxorem, ex qua & filium Petronianum altero captum oculo suscepit.

De scriptis ejus fragmentum tantum ad nos pervenit ex Satyrarum opere, quod in libros divisum fuisse credibile est; nisi fallunt veteres Glossarii, qui subinde Petronii testimonia citant & advocant *è libro primo Satyrarum*. Sic citatur in verbo, *excelsissimus*: sic etiam in hoc versu,

*Et thymbris veteris, & passis uva racemis.*

Quin & in veteri Glossario S. Benedicti Floriacensis habetur hic locus desumptus è Petronio Arbitro libro xv. *Sed video te totum in illa haerere tabula, quae Trojae balisiv ostendit*: qui tamen in excusis extat fragmentis. Ex quo apparet, Petronii scripta magna ex parte concidisse: quae, ut opinor, multa erant in mulierum ineptiis levitateque ridenda & exprimenda, utpote qui argumentis (ut ait Macrobius) licitis amatorum casibus refertis multum se exercebant. Puto etiam suppressa fuisse propter nimiam obscenitatem & argumenta lasciviis plena. Flagitia enim Neronis sub nominibus exoletorum facinurarumque, & novitate ejusque stupri perscripisse, & obli-gnata misisse Neroni, ex supra citato Taciti loco & auctoritate constat: putantque nonnulli ea esse ipsa, tam quae nunc extant, quam quae ampliora quibusdam doctis & antiquitatis studiosis videre licuit: sed non ea sint, valde adubito. Ejusmodi quidem scripta Mimos appellare vestitas consuevit, quod magna ex parte stuprorum actus contineant: & Petronium ipsum Mi-

mographum fuisse non praeter fidem est, licet hoc nomen speciali privilegio Liberio tributum sit. Verosimile tamen est, huic operi Satyrarum nomen impositum ob maledicentiam & carpta Neronis vitia, tam etiam propter veterum poenas, tum quasi per Satyrarum asperionem, rerumque ridicularum & pudendarum narrationem. Hujus etiam Arbitri esse pleraque, quae de Priapo extant Epigrammata, mihi probabile est.

Fertur & alter Petronius (ne quem forte fallat) de re Grammatica nonnihil scripisse, ejus auctoritate utitur Sergius in commentariis ad editionem secundam Donati, itemque alter grammaticus: hic, dum *Quirites* & *Quiritem* nominativo & accusativo singularibus, recte dici, ille, dum *classica a calando, id est, vocando* dicta esse tradit.

Ad extremum hoc praetereundum non puto, quid hac editione à nobis praestitum sit. Pleraque Petronii non tantum emendata & conlata cum veteri codice eruditi cujusdam amici nostri, casus ope & beneficio magna ex parte restituta & aucta sunt haec fragmenta, sed & sparsos undique Petronii locos diligenti opera in unum coados exhibemus. Atque utinam, qui plura habent magna studiosorum fraude inveni, speciosis quamlibet coloribus non tam diu retineant, aut Catullum (si possunt) & Martialem cum caeteris quoque eodem carcere damnent. Verum ne diutius querer, facit M. Anton. Muretus, vir undecunque doctissimus, quem audio ex vetustissimo & integerrimo codice Petronii editionem omnium absolutissimam publice parare, quo nomine studiosi omnes illi merito plurimum, ut à quo benigne & liberaliter in communem Reipubl. litterariae utilitatem erogatum sit, quod ab aliis invidiose suppressum fuerat, debebunt.

## CLAUDII BINETI BELLOVACENSIS JC.

### PRAEFATIO

#### CL. BINETUS LECTORI S.

SCITE L. Gyraldus eorum putidam opinionem arguit, qui Petronium, lascivioris nequitiae auctorem, Bononiensium sanctissimum antistitem somniant. Nec dissimili fere periculo hallucinantur, mea sententia, qui Antonio consulari cognominem quendam Burgalensium Episcopum substituant. Nae vero omnium scitissime vir nostrae aetatis quam plurimis peritis antistes, qui Petronium non quidem antistitem (nisi, qui veneris libidinumque pervigiliis

liis & sacris praecisset, sic appelles) sed ex Tacito conceptissimis verbis Neroni elegantiae arbitrum fuisse adscitum ostendit, verissima conjectura. Ego & illius sententiam confirmabo epigrammate Julii cujusdam, quod Romae in Vaticana Bibliotheca cum Petronii fragmento descriptum legi. Illud corruptum licet & inelegans, ut historicum tamen testimonium, adscribam.

*Petroni carmen divino pondere currit,*

*Quo juvenum mores arguit atque senum.*

\* *Quare ille praesa gaudet lasciva puella,*  
*At quoque delicias frigida sentit anus.*

*Nam \* rber dirī scripsitque Neronis amictu*  
*Arbiter, arbitrio dictus & ipse suo.*

Ubi pro, *amictu*, quis non videt, vel caecus, si modo aures & mentem habeat, legendum esse, *amicus*? At ne quid dissimulem, Petronii Arbitri aliorumque Epigrammatum bonam partem ex bibliotheca Ecclesiae Bellovacensis habui: quae cum veteri Isidori Etymologico connexa erant. Unde patet, Goveanum alicubi illud ad Juliam, cujus initium est,

*Me nive candenti, &c. -----*

legisse, &, ut inauditum aliis, duobus versibus minus, quibusdam commutatis, audaci nimium parodia imitatum esse. Inveni & illud Florentiae inter *αδολα* quaedam, ut jam cujus non sit dubitare non debeam. Auctorem non adfirmo, judicabunt docti. Cacterum iudicio amicorum illa cum apud neminem haecenus reperiri posse, nisi precario à me possideat, crederem: ut testes mihi sunt clarissimi viri, Jac. Cujacius, Jos. Scaliger, Ludovicus Castaneus prudentissimus juxta & doctissimus Regis ad summum Pontificem Orator, M. Antonius Muretus, Achilles Statius, & Aldus Manutius, quibus ea isto ordine ostendi. Has, inquam, delicias, eorum consilium sequutus, diutius situm & tincas pati non permisi, plura editurus, si, quae deposita apud me jacent, medicum inveniant. Et haec bona fide omnia. At perlide nunc, inquis, qui † aes tuum cum his puris nummis in solum obrudis. Fateor, sed scis incontinentissimum poëtarum genus in morbo periculum quaerentium. fallor, nec enim poëta dici velim, ne, ut Eumolpus Petronii, alio quam Orphei miraculo in caput meum moveam, & concitem lapides iracundiae tuae. Verum & hos aloës & absynthi bolos, si vis, ut aegrotis fit, deglutire facillimo negotio poteris, quos prius veteris elegantiae melle, & priorum epigrammatum sapore involvas & contingas. Bene vale.

† Id est, tua Epigrammata, (quae sc. in fine suae editionis adjecerat.)

## P R O L E G O M E N A

## C A P. I.

## Ο Μ Ο Λ Ο Τ Ο Υ Μ Ε Ν Α

## S I V E D E

## T. PETRONIO ARBITRO

## Elogia &amp; Testimonia.

*Plutarchus Chaeroneus lib. Πώς άν τις ἀγαθόνει & κέλεια & φίλια;*

**H** τὰς ἀσώτους καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογία καὶ ὑπαλαλίω ἐνειδιζῶσιν, ὥσπερ Νέροντα Τίτου Πετρουίου.

*Servius Maurus Honoratus Commentar. in lib. III. Aeneid.*

Hoc autem in Petronio lectum est.

*Idem Comment. in XII. Aeneid.*

Nomina in TOR communia sunt, ut hic & haec balneator: licet Petronius usurpaverit, balnearicem dicens.

*Lucretius Placidus Comment. in Statii Thebaid. lib. II.*

Primus in orbe Deos ] Ut Lucanus; quae finire timent. Et Petronius Arbitr istum secutus, &c.

*B. Hieronymus Stridonensis epist. ad Demetr.*

Concinnatulos pueros & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est: Non bene olet, qui bene semper olet, quasi quaedam pestes & venena pudicitiae virgo devitet.

*Furius Publicus Fulgentius l. I. Mytholog.*

Denique hujus rei non immemor Petronius ait.

*Idem lib. II. in Tantal.*

Hanc fabulam Petronius breviter exponit, dicens, &c.

*Idem lib. de Continentia Virgilliana.*

Unde & Petronius in Eufscio ait.

*Cl. Marius Victorinus Afer Artis Grammat. lib. III. de duobus Ionicis Sotadeo & Sotadico.*

Hujus tenoris ac formae quosdam versus poëtas Lyricos carminibus suis indidisse cognovimus, ut & apud Arbitrum invenimus, cujus exemplum, &c.

*Idem lib. IV.*

Metrum erit Anacreontion; siquidem eo frequentissime usus fit, sed & apud nos plerique, inter quos Arbitr Satyrico ita: &c.

*Fabius Fulgentius Planciades de Prisco sermonz.*  
Unde & Petronius Arbitr ait, &c.

*Isidorus Episcopus Hispanensis Etymolog. lib. I.*  
*cap. XXXII.*

Petronius aliter existimat, dicens, &c.

*Diomedes Artis Grammat. lib. III.*

Et illud hinc est comma, quod Arbitr fecit tale: &c.

*Sergius in Donati Artem secund.*

Cuius nominativus erit hic Quirites, ut dicit Petronius.

*Priscianus Caesariensis lib. VIII.*

Communia vero esse defendit, tum natura ipsius sensus, tum veterum non improbanda auctoritas: à qua quae potuimus è diversis colligere libris, exempla proferamus. Petronius, &c.

*Idem lib. XI.*

Multi ex huiusmodi verbis inveniuntur apud antiquissimos participia praeteriti temporis, tum activam quam passivam significationem habentia, ut meditor, &c. Sic etiam amplector, amplexus. Petronius, &c.

*Helinius Acron Comment. in Horatii Epod. I.*

Petronius, ut monstraret furentem: Pollice, ait, &c.

*Pompejus in Arte.*

Ait Petronius, hic Quirites, numero singulari.

*Joannes Episcopus Saresberienensis in Polierat. sive de Nugis Curial. lib. III. cap. VII.*

Hoc ipsum Arbitr noster ingemiscit, etsi alterius videatur induisse personam.

*Idem eod. lib. cap. VIII.*

Fere totus mundus ex Arbitri nostri sententia minimum videtur implere, ad \* comœdiam suam quodammodo respiciens.

*Idem lib. VIII. cap. XI.*

Non quidem solus est in mulierum ineptiis ridendis aut exprimendis Petronius. Scribit B. Hieronymus, quia totae Euripidis tragoediae in mulieres maledicta sunt, &c.

*M. Conradus de Mure Canonicus Turicensis in Fabulario.*

Philosophus est sapientiae amator, naturaliumque rerum & secretorum delectator, &c. Hic quoque poetarum scriptoribus historiarum, nomina multorum quoque miscet Philosophorum, &c. Plautus, Pœdus, Pædo, Pherecidas, Periander, Perſius, Petronius, &c.

\* An Satyricam hanc?

*B. Vincentius Episcopus Beluacensis, specul. histor. lib. †. XX. cap. XXI.*

Eodem tempore fuit Petronius Bononiensis I. Italiae Ecclesiae Episcopus, vir sanctae vitae & monachorum studiis ab adolescentia \*\* excitatus. Hic scripsisse putatur vitas Patrum monachorum Aegypti, quem velut speculum ac normam professionis suae monachi amplectuntur. Legi, inquit Gennadius, sub eius nomine in ordinatione Episcopi ratione & humilitate plenum tractatum, quem lingua eleganter ostendit non ipsius esse, sed, ut quidam dicunt, patris eius Petronii, eloquentissimi & eruditissimi in secularibus litteris viri. Nam & praefectum praetorii se fuisse in ipso tractatu designat. Mortuus est Theodosio & Placido Valentiniano regnantibus. ††. Acror. De quodam libro Petronii partim metrico, partim prosaico, pauca haec moralia, quae sequuntur, excerpta notavi. PETRONIUS.

*Quid faciunt leges, ubi sola pecunia regnat,*

*Aut ubi paupertas vincere nulla potest?*

*Jam nunc iudicium nihil est nisi publica merces.*

*Tutius est parvo aere rem perditam recuperare, quam in ambiguum litem descendere.*

*Periculosum est alienis interesse secretis.*

*Non bibit inter aquas, poma aut pendencia carpit,*

*Tantalus infelix, quem sua vota premunt.*

*Dicitis haec magni facies erit, omnia cernens*

*Qui tenet, & sicco conquirat ore famem.*

*Heu heu nos miseros, quam totus homuncio nil est,*

*Nil erimus cuncti, postquam nos auferet orcus.*

*Ergo vivamus, dum licet esse bene.*

*Omnes operis oculis bona sua computant.*

*Cum fortuna manet, vultum servatis amici,*

*Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.*

*Ravam facit mixturam cum sapientia forma.*

*Ego sic semper & ubique vixi, ut ultimam quamque lucem, tanquam non redituram, consumerem.*

*Quid non commune est, quod natura optimum fecerit? Nescio quo modo bonae mentis est soror paupertas. Nihil tam arduum est, quod non improbitas extorqueat. Ingeniosa gula est.*

*Ad*

† Vet. edit. XXI.

† For. Galliae.

\*\* For. exercitatus.

†† Pro, AUCTOR, id est, ipse Vincentius, ut ex operis ejus praefatione patet.

(P p 3)

*Ad praedam strepitumque lucri suffragia ver-*  
*te*

*Qualis populus, venalis curia primum,*  
*Ipseque majestas auro corrupta jacebit.*

*Quaerit se natura, nec invenit, omnibus*  
*ergo*

*Scorta placent, fractique enervi serpere gres-*  
*su,*

*Et laxi crines & tot nova nomina vestis.*

*Quisquis habet nummos, securo navigat au-*  
*ra,*

*Fortunamque suo temperat arbitrio.*

*Carmina componit, declamat, concrepct, om-*  
*nes*

*Et peragit causas, fitque Catone prior.*

*Parva loquor, quidvis nummos praebentibus*  
*opto,*

*Eveniet. clausum possidet arca Jovem.*

----- *O maxima rerum.*

*Et merito pietas homini mitissima virtus.*

*B. Antoninus Archiepiscopus Florentinus in Summa*  
*Historiar.*

Huius liber ad manum non est. Adducit & ipse Petronium, sed in eo lapsus, quod Bononiensem Episcopum cum Vincentio constituerit.

*Jacobus Magni Eremita S. Augustini Au-*  
*gustodorenfis Sopholog. lib. V. cap. XIII.*  
*lib. VI. cap. XVIII*

Juxta illud Petronii.

*Idem lib. VI. cap. XII.*

Nam, teste Petronio; *Ingeniosa gula est.*

*Pomponius Sabinus Comment. in Virgilii Cirin.*

Post cum Divus Claudius quatuor mansuefactas (scil. tigres) in caveis aureis, in circo: quarum meminit Petronius, cum ait: &c.

*L. Domitius Brusontius Lucanus Res. memorabil.*  
*lib. IV. cap. I.*

Quartilla apud Arbitrum Petronium ait; &c.

*Editor Lipsiensis in frontispicio.*

Petronius Arbitr Poëta Satyricus.

*Et deinde.*

Petronii Arbitri Satira, in qua vitia Romanorum reprehenduntur, incipit.

*In fine.*

Tinis Petronii Arbitri in Satyra integra. Impressum Liptzck per Jacobum Thanner Herbipolensem, Anno salutis nostrae 1500.

*Petrus Crinitus de Honest. discipl. lib. II.*  
*cap. XIII.*

Legebamus nuper Venetiis ego & Joannes Venetus Petronii Arbitri Satyricon opus contra declamatores: in quo cum alia multa nos magno-

pere affecerunt, tum illud praecipue carmen, in quo de pavone & ciconia ludens, &c.

*Joannes Baptista Pius Commentar. in Ful-*  
*gentii Mytholog.*

Petronius festivus poëta elegantissimusque Satyras Varronis more scripsit, quarum fragmentum, versa & prosa oratione scriptum, nostro in armario continetur.

*Idem Annotat. Posterior. cap. XLVIII.*

Petronii Arbitri opusculum aureum manus eruditiorum versant, imo fragmenta operis aurei. in quo contendit Petronius effugere ab omni verborum vilitate, fumereque fatagit voces à plebe semotas, ut fiat illud,

*Odi profanum vulgus & arceo.*

Hunc autorem plura scripsisse, quam existit, ostendit Fulgentius Placiades, quaedam in Mythologiis suis advocans, quae non comparent. In his, Dii boni, reliquiis quanta sit librariorum incuria, quivis vel mediocriter eruditus noscere potest.

*Editor Parisiensis Reginaldus Chalderius in*  
*frontispicio.*

Petronii Arbitri, quatenus extare comperitur, Satyrae fragmentum, cujus vel hoc unum distichon, quod nemini doctiorum non est in ore, aestimationem indicat & pretium.

*Quisquis habet nummos, securo naviget aura,*  
*Fortunamque suo temperet arbitrio.*

*Et in calce.*

Haec ad \* exemplar, quod unicum habuimus, excusa sunt. Quisque pro suo arbitrio & eruditione, quod sibi displicet, restituat. Parisiis pridie Cal. Majas. Anno M. D. XX.

*Conradus Gesnerus Tigurinus, Medicus ac*  
*Philosophus, in Bibliotheca.*

Petronius Arbitr, Massiliensis à plerisque existimatur, Satyricum opus varium composuit, cujus licet fragmenta ad nos tantum pervenerint, eademque parum castigata, multae tamen eruditionis hominem fuisse facile cognoscimus, &c. Vide plura apud Lil. Gyraldum de Poëtis Latinis. Joannes Alexander Brassicanus emendavit, & annotationibus illustravit, pauloque antea, quam obiret, Joanni Oporino excudendum transmissit.

*Idem ibidem.*

Joannes Alexander Brassicanus, vir de bonis literis optime meritis, multos ante id tempus nusquam excusos auctores typographis publicandos exhibuit, quorum plerisque praefationes suas ad

\* An Mediolanense, quod hanc & Germanicam editionem praecessit.

adjunxit : ut , opera Eucherii , Graeca Geoponica Constantiniani , Salviani Episcopi librum de vero judicio & providentia Dei , Petronii Arbitri Satyras , quibus etiam Scholia adjecit.

*Adrianus Turnebus Adv. prior. lib. II. cap. XX.*

Haec ego è Petronio Memmii V. C. descripsi , quem domi sub fera & claustro habet , ne quem foris oscoenus & lascivus scriptor impura sua petulantia contaminet.

*Idem lib. XIX. cap. VI.*

Petronius Arbitr venustatem orationis suae inquinavit spurcissimis amoribus.

*Idem lib. XXII. cap. I.*

Expurgare mendas Petronii , id esset , omnes historis algas legere , omniaque maris ecca-menta.

*Gerardus Falkenburgius Noviomagus Epist. ad Doufan.*

Pulmanus remisit tibi Petronium cum foenore , quem quando Plantino visum erit recadere , sicut in eo honorifica tui mentio : interea de carmine illi praefigendo cogitabis. Antverpiae , IV. Kal. April. MD. LXIX.

*Janus Doufa P. ad Falkenburgium Responsione.*

Ad Petronium quod attinet , gratulor nobis aliquod fuisse opellae illius pretium : ita eum pulchre mihi & quidem cum foenore remisit Pulmanus tuus , ut nihil jam ultra ipsi ad summum felicitatis cumulum deesse existimem , praeter typos Plantini nostri & Gallianum Memmianae Bibliothecae exemplar , quod utinam Pithoeus nobis invidere abstineat diutius. Interim de carmine illi , uti postulas , praefigendo operam dabimus , ne editionem moretur.

*Oertus Gifantius J. C. Ind. Lucretian. in C. A. S. U. S.*

Proferam unum ex Petronio , in quo superioribus mensibus operam aliquam posuimus , non eam tamen , quam cuperemus ; in eo igitur , ut alia multa , ita & hoc restituendum puto.

*Jacobus Durantius Cyfellius J. C. Varior. lib. I. cap. V.*

Apud Petronium Arbitrum multa sunt impudica , fateor , & quae ipse iniquis oculis animoque legeres iniquo. At ipsum ideo dari aeternis tenebris , oblivioni sempiternae , qui fieri potest ? Illum , Venus , ab oblivionis periculo sacrum tectumque facias , qui in te ornanda nullas dicendi veneres , nullas praetermisit elegantias. Vae Gothico saeculo ! quo non modo capite minutum est Romanum imperium , verum etiam literae ad interuersionem occisae. Per hocce tempus liberales artes velut nube quadam obducaerant , non solum Bibliothecae , ritu sepulchro-

rum , clausae , verum etiam incendio flammisque consumptae. Vae quoque Cassianis quibusdam Monachis ! qui , cum sine terrogine ac pruriginè Petronio dare operam non possent , illi lascivienti & luxurianti penem sustulerunt. Vellent quidem , ipse praetextatis verbis abstinentisset , & rebus aliis conscribendis capitale ingenium , & graphicam eloquentiam occupasset , sine disertorum apud Latinos familiam duceret. At Neronis saevitiae id ascribo , cujus idelicet causa sub excoletorum & cinaedorum spurcis figmentis incoellae & execrabiles libidines palam fecit. Qui hoc non intellexerit , illi velat impudico & propudioso nebuloni solum imposuerunt , quasi ille Juvenale fuerit impudicior , qui easdem res eodem ore prosequutus est. Desiderabatur ipse non ita diu , sed P. Pithoeus & Cl. Binctus Romanae majestatis optimi vindices fecere , ne ipsum vel amissum desideraremus , vel corruptum & inquinatum contemneremus , &c.

*M. Antonius Delrio J. s. u. l. t. Commentar. in Senecae Medicam , vers. 14.*

Petronius Arbitr obscenus alloquin & paganus ; quem nollem Div. Antonium in Summ. Histor. & alii quidam cum S. Petronio Episcopo confundunt : nam refellit Satyra Arbitri , Sambuci & Pithoei studio edita , in qua verus illi , quos homini huic beato adscribunt errore gravi.

*Josephus Scaliger Commentar. in Priusita.*

Hoc distichon est singulare epigramma. Ne que dubito , quin ex Satyrico Menippeo Petronii acceptum fuerit. Nam alia ad hunc intelligentiam opus sunt , quae , ut verisimile est , in prosa tractabat Petronius.

*Josias Simlerus Canonicus Tigurinus in Additionibus ad Biblioth. Gesneri.*

Petronii Arbitri Massiliensis Satyrici fragmenta restituta & aucta è Bibliotheca Joannis Sambuci Antverpiae Plantinus. Extant etiam ejus Satyrarum fragmenta in Bibliotheca Petri Pithoei.

*Janus Gulielmus Plantin. cap. 2. in Epist. cap. 4.*

Non de nihilo Petronium amas , P. Pithoeus , vernulae & Latinae urbanitatis purissimam Lantem. Nam floralia sacra quod celebrat ille iuoco atque fallaciis , more Romano , non tam severi esse debemus , ut , quod in aliis ferimus , quia necesse est , in hoc uno damnemus , qui illis apertior fortassis est , ut non inhonestior. Recte tu , qui huic Arbitro aequilimus arbiter fuisti , & sententia tua vitam illi salutemque reddidisti , &c.

*Idem in Messellor. cap. II.*

Te consulto , A. Ousele , quem Arbitri studio-

sum

sum opinor, vel quia mundissimi in sermone nitoris est, vel quia ab amicissimo tibi homine (scilicet P. Pithoeo) in lucem & cognitionem eruditorum retractus.

*Justus Lipsius Antiquar. lect. lib. I. cap. VIII.*

Petronii Arbitri fragmenta pauca habemus, scriptoris tersti & venusti, &, nisi quod in re illa voluptatum nimis Latine interdum loquatur, caetera laudati. Ejus pro parte emendandi caput hoc scripsimus.

*Idem Epistolic. quaestion. lib. III. Epist. II.*

Ut in vita, sic in studiis juvat severitati adspersa comitas. Ea causa frequenter soleo à gravioribus libris animum, quasi in ludum, mittere ad scriptores amoeniores. Quo in numero Petronium repono; quidquid dicant isti frontis severae. Et tua fide, P. Pythoeo, vidistin' quidnam venustius, argutius, post natas Musas? Non ego; abesset tantum nuda illa nequitia: qua tamen nihil offendor; joci me delectant, urbanitas capit: caetera nec in animo, nec in moribus meis, magis labem relinquunt, quam olim in flumine vestigium cymba. Ut vina apposita vinosum movent; invinium, ut antiqui loquebantur, non movent: Sic ista animum jam ante improbum fortasse incitent; casto & castigato non adhaerent. Et sunt tamen intra Musaeos homines, qui hunc scriptorem fugisse velint; à quibus nos certe, mi Pithoeo, dissentimus. Meae sententiae testes has notas do; quae cuicumodi illae, non nisi ab eo, qui cum cura legerit, eruantur.

*Idem lib. V. Epist. XIX.*

Immensum tibi, Pithoeo, Petronius debet: liceat & mihi, si fas est, venire in partem nominis tui, &c.

*Robertus Titius Brugensis Assertionum lib. VIII. cap. II.*

Nam Petronius, multo potior auctor, inquit.

*Joannes Jacobus Frisius Canonicus Figurinus in Biblioth. Chronolog. A. D. 490.*

Terentianus Maurus contemporaneus Alphio Avito, Septimio, Petronio, & Aurelio Apollinari.

*Hieronymus Commelinus Catalogo suorum libror. manuscript.*

Petronius de Mida Rege, & \* aenigmata verbis conscripta.

*Conradus Ritterbusius JC. notis in Phaedrum.*

\* Forte Petronii Afranii.

Eadem causa, &c. Petronii Arbitri elegantissimum Satyricon ita nobis laceravit, ac truncavit, ut vix Orpheum mulieres Thraciae, vel Pentheum Bacchae discerpserint miserabilis.

*Ulysses Aldrovandus Medicus Ornitholog. lib. XIV. cap. XII.*

Haud me latet, capum à Petronio Poëta antiquissimo Gallum dici.

*Albericus Gentilis JC. in Virgilian. lect. locum ex Petronio citans ad Jilium ait.*

Audi virum acrem, & stomachi Lycidae nostri.

*Isaacus Casaubonus de Satyra lib. II. cap. II.*

Petronius Arbitrator cur opusculum suum, quo Neronis & aliorum procerum flagitia horrenda, non minore flagitio publicavit, Satyricon potius, quam Satyram inscribere maluerit, frustra fortasse quaesierimus: neque est tanti.

*Idem lib. II. cap. IV.*

Petronii libellus mera est Saturia Varroniana, ut suo loco dictum; ipse tamen Satyricum sive Satyricum maluit inscribere: quomodo Commentarium dicitur pro Commentario libro; Apologeticus pro Apologetico libro: at qui Satyricon titulum Petronii libris imposuerunt, si sine dubio Graecam vocis Satyrae originem spectant; cujus rei nunquam auctori venisse in mentem pro certo habeo.

*Guilhelmus Barclaius Pater in Euphormionis Lusinini Satyrico.*

His elementis instructus adolescens, ut primum ingrata Romanae linguae initia evasit, statim ad amoenitatem Ciceronis traducendus est. Mox in omnes passim auctores evagetur licentius studium, nec Petronio, Livio, Sallustio, &c. pigeat miscuisse Ciceronianam dictionem.

*Franciscus Raphelengius junior, in praefat. suae editionis Petronianae.*

Nos commoditati tuae consulendum rati, perfraderi nos passi sumus, ac proinde tantum non justum commentarium in amoenissimae eruditionis, & eruditissimae festivitatis auctorem tibi damus.

*Michaël Piccartus Philosophus Altorpinus Periculator. Criticor. cap. 17.*

Vere arbiter elegantiarum est Petronius, quicquid Catones contradicant, & bonorum manibus terendus, licet Hellepontiaci par sit Priapo, ut ille cecinit.

*I. R. in Confutatione Fabulae Bourdonianae, pag. 305.*

Primum illud in numerum procedit: Petronium Josephi delicias. Magnum sane crimen: quod tamen adeo verum est, ut Josephus postquam ab hinc annos xxxvii. Valentiae Cavarum illum auctorem ex membranæ Cujacii descripsit, vix unam paginam illius inspexerit. Quo modo ergo delicias ejus liber ille fuerit, quem post tam longinquum tempus revivere dignus non sit? Et tamen cum illi amphitheatrici literatus non adeo deterrerent, ut, si totus Petronius in membranæ existeret, pigeret eum describere. Si enim is scriptor indignus est, qui tenerae aetatis committatur, at non dignus, qui pereat tamen. Quare non objecerunt Martialem, Catallum, alios, apud quos

*Nomen adest rebus, nominibusque pudor?*

Quis veterum poetarum plus obscenitatis, impunitatis, flagitiorum professus est, quam docet POENITENTIALE BURCHARDI? Quot sunt, qui ignorarent multa, quae ibi leguntur, nisi ex ipso didicissent? Ridicula magis, an impudens contumelia? Quot possent huic adferri, nisi haec rideremus potius, quam in illis confutandis vel momentum temporis terere vellemus?

*Erycius Puteanus Melchiori Halmersfeldio Goldasto, sermo amico, S. D.*

.... In Petronio quoque cum fructu publico eris: enacula, & florem illum Latini oris parum putumque repraesentat. Scena quaedam scelerum, non nego, in hoc scripto: sed quam intueri cum fructu, certae virtutis sit: vibex ipse titulus, quo tam enormem eluviem severus Arbiter proferbit. Plerumque mortales ab oculis auribusque removemus, quae peccamus. Atque ista alieni aevi vitia sunt, tunc quoque reprehensa: quid si & nostri? Morum maculas Christiani videant, ad quas redierunt: si reprehendi noliunt, saltem in schemate corrigantur. Ego sic censeo.

## C A P. II.

### ANTI A E T O M E N A,

#### S I V E

### AUCTORITATUM, QUAE PETRONIANIS EDITORIBUS OBJECTARI SOLENT, RESOLUTIO.

Prodaximus testimonia, quibus Petronius non tam veniam meretur, quam innocentiam ab intentatis criminibus vindicat. neque nos advectionem ejus apud quemvis competentem judicem porro subterfugimus. Quanta enim putes in illo confidentia sit, in quem illud elogium uni-

cum complurima consentiunt hominum saecula, & omnium gentium consciscunt erudita oracula, elegantiae Latinae primarium fuisse arbitrum, & morum Romanorum disertissimum censorem? At propter immemorabilem obscenitatem, inquit illi simulatores, viri gravissimi eum damnandum judicant. Quinam autem isti? Augustinus, ajunt, Patres Concilii Tridentini, Beza, Guirandus, alii. Agite, fultis, quamvis jam & priores editores, viri nec ipsi non gravissimi, Sambucus, Pithœus, Binetus, Douza, Wouwerius; & quos modo in testimoniis citavimus, abunde responderint, nominatos tamen testes, Praetore sic volente, propius examinemus.

D. Augustini verba sunt lib. I. Confession. c. xvi. *Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commodius discentur, sed per haec verba turpitudine ista confidentius perpetratur. Non accuso verba quasi vasa electa atque pretiosa, sed vinum erroris, quod in eis nobis propinabatur ab ebriis doctoribus, &c.* Haec purissimus ille Pater post bene multam in lascivos Poetas invektivam: quibus non tam Petronium petit, quem mihi unquam in scholis praelectum non quiquam evicerit, quam Plautum, Terentium, Ovidium, Juvenalem, Persium, Statium, quos pueris proponi ab impuris magistris non ferendum esse ait. Itē nunc, simulatores, & sidite iudicio vestro impuri, qui hos Poetas, quos sanctissimus iste doctor perpetuo exilio à scholis relegavit, pueris vestris adhuc nascentibus instillare consuevistis.

Concilii Tridentini decretum nihil aliud vult, quam id genus scripta pueris esse interdicenda. Idem & nos volumus: quin jubemus, ac decernimus. Quid enim pueris cum Petronio? cujus illi scopum non magis attendent, quam plebejus idiota Aristotelis, etaphysica. Et ad vitia haec aetas quam virtutes profior, non ducenda est ad hos scopulos, ne temere & infronite illisa à Sirenibus suffocetur. Equidem scelestissimus sit, oportet, qui Petronium pueris sumat interpretandum: nequissimus, qui proponat legendum: pharmacus, cujus magisterio pudor illorum periclitetur. Nec injurià Edmundus Richerius, Sorbonae Theologus, in Obstetrice animorum, cap. iv. num. 4. conqueritur: *Ut jam non mirari oporteat, quare juvenus ad libidinem prona, sed quamobrem non longe vitiosior sit: quippe quae Poetarum quorundam carminibus, & Petronii operibus igni aeterno devovendis, quasi divorum Pauli Epistolis, Ambrosii Officiis, vel Augustini Confessionibus, impune, libere, gloriose utatur.* Verum oportune commodeque subjicit: *Sed me censere dico, Poetas illos & auctores emungendos, non mutilandos: mivandandos, non evirandos: velandos, non castrandos, esse: hoc est, ut à Concilio Tridentino est sanctissimo constitutum, viris ad legendum, non pueris ad interpretandum, esse concedendos, &c.*

(Q q)

Pe-

Petri Guirandi J. C. haec sunt verba: *Hei mihi! quam pessimo exemplo talia luce donantur: & quam carissimo precio hae vetustatis reliquiae, & cineres nobis emuntur. Quotus enim quisque est, qui ejusmodi ne quidem antea cogitata, semel tantum lecta, supefactus non admiretur, & inter admirationem & incredulitatem fluctuans ad aliquid turpe, caeca quadam cogitatione ebrius, non pelliciat? Erubescant igitur, qui talia legenda exhibent. Cui meam vicem respondeat vir & judicio & verecundiâ Guirando multo praestantior. Is est Just. Lipsius, qui super Petronio in haec verba, quae tamen, etsi supra posuimus, placet heic repetere, P. Pithoeo J. C. rescripsit; Nuda illa nequitia nihil offendor; soci me delectant, urbanitas capit: caetera nec in animo, nec in moribus meis, magis labem relinquunt, quam olim in flumine vestigium cymba. Ut vina apposta vinosum movent, in vinum non movent: sic ista animum jam ante improbum fortasse incitent; casto & castigato non adhaerent. Et sunt tamen inter Musaeos homines, qui hunc scriptorem fugisse velint; à quibus nos certe dissentimus.*

Theodorus Beza Vezelius praefat. Homil. de Resurrect. Domini, ad Ordines Belgii scribit: *Duo sunt, de quibus peto etiam atque etiam, ut mihi fas sit pro animi vestri aequitate vobiscum agere. Unum, ut in tanta & nunquam satis laudanda cura, quam excitandis Ecclesiae seminariis impenditis, diligenter prospicere velitis, ut quam accuratissime fieri poterit, maxima cum fide & diligentia lingua illa sancta doceatur. Deinde ut impurissimorum illorum & abominandorum spurcissimorum scriptorum, veterum & recentium, lectio severissime interdicator, & in omnibus vestris ditionibus quam longissime a bonarum artium & disciplinarum scholis repellatur. Sunt enim illae juventuti, in vera pietate erudiendae, & sanitati morum, à teneris etiam annis hauriendae, proprie consecratae. Constat autem, & experientia ipsa jam pridem ostendit, illorum scriptorum turpissimorum lectione, quibus vel ipsa virtus contaminatur, juventutem ad turpissima quaerens cogitanda excitari, & ita sensim ad ea tandem exercenda impelli, haud secus ac si in ganeis & mediis luparum histris educarentur: & fortasse nulla re magis ira Dei in Christianum orbem excitatur, quam hujusmodi sordium impurissima traditione: & tamen istud tam turpe dictu & factu, longo jam abusu passim non invaluit modo, sed etiam maxime excelsitur, & commendatur, nescio quo pervestigandae omnis antiquitatis praetextu: cum tamen earum rerum memoriam, quae non modo nihil nos adiuvant, sed è contrario deteriores nos efficiunt, jam pridem obductam, oblitam & abolitam esse oportuerit. Quibus verbis sunt qui putent Scaligerum & Douzau designari; quorum ille amatorios poetas, hic etiam Petronium, notis illustrarunt. Sed ignoscant mihi verecundissimi viri manes, nonne ipse Be-*

za est, [qui Martialem, Petronio nihil castiorem poetam, mel merum discitare solitus est? asserit Raphaël Eglinus ejus discipulus in ea, quam selectis Catulli carminibus praefixit, epistola. Et quam avide lubenterque mel illud linxerit, res eloquitur. Nemo enim existimatur ad honestatem carminis Bilbilitani propius accessisse. Unde liquido constare videtur, non aliam Bezae mentem fuisse, quam istis, quos minus dudum diximus, nimirum Milesiarum auctores, ut viris permixtos, ita adolescentulos eorum lectione esse prohibendos.

Nec aliud D. Basilii judicium fuit de scriptis gentiliis; quae in nostrum usum quomodo vertenda, tanquam spolia Aegyptiaca, vel. D. Augustinus recte riteque te monuerit. Et oppido quam eleganter D. Hieronymus in ea ad Oratorem Roman. Quæris, inquit, cur in opusculis nostris saecularium interdum literarum exempla ponamus, candoremque ecclesiae ethnicorum sordibus polluamus? responsum breviter habeto. Nunquam haec quaereres, nisi te Tullius totum possideret: si scripturas sanctas legeres, & earum interpretes obmissis vulgacis evolveres. Nun & in Moysè, & in Prophetarum voluminibus, & epistolis Pauli quaedam de libris gentiliis assumpta sunt. In Deuteronomio quoque Domini voce praecipitur, mulieris captivae radendum esse caput & supercilia, omneque pilos & unguis corporis amputandos, & sic eam habendam conjugio. Quid ergo mirum, si ego etiam sapientiam propter eloqui venustatem & membrorum pulcritudinem de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio? Et si quod mortiferum est idololatriae, vel voluptatis, erroris & libidinum, praecido & abrado, mixtusque purissimo corpori immaculatos Domino Sabbathi filios ex ea genero? Cui Joan. Saresberiensis Episcopus, congruentissimis hinc verbis insigniter acclamat: \*. Quod sic hoc ipsum patienter admittitur, ea, quae à Philosophis gentium publicae utilitatis gratia scripta sunt, audiri quid prohibet? Quaecumque enim scripta sunt, inquit Apostolus, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Similiter Martin. Bucerus, vir singularis pietatis, ingenii unici, & dexterissimi iudicii, Enarration. in D. Matthaei Evangel. extremo cap. XI. De ea parte prophetiae, quae per omnia secula, & apud quaslibet identidem sese exeruit gentes, tum per insomnia, tum per portenta, tum per insinuum quendam & aflatum divinum, denique de imposturis & fallaciis in his, tam hominum, quam daemonum, praesliterit legere M. Tullii libros de divinatione. nihil enim negligendum, quod Domini donum esse liquido constat. Eximia autem Dei dona esse tot egregios libros, quibus multa adeo rerum, hoc est, operum Domini, cognitio continetur, qui dubitat, is par-

\* Policrat. lib. III. c. I.



tam indubie rationem habet providentiae Dei: sine cuius singulari beneficio baul factum est, quod hi libri per tot secula, & infinitus casus servati ad usque nos pervenere. Et iterum Comment. in Pril. I. Neque profana omne genus scripta, quam locus & tempus fuerit, lectioe dedignabimur. Si enim vere ille scripsit, non esse librum tam multum, ex quo non possit aliquis fructus percipi, & fructum nullum nisi Dei verba adferant: certe Dei verba contemserit, qui vel ednicorum poetarum scripta in totum repudiet: quanquam utiliora ex his deligi conveniat, quae nimirum Dei in creaturis suis bonitatem certius indicant, & de virtutibus purius praecipunt. Audin' tu harum Satyrarum indemnatum fructum? & quae ex illis delibanda, excerptaque ad Christianam institutionem conferenda sint? At enimvero objicent illi rursus, Petronium non de virtutibus pure, sed de vitiis impure, spurcissime & flagitiose praecipere. Bona verba, quae Petronius Satyricus flagitia atque facinora hominum satyricè pertrinxit.

*Id isti vituperant factum; atque in eo disputant;*

*Contaminari non decet fabulas:*

*Faciunt nae intelligendo ut nihil intellegant,*

*Qui, cum hunc accusant, ----*

Luciliū, Varronem, Horatium, Juvenalem, Persium, Sulpitium, Lucianum, Apulejum, accusant, quos hic nosse partim auctores habuit, alios aemulatores. Veruntamen quas illi nobis obfoenitates narrat?

*Utinam ne in nemore Edeno, obfoenitatus*

*Infestum ab imo, humanum cecidisset genus.*

*Utinam ne in vita, in hominum usu ac consuetudine universa, in aedibus, in vicis, in compitis nostris, obfoenitatum plena omnia! Utinam ne in animis, in praecordiis omnium obfoenitatum stabulum! cur non lernam potius dico & sentinam perennem? Hic, hic, expurgato opus est. Hic plenis cadis exhausto opus. Nam quid politura, quae te, speculi agas, ubi in facie foeditas insedit? Speculum expurgas: ab ore maculas, verrucas, lentiginem, lepram quin amoves? Inspiciendo in speculum temet, ut es, vides: formosus formosum, deformis deformem. Spectari, audire talis, qualis es, non vis? Deformitatem è corpore elue; foeditatem expelle animo. Haec magistrorum honestissimi simul atque doctissimi ad masearpiones Jesuitarum non inidonea responsio fuit: quam hoc loco repeteremus. Cui paribus fere tibiis concinit Laurentius Ramirez de Prado nobilis Hispanus, in Hypomnem. ad Martialis Amphitheat. epigr. xxv. ad Raderum Jesuitam ejus poetae castratorem; Age,*

\* Verba sunt Martini Haynecci in epist. Tentio praeposita.

*vir honestissime, qui sciebas ea esse inhonesta? quod legeram, inquis. cur legisti, vir tantae sanctimoniae? & si legisti, cur nobis invidiosam eam lectionem? Ego vero pati non possum superciliosos istos censors, qui nequitas Martialis nobis adimunt, sibi relinquunt. Satius fuisset, sanctissime vir, ut totum Martialem intactum reliquisses, ne scilicet purissimae manus deligendis epigrammatibus & interpretandis inquinarentur. Et Joannes Gerson, Cancellarius Parisiensis, & in Sanctis à nonnullis repositus, quum in sermone, \* habito in Concil. Remensi, de impudicitia perorans in haec exclamat: Credite, quia providendum esse omnino cum effectu & discretione contra tantam familiaritatem in cubilibus, & alibi, quam exercent parentes utrique cum utraque progenie, & affines cum affinibus in adolescentia, senesque cum junioribus, tam in † religione, quam in scholis, & alibi. Dubitaverim proorsus, si non deteriores mores trahunt aliquando pueri & puellae hac occasione in parentum domiciliis, & religionum & scholarum contuberniis, quam facturi erant in prostibulis lenonum vel meretricum. Sed quae obfoenitates in Petronio? Meretricemne ducere? ad scortumne alludere? aut heram adulterari? annc medium puerum amplecti? an virginem deflorare? Credo haec sunt obfoenitates istae; quas, vulgo fieri solitas, ita pudenter, nude, & simpliciter reprehendit Petronius, ut mihi videatur quali poenitentiam agere sermonis sui, secretoque rubore perfundi, quod ea vitia infectetur, quae ne ad cogitationem quidem admittere severioris notae homines debeant: ita studiose & cum industria cavit, ne oblitus verecundiae suae non abstineret à spurcis & turpibus earum partium appellationibus, quas ne nominare quidem inter res serias fas est. Quid ergo peccavit, si pravos populi mores & consuetudines vitio turpissimi domini foedas & inquinatas redarguit? Numnam non praecoccupavit ipse, & sagacissimo ingenio contumelias vestras odoratus his elegantissimis verbis elusit?*

*Quid me constricta spectatis fronte Catones,*

*Damnatisque meae simplicitatis opus?*

*Sermonis puri non tristis gratia ridet:*

*Quodque facit populus, candida lingua refert.*

An Neronis, Domitiani, Eliogabali facinorae honestioribus verbis circumloquuntur Suetonius, Dio Cassius, Lampridius, P. Orosius, Xiphilinus, Patriarcha Constantinopolitanus? †. *De vitiis disertio sive disputatio duplex est. Una, qua ad vitia*

\* Dominica secunda post Pascha partit. 2. considerat. 3. provis. 4.

† Id est, Monasteriis.

‡ Verba sunt Henrici Loriti Glarcani praefat. in Sucton.

(Q q 2)

homines allicimus suasionibus, exhortationibus ac lenociniis: ut qui amare docent nostra aetate, pro dolor! etiam potare, qui amatoria ludent, ut juvenum mentes veluti inebriant, quales impudici poëtae. Ea dissertio vitiosa ac detestanda, maxima homini Christiano, plus etiam illis, qui juventuti ut magistri praesunt. Altera est dissertio de vitiiis: ut ea detestemur ac execremur: imo quoties de eis fit mentio, ut ab iis deboremur, ab iis absterneamus, & execremur. Haec dissertio neutiquam reprehendenda est. multi enim sancti viri ac doctores, quemadmodum de virtutibus scripserunt, ita è regione de vitiiis copiose disseruerunt. Itaque Caesarum refert vitia Suetonius, in odium illorum monstrorum id facit, ut ea scilicet fugiamus ac exitemus: imo cogitemus in quanta caecitate fuerint perditii illi nebulones: & multo magis in quanta stupiditate mundus, qui talia portentata dignatus est ullo honore: cum nihil illis tetrius ac magis abominabile fuerit. Haec Glareanus pro Suetonio, qui Caesarum flagitia libero dicendi genere exsecutus est. Cur non nos eadem pro Petronio, qui gemina *περιτρονίου* Neronianorum turpitudines insecutus est? Cur non pro ipso D. Paulo Apostolo, qui eadem pari libertate commemorat & inculpat? Joannes Saresberienſis Episcopus de Nugis Curial. lib. III. cap. XIII. longum de lenonibus ac mollibus, usque formosorum, sermonem his verbis excusat: *Verum haec abominatio, non tam ostendenda est, quam conspuenda, puderetque eam Nugis nostris esse insertam, nisi eandem Apostolus, Romanis scribens, verbis manifestius expressisset, dicens; quia foeminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum, qui est contra naturam, & masculi, relicto usu feminae, exarserunt in desideriis suis in vicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, ut darentur in sensum reprobum, facerentque quod minime conveniret, & vitiiis universis obnoxii indignationem Dei, & omnium poenarum in se aculeos provocarent. Et tunc quidem in auribus Romanorum hoc tuba Apostolica conclamabat, quando impiissimus imperator Nero luxuriae favientis puerum Sperum exectis testiculis in muliebren. naturam transformare conatus est.* Et Fratres Ordinis Praedicatorum, qui cum apud Christianos locum invaserunt, quem olim apud gentiles obtinuerant poëtae & Satyrici, in tractat. de Turcis: *Quaestitum exitit de gravi infectione populi Christiani, quoad praedita vitia (Sodomitica) an videlicet tam gravis infectio, ex negligentia officii praedicationis contingeret, dum ipsi praedicatorum gravitatem hujus vitii fidelibus non proponerent? Quaestitamque ulterius exitit, an propter simplices & innocentes expediret praedicatoribus, sub silentio pertransire de hujusmodi vitiiis disserendo? Responsum fuit, quod quia officium praedicationis est praecipuum in ecclesia ad extirpationem vitiorum & plantationem virtutum, si gravitas hujus vitii fidelibus ardentem pro-*

poneretur, ut quia videlicet pro vindicta clamat ad coelum, &c. Ad secundum quaestitum responsum fuit, quod omnino sub silentio pertransire non expediret, etiam propter quoscunque innocentes, multiplici ratione. Primo, quia videmus, quod tales innocentes etiam ex Diabolica suggestione continuo seducuntur absque auditione verbi Dei, & declaratione illorum vitiorum. Unde utriusque, tam reis, quam innocentibus expedit, talis declaratio verbi Dei. Secundo ad hoc admonet scriptura, prout est illud: Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem ejus, sanguinem ejus de manu tua requiram. Et iterum; Clama, ne cesses; annuncia populo meo scelera eorum. Ratione etiam concludebatur. Nam Apostolus Paulus expressissime loquitur ad Roman. 1. de hujusmodi vitiiis, & sicut cuncta alia scripta ipsius necessario praedicantur, ita & praesens haec materia, cum non sit data distinctio inter suas doctrinas, quare videlicet una magis debeat esse praedicabilis quam altera. Ad hoc est Gregorius in Moralibus; Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium in errore relinquit. Et haec pro Petronio brevis quaedam veluti apologia esto, quae necessario praemunienda fuit, ut & iudicii praecipitationi caveremus, & malevolorum simul maledictis responderemus. Nunc videamus, cujus Philosophi rationem opinionemque Petronius sic secutus.

## C A P. III.

## CUI SAPIENTIAE STUDIO PETRONIUS DEDITUS FUERIT.

Sunt qui Petronium adserant disciplinae Stoicae sectaneum fuisse; quibus cum haec fragmenta, tum alia, quae memoraturus sum, bonâ fide refragantur. Quid enim sibi velle dicent illos verus, quos in Stoicorum avaritiam aperte fudit?

*Ipsi, qui Cynica traducunt tempora scena,*

*Nonnunquam nummis vendere verba solent.*

Mihi videtur non oblique Senecam carpere, cujus suspectum in gubernatione Caesaris regimen, tanquam venale & ambitioni pervium, sed alicorum, uti fas exitimare, calumniis. Quis enim has in tanta potentia unquam effugit? Nec ambigo, quin frigusculum ex invidia inter utroque existerit, quod Petronii mentionem in suis officiosis Seneca scriptis, nec illiberalis aut parvus in amicis collaudandis, suppresserit. Ego existimo, nec opinione fallor, Petronium sectâ Epicureum fuisse. Idque ita esse, uti autumo, rebus necessariis evincam. Principio dum Epicurum vocat *patrem veri*, id est, auctorem & doctorem veritatis, seu verae justaeque rationis & disciplinae institutorem.

*Ipse pater veri doctus Epicurus in arte  
fuffit, & hanc vitam dixit habere Deos.*

quam adoream, nisi discipulus & ſectator, haud temere Epicuro tribuiſſet. Tum deinde ex praeceptis atque doctrinis Epicureis paſſim interſperſis, quod genus dogmatis amplexus fuerit, aſſatim eluceſcit. Contende ſis Epicuri dicta, quae ab Diogene Laërtio & auctore vitae Philoſophorum referuntur, cum Petronianis illis fragmentis, & diceſ me verum dicere. Ego verba pono ad compendium, & longiores logos alibi caedam. Quos vero errores accepit

----- *Epicuri de grege porci,*

nobifque imbibendos propinavit, conſilium eſt ſilentio non praeterire. Notavi mihi tria praecipue, quae in erroribus Epicuri recententur. Primum eſt, Deos res humanas non curare, ſed otioſos reſidere in coelis, valde occupatos in nihil agendo, ut ille ait. Hinc ab Epicureis falſe ridentur ſuperſtitioſi, qui Deum timore, turquam pueri nocturnis terriſſimamentis & occuſiculis aſſiciantur. In quos ſuperſtitioſos & Petronius panxit epigramma non illepidam;

*Primus in orbe Deos fecit timor: ardua coelo  
Palmina cum caderent.* -----

Alteram, in voluptate ſummum bonum eſſe ſitum. Quo pertinet illud;

*Ergo vivamus, dum licet eſtque bene.*

& huic ſimilia. Tertium, animas cum corporibus interire. Cujus erroris quamvis non ſuper eſt ullum in his fragmentis manifeſtum veſtigium, ſatis in morituro apparuit. Nulla ei cura animae, nullum à ſophorum placitis alloquium, ſed contra ea immortalitatis irriſio & contentio. Capio & interpretor ita Tacitum exſertim ſcribentem: *Audiebaturque referentes, nihil de immortalitate animae, & ſuperſtitiam placitis, ſed levia carmina & faciles verſus.* Scilicet ut ſe maſculum Epicureum eſſe probaret, motus illos & aegritudinem temperans, conſtantem animi quietem & voluptatem, in qua ſummum bonum collocare modo memoravimus, diſſimulavit. Et haec tibi ex tripode dicta puto. Atque nunc mea comitate ac virtute fiat, ut T. Petronius Arbitrator T. Lucretio Caro in civitate Epicurea, quam uſque ſolus oberravit in Latio, comes & inquilinus civis ex decreto detur. Nos de ſumma Satyrici porro videamus.

#### C A P. IV.

### ARGUMENTUM ET MYTHOLOGIA HUIUS SATYRICI.

Petronius, auctore Tacito, in his Satyris vitia gentis cogatae ſub nominibus exoletorum

feminarumque perſcripſit & notavit; praecipue autem ſlagitia Neronis imperatoris inceſſit, cuius ad exemplum orbis tum Romanus erat compoſitus, ut verum experiamur, quod vulgo dici amat; *Qualis rex, talis grex.* Petronio, qui praecipuum in aula Caefaris inter domeſticos principis locum tenuit, coaevus exſtitit (haud ſcio an non & notus) D. Paulus Apoſtolus, admirandae illius & diviniſſimae epiſtolae ad Romanos auctor, ex cuius principio, quae verba videntur ſummam totius huius Satyrici compleſſi, ea verba juvat appingere. *Feminae eorum (inquit) imitaverunt naturalem uſum in eum, qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali uſu feminae, exarſerunt in deſideriis ſuis in incivem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & macedem, quam oportuit, erroris ſui in ſometiſſis recipientes. Et ſicut non probaverunt Deum Labere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quae non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inventores mulorum, parentibus non obediētes, inſipientes, incompoſitos, ſine eſſeſtione, atque foedere, ſine miſericordia. Qui cum juſtitiam Dei cognoviſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Haec ille: quibus verbis qui volet planum & perſpicuum habere interpretem, ei ego unicum hunc Petronium dadero: nec omnino vanum eſt magni cuiusdam Theologi dictum, *caput primum ad Romanos ſine Petronii Satyra intelligi non poſſe.* Addo etiam caput XIII. in quo à commemoratis vitiis Romanos in hunc modum dehortatur: *Nox praeeſſit, dies autem appropinquavit. Abſiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſte ambulamus; non in conneſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitia, non in contentione & aemulatione: Sed induimini Dominam Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne ſeceritis in deſideriis.* Nec Romanorum tantum ſcelera Petronius, ſed & Graecorum tangit & exagitat, dum more palliatorum comitorum, pleraque in Graeca urbe geſta conſingit. Etiam idem Apoſtolus eandem quoque ipſiſſima in Graecis notavit. Sic enim ad Galat. cap. 5. ſcribit; *Maniſeſta ſunt opera carnis, quae ſunt fornicatio, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, diſſenſiones, ſectae, invidiae, homicidia, ebrietates, comeſtationes, & his ſimilia, quae praedico vobis, ſicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et 1. epiſt. ad Corinth. cap. vi. *ſam quidem camino delictum*

est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injurias accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et haec quidem fuistis, sed abluisti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. Porro in fragmentis (nam optimam partem desideramus) primum bonarum artium professores mordet, tanquam ingenuae & liberalis juventutis corruptores. Dein procuratorum forensium & advocatorum calumnias & rapacitatem taxat. Tum in sacerdotum infandas libidines invehit, transitum ad luxum convivorum facit, quem sub Trimalchionis nomine ac lautitiis perstringit. Hinc de scelerata paedagogorum nequitia parentes serio monens, accusata artificum inertia prehendit publicarum balnearum turpitudinem. Postmodum negotiatorum mercatorumque, hoc est, eorum, qui solas exstruere divitias curant, fortunas exponens, obiter animadvertit in feminarum levitatem. Tandem castigato lascivarum mulierum infano amore, quo peregrinos adolescententes ambire ultro, & donis confuescunt lacessere, in imposturas ac fraudes exulum, & natale solum vertentium, quibus hospites suos & creditores, dum amplos peregrini census & patria jactitant vestigalia, circumscribunt, stilum exacuit. Infaniam denique testatorum notat, qui turpes, impudentes & nefarias testamentis adjiciunt conditiones, quorum flagitii flagrantia à Jureconsultis etiam improbat. Et haec tantum reliqua sunt hujus Satyrici capita: cetera injuria temporum nobis invidit.

## C A P. V.

## SATYRARUM INTERLOCUTORES.

Encolpius,	ἐγκόπιος,	fabularum dux.
Afcyltos,	ἄσκυλλος,	adulescens.
Agamemnon,	ἀγαμέμνων,	scholasticus.
Gnithon,	γνήθων,	puer.
Quartilla,	*	Priapi sacerdos.
Psyche,	ψυχή,	ancilla.
Pannychis,	παννυχίς,	puella.
Embascioetas,	ἐμψασιοίτης,	cinaedus.
Trimalchio,	τριμαλχίων,	dives.
Carpus,	*	servus.
Menelaus,	μενέλαος,	scholasticus.

Lycurgus,	λυκούργος,	
Eumolpus,	εὐμόλπος,	poëta.
M. Manicius,	*	
Bargates,	βαργάτης,	servus.
Licas,	λυκάς,	mercator.
Tryphaena,	τρυφαινα,	uxor.
Aefius,	αἰσίος,	
Corax,	κόραξ,	tonfor.
Chrysis,	χρύσις,	ancilla.
Circe,	κίρκη,	amica.
Doris,	δορίς,	amica.
Profelenos,	προφέληνος,	anus.
Polyaenus,	πολύαινος,	idem qui Encolpius.
Enothea,	οἰνόθεα,	Priapi sacerdos.
Endymio,	ἐνδύμιων,	puer.
Philumena,	φιλυμένη,	meretrix.
Gorgias,	γόργιας,	advocatus.
Albutia,	*	amica.

Nominum rationes in notis traduntur. Id enim quam studiosissime observavit Petronius, ut quas personas introduxit, earundem convenientes exprimeret mores, notasque similitudines, & ut Rhetores vocant, τὰ πρόσωπον diligenter ubique persequeretur. Porro quae in his fragmentis nullas dicendi partes habent, non puto fuisse πρώτῳ κωφά, sed earum interlocutiones temporum injuria periisse.

## JOANNIS A WOUWEREN

HAMBURGII

## DEDICATIO.

VIRO ILLUSTRIS

## JOSEPHO SCALIGERO

Jul. Caesaris Fil.

JOANN. A WOUWEREN.

S. D.

Fama sublimis, eruditione nobilis, nobilitate illustris Josepho Scaliger, Aristippum saltare coactum in purpura, dixisse scribit Laërtius: ἔνδον βακχεύμασιν ἔσ' ἤγε σώφρων ἢ διαθαρσέη. Putabat nimirum probum & virtuti addictum nullis lenociniis delectari, aut corrupti posse. Quam vellem hanc vocem pressius advertissent tristiciores isti, qui hunc scriptorem, quem damus, non tantum infamem fecerant, sed perpetuis tenebris aeternaeque oblivioni damnant,

rant, praepostero mehercules pietatis obtentu. Atqui utinam ille ignis intepuisset! nunc gravius est incendium per omnes regiones sparsum diffusumque, ut nec mare huic extinguendo: sunt enim severioris notae homines, quibus factis non est, ne quidem ad cognitionem hunc scriptorem admittere; sed renatum ex parte, nonnulli monitum clamare, more majorum comburendum, aut diis sacrandum; alii porro proferibere, vinctum in ergastulum & carnicinam dare, imo quem evirant, prorsus occidere, adeo ut plura parata supplicia, quam membra. Peristi, miser, peristi, vel iudicio, tuo, vel illorum praedicio. Jacet praeterea atque occisa est libertas. Quis enim quaeso tantis cervicibus qui contra tendat? Quis tantis humeris Atlas, qui tot malorum montes sustineat, ut saltem tralaticia humanitate languentem erigat? Quamquam praecleari viri, postquam convertissent mentem ad arbitrum omnis elegantiae, nullum recusarunt periculum, quod salutis spem ostenderet: itaque in carcerem & ergastulum datum vindice dextra verae libertati asseruerunt, confossum togatorum spiculis, velut ex inferis reduxerunt; equidem, denuo audere facinus dignum censorum nota, imo tunica molles merito est: nonquam enim inauditum & indefensum Petronium dirissima tristiorum conspiratione damnari patiar. Itaque ut decretoris armis pugnem, quid in eo accusent, dicant, quaeso, clarius. Opus novae simplicitatis, seu, ut illi malunt, nequitas & accuratam spurcitiem? Velim sane tam candide ad mentem admittant, quam simpliciter ab eo scriptum sit, magisque acutes libidinem principis, cuius flagitia sub nominibus exilitorum foeminarumque perscriptis. Demodocus apud Phaeacas Martis & Veneris collusiones cantabat, non quod vitis adularetur, sed ut cauterium adhiberet libidini, similia eorum moribus ingerebat; credo vel solo recogitatu improbos mores erubuisse. Atque quid causae cur Juvenalem, diligentissimum luxuriae interpretem, non accusent, qui eadem & saepe gravius profecutus? Quid dicam? hunc non solum legi, sed in sinu gestari, ne irascuntur quidem. Aristophanem, Anacreontem, Catullum, Martialem, totamque illam cohortem publice prostitui, tum pueris in ipsis Minervae sacriis praecantari, patiuntur. Quae ergo dementia est huic salutem negare, cum iis vitam concedamus? Sane nescio quis fatalis morbus veteres tenuerit, ut pudicitiae sacra multoties profanare ipsis suavitateo quam frequentes scopuli in poetarum scriptis, quos castae mentes facile declinant, improbae minime: taceo quam obviae cantiones, haud dissimiles illis, quas Ulixes nisi alligatus praetervehi noluit, ad quas jam olim proborum

aures occalluerunt; improbi vero non facile sonum istum excutiant, (imo profecutus & diutius haeret) haut aliter affecti, quam si, qui symphoniam audierunt, in quorum animis durat illa modulatio, atque ex intervallo recurrit. Solonem petulantes versus scripsisse, Platonem amatorie luisse, D. Hadrianum versus lascivum fuisse, refert Madaurensis Philosophus, qui, cum ejusdem criminis infimulatus, aiebat se in vita philosophum, in epigrammatis amatorem. At arguunt & urgent, judiciorum spiculis reum Petronium, ejus nequitiam palam prostare nudam; facinus me hercules dignum proseriptione. Sed crimen excuso, ut ille olim Platonis versus petulantiores, scilicet tanto pudicitius composuisse, quanto apertius; *Namque id genus omnia occultare peccantis, promulgare ludentis est.* Quamquam quid attinet veritatem per interpretem quaerere? Si verum amamus, multa in his scriptis, quae menti impudicae proluvium ad omne genus nefandae libidinis. Sed ut apes ex omnium arborum factorumque floribus liquamen confingunt dulcissimum, araneae venenum: ita probis, in quorum animis ne minimum quidem sui vestigium relinquit haec scriptio, mel, improbis, quibus inhaeret, venenum. Quid utilitatis ex hujusmodi scriptoribus capiendum, viri sancti jam olim monuerunt. Viderit si forte qui hic omnino nudas ineptias putabat, quas proprias poetarum affirmat philosophia, qui solas aurium delicias profertentur, & dulces neceste fabulas, anne frustra sit. Sane in scurrilibus his joci praeepta sapientiae, non solum in vita utilia, sed necessaria. Jam vero quis tam superciliosus, quem tot amabiles lusus, joci, & urbanitas tota non flectat? *Magna pars,* ait Plinius, *studiorum amoenitates quaerimus.* Suadeo deduce oculos, atque huc diverte, peream nisi omnia tam venuste docta, ut non tantum ingenium alant, sed infinitam voluptatem & jucundissimum adierant oblectamentum. Denique quem non capiet oratio ista pudica, non maculosa, non turgida, sed naturali pulcritudine exurgens, ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexit, quam tam facilem, tam probe temperatam in toto Latio frustra quaeras, is mihi omnino mortuus, aut elephanti corio circumtectus videtur. Dicam, ne ejus manes obmussitent. Quam alti sublimisque spiritus poeta, specimen reliquit, cupiens probare posteritati, se novisse viam, qua iretur ad carmen, imo se in Heliconem venisse ingenti lumine literarum inundatum. Sed ut in gemmis & lapidibus saepe naevi, nec proinde omnino viles: ita in hoc scriptore labe haud paucae, quae tamen totum minime deturpant. Bene olim Naso, qui aiebat decentiorem esse faciem, in qua aliquis naevus. Caeterum dic mihi, quis tam improbae men-

mentis, qui spurcitiem istam non palam damnaret? ego sane hoc ajo, hoc testor, id potius animi cum aliis fuisse, elegantiae & omnis leporis, non Neronis nequitiae, arbitrum edere: tantum ut omnes religiose caveant, ne quod deliquium morum integritas ex frequenti hujus tractatione pariat, serio hortor. Sed profecto nimis multa oratio est. Neoptolemus Ennianus malebat paucis philosophari. Quidquid ergo est, tibi Vir Illustr. Josepho Scaliger, cujus incomparabilem eruditionem, ingenium supra mortales prius defecit sunt homines laudando (usurpabo illud Salustii ad Caesarem) quam ipse gloria digna faciundo, Petronium Arbitrum à me recognitum, & animadversionibus illustratum dicere libuit. Pompejus, cui ex virtute cognomentum Magni accesserat, cum theatrum, arcem turpitudinum, extruxisset, veritus memoriae suae censoriam animadversionem, Veneris aedem superposuit: ita ego illustris nominis tui titulo damnatum hoc opus praetextui; atque haud fallit augurium; vivat, vivat diutius per aeternum hoc nomen. Tu vero Vir Illustr. patere, exiles quasdam striduras tui splendoris Petronium illuminare: nam & sol radios suos in loca deformia desert, nec inquinatur. Te quidem in excelso fastigio generis & eruditionis positum, religiose adiri debere scio. Verum & Diis laete sit, nec putem ulli vitio fuisse eos colere, quoquo modo possit. Itaque ne toties ad hoc templum gratis accedam, laborem tenuem & exiguum obfero, veri legitimique muneris obsequium, quod meae quidem temeritati haud recuso accedere; tamen si non prorsus fastidias votivam hanc tabellam, nominis tui templo dicatam, in coelum abire videor. Vale Vir Illustr. Lugduni Batavorum c1510xev.

## P R A E F A T I O

### A D L E C T O R E M.

Curanti mihi novam Petronii editionem, animus principio fuit haud pauca adjicere, quo nova luce hunc auctorem suffunderem, nescio qua levi ductus insaniam; cum jam laboraret in sine opus, contenderemque, quid alii ante me (nam Parisiensis Edit. sero nimis in manus meas venerat) nihil mihi residui, praeter exiles quasdam ineptias, quae vel cuivis in facili congerere: continuo severa objur-gatione me reprehendens, coepi velle refragari, consilium mutare, imo prorsus abjicere; tum demum illam vocem oraculi existimans, quam toties alii insufurrassent; actum me scilicet acturum, commentaturus in scriptorem

traductum tot tantorumque ingeniis. Equidem fatebor tibi simpliciter, serio poenituit stultitiae meae; tandem nonnulli instantia urgere, exsolverem, quod inconspicua pollicitatione promississem; compulsus denuo adgredi, quod ex desperatione deserueram. Itaque \* quod ad-jolet apud prudentes viros esse, in operibus elaboratis judicatio restrictior, in jubitariis vena prolixior: idem hic spero; totum enim hoc proxima & repentina foetura natum, quod vereor, monstrum Tethys ipsa jurabit haud abluui posse omnibus undis. Caeterum nullius hortamina tantum apud me potuissent, ut auderem hoc facinus, nisi dulce cum plerisque, qui ante me in hoc campo difficiles habuere nugae, dicam quod sentio, in quibusdam illorum vix risum, in quibusdam vix somnum teneo; fati non fuit illis nihil dicere, sed etiam lacera plerique, & disrupta religare, pro nefas! infelicissima & fallaci manu; adtexere praeterea nescio quas carminum quisquiliis, ne ineptissimis dignas; pro quis me hercules, si in auctione venirent, neque Afranius nauci daret; ea Petronii adseverare, quid aliud quis dixerit, quam insaniam? tamen parum abest, quin audeant pallidi illi & jejuni concinnatores. Credite, hoc artificium vobis perit. Lector, ignosce ridenti. Atqui utinam vere errarent; qui calumniantur hoc scriptiois genus. Pace quorundam liceat dixisse, studii hujus dignitatem perdididerunt; miris enim artibus suis effecerunt, ut totum enervaretur & caderet. Primum genus illorum, qui circa litterarum apices digladiantur, quibus litterulae immutatio triumphus, fastidiosa natio; si quid tale etiam aliis in mente, clamant furta, plagia, & tot nomina criminum graviorum; si quid forte imprudentius exciderit (ut maxime lubricum hoc scribendi genus, nec scio an quis unquam sine lapsu evaserit) conqueruntur ut de vi publica, delictum usque ad mortem; si quid in medio relinquant, ne vel hac via offensam incurras, quod omnia praeripueris, protinus paratum illud Velleji: *Quid aliud quam nimium occupatum dicam, quem vel mendum vocis fefellit, aut hoc vel illo loco somnus obrepit?* Jam tot ambitus sermonum per sententiarum tormenta, verba ipsa calamistrata tam apte posita, ut jures de singulis illos ivisse in consilium. Dic mihi, anne fanaticus iste medicus, qui, dum urit & fecat, lentis ductibus agit? simplex illa mundicia, quae sine cerussa & lucco, tum contracta brevitas propria hujus materiae, ubi res contenta doceri. Si qua nota melior, quanto praefat-

\* Apuleji verba initio de Deo sunt. Similiter loquitur Mellerus spicileg. 10. praefat.

famine illa exprimitur, parturiunt quod peperere, habent artificium, quo prius persuadeant, quam edoceant; primo cum audieris, haud ante gnarus quid nascatur, grande aliquid animo volvas: at cum offenderis, deus bone, ridebis illico factum: litterulae inutatio est, aut syllabae transpositio. Sunt qui diaria texant aeduum, qui eloquentium olentant in alienis laudibus. Porro in profligandis adversariis usque ad fastidium & invidiam nimii; non tanti condidit Pompejo victoria; de subattributione alienae scientiae, ut ait Plinius, famam sibi aucupantur; quibus instar mortis, si videant alibi clarum oriri fidus, plerisque figuratis perstringant laudibus: novum maliciae genus, laudare quod accuses, haud ostendunt vulnera, sed insilunt: scriptorem, cui manus commodabant, si alius tingat, injuriam suam putant, cum ipsi vix decem annis abortum faciant: miramur, quod horum libri lectorem inveniant: nam legentium contumelia sunt, quos putant optimi cuiusque convitiis gaudere. Reliqua sino praeterfluere, ne in fastidium adducta videantur; satiusque mea tegere, quam aliorum vitia indagare. *Accusamus Jase quod facimus, & contra nos diserti in vitia nostra incebinur*, ait D. Hieronymus. Sane his moribus medicinas dicere, cum ventis litigare arbitror: Hippocratis potius fomentis, quam monitis aliorum indigent. Nos exsequemur reliqua propositi. Plerisque is morbus familiaris, ut tanta in operibus suis promittant, propter quae merito vadimonium deferri possit. At cum intraveris, dii deaque, quam nihil in medio invenies. Non est quod te ante rem suspensum teneam, aut vana spe ductem: nihil damus nisi frivola quaeque & levia, aliis contempta potius, quam non visa. Ita sane oportuit post tam curiosae diligentiae viros, qui uberem messem ex hoc agro collegerunt; idem nos voluisse, licet non adsecuti, abunde pulcrum atque magnificentum: omnis hic triumphus illorum, nos armillis & hasta donari serio recusamus. Itaque legendi modum hic ponas licet, aut huc

----- *evagationi*

*Distritum bonus applicare theta.*

Vulnera coacta prorsus, quae ut seopuli aliorum quoque acumina fregerunt, rescindere non libuit, ne novas plagas incuterem. Quae ordini oblitescerent, lectorisque intentionem disparent, malui differre, dum plenius in hunc scriptorem, melius nactus exemplar; Itaque fraudi non erit, si intacta multa relinquam, equidem *si bonus est Lector, quae omnia non oblita nobis, sed praeterita, existimet*. At mihi nunc aggressuro venia opus erit (saeva enim & infesta virtutibus tempora) quam ut benigne indulgeas obtestor. Indubie saepius peccaturus, quippe qui homo & adhuc juvenis. Cacterum *placebo*

*tibi, si me culpam excusare permiseris.* Hoc te rogo, lector.

## EJUSDEM PRAEFATIO IN VARIORUM IN P. ARBITRUM OBSERVATIONES AB SE DIGESTAS.

*Scripta est haec epistola Anno 1595.*

**A** Nni fere LXXXIV. postquam renatus Petronius, sed pro nefas tam ruptus, & multatam truncatus, ut potius informe pecus ex matris visceribus excisum, quam legitimus foetus. Itaque docti viri, publico bono laci, continuo dilaniata & dispersa ejus membra cum cura conquisiverunt, fracta & luxata obligarunt, quorum acumen, & feliciter curiosas manus expertus Arbitrator, ut anguis, convertit corium & aevum. Quam damus, editio septima est, ea ut purior & amplior prodiret, imo ne quid omnino deesset, votum & animus mihi fuit. Quidquid igitur emendationum & explicationum ad Petronium pertinentium, apud nostrum aevi praecelatos viros sparsum, excerpimus, digessimus & hoc fasciculo comprehendimus, quo in promptu essent, & velut sub uno oculorum ictu. Selegimus autem necessaria; nam omnia adjicere nec libuit, nec per formam libelli licuit.

## C A S P. B A R T H I U S

*Nob. Clarissimoque Melchiori*

GOLDASTO AB HEIMENSFELT.

**P**ETRONIUM Arbitrum gaudeo tandem a te percensitum Vir Clar & amicissime. Multa in eo olim ego disputavi, multa in aliorum animadversiones animadverti. Omnia nunc dispunxi usque ad mancas has notas, quas tibi jugulandas mitto, potius ne promisso meo desim, quam ut operaepraetium in iis me fecisse arbitrer. Gratulor autem & tibi famam, & juventuti egregium donum, quod genuino nitore tandem abs te restitutus lepidissimus scriptor in ora virum exhibet. Ego nihil pro tempore quaero, nisi ut nomen meum expungam, quod in tabulas relatum, & a claritate nominis tui splendorem adolescentiae meae mutuet. De reliquis tu videris, qui ab immortalali hoc Charitum pullo nunquam perituram famam habebis. Salve ab eo qui tibi commendatus esse cupit, teque admiratur.

## T. PETRONII ARBITRI

V I T A ,

L O T I C H I I .

IN tanta temporum obscuritate, vitam PETRONII scribere difficile est, partim, quod quidam eundem *Romanum* fuisse adserunt, quod *Petronia gens* illustris *Romae* extiterit, è qua PETRONIUS *Vulstianus* Consul fuit, imperante *Gallieno*, anno Christi cclxii. quo eodem tempore, aut paulo ante, floruisse hic PETRONIUS putatur: partim, quod alii eundem *Masfiliensem* fuisse scribunt: è quorum catalogo videtur esse *Apollinaris*, *Gesnerus*, & alii. Plures autem, quoad nomen, fuerunt PETRONII, scilicet. PETRONIUS hic ARBITER; PETRONIUS Rhetor; PETRONIUS, Episcopus Bononiensis, alias Grammaticus; PETRONIUS Afcanius; PETRONIUS Indicius; PETRONIUS Venustianus; PETRONIUS Antigonus Pifaurensis; PETRONIUS Hilarius Pifaurensis; PETRONIUS Apollodorus, Pontif. Rom. &c. Sed, inter ceteros, *Plinius* libr. *Histor. natur.* xxxvii. cap. ii. PETRONII ARBITRI in sequentibus commemorat: T. PETRONIUS (ait) *Consularis moriturus, invidia NERONIS Principis, ut mensam ejus exhaeredaret, trullam murilianam trecentis sestertii emptam fregit. Taciti vero beneficio restitutum est PETRONIO Caji praenomen; Turpiliani cognomen; Arbitri agnomen. Quidam contra putant, eundem PETRONIUM NERONIS Arbitrum, ab officio sic appellatum, & dignitatis nomen in aula principis fuisse, quod tamen auctores vix putant credible. PETRONIUS interim Turpilianus temporibus NERONIS, cum C. Junio Caesonio Pacto, consulatum gessit: unde Lex Junia Petronia, itemque Senatusconsultum Turpilianum. Praeterea Epicureae sectae, quoad vitae studique genus, PETRONIUS hic ARBITER discipulus magis fuisse perhibetur, quam Stoicae, cum ita invehatur in Stoicos:*

*Ipsi qui Cynica traducunt tempora coena,  
Nonnunquam nummis vendere verba solent.*

Contra sic idem Epicurum, patrem veri, pronunciat.

*Ipse pater veri doctus Epicurus in arte  
Jussit, & hanc vitam dixit habere Deos.*

Tres autem Epicuri istius cardinales memorantur errores; quorum primus est hic: *Deos res humanas non curare, sed otiosos in coelis stertere, valde occupatos in nihil agendo.* Hinc apud Epicureos ridetur superstitiosi, qui quidem Deum timore ita terreamur, tanquam pueri nocturnis accriculamentis, aut spectris. Cujus sententiae

ipse PETRONIUS fuit, sicut è sequentibus innotescit:

*Primus in orbe Deos fecit timor, ardua coelo  
Fulmina cum caderent. -----*

Alter erat iste: *In voluptate summum bonum versari, ut hinc evidens:*

*Ergo vicamus, dum licet, estque bene.*

Tertius his accedit: *Animas cum corporibus simul perire: qui quidem error insignis moribundo in PETRONIO conspicuus fuit, dum, referente Tacito, audiebat ille referentes nihil de immortalitate animae, & sapientum placitis, sed levia carmina, & faciles versus: quasi dicat, eundem PETRONIUM immortalitatem animae ludibrio potius habuisse, quam credidisse.*

Et haec de PETRONII hujus Satyrici vita, non nisi multa obscuritate involuta. Qui plura desiderat, adeat ipsos auctores, qui passim in Satyricum nostrum commentati sunt. Sequens autem *Tetrastrichon* vitae ARBITRI in *Bibliotheca* nostra poetica destinavimus, quod hic asserere non pigeat:

*Polluit obscenos PETRONIUS inter amores  
Doctiloquum venae prosperioris opus.*

*Nomine sic Citherae vates fuit ARBITER &  
re;*

*Turpes tolle jocos; caetera purus erit.*

MICHAELIS CASPARIS  
LUNDORPII

*Francofordiani Moenigenae, Historici & Philologi*

## HOMOLOGUMENA,

I D E S T,

*Elogia, testimonia, & judicia veterum recentiumque scriptorum*

D E

T. PETRONIO ARBITRO,

&amp; ejus scriptis.

*B. Hieronymus Stridonensis Epist. ad Demetriad.  
Cincinnatulos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est; Non bene olet, &c.*

*B. Benedicti Abbatis Floriacensis Glossarium.  
Excellentissimus dicitur à Petronio i. Satyrarum.*

B. An-



B. Antoninus Archiepiscopus Florentinus in  
Summa Historiali, sive Chronico. part. 2.  
tit. 11. c. 2. §. 5. ubi de S. Petronio  
Bononiensi.

Vincentius in speculo historial. lib. XXI. cap.  
25. sic ait: De quodam libro Petronii partim  
metrico, partim profaico, haec moralia excer-  
pta notavi.

*Quid faciunt leges, &c.*

Joannes Tritemius Abbas Spanheimensis  
de Scriptoribus Ecclesiasticis.

\* Petronius Episcopus Bononiensis, conver-  
satione Monachus, in divinis scripturis valde  
doctus & eloquens, & non minus sanctitate  
quam scientia reverendus, qui multis in vita &  
post mortem miraculis condecoratus, sicut in eius  
historia legitur, scripsit inter caetera de Vita  
Sanctorum Patrum lib. 1. de Ordinatione Episcopi  
lib. 1. & alia nobis incognita. Moritur sub The-  
odosio & Valentiniano, anno Domini cccLXXXV.  
indictione XIII.

Janus Parrhasius Neapolitanus Com-  
mentar. in Civitatem de Rayu  
Prosepe. lib. 1. p. 67.

Eumolpus apud Arbitrum ait; Non verno persona  
cantu &c.

*Editio Veneta, cujus primum folium in meo  
exemplari abscissum est, in calce  
habet.*

Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum  
de Vitalibus, anno Domini mcccxcix. die  
XXIII. mensis Julii.

\* De hoc Episcopo, qui diversus longe est  
ab Arbitro nostro, videri possunt Eucherius  
Lugdunensis in Paraenetic. ad Valerian. Gennadius  
Massiliensis de Scriptoribus ecclesiasticis. cap. 41. Leo  
Magnus Epist. 52. Honorius Autifidorensis de Scriptor.  
ecclesiasticis. c. 41. Antoninus Florentinus Chronico.  
part. 2. tit. 11. §. 5. Non recte Cardinal. Baronius in  
Not. ad Martyrolog. Roman. 1v. Non. Ocho. cum con-  
fundit cum Petronio Jureconsulto, cujus non  
semel, meminit Sidonius Apollinaris in Epistol.  
Videatur Vita S. Petronii ab Sigonio restituta a-  
pud Laur. Surium de Probat. Sanctor. vitis tom. 5.  
ipse Sigonius in Commentar. de Reb. Bononiens. Six-  
tus Senensis in Bibliothec. Sanct. lib. 4. Eras-  
mus Roterodam. in Schol. ad Eucherii Paraenetic.  
Possevinus Soc. Jes. in Apparatu sacro, verb.  
Hieronymus, Rosveydus in Not. ad Vitae Patrum,  
Andr. Rivetus l. 4. Critici Sacri cap. 8. LUN-  
DORP.

Philippus Beroldus, Commentar. in Cicer-  
Tusculan. quaest. lib. 17.

De qua est Petronii Arbitri ille versus dignus  
memoratu.

Franciscus Floridus Sabinus.

\* \* \*

Quotusquisque hodie vivit, qui non sibi cen-  
suram in scriptores, quasi à Diis immortalibus  
demandatam, arbitretur? Ut enim de aliqui-  
bus toleretur judicium, quibus hoc tempo-  
re de Cicerone, Livio, Salustio, Tacito,  
Varrone, Corn. Celso, Plauto, Terentio,  
Virgilio, Horatio, Lucretio, Ovidio, Catu-  
lo, Tibullo, Propertio, Petronio, caeterisque  
similibus, aliquid in sinistram partem, sine ma-  
gno scelere decernere audeat? Quorum scripta  
orbi probatissima semper fuisse, & à nullo adhuc  
satis digne laudata.

Joannes Alexander Brasicanus J.C. & eques au-  
ratus, exemplar, quod manu ejus propria ex-  
ratum habemus, ita inscripsit:

Petronii Arbitri, scriptoris antiqui & valde  
boni, quae quidem extant reliqua, recens à  
pluribus mendis, beneficio vetustissimi exempli,  
vindicata, & quoad ejus fieri potuit, restituta;  
adjectis scholiis utilibus, nec minus eruditis.

Αις, γωσπῆ.

Μικρὸν μὲν ἔργον τὸ ἐστὶν ἔργον δ' ἡδίστων ἰσπαπήν  
ὡς ἴσθον ἐν κήποις, ἔς ἴον ἐν ταλαογίς.

Concilium Tridentinum in Regula Indicis libro-  
rum prohibitorum.

Libri antiqui, qui res lascivas seu obscenas  
ex professo tractant, narrant, aut docent, ab  
ethnicis conscripti, propter sermonis elegan-  
tiam & proprietatem permittuntur: nulla ta-  
men ratione pueris praelegendi erunt. De-  
inde in ipso Indice inter libros vetitos repo-  
nuntur:

Petronius Arbitr in Satyra.

Ptolemaeus Flavius Anconitanus in Conjectaneor.  
& observationum Centuria, cap. XC.

Dulcis Poëta usurpat Petronius Arbitr.

Petrus Nannius Alcmarianus lib. iv. Miscel-  
laneor. cap. ult.

Est adhuc aliud genus Satyrae, à Petronio  
Arbitro frequentatum, quod partim carmine,  
partim soluta oratione constat.

Joachimus Camerarius Senior in Epistol. ad  
Brasicanum.

Petronii Satyricon elegans est: sed flagitia &  
turpitudinem nefariam proponit, ad cujus cog-  
nitionem terreri debent animi piorum, confi-  
deratione horribilis irae divinae, qui contem-  
tum & neglectum veritatis tam atrociter ul-  
tus fuit, ut in tantos errores, & talia peccata  
(Rr 2) homi-

homines delabi fineret : in quorum mores haec tanta & tam foeda immemorabilia vitia invaderent, quibus quidem civitates & imperia tandem interierunt

*Michael Neander Soravienſis Phyſicæ Philoſoph. part. 11. pag. 358.*

Petronii Arbitri elegantes verſus, quos nuper Guilihelmus Canterus è ſchedis antiquis protulit, tales ſunt, &c.

*Adrianus Turnebus Adverſar. lib. VIII. cap. 13.*

Verſus ſane quam amoeni & elegantes extant Petronii Arbitri de ciconia : ſed, quod inter nos dicere liceat, *coraliſtria*, in eis quid ſibi velit, nullo modo aſſequor.

*Joſephus Juſtus Scaliger Comes a Burden, lib. 1. epiſt. xxxi. ad Pet. Pitboeum.*

Illud etiam te rogo, Soradicum illud Petronii, ut apponas in ſine Catalectorum noſtrorum, ſub titulo MISCELLA PETRONII : ubi ſpatium ei reliquimus : &, ſi me amas, addes aliquid commentatiunculae tuae ad lectorem &c. Carmen longum Petronii, ſtatim poſt epiſtolam Lucani collocari volumus. *Et mox ibidem* : De Petronio tuo etiam aliquid exſpecto.

*Et epiſt. xxxii. ad eundem* :

Auximus Catalecta noſtra plus quam centum poematiis, quae antehac nunquam excuſa fuerunt, & quorum multa ſunt Petronii. Id quod judicatum prius è ſtilo, poſtea verſibus quibusdam, qui jam editi ſunt, confirmatum fuit. Tantum ſumus φιλιωσι in judiciis noſtris : & ignoſces philautiae ſive ſtultitiae meae.

*Idem Commentar. in Priapeja diverſor. Poëtar.*

Scripſerunt hujus argumenti poematia plures veterum, Catullus, Tibullus, Ovidius, Petronius Arbitrator, alii. Itaque ex illorum epigrammatis totus hic liber concinnatus eſt, & conſtatus ab eo, qui epigramma libro praepoſuit &c. Sane Petronium huiusce argumenti & nominis quaedam luſiſſe auctor Sidonius.

*Jacobus Nicolaus Loëniſis Medicus, Miſcellan. Epiphyllid. lib. IV. cap. 1.*

Ne quis ab Iſidoro conſectum putet, ſciat Petronium Arbitrum ante eum hoc litteris mandatum reliquiſſe. Quod etſi in his fragmentis, quae hodie circumferuntur, Petronii non exſtat, citante tamen Joanne Salesberienſi (quem vulgo Architrenium vocant) in opere ſuo, quod Polycraticum appellat, Petronius huiusmodi tradidit. Verba ejus auctoris, etſi hominis docti magis, quam diſerti, non veritus ſum apponere.

*Petrus Maturus Presbyter Societatis Jeſu Lugdunenſis, in Annotation. ad B. Antonini Florentini Chronic. part. 2. tit. 1. cap. 11. §. 5.*

Ex Petronio Arbitro haec deſumpta ſunt, quae habet Vincent. lib. xx. cap. 25.

*Juſtus Lipſius Iſcanius, Commentar. in Taciti Annal. lib. xvi.*

*De C. Petronio.*] Quem viri docti eum cenſent, cujus fragmenta hodie puriſſimae impuritati. De quo etiam delibero ; ſicut & de praenomine, quod apud Plinium lib. xxxvii. cap. 2. Titus eſt, itemque Plutarchum libello τῶς αὐτῆς διακελευθε τὸ λαλῆναι & φιλῆναι.

*Chriſtophori Richardi Bituricis J.C. Praefatio. Patifſonio S.*

Petronii Arbitri Satyricon, ſane eruditiffimum, relegi, ac tuae imprimis voluntati ſatis facere dum cupio, nonnulla obiter adnotavi, quae, ſi tibi digna praelo tuo videbuntur, excudes. Memineris tamen me conjecturis ejuſmodi non plus tribuere quam ſomniis, quae neque natura ſua, neque conjectoris ingenio, ſed caſu aliquando vera ſolent evadere. Vale. Cal. Decemb.

\* *Carolus Scribanius Societ. Jeſu in Amphitheatro honor. lib. III. cap. 5.*

Audi alterum coeli terraque contemptorem † Capaneum, (Primus in orbe Deos fecit timor) provocantemque non jam reges, ſed Deum iſpſum, &c.

*Marcus Velleſus Duumvir Auguſtanus Rer. Auguſtanar. lib. v.*

Petronii arbitrarías ſecures facile hebetamus ; nec enim Auguſtaliſtatitatis inſigne, ſed ad ostendendum mirificum Timalcionis nomen regium, aut triregium verius, &c.

*Georgius Thonſonius Andrecapolitanus Scotus in Vindice veritatis adverſus Juſtum Lipſium lib. xi. cap. 11. pag. 108.*

‡ Sanctiſſimi viri opuſculum pietate reſertum forte habebat in pera Episcopos, Petronii Satyricon ; quo educto, & aperto obtulit ſe hemiſtichium :

----- Placitone etiam pugnabis amori ? &c.

*Janus Douſa Fil. Conjectaneor. & Notar. in Catull. cap. 1.*

Sed ab ultima nocte ad viduam tranſeamus, quam

\* Alias Clarus Bonarſcius.

† Qui fulmine icus ob Deorum contemptum periit.

‡ Ironice ſic vocat Petronium.

quam ex sequenti carmine (Catulli) in Satyricon suum transtulit idem ille eruditae laxariae arbiter.

*Marcellus Donatus Medicus, Dilucidation. in Spartiani Adrian. pag. 1081.*

Petronius describens accubitum molliissimum omnium Malefactorum &c.

*Jacocus C. Faulonus Commentar. in Persii Prolog.*

Petronius Arbitrator Persii aequalis.

*Joannes à Wouwer Hamburgius in tract. de Polymathia cap. 1. de Jua Petronii editione scribit.*

Nuper exastis pueritiae annis, ductus amabili infania, passus tum frangi famae meae forem editione abortivi libelli, qui mihi quasi tentanti videri futuri favoris praemissus, infelicibus auspiciis praclusit. Quibus studiis exceptus fuerit non scio, neque scire magni feci, cum in eius editione non meam ambitionem, aut gloriolae incipium, sed commune rei litterariae commodum spectarem: Equidem jam securus famae quasi in soporem lapsus requiescebam, sed turbant constantiam meam perversa quorundam iudicia, quibus si istamus, profecto intererat infelicem foetum nunquam nasci. Sed cum mihi excedit, illa aetate, quae capere non potest, quam grave posteritatis iudicium, & alioquin parum sollicita, quid tristiores illi probent, vel supercilio suo praescribant, jacta jam alea satius duxi tollere deformem foetum, quam alienae misericordiae impie exponere; praesertim cum ii, qui nos lacesunt, plumbeis pugionibus pugnent; quos recte, si quid sentio, descripsit Aristides in orat. τῶν περὶ φιλοσοφίας. casus verba ideo libentius usurpo, quod ea tot saeculis ante de hujusmodi hominibus, non tam praemeditata oratione dixisse, quam siero instinctu agitata, velut vaticinio, effudisse videatur: οἱ πλείω μὲν, inquit, σολοικίζουσιν, ἢ φέρουσιν ὑπεργράντι ἢ τῷ ἀλλοτρίον αὐτοῖς ὑπεργρατῶν ἀποσκήψῃ, καὶ τὰς μετὰ κῆρας ἐξέχουσιν, αὐτὰς ἢ ἀδελφώσασιν ἤμισποιν, ἢ σεμνύνουσιν μὲν τὰ ἀρετῶν, ἀπκῆσι δὲ ἢ πᾶσι ἰνεδιζῶσι ἐκ τοῖς ἀλλοῖς, ἢ τῷ παρρημάτων κατεργαστοῖς, ἢ καὶ φησὶν ὅτι αὐτοῖς παράφρων ἢ οὐκ ἔστιν. Qui saepius incondite loquuntur, quam os aperiant; alios continentur ipsi maxime despiciendi; in alios sollicitè inquirunt, in se vero nunquam. Virtutem, quam non exercent, commendant. In aliis imprecant ea, quae ipsi quidem non damnant, sed quod paria facere non possunt, invident.

Omes interim Veneres & Gratias, quae ipsos ut infocunda fenticeta deseruerunt, lasciviam & errorem appellant, quorum ferreo ori nullae fiduculae pudorem extorquebunt, in aliis

accusantes, quod suam vellent, si per naturae genium liceret. Praevnicatores aliorum peccata abdita & latentia infami clogio ventilant, & minus cautae ac simplici innocentiae vitiorum praeconem concludunt; cum ipsos proprii pudoris decoctores ulceribus & porrigine oblitos foeda flagitiorum scabies jam olim depascat. Stultitia est ex verborum propinquitate de ipsis rebus conjecturam facere. Sed arguenda erant verba illorum, qui factorum sunt innocentes. At te fugere potuit, ais, illud Plinii: *Narrantem similem facienti*. Ergo tam difficilis venia levis errati. Admonere nos debuerat lenitatis humanitas majorum, quos prope Mercurii statuam Gratiarum imagines collocasse Plutarchus prodit. Pavendum scilicet delictis illorum arbitrabantur, quos ingenii amore lapsos constabat. Quanto enim hi proniores errori, tanto puratior iis apud omnes venia, & ignoscendi studium esse debet. Sed profecto oblitus sum mei, qui haec verba tam indigne perdam, cum ineptissimos homines mores sui fatis ulciscantur.

*Gajus. Scipius Francus, Consiliarius Pontificis & Caesaris, &c. Verisimil. lib. 1. cap. 4.*

Multa esse apud auctores non protrita vulgo loquendi genera, & quae, cum nobis minus familiaria accidunt, & stupor noster elegantiam illorum non adsequitur, statim in medicinam rapiamus, pridem ab aliis demonstratam est, & ipse nunc duobus Petronii Arbitri locis, scriptoris elegantis, Jupiter! & terti, ostendere conabor.

*Ibidem ibid. lib. xi. cap. 14.*

Otiosi superioribus hebdomadis, ego inquam & v. cl. Ignatius Hanniel cum nobilissimo juvene Joanne de \* Bredow Eq. Marchico, Petronii Satyricon temporis causa legebamus. In eo ut quicque nobis in mentem venerat, ad oram editionis Doussiae, quam beneficio cl. Rittershusii Altorphio habebamus utendam, (nec enim ejus notae libri ad has oras se penetrare solent) adnotavimus. Et carum quidem conjecturarum, quae tunc in solidum mihi, nonnulla haec proponere volui.

*Idem in Admonition. ad lector. in calce eorund. Verisimil.*

Neque etiam dissimulare debui, cum jam ad exodium opus spectaret, adlatam ad me fuisse novam Petronii Arbitri editionem, omnium illam multo emendatissimam & pulcherrimam, cujus architectus Joannes à Wouweren, ju-

\* Cui Petronium exposuit in Academia Altorphina, & phrasas dicitur eleganter.

(Rr 3)

juvenis, ut apparet, ingeniosissimus, in uno atque altero loco idem pene mecum cogitavit. *Rursum ibid.* Reperio in Petronio vicinam, in Catullo vero eandem plane, emendationem cum illa, quam multo ante ipsi Giphano, & generoso juveni Gundaccaro Baroni à *Tannberg* &c. amico meo suavissimo, forte mecum in Musco meo coenantibus, † proposueram. &c.

*Idem in Scaligero Hypobolimaeco pag. 12.  
b. de Theodoro Beza.*

Parisiis Genevam pervolavit, & ad Calvinum Totus se recepit, eique mox rebus ipsis, ut plurimum sibi crederet, Totum se approbavit; quo pacto possent ea, quae inquinatissimis, sive, ut vos Arbitri Sacricolae loqui consueveris, *afficiosis illis suis manibus* in Novum Testamentum exaravit, hanc nefariam ejus impudicitiam non redolere?

*Et pag. 9. b.* Sed Aristoteles quoque in VII. Politicor. cum turpia omnia, & in quibus vel obscenitas vel improbitas inest, cujusmodi † jambos & comoedias esse ait, procul à conspectu puerorum, & adolescentum remove re jubet, quod ex loquendo, audiendo & videndo turpia, turpiter quoque facienda licentiam consequi dicat.

*Pag. 22. b.* Existimabam prius te fato tantum esse Polyæni illius Petroniani, quod his ille versiculis complorat; *Mi quoque per terras, per cani Nereos aequor* &c.

*Pag. 183.* Sed pluris esse tibi video unum Petronium, quam mille Tullios.

*Pag. 298.* Sed tu gratis scilicet in Doufam esse voluisti, qui non solum praeclaras illas in Petronium notas ediderit, quibus paedestian non minus, quam ex ipso Petronio, discere adolescentem possint.

*Denique pag. 282.* Cum pater tuus obscenos & immemorabiles Aufonii, Martialis, Petronii similibusque poetarum versus negarit à Critico censendos, atque adeo ne legendos quidem omnino, aut audiendos, sed detestandos & flammis expiandos, & pro signis Priapi, atque adeo pro libris honori ejus scriptis, Sanctorum imagines à nobis habendas esse contenderit: tu exortus es, homo sanctissimus, & castitatis ac pudicitiae exemplar, atque specimen, qui non modo illum ipsum censura patris tui notatum Aufonium, sed hoc etiam Burdigalensii Triphallo nihilo deterius mutonatos. Catullum, Tibullum, Propertium, & Priapejorum versus scriptores, magna temporis curaque impensa à te recensitos, castigatos, nec poenitendis (ut gloriaris) commentariis illustratos e-

mittere, & adolescentibus commendare auderis. Hoc, satis scio, nullo modo patri tuo probare posses. &c.

*Arnoldus Clapmarius, Bremensis Saxo JC.  
in Nobili triennio, §. 28.*

Hunc (Homerum) leges, & releges cum Theocrito & Virgilio, Horatium cum Pindaro, Lucretium & Manilium, cum Arato & Musaeo, Hesiodo & Oppiano, Catullum & Propertium cum Callimacho & Anacreonte, Senecam cum Euripide, Aeschelo, & Sophocle, & reliquos veteres Poetas, ante aliquot annos à Stephano editos, Ennium, Lucilium, Laberium, Afranium, Pacuvium, Petronium, Varroem &c.

*Ludovicus \*\* Dorleans Parisiensis JC. in Co-  
gitationibus ad Taciti Annales libr. v.  
pag. 831. col. 1.*

CAJO PETRONIO.] Qui dictus est Arbitr Nero-  
nianae eloquentiae; interversor naturae, & lucernarius. Vivebat enim ad lucernas, de die dormiebat. Quod hodie multi faciunt castrenses bardocuculi. Est de eo epigramma, tractum ex bibliotheca Vaticana. Caeterum non idem est C. Petronius, & T. Petronius, de quo Plinius lib. xxxvii. c. 11. Nam T. Petronius mori non est visus, sed C. Petronius, qui haec moriturus sub Nerone ostenditur. SUPRA PAUCA REPETENDA SUNT] De C. Petronio supra pauca repetenda sunt; id est, scribendum est de Petronio paulo amplius, quam paucitas expetat. PROCONSUL TAMEN BITHYNIAE] Qualis fuerat ante cum Catullus poeta, uterque vitae mollioris.

*Idem ad lib. 11. Annal. pag. 231. col. 2.*

Inter Romanos elegans scriptor, Petronius Arbitr, illam vestem sericam vocat eleganter *ventum textilem*. *Rursum pag. 317. col. 2.* Sic Arbitr ille nequitiarum. *Ierum pag. 316. col. 2.* Sed magis Arbitr ille prostibulatis. *Denique ad libr. xi. pag. 604. col. 1.* Petronius Arbitr hoc eleganti versu describit tempus illud.

*Fridericus Taubmannus Francus, notis in Plauti  
Truculent. act. III. sc. III.*

Elegantes sunt Publii Mimi versus apud Petronium Arbitrum, quos appingam.

*Matthaeus Raderus Societatis Jesu, Comment.  
in Martial. lib. viii. Epigram. III.*

Musa ad Martialem:

*At tu Romano lepidos sale tinge libellos,  
Agnoscat mores vita legatque suos.*

quos tamen ita describit, ut parcat personis, expo-

† Petronianae lectiones in convivio propositae.  
‡ Id est, mimos.

\*\* Alias Aurelianus dictus.

exponat vitia. Hoc Petronius facit, petulantius tamen.

*Thomas Dempsterus à Muresk Baro Scotus*  
*J.C. in Paralipomen. ad R. f. n.*  
*Antiquit. Roman.*

Petronius Arbitr candidus, tersus, furvis, in omnibus mirandus, modo ablit obscenitas.

*Joannes Svaro Arvernus J.C. & Præf. in*  
*notis ad Sidonii Carm. ix. v. v. 264.*

De Petronio plura congesseverunt veterum e-logia, qui in eum notis texuerunt, quas con-sule.

*Janus Gruterus in \* Explanation. in Plauti*  
*Ambitruon. Prolog.*

Festivissimus Poëta Petronius Arbitr Saty-rico.

*Cirillphorus Bexfius Parisiensis, in sua edi-*  
*tione Petroniana de anno MDCI. pag. 135.*

Quandoquidem video inter eruditos convenire, ex iis, que in Priapum leguntur inter Cata-leceta veterum Poëtarum, nonnulla hujus esse Petronii, vitium est ea adficere, simul & alia quaedam non dissimilis argumenti.

*Martinus de Roi, Hispanus Societatis J. su,*  
*Singularit. m. locor. lib. vi. cap. 17.*  
*de Petronio scribit.*

Sed ego nec tam religiosus sum in auctore non tam religioso, nec tam sacrosancta duco illius scripta, ut non putem licere, quod in sanctioribus licuit, mutare syllabam, aut etiam dictionem, modo probabili conjectura id fiat, & lux auctoribus afferatur.

*Emundus Richerius, Sorbonæ TL ologus, in*  
*Obſetricæ animor. cap. iv. num. 4.*

Utinam non mirari oporteat, quare juvenus ad libidinem prona, sed quamobrem non longe vitiosior sit; quippe quæ poëtarum quorundam caminibus, & Petronii operibus igni æterno devovendis, quasi Divorum Pauli epistolis, Ambrosii officiis, vel Augustini confessionibus, impune, libere, gloriose utatur. *Mox subjicit.* † Sed me censere dico poëtas illos & auctores

\* Exstant manuscr. apud v. cl. Suffrid. Six-tinum Amstelodamenti.

† Videatur Julius Nigronus Societ. Jes. in *Dissertat. de Lectore librorum amatorior.* Francisc. Sacchinus Soc. Jes. in *Orat. de Ratione libror. cum profectu legendor. & de citand. morib. nox. lect.* Laurent. Gambarà de *perfect. poëseos rat. & cur absti-nendum sit à script. poëmatur turp. aut falsor.*, &c. Svaro *Not. ad Sidon. lib. 111. epist. 13. in fin.*

emungendos, non mutilandos; mundandos, non evirandos; velandos, non castrandos esse: hoc est, ut à Concilio Tridentino est sanctissime con-sultatum, viris ad legendum, non pueris ad in-terpretandum esse concedendos &c.

*Daniel Heinsius Præfat. ad Lector. in*  
*Maximi Tyrii Disſertationes.*

Plautus aut Petronius ætatem occupant, Phi-losophia sordet & squalct. †

*Eusthatius Sæmivius Bavaro-Palatinus,*  
*Analector. lib. 11. cap. 9.*

Juvat & unico præstantissimoque elegantiarum Arbitro horam, & in antecessum levicula quæ-dam dare, (dum ultimam recipiat manum, quam cum indice operosissimo adornamus, nova edi-tio) cum hodie fere nullum placeat ingenium, quod in eo non fategerit.

*Petrus Scriberius Lugdunensis Belga, Prolego-*  
*men. ad Senecam Tragic.*

Video Epigrammata quaedam de exilio, quod Seneca primo imperii Claudiani anno subiit, ex schedis Pithoeanis deprompta, &c. Quaedam Senecæ, quaedam Petronii, aut alius possunt videri.

*Johannes Norwegus Synglesiensis Hassus in*  
*Promtuariorum Grammatico, in Nomen-*  
*clature varior. autor.*

Petronius Arbitr, Massiliensis à plerisque ex-istimatus, Satyricon opus varium composuit; cujus licet fragmenta ad nos tantum pervene-rint, eademque parum cailigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse, facile cognoscimus, &c. Vide plura apud Gyraldum de Latinis Poë-tis. Alexander Braccianus fragmenta illa emen-tavit, & annotatiunculis illustravit, pauloque antequam obiret, Joan. Oporino excudenda transmisit. Petronii Arbitri Massiliensis Satyrici fragmenta restituta, & aucta è Bibliotheca Jo-annis Sambuci, Antverpiæ, Plantinus, &c.

*Fridericus Lindentrogus J.C. Hamburgius*  
*notis in Catalecta ad Lucani Panegy-*  
*rum:*

Apud Petronium in convivio Trimalcionis chrytallinae sunt tesserae, cujus verba digna sunt, quæ adscribantur.

*Sebus Calvinus Lipsiensis in Chronologic.*  
*Anno Christi LXVI.*

Inde in Tacito longa series recensetur clarissi-mo-

† Invebitur in eos, qui omne suum studium in legendo, emendando & interpretando Plauto aut Petronio consumunt.

morum virorum, quos Nero occidit; inter quos etiam est Petronius poeta, qui voluptatibus plerumque totusmersus fuit. Interdum tamen se vigentem & negotiis parem ostendit; ideo etiam proconsul in Bithynia fuit.

*Crispophorus Besoldus J.C. in Dissertat. de Republ. curand. cap. in princ.*

Adde elegans Petronii carmen de mutatione Reipublicae Romanae.

*Idem in Dissert. de Educatione, studiis literarum, peregrinatione, &c. cap. v. num. III. in fine.*

Sic & contra declamatores, ac pro naturali eloquentia, festive pugnat Petronius in princ. Satyr.

*Cajfar. Barthius eques Saxo, Adversarior. lib. VII. cap. v.*

Obscœnissima atque impurissima meretrix Quartilla apud Petronium introducit de se loquens, ut vitia seculi illius narrationibus fictarum personarum vera proponuntur in eo Satyrico. *Et statim*; sunt vero, qui poetica levitate, aut satyrica licentia Petronium tale quid inxisset potius, quam verae rei gestae narrationem proposuisse opinentur: quibus ego penitus seorsum sentio. Talia enim erant secreta illa nocturnum Neronianarum, quae literis prodidit Arbiter, ad quae depingenda ingenio illo luculento perperam abusus est, & nefario instituto, nisi quod vituperat potius & detestatur, quam describit, quae narrationis jucundae effigie proponit: *Rursum ibidem*: Idem disertissimus scriptor, Petronius nimirum, (nam quae turpia in eo sunt, adeo nuda omni ambitu, ut ipsamet se condemnation) aevi Illatini magnis ingenii adeo familiaris fuit, ut nonnullorum scripta vel solus, vel cum paucis aliis latiniora fecisse sit credendus. In his est sacratissimus Episcopus, prudentissimus princeps, & ingenio memoriaque admirabilis disertator Joannes, Saresberienfis cognomine; cujus phrasis cum aliquando adeo similis hujus Arbitri stylo atque acumini sit, merito nos suspicio habet, plurima fuisse proposito Episcopi servientia, quae revera non ab ipso, sed à Neronianae aulae secretario sint concepta.

*Idem lib. XLVI. cap. 18.*

Is scriptor spurcus & obscœnus, scripsit turpes libidines, incestaque facinora Neronis sub personis adscititiis, ita tamen, ut mores etiam Quiritium per figuras & historias tangat.

*Idem Commentar. in Augustin. de Civit. Dei lib. I. cap. 9. ad verb. Faci-*

*norum immanitatem, pag. 2919. col. 2.*

Alia facinora libidinis, multis recenset Seneca, multis abominatur Salvianus, & Satyrici veteres, inter quos Petronius Arbiter scelerate ingenii sui felicitate abusus, Neronis flagitia mixto genere utroque dicendi, non minore licentia scripsit, quam ille patravit. Qui scriptor non video, cur tanti sit, ut juventuti non modo non è manibus excutiat, sed laudetur insuper, & imitatione dignus habeatur, à viris gravitatem adeo etiam stricte professis, ut ex aliis scriptoribus demant, ad quae in isto legenda & evolvida lectores suo ablegant; aliis vero, horum alioquin velut adversarii, etiam Commentariis insuper illustrent; in quorum secta & me fuisse, sane egregie nunc poenitet. Quid enim est absurdius, quam vel propter monita, sententiasque unam & alteram, talem pestem in sinu gerere, in qua non tam verbis, quam ipso argumento blasphemetur Deus, & ethnica flagitia fiant Christianis familiariora. Non, ajunt, scripsit hoc sine. At vereor, ne multis eo sine legatur. At non solus. Verum caeteris blandior & nequior. Quod quantumvis secus etiam sese haberet, scandalum tamen immanis occasio vel in fordidissimis verbis spernenda est, ne dum in fuculo eloquentiae, obductis venenosis, & plane perditorum hominum talibus scriptis. Fateor & hoc ipso me Commentario istum nequitiae magistrum pro teste producere. Sed ideo haec scribo, ut, quo sine id faciam, notum sit: minime equidem, ut eum commendatorem faciam, sed ut utar tanquam eo, quem malim è memoria omni sublatum, quam per me factum notiosem.

*Anonymus in Resolutionib. magistralib. quaestion. quodlibeticar. Cardinali Richelieu dedicatar. anno MDCXXV. Septemb. 17. quaest. 2.*

Author libelli, *Miroir du temps passé*, estne Petronii Arbitri pronepos, an \* Afinus aureus, an Luciani Charon, an Erasmi Dialogista, an spiritus Calvinii?

*Janus Rutgersius, Regiae Suecor. Majestatis legatus apud ordines Hollandiae, &c. in Consutatione Fabulae Burdonianae, pag. 305.*

Primum illud in numerum procedat; Petronium Josephi delicias. Magnum sane crimen, quod tamen adeo verum est, ut Josephus postquam abhinc annos XXXVII. Valentiae Cavarum

\* Apuleji scil.

rum illum auctorem ex membranis Cuiacii descripsit, vix unam paginam illius inspexerit. Quo modo ergo delictiae eius ille fuerit, quem post tam longinquum tempus revivere dignatus non sit? Et tamen eum illi amphitheatrici lacratum non adeo deterrent, ut, si totus Petronius in membranis exstaret, pigeret eum describere. Si enim is scriptor indignus est, qui tenerae aetati committatur, at non dignus, qui pereat tamen. Quare non objecerunt Martialem, Catullum, alios, apud quos

*Nomen adest rebus, nominibusque pudor?*

Quis veterum Poëtarum plus obscœnitatis, impuritatis, flagitiorum, profusus est, quam docet POENITENTIALE BURCHARDI? \* Quot sunt, qui ignorarent multa, quae ibi leguntur, nisi ex ipso didicissent? Ridicula magis an impudens contumelia? Quot possent huc adferri, nisi haec rideremus potius, quam in illis confutandis vel momentum temporis terere vellemus?

*Bartholomaeus Schobinger Sanctigallensis  
J.C. in Epistol. ad Goldastum de  
anno MDCIII.*

Petronii Satyricon accepi, & lubenter avidè perlegi. Rursum mihi in memoriam revocavit ea, quae, flagitiosum eundem ad modum, in Italia geri tum audivi, cum eam frequentarem. Renata Petronii tempora dicas, atque adeo ipsos revixisse Encolpios & Aescylos, si, quae Romae gesta scio, commemorem. Sed pudor vetat, quamvis testes advocare possim Gemmingenum & Rottenstœnium, quorum ille postea in Vindelicum, hic Vangionum praefulum ac principem electus fuit, olim uterque sociennus & familiaris meus in Italia, & ipsa adeo Roma. Heu quanta ibi labe, & corruptela castae nostrae juventuti! quanta iniuria aetati tenellae! O quanta objurgatione digni sunt parentes, qui puros suos pueros in id lupanar detrudunt. Praestaret potius universos Germanos obmutescere, quam ut tanto cum periculo, hoc est, animae corporisque dispendio, non valde necessaria illa lingua ab iis comparetur: Nec fortassis de nihilo est, Antichristi tempora in Neroniano illo schemate nobis adumbrari. Jam tum Ablavii Consul Romanus de suorum temporum nequitia querebatur,

\* In quam rem videndus Bernardin. Ochinus 1. *Apologor. cap. 8.* & Pet. Molinaeus de *Monarch. temporal. Pontif. Rom. lib. 1. cap. 4. num. 17.* ubi de Thomae Sanchez Disputation. de *Matrimonio*, & Cardin. Toleti *Instruct. Sacerdotum*, &c.

*Saturni curia saecula quis requirat?  
Sunt haec gemmae, sed Neroniana, &c.*

*Joannes Philippus Parcus in Oda ad Goldast.*

Quae dira, amabo, pestilientia luis  
Petronianam vexat urnam?  
Arbiter heu maculis onustus  
Nunc virginalem paene licentiam  
Salesque castae nequitiae aemulos  
Ocultat, haud ulli legendus,  
Tu nisi Philyrides peritus  
Sinceriores particulas ope  
Pravis recis pervigili tua  
Integritati tradidisses  
Depositae modo & invenustae, &c.

*M. Gotthardus Artlufus Dantiscanus, Scholae  
Francofordianae ad Moenum corrector, in  
Eleg. ad Goldast.*

Melpomene ut vidit Goldastum scripta Petro-  
ni  
Apta legi doctis reddere velle viris, &c.

*Caspar Conradus Silesius, Philosophus & Me-  
dicus Vratislaviensis, Prosopograph.  
Meticæ millenar. III.*

Petronius Arbiter Massiliensis, Poëta Satyri-  
cus.  
Arbiter arbitrio vulgi lascivior audit,  
At juvenum hic mores arguit atque se-  
num.

*Joan. Petrus Lotichius Medicus Francofordia-  
nus ad Moenum, Bibliothecae Poëtic.  
part. IV. in princ.*

Polluit obscœnos Petronius inter amores  
Doctiloquum venae superioris opus.  
Nomine sic Citherae vates fuit Arbiter &  
re:  
Turpes tolle jocos, caetera purus erit.

*Laurentius Pignorius Presbyter Patavinus,  
Symbolar. epistolar. libro, ep. XLII.*

Supersedeo à citandis Varronis, Plinii, Petroniique verbis; qui sane pauculis versibus Graecorum in describenda tabularum elegantia conatibus palmam eripuit.

*Et Epistol. XLIV.*

Benio ego suas voces (ut cum Petronio dicam) reddere decrevi.

*Felix Ofius Professor Patavinus, in Notis ad  
Albertini Mussati Histor. de vita Hen-  
(S s)*

*rici*

rici VII. Imp. lib. I. rub. II.  
pag. 51. col. I.

Senecae ad stipulatur ejus aequalis Petronius Arbitr in Satyrico.

M. Georgius Draudius Ecclesiastes Ortenbergensis in *Weterovgia*, in *Bibliotheca Claustralium*, sive *Catalogo Catalogorum mundinalem*, in *Libris historicis*, tit. Romanorum vitia, p. 1256. postremae editionis.

T. Petronii Arbitri, Historici Romani, Satyricon, sive de vitiiis Romanorum, nunc adjectis omnibus, quotquot reperiri potuerunt, doctissimorum virorum Notis & Observationibus. Francofurti, apud Aubrios in 8.

*Ibidem* tit. *Satyrica*. T. Petronii Arbitri, Equitis Romani, Satyricon, cum Petroniorum fragmentis, noviter recensitum, interpolatum, auctum. Lugduni apud Paul. Frellon, 1615. in 8. & *ibid.* apud Jacob. Marcum 1618. in 12. & Francofurti apud Wechel. in 8.

*Idem* in *Libris Poëticis*, tit. *Fragmenta*, pag. 1538. Petronii Arbitri Satyrici Fragmenta ab Alexandro Brassicano emendata & illustrata annotationibus, Basileae apud Oporin. & Antverpiae apud Plantin. & ex ejusdem officina cum variorum notis, anno 1591. in 12.

*Ibid.* tit. *Poëmata*, pag. 1574. Petronius Arbitr ex Bibliotheca Theodori Pulmanni, apud Hieronym. Commelin. in 8.

*Ibid.* tit. *Satyrae*, pag. 1589. Petronii Arbitri Satyrici, ejusdemque fragmentorum nova editio, Lugduni Batavorum apud Elzevier, & apud Joan. Maire, 1622. Cum uberius Commentariorum instar Notis apud Raphelengium 1602. in 12. Accessit Sulpitiae Satyra de Edicto Domitiani ex recognitione Jani Doufae, Lugduni Batav. 1585. Antverpiae apud Plantin. 1596. in 12.

Jan. Doufae pro Satyrico Petronii Arbitri Praedicaneorum libri tres: Lugduni Batav. 1587. in 8.

T. Petronii Arbitri, Equitis Romani, Satyricon cum Petroniorum Fragmentis, noviter recensitum, interpolatum & auctum. Accesserunt seorsim doctorum Annotationes, Scholia, Observationes, Conjecturae, Notae, &c. Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleich. 1621. in 8.

## TESTIMONIA

DE

## PETRONIO ARBITRO,

*Ejus vita scriptis, &c. quae in Lundorpiensis ommissa sunt.*

Fastis Capitolini A. V. C. 812.  
Olymp. 210. C. N. 62.

C. Caesonius Pactus, \* C. Petronius Turpilianus.

\* Tres sub Nerone Augusto Petronii vixisse memorantur, omnes Consulares, T. Petronius, C. Petronius Arbitr, & Petronius Sabinus Turpilianus; quorum postremus tantum in Fastis Consulium legitur, ceteri duo praetermissi sunt, non modo in Capitolinis ab Onuphrio Panvinio, Carolo Sigonio, Anton. Contio, &c. verum etiam Siculis Fastis à Sylburgio editis, nec non in Cassiodoro, Mariano Scoto, Temporario, caeteris Chronographis. Inde factum est, ut a plerisque Petronii isti confunderentur, & uni Turpiliano adscriberentur, quae tribus diversis assignanda erant. Quamquam & praeter hos eodem tempore vixerit Petronius Aristocrates Magnes Philosophus, Aulo Persio, Poëtae Satyrico, familiaris, ut testantur Annaeus Cornutus, Eilhard. Lubinus, & caeteri Persiani Scholiastae.

*Joannes Cuspinianus Medicus, Orator & Consiliarius Maximiliani I. Imp. in Comment. in Cassiodori Chron. A. V. C. 813. Olymp. 210. C. N. 62. Imp. Neronis 7.*

PIUS ET TURPILIANUS] A Tacito in XIII. appellatur Coss. *Caesonius Pactus & Petronius Turpilianus*. Sub quibus Consulibus idem scribit copiose, gravissimam cladem in Britannia acceptam; quae quo pacto facta sit, illinc requirere. Post duo recenset insignia scelera, alterum senatorum, alterum servi. De hoc C. Petronio Turpiliano, qui cum in indignationem Neronis incidisset, moriturus testamentum conscripsit, \* quo omnia flagitia Neronis continebantur, multa scribit Tacitus lib. XVI. lege diligenter.

\* Confundit & iste Petronium Arbitrum cum Turpiliano. Quem errorem à Cuspiniano hausit Petrus Daniel JC. in Notis ad Petron.



Onuphrius Panvinius Veronensis, Ordinis Eremitarum D. Augustini, lib. 11. Fastorum, A. V. C. DCCCXIV. An. Cb. LXIII.

Cajus Caesonius Pactus, Cajus Petronius C. F. Sabinus Turpilianus.

Idem in Comment. lib. 11. Fastor. Anno DCCCXIV.

Tacitus lib. xiv. Caesonium Pactum, & Petronium Turpilianum Cos. subjicit. Liber Cuspiniani, & Cassiodorus Pactum & Turpilianum. De hoc ipso C. Petronio Turpiliano multa scripsit idem Tacitus lib. xvi. & Plinius. Extat antiquus Nummus ita inscriptus: SABINUS. TURPILIANUS. III. VIR. C. Caesonii Pacti Plinius & Dio meminerunt: utrorumque vero haec vetus Inscripção.

SILVANO. SANCTO. ET MERCVRIO.  
ET. LIBERO PATRI. SACRVM.  
M. VAGVNTIVS. M. F. PAL. AVGV-  
RINVS.  
SVA. PECVNIA. D. D. III. IDVS.  
AVGVST.  
PETRONIO. TVRPILIANO. ET  
CAESONIO PAETO. COS.

Desiderius Erasmus Roterodamus in Annotationib. ad D. Hieronymi Epist. ad Demetriad. de Virginit. servanda.

A Ut memoria lapsus est Hieronymus, aut verum hunc Martialis ab Arbitro Petronio mutuatus est. Extat enim apud Martialem in Naevolum.

Johannes Glandorpius Monasteriensis in Onomastice historiae Romanae.

\* P. PETRONIUS, Praefectus Aegypti, missus ab Augusto successor Cornelio Gallo, bellum gessit adversus Aethiopas. De eo complura Strabo lib. xvii. Dion lib. liv. Volateranus in Anthropolog.

\* Qui non Publius, sed Cajus Petronius praenominatur à Dione lib. liv. & Xiphilino in Epitom. qui ait; Γαίος ὁ Πειραιεύς ἔστι Αἰγυπτίου ἀρχόντου, &c.

† P. PETRONIUS, missus à Caligula successor Vitellio in Syria, teste Josepho lib. xviii. cap. 15. postea Legatus Claudii. Seneca in libello de morte Claudii, veterem Claudii conviorem vocat, & hominem Claudiana lingua disertum, nisi forte is Praefidis Syriae pater fuit. Nam ante Claudium obiisse mortem, indicat Seneca. Filium arbitror fuisse, qui moriturus, invidia Neronis, ut exhaereditaret mensam ejus, trullam murrinam CCC. sestertii emptam fregit. Plinius lib. xxxvii. cap. 16. De eodem Tacitus lib. xvi. Plutarchus in libel. πῶς αὐτὸς ἀπέθανε

νεε τὸ κόλακα τὸ φίλω. Philo de legatione ad Caesum.

† Etiam iste non Publius, sed Cajus Petronius vocatur Jornando de Regnor. & tempor. success. cap. 68.

PETRONIUS PRISCUS exactus urbe sub Nerone. Tacitus lib. xv. Annalium.

† T. PETRONIUS TURPILIANUS Consul sub Nerone anno Urbis conditae DCCCXIII. caesus ut dux Neronis sub Galbae in urbem ingressum. Tacitus lib. xviii. & aliquot superioribus libris.

† Aliis est C. Petronius Turpilianus.

PETRONIUS SECUNDUS (ita enim vocatur \*\* ab Eutropio & Pacanio) Praefectus Praetorio sub Domitiano, collega Norbani, caedis illius conscius fuit, occisus postea à militibus.

\*\* Lib. viii. Xiphilinus in Domitiano, Victorinus in Epitom. Caesar. cap. 12. Diaconus lib. x. Hist. miscell. cap. 1.

PETRONIUS ARBITER Poëta, Massiliensis à plerisque existimatur. Scripsit Satyras, opus varium & eruditum, cujus tantum fragmenta quaedam ad nos pervenerunt. Laëtantius Placidus Statio illum posteriorem vixisse tradit, ut ex quo quaedam sumpserit, ut est illud;

Primus in orbe Deos fecit timor. -----

Gyraldus. Advocatur à Terentiano, Servio & Macrobio, item ab Hieronymo in Epistol. ad Demetriad. de Virginitate servanda. Emendatorem & locupletorem fragmentorum Petronii editionem debemus Henrico Stephano; & longe melius operae precium factum à Jano Doufa. Ibidem è Cl. Bineti & ipsius Doufae sententia de auctoris hujus aetate paulo aliter: quippe qua Neronis imperium astringatur, ut eundem cum P. Petronio, de quo supra, intelligas.

PETRONIUS MAMERTINUS & PETRONIUS SURA, caesi sub Commodò. Lamprid. in Commodò.

PETRONIUS SEPTIMIANSUS Consul sub Commodò anno V. C. DCCCCLII.

PETRONIUS JUNIOR occisus à Severo. Spartianus in Vita Severi.

PETRONIUS DIDIUS SEVERUS, pater Didii Juliani Imperatoris, qui Pertinacii successit. Spartian.

PETRONIUS occisus jussu Caracallae ante templum Divi Pii. Spartian.

PETRONIUS MAGNUS Praetor Urbis, citatur à Triphonino, Pandect. 23. de Pact. doctilib.

P. PETRONIUS P. F. PAL. RUFUS cum Sallu. (S s 2)

Sallustia Phoebe filia, refertur in Memorabilib. Roman. p. 317.

M. PETRONIUS ONESIMUS pater, M. PETRONIUS LICINIANUS F. referuntur in Vetusis Inscriptionib. Urbis Romae p. 291.

M. PETRONIUS PRIMULUS VI. vir Augustalis cum Petronia conjugē, in Memorabil. Italiae p. 346.

M. PETRONIUS HERASMIDICUS cum Petronia Primitiva, pag. 49.

PETRONIUS ANTIGENIDES, ibid. pag. 148.

C. PETRONIUS FABIUS FRONTO cum Quintia Restituta, pag. 65.

PETRONIUS THALLUS fidejussor cum aliis pro Aurelio Romulo; Pand. 46. L. 68. ex Paulo.

PETRONIUS PROBIANUS Praefectus Urbis sub Constantino, successit in Proconsulatu Africae Aeliano, cui apud D. Augustinum in Epistolis à Constantino & Licinio Augg. rescribitur.

PETRONIUS focer Valentis Imperatoris apud Ammianum lib. xxvi.

PETRONIUS PERPENNA MAGNUS QUADRATIANUS V. C. & illustris, Praefectus Urbis, Constantinianas thermas refecit, ut indicat inscriptio, quae extat apud Volaterranum, & similiter apud Marlianum lib. v.

PETRONIUS Praefectus praetorio Theodosii Junioris, vir doctus.

PETRONIUS ejus filius, Praeful BONONIENSIS, studiis & sanctitate clarus. Hujus ferebatur olim opus *de Vita Monachorum*, & aliud *de Ordinatione Episcopi*, sed eruditius, quam ut ipse esse videretur. Proinde patri ejus ascripserunt, maxime cum in eo opere testetur se Praefectum praetorio fuisse. Certe Episcopo filio nobilitatem tribuit Eucherius Lugdunensis Episcopus in Epist. ad Valerianum. Vide Genadium.

PETRONIUS MAXIMUS V. C. Praefecturam Urbis curavit. Haec inscriptio extat Romae, Inscription. antiq. pag. 223. Hujus ex filia nepos MAXIMUS Valentinianum III. Imp. occidit anno V. C. MCCVIII. vicissim caesus à Genesio Rege. Nicephor. Callistus 29.

PETRONIUS DIODOTUS & PETRONIUS NIGER quaerantur in \* Chronologia Medicorum. Diodotus Ἀνδραγόρας a scripsit. Citatur à C. Plinio lib. xx. cap. 8. & Dioscoride.

\* Mich. Neander in Biblioth. universali, Pafschalis Gallus Picho in Biblioth. Medica, Israël Spachius in Nomenclat. Scriptor. Medicor. Joan. Georg. Schenkus in Bibliis Iatric.

PETRONIO Patre Consule natus est Honorius Pontifex.

C. PETRONIUS THREICION. Inscription. antiq. p. 56.

*Richardus Montacutius Anglus in Analectis Exercitation. ecclesiastic. exercit. viii. sect. 2.*

SUCCESSIT (Vitellio Syriae Praefidi) † Petronius: an idem, de quo multa Tacitus Annal. xvi. sane dubito. Missus est cum exercitu contra Judaeos, anno Caji secundo, ut gentem illam stirpitus deleteret, quod imagines non admitterent imperatorias. Multiplex hujus mentio apud Philonem in Legatione, & apud Josephum in Historiis. Ubi venit in Provinciam, & Caesaris adimplere mandata cogitabat, Judaei se lamentis & luctui dedidere, agrorum cultura intermissa, neglectis rebus omnibus, jugula postremo offerebant ferienda. Quibus visis, Petronium Josephus ait in haec verba prorupisse; *Fel Deo adjuvante & persuaso Caesare, vobis & mihi vitam procurabo & salutem: vel si noluerit placari, libenter equidem vitam ipse meam pro tot millibus oppignorabo.* Sed cum dilatatum hoc negotium ferret aegerime Caju, scripsit ad Petronium, *mortem illi minitans, Caju, quod ipse mandata executioni tradere tardasset. Sed contigit ut, qui literas istas portabant, treis integros menses violentia tempestatum detinerentur; alii interim, Caji interitum nuntiantes prosperrima navigatione usi, illos praevenerent.* Haec Josephus: qui Petronio Marsium successorem dat, Antiquitatum Judaic. lib. xix. cap. 6.

† De hoc Petronio plura narrat Georg. Fabricius lib. x. Virorum illustr. cap. 426. Torriellus in Annalib. ecclesiastic.

*Janus Antonius Saracenus Lugdunaeus, Medicus Genevensis, in Scholiis in Dioscoridem lib. i. de Materia Medica, ad praefat.*

Dioscorides Petronium & Diodotum, tanquam † diversos rei herbariae scriptores commemorat. At Plinius tum lib. xx. cap. 8. tum etiam xxv. cap. 9. unum & eundem Petronii Diodoti nomine designare videtur.

Hen-

† Verba Dioscoridis sunt: Περώνιον, Νίγερην καὶ Διοδοτον, Petronium Nigerque & Diodotus: id est, uterque tam Niger, quam Diodotus. Non ergo duos diversos auctores Dioscorides facit Petronium & Diodotum, sed duos diversos Petronios; scilicet Petronium Nigrum, & Petronium Diodotum. Nec minus quam Saracenus, etiam Hermolaus Barbarus in hoc loco falsus fuit. Et forte ad alterutrum horum duorum Petroniorum spectant carmina illa *de Medicina*, quae se vidisse Volaterranus testatur. Nam Petronii Arbitri esse nemo mihi unquam persuaserit.

*Henricus Oraeus Affenbeimensis Wædderavus in Nomenclatore scriptorum Ecclesiasticorum.*

**P**ETRONIUS Episcopus Bononiensis, anno 427. al. 386. al. 370.

Petronius Abbas in Monte Cassino, anno 713. al. Petronii.

*Johannes Gualtherius Belga in Chronico Chronicorum lib. 11. in Bibliotheca Philosophorum. anno Domini 490. Zenone imperatore, pag. 911.*

**T**ERENTIUS Maurus contemporaneus Alphio Avito, Septimio, Petronio Arbitro, & Aurelio Apollinari.

*Idem in Bibliotheca Patrum, anno 370. pag. 697.*

**P**ETRONIUS Bononiensis, Italiae ecclesiae Episcopus, scripsisse putatur Vitas Patrum Aegypti Monachorum. Gennadius. Et Trithemius scribit, Historiam ejus adhuc se legisse. Obiit anno Domini 385.

*Janus Laurebergius in Antiquario verb. Duo.*

**E**X tamulo: quod posuit Petronio Antigenidi Hiarus.

*Johannes Meursius Professor Lugdunensis Animadversionum miscell. lib. 111. cap. 18.*

**P**ETRONII & ante temporibus, jam inventae erant aliae literarum formae, teste Quintiliano lib. 1. cap. 7. inter quem & Petronium non adeo multum aevi interfuit, ut non earundem literarum formis uti potuerint.

*Janus Gruterus J.C. in Asini Cumin Fratreculo & Plauti Electis electo per Eustath. Stuartium Palat. n. 101.*

**V**ix offam istam canibus tuis objecisti, cum in continentem subnectis ex Petronio, Iupanar Aseylti. O coelum! ô terra! Sed amitto verba. Erubescit enim ad ista nefanda ipse calamus.

*Anonymus in orat. de Tulpe Scholastica, apud Casparum Dornaxium Philosophum, ac Medicum, in Theatro Sapientiae Socraticae, pag. 556.*

**V**ENIO ad ultimam Scholasticorum nationem in Oratorum & Rhetorum disciplinis, quos juvenutis cymbalum satis ignominiose compellavit Appion Grammaticus, quod certo furiarum genere inquietati, in scholis suis adolescentes stultissimos fecerint, nihiloque sapientiores, quam si bene olent, qui in culina habitant. Quorum tyrones cum in scholasticis exercitiis, & stetitis declamationum causis, in forum producti essent, clamorem, silentium, risum, coelum ipsum pati non potuerunt. Horum igitur collega, ut ludus impudentiae, L. Crasso & Domitio Censoribus, explosa & claudi iussi sunt: Gellius lib. xv. cap. 11. Ipsi vero homines habiti sunt abjectissimi & vilissimi mortaliæ: Turneb. lib. 11. Adversarior. cap. 5. Et fastidita est

eorum disciplinae ratio, cum diversa esset à forentibus causis, omninoque pro nugarum lerna eliminata est: Fabius lib. 11. cap. 10. lib. v. cap. 2. Seneca lib. 1x. Controversiar. proem. Antoninus Imp. in Vita sua. Et hæc in nostris hominibus vix aliter geri observarunt, Caselius in Prodidascal. \* Melch. Goldastus in Notis ad Hieroclem, Georg. Ethardus in † Symbol. ad Petron.

\* Idem tamen auctor in eadem Orat. pag. 555. col. 2. *Notas in Hieroclis Facctias* non Goldasto, sed Alberto Molnari adscribit.

† Harum *Symbolarum* verus auctor est Michael Caspar Lundorpius, qui, quod esset praeceptor classicus in schola hujus urbis, invidiam scholarcharum collegarumque suorum veritus, maluit more multorum nomen fingere, studiorum suorum honestati conveniens, quam famae simul & functionis scholasticae periculum subire; quod cum scriptorem illustrandum, licet summorum virorum consilio atque auctoritate, suscepisset, qui discipulis suis & Scholasticis adolescentibus, propter scholasticas leges non permitteretur. Id quod ipsemet in iterata editione, quam triplo jam auctiorem redditam adornabat, publice testaturus erat, ni cum pettis sacra in ipso conatu & operis ἀκμῇ subito nuper stultisset.

*Melchior Goldastus Haiminsfeldius in Dissert. de Scriptis Petronii Arbitri cap. 2. pag. 27.*

**C**ONCILLII Tridentini Decretum nihil aliud vult, quam id genus scripta pueris esse interdicienda. Idem & nos volumus, quin jubemus ac decernimus. Quid enim pueris cum Petronio? cuius illi scopum non magis attendent, quam plebejus idiota Aristotelis Metaphysica. Et ad vitia hæc aetas, quam virtutes, praeior non ducenda est ad hos scopulos, ne temere & infrunte illisa à Sirenibus suffocetur. Equidem seculissimus sit oportet, qui Petronium pueris sumat interpretandum: nequissimus, qui proponat legendum: pharmacus, ejus magisterio pudor illorum periclitetur. &c.

*Theodosius Berenicus Norius, sive Matthias Bernggerus Historicus & Professor Argentinesis, in Tuba pacis pag. 360. in fin.*

**P**LURES (hoc elegantiarum Arbitri est) quae perperam in juventute didicere, in senectute coniteri &c.

*Casspar Barthius Hallensis Saxo in Notis ad T. Calpurnii Seculi Bucolica eclog. 2. vers. 32.*

**O**PTIMUS & singularis judicium poeta Petronius.

(S s 3)

*Idem*

*Idem Adversarior. lib. VI. cap. I.*

**A**RBITER noctium voluptatumque Neronis.

*Idem lib. XI. cap. 20.*

**S**PURCUS & obicoenus, sed ad pios etiam castosque illustrandos utilis auctor.

*Tobias Magirus Angermundanus Marchicus, Professor Francofordiae ad Oderam, in Polymemone, seu Florilegio loc. commun. in Onomatologo Critico.*

**T. PETRONIUS ARBITER** Eques Romanus, inter paucos familiarium Neroni assumptus est, **ELEGANTIARUM ARBITER**, dum nihil amoenum & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbavisset. Tacitus XVI. Annal. cap. 18.

*Franciscus Torreblanca Villalpandus Cordubensis JC. in Granatenfi curia regius Advocatus lib. 11. de Magia cap. 13. n. 18.*

**U**T non male apud Petronium magus gloriatur: &c. Perite quidem, & ex arte. Et lib. I. cap. 25. n. 14. Unde recte in hunc modum Petronius Arbiter.

*Jes. Anton. Gonsalvus de Salas in Praeludio II.*

**F**ULCITUR haut leviter haec veritas divina illa D. Paulli Epistola ad Romanos, ubi, compar quum ille fuerit aetate Neroni, & Petronio, pariter adeo eademmet vitia exagitat ac recenset, ut capita 1. & 13. ejusdem Epistolae, ex sententia quorundam eruditorum Theologorum, fere sine Petronii Satira non possint intelligi.

Haec Illustris Dominus Gonsalvus transcripsit ex Goldasti Dissertat. de Scriptis Petronii Arbitri, cap. 4. in quo, prolatis D. Pauli Apostoli verbis, Goldastus subjicit: *Quibus verbis qui volet planum & perspicuum habere interpretem, ei ego unicum hunc Petronium dedero. Nec omnino vanum est magni cujusdam Theologi dictum, caput 1. ad Romanos sine Petronii Satira intelligi non posse. Adde etiam caput 13. in quo à commemoratis vitiis Romanos debortatur.*

*Idem in Praeludio I. in fin. de Petronio scribit.*

**M**ORTEM obiit anno post Romam conditam DCCCXVIII. C. Suetonio Paullino, L. Pontio Telesino Coss. post Christum natum anno LXVII. biennio antequam Petrus & Paullus, Apostolorum coryphaei, Romae paterentur.

Quae & ipsa verba ex dicti Goldasti Inscriptione mutuatus est, quam ad praeforum imitationem

memoriae T. Petronii Arbitri composuit, & Georg. Erhardus sive Mich. Casp. Lundorpius in limine suae editionis posuit; quam inde Lotichius quoque & Theodorus de Juges mutuatae suis editionibus inferuerunt.

*Daniel Otto JC. Consiliarius Baronis ac Domini Geroltzeckii, in Discurs. politic. de Majest. Imperii & Imperant. cap. I. num. 16.*

**Q**UOD vel maxime de Imperatore dicendum videtur, utpote qui dominus orbis dicitur, sicut Petronius canit: *Orbem jam totum &c.*

*Theodorus de Juges JC. Genevensis in Praefat. ad Petronii Satyricon in capita ab se dissectum.*

**E**CQUA enim respublica, quod regnum, quod imperium foelicitatem tantam, quantam imperium Romanum sub Neronis quinquennio tantopere celebrato juxta obtinuit. At enim tantum beneficium cum primis Senecae Philosopho imputandum, quamdiu is Neronis praeceptorum egit; & Burrho ejusdem Neronis Praefecto Praetorio: vice versa, ut hoc sublato, ita Senecae potentia infracta, & bene gubernandi ratio simul infracta ad Tigellinum aliosque Tiberianae & Cajanae aulae reliquias, pervenit, Nerone ad eos converso & transfuga. Quare videre est, quantum intersit Principem fidos & virtutum amantes habere consiliorum participes, qui extrema potius pati non abnuant, quam à virtute desciscant. Quo sane in censu fuit Seneca noster, fuit & Papinianus: addere a usum & Petronium nostrum; qui, licet Neronis deliciarum Arbiter assumptus, tamen bene administratae Provinciae gloriam reportavit, paremque se negotiis ostendit.

Hunc Petronium C. Plinius, naturalis historiae scriptor, *Titum*; Tacitus lib. XVI. Annal. cap. 19. *Cajum* nuncupat: ut isti potius subscribam, validissimo hoc inter caetera argumento innitor; quod scilicet ex professo Tacitus Petronii vitam & obitum accurate descripserit, ut verosimile non fiat, Tacitum errasse in ejus praenomine, cujus vitam, mores, & obitum tam accurate referre instituit. Sic enim loco supra citato: *De C. Petronio pauca repetenda. Forte illis diebus Caesar Campaniam petiverat, & Cumas usque progressus, Petronius illic attinebatur: nec tulit ultra timoris aut spei moras, &c. Quia imo hoc ipsum Petronii Satyricon his verbis indicavit: Ne codicillis, (quod plerique percontant) Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est, sed flagitia principis sub nominibus exoletorum foeminarumque, & novitate cujusque stupri praescripsit, atque ob signata misti Neroni, fregitque anulum, ne mox usui esset ad faciendam pericula. His, inquam, verbis indubie*

Quod

Quod quidem ad se missum per codicillos, promptum fuerat Neroni flammis abolere: nihilominus tamen ad nos illi Codicilli pervenere, vel potius eorum fragmenta, quibus vitia aulae Neronianae perstringit Petronius. Neque enim, ut artifex voluptatum illos scripsit codicillos, vel ut mangnarius vel mango voluptatum, vel leno impurissimus, Gaditanas aut Memphitides puellas, aut quales media prostabant suburra, oculis libidinantium subjeceret, ad excitandas & inflammandas libidines: sed Venusina luerna, satyricae tractare instituit exoletos, & spinthrias Neronianos: sicut & Seneca noster lib. 1. Natural. quaestion. cap. 16. proponit spurcissimum infandae libidinis hominem, hostium nomine, non imitandum, sed detestandum. Ideoque dixit Seneca: *Occidendus & ad spectulum immolandus*. Sic enim locus ille restituendus est. Itaque cum Petronius aulam Neronianam infamem & spurcissimam describat, detestandam, non imitandam, proponit: Sybaritarum ferme more, qui servos ex indultria vino obruebant, liberisque ostendebant, ut ita ebrietatem detestati discerent. Ingens interim est haec Petronii, & laudanda libertas, qui principis ipsius flagitia proferibere in animum induxerit; haud absumilis Agesilao, qui privatorum errata modeste tulit, principum maxima omnia existimavit: quia ut principes melius virtutem in populo proprio exemplo sanciant, quam vinculis, pedicis, manicis, ergastulis, legum sanctionibus & poenis: ita contra propriis flagitiis populum quam brevissime corrumpunt. Et ad summam non Petronius unus tantum, sed & alii quoque vitia satyricae tetigerunt. Horatius, Seneca, Juvenalis, Persius, Martialis, hoc unum agere voluerunt, ut per hoc vitia & impurissimae impuritatis homines, tanquam periculosissimos scopulos fugeremus. Neque audiendi Catones quidam, & Sabinae frontis homines, qui dicant; *Quaerere aliud debebas, quod ageres; crimen addicetur, dum videtur*. His enim ex epist. 14. lib. IV. Epistolar. Plinii Secundi respondere promptum est: *Erit eruditionis vestrae cogitare, gravissimos & summos viros non modo lascivia verum, sed ne veris quidem abstinuisse*. Verum malo, ut ipse Petronius pro se respondeat: *Si vir fueris, non abidis ad spinthriam*. Sic enim legendum, non (ut vulgo legitur) *ad spurcam*. Si bene natus, bonis artibus imbutus, & verae philosophiae placitis instructus fueris, tanquam murex, purissimae castitatis piscis, non patieris corruptelam. Et ut Soerates ingressu suo carcerem purgavit, ita si quid à virtute alienum, & vitio adine, purgabit tua felix & bona indolis, candide lector.

CASPARIS BARTHII  
EQUITIS SAXONIS  
DISSERTATIO\*

DE  
PETRONIO,

*An ejus tolerabilis sit lectio, an vero  
abjicienda, ut volunt quidam de  
virtute locuti.*

PRAEFATIO.

NON recipiam in me defensionem Dissertationuculae paene puerilis alicujus meae, quam hoc capite proponam, de Petronio Arbitro, ea aetate judicium meum interrogatus, qua alios ferre qui debebam. Non quod magnopere me errasse in veritate tuenda existimem, sed quia omnino piget id defendere, quod tum temporis placuit. Proponam autem ea hic eam solum de causa, ut ne excidat aliquando mihi, quid tennerrima aetate fenserim de talibus; quae quidem ipsa excusare omnia facile poterit; nondum enim decimum quartum aetatis annum attigeram, cum eam describerem. Sic autem sonat ad verbum Dissertationucula.

DISSERTATIUNCULA.

VARIA de PETRONIO ARBITRO censorum hodiernorum esse judicia, Amicissime... quotidiana evolutione libellorum non possum ignorare. Nihil enim editur, quod ad lectionem nostram, cum primum potest fieri potestas, non rapiatur. Qui scriptor si solus hoc infortunii seculo nostro ferret, sane meruisse videri poterat, cum elegantioris urbaniorisque nequitiae nemo ullus ab omni antiquitate ad nos venerit: iste autem adeo laevis & distractus, ut tam miserabilis tam delicti hominis facies, si non excutere judicis rigorem, tamen inclementiam differre, & suspendere debuisse haecenus videatur. Verum cum eadem illum pati videamus, quae alii infiniti scriptores patii ante ipsum sunt haecenus, & nunc etiam pati non desinunt, uni quidem isti non comparandi, caeteris vero, de suo cuique genere, etiam praeferen-

\* Scripta anno Christi 1658. excerpta ex ejus lib. XLIX. Adversar. cap. 11.

ferendi, communem ferens cum sodalibus suis sententiam, eorum deinceps censui mihi accensendus, vel hoc infortunii nomine deinceps videbitur. Illi vero omnes cum optima quaeque de posteritate promeriti fuerint, adfecti tamen jam sunt id praemii tolerare, quod stupori potius aut malignitati iudicantium, quam ipsorum culpis adscribendum intra conscientiam suam, idonei sibi testes, probaverunt. Ego vero, quid in tanto talium numero PETRONIO ejusque felicitati officere possit, nondum video, nisi quod nostra potissimum aetate tenebras plurimorum annorum evasit, & quodammodo de noctis mortisque ipsius mancipio, libertati redditus atque renatus est. Eam enim invidiam elegantiarum suarum impunitus luci restituere non potuit, quam magistri vulgarium ingeniorum nulli unquam generoso ignoverunt. Et in eo quidem, ut id potissimum adipisciam, quo illi decore maxime se magnos faciunt, & populo displicere omnes fabulas laborant, praeter eas, quas ipsi aliquando sinxerint. Itaque sanctitatem, ante caeteras virtutes, suam strictis in scriptores petulantioris argumenti stilis demonstrare satagant; quam quidem & nos admirari aequae atque unice suspicere libet, non enim aliter licet. At, joco semoto, talibus illi censuris, castitatem meram spirantibus, nec vero arbitrario jure, sed strictissimo, efficiunt, ut arbitremur nos, obtusioris quidem ingenii, & naris non paullo, quam decet, obesioris, non tam ambitiose eos quaerere opinionem perpetuae sanctitatis, quam fortassis nobis aliae causae persuasurae fuissent. Simpliciter enim nos docent, longe plus ipsos de auctoritate existimationis suae imbibisse, quam ante eos fecerint ii homines, quorum familiaritati admissum olim fuisse Petronium animadvertimus. Et Hieronymi quidem, non suo tantum, sed omni Christiano aevo, manibus quod fuerit sanctius, ex lectione famave scriptorum, memoriam meam nihil subire potuit haecenus. Illae etenim exclusae coetu caeterorum mortalium, ne quid erranti vulgo expositum attingerent, sacrarumque litterarum tractationem diurnam atque nocturnam rerum caducarum usu atque contactu conspirarent, tamen ad ipsa Christi praesepia, locum omnibus locis toto mundo venerabiliorum, immo in ipsis externati & Deo recedentis animi speculationibus atque meditationibus, Arbitri hujus jactare sententiam, & chartae aeternum (quatenus durabunt mortalia) victurae insigere minime dubitarunt. Quam quidem sanctissimi viri audaciam, vel, ut isti nostri vociferantur, impietatem, tot sanctae & Christum medullitus amplexae animae imitari, & pro exemplo sequi non dubitaverunt: ignari videlicet fuerunt simplices illorum hominum

animi, secuturum aliquando seculum illud, longo prius tempore à Prophetis vaticiniis praedictum, quo omni culpae suspitione majora censorum hodiernorum collegia, damnatura exactissimo illo suo, & provocationis nescio, iudicio forent veterum Paganorum non satis atque sancta monumenta; quorum tamen scribendorum finis non alius fuit, quam ut ostensa mortalibus vitia in abominationem eorum venirent.

Nemo enim, qui exstet quidem, satyricus scriptor, quorum quidem hic solum scripta sentimus & loquimur, unquam alia intentione mentis sales suos mordaces commendavit memoriae, quam ut mortalibus ea ratione horrorem malorum morum incuteret. Lacedaemonios ajunt, illos bonae cordataeque vitae antifites primarios, singulis annis diem unum servis suis libertatem plenam indulgisse, coque illos studio adegisse, ut eum diem non alio quocumque opere, quam effusis computationibus infunderent. Cum tot tam varia natione ingenioque mancipia vino jam turgenter, patefecisse campum spatiosum ebriis, ut quo quisque vellet modo, corpus agitare, vocem intenderet, gestus differret, denique faceret & diceret quicquid liberet. Hoc spectaculo gliscente, & nemine non furias vini, medullas mentis expugnantis, mirificis & absurdis, & abominabilibus gestibus factisque & dictis excutere volente, & secundum easdem omnia faciente, admisisse liberos suos, ut quid vino virium in humanum ingenium foret, non dictis praeceptisve audirent, sed visu & exemplo cernerent; & sobrietatem inde amare, ingurgitationes barbaras odisse dicerent. Non alia ratione prudentissimi, & sapientiae studiis plene pectora instructi, homines, cum ipsi procul ex arce mentis compositae errores, & vitia mortalitatem vexantia, & differentia cernerent, neque non ipsi pars quondam eorum fuissent, licentia autem meliore potiti, velut ex alto & tuto loco palantia miserorum deliria inspicerent; monitis salubribus quodam nectare tinctis, talia scripta ediderunt, quae vitam perditorum non tam dictis, quam exemplis exprimerent, nominibus fictis ad usum verorum inductis atque compositis; non raro ipsorum etiam regum & principum sceleratis actionibus non parentes. Talis fuit veterum Graecorum Comœdia, ex qua prognata satyrica poësis, Romanam tandem gravitatem salibus Atticis miscere institit.

Nec in poësi hoc sapientium institutum stetit, venire in medium homines cordati exultique doctrinis, qui profam quoque orationem vitiiis, ut per ea tempora gerebantur, describendis commodarent. Horum cum omni aevo

exiguus fuerit numerus, comparatione quidem caeterorum, viris etiam sanctis, Christianae antiquitatis horum studium adeo fuit gratum, ut dicta eorum crebro mediis sanctis suis orationibus & commentationibus insererent. Scilicet quod ipsi quoque abominarentur vitia illa horribilia ex animo, & peiora omni genere nobilium, & honestarum disciplinarum adeo exulta haberent, ut de facili perspicerent, intentio hominum eorum tantum abesse ut mereretur in cessi, ut maxima etiam commendatione merito assereretur, ut dicta ipsorum pro testimoniis solida auctoritate usurparentur.

Utrumque horum, quae doctissimis & sanctissimis horum hominum animis adhaesisse, modo declaravi, abesse mihi videntur longissime ab illis, qui, nulli ratione idonea in consilium adhibita, tale genus auctorum veterum non vituperant solum, sed prorsus abolendum arbitrantur, quoniam nudo sermone de vitiis loquantur.

Et de Petronio quidem eo liberius iudicare consueverunt isti censores, quod & ille solus exstet de iis, qui vitiorum immanitatem supra enarrata ratione, non carmine, sed proso dicendi genere spectandam exhibuit, & ipsi etiam consueverint de eo sine omni consideratione dominium censendi sibi sumere, quod valgo facile approbaturus sese sibi persuadent. Loquuntur ergo & scribunt de hoc scriptore, abominabilem ideo & merito abolendum esse, quod omnia impuritatis praesae velut secreta, coram oculis spectanda exhibeat. His nos de sine atque instituto auctoris sufficere posse existimo, quae modo allata sunt.

Quod si alios contra se censores stare doceri non abnuunt, eccum ipsis Hieronymum, modo à nobis productum, qui non solum non abhorruit lectionem Arbitri, sed castissimo sermone, Christi virginibus morum, & vitae universae praecepta praescribens, hujus ejusdem testimonio, contra malos mores uti voluit. Non producam porro ad defensionem hujus vitio facti rei alios majorum temporum scriptores: media ipsa aetas, omnibus scholis jam sophistis servientibus, omni jam liberaliori disciplina, sub tenebras syllogificationum redacta, hoc tali scriptore tantopere capta est, ut tot spretis aliis, Hieronymi nimirum auctoritatem secuta libenter, hujus & ipsa, ceu egregii testis, dictis contra vitiorum foeditates pugnare quandoque voluerit: Non producam instar talium Joannem Carnotensem, quem Salisburiensem vocant, Episcopum, Fulgentium, Isidorum, Vincentium, aliosque, quorum scripta ceu gemmis Petronianis sunt Christianitatem suam interstita. Sidonium, Macrobius, Terentianum, tacebo; quorum tamen auctoritas Arbitri testi-

monio utitur. Horum enim scripta à viris doctissimis jamdudum rabularum latratibus obiecta sunt. Et quid volunt sibi larvae umbratiles illae, tot seculis etiam prae aliis probatum ab sanctissimis & eruditissimis mortalium scriptorem, quam primum ipsorum ingratis publicum vidit, castraturi, aut prorsus terminis vitalibus eliminaturi? Hoc ergo adhuc unum facinus, ad consummationem suae sanctitatis reliquum habent, post tot praeclara aliorum scriptorum monumenta, mirrimis modis dilanata atque decurtata, Petronium videlicet etiam ex viro tot seculis superflite, ignavissimum, & prorsus omnibus ignotum consicere; dum virtutibus nimirum suis, hujus vitia extirpaturi sunt? Caveant enim vero, cavillis omnium dignissimi, tanta ambitione soliditatis suae secretum mundo literatori patefacere; seque omnibus ipsos pro factis velle vendere? Nemo certe visurus non est, quid sub hoc lapide scorpionis delitescat.

Cum enim diversa duo sint omnino hominum piorum genera, alterum quod dolo atque fraude sanctitatem quampiam prae se ferat, atque ostendet; alterum candoris plenum, atque constanti mente verae pietatis ardens, immobile ab allatrantibus undique vitiis, adeoque sine teste cupiens virtutis: ostendant rogati nobis, in utro horum genere censendos sese opinentur, qui inducti ea causa, ut hominibus glauciam suae sanctitatis ob oculos obfundant, omnibus ostentandae virtutis articulis imminet, & per emissarios suos occulta ei rei quaeque expiscantur. Quae quidem res ut in confesso est, ita nulla porro probatione indiget: probari tamen ex re nata facile posset, si quo pacto id nunc ageretur. Ipsi autem vel minima nos negatione inducere poterunt, ut liquido ipsis universam probemus.

Jam vero altera illa, de qua verba modo fecimus, hominum secta, quam penitus has talium nugae non moretur, eo aperte testata est, quod optima quaeque ex fumoso scripto seligens, contemnat caetera in eorum numero habere, quae quacunque ratione animum laedere, aut mores impuritae narrationum possit ataminare; eadem vero ea, quae selectissima esse videt, prorsus ita familiaria sibi iterata lectione faciat, ut jam ipsa familiaritate cum gravibus & cordatis viris opus ante damnabile etiam, si tale quidem foret, omnem videatur amisisse turpitudinem. Qua quidem in re, vel ipsos perduelles nostros testes nuncupare non trepidamus, siquidem tantum tribuere poterunt sanctissimis viris, quorumque beata nomina quotidie sanctitatis celebrant, ut iis aliquid iudicii etiam in hac re fuisse constentur. Et haec, puto, satis poterant esse absol-

vendo ab igne vel impurissimo scripto, quodque in eum finem conditum sit, ut lectores opere ipso in nequitiae retia intricet.

De ipso hoc Petronio nostro, & ejus infelicissimo fragmento, aliquid addere, non fuerit fortassis omnino extra oleas, quandoquidem à paucis commendatus liber ejus est, qui non aculeum aliquem in ejus invidiam ipsi laudationi iniecerint: veriti videlicet censoriam tantorum heroum austeritatem, quos modo non ipso nomine nunc attingimus. Ego vero fateor, & ipsum me minime omnium delectari adeo nada obfoenitate, nec in eum umquam talia finem legisse, ut inde aliqua mihi vernilitatis stimuli moverentur. Si enim tale quid animi cui foret, sane plurimorum Christianorum extant libri, & sane non minus magno supercilio, si frontem videas, quam esse voluit vel hi ipsi, qui tantas miserabili Petronio dividiis faciunt, ex quibus possis, vel semel perlectis, multo fieri nequior, quam si Satyricum hoc scriptum totum didiceris. Nec de recentis memoriae folis auctoribus loquor. Unum mihi, inter veteres Christiani nominis defensores, Arnobium lege, scriptorem, quoad verba & phrasim, prorsus inuitate & reconditae doctrinae, & ex quo infinita diucas, vix ullibi praeter ipsum exstantia. Male utatur oculis suis, qui, Petronio & isto collatis, videre non possit, namquam tam nude locutum esse Arbitrum, vitiorum exempla deviantia proponentem, quam Afer ille faciat, ob oculos ferens apertam eorundem confutationem. Liber sane Arnobii quintus de libidinum variis generibus, & secretis historiis, sine circuta & praefatione, satis copiose & detracta omni veste, loquitur, ut Matris Deum obfoenissimi famuli, & scenici agyrtae, libidines non egerint plinius, atque apertius executi sint, quam iste earum hostis easdem describat. Et de caetero hic mos est omnium fere eorum, qui minime timent à vitiiis inquinari, ut ea sine velo aut operimento, suis nominibus detestentur: ii autem contra, qui sibi ipsis vel experientia, vel suspitione non credunt, seque impares ducunt resistendi criminibus, ii extemplo ignes atque arma inelamant, sesquipedalibus convitiis profcidentes eos, qui sectae ipsorum subscribere renuunt. Quod si hoc genus hominum vitia certo se effugere, aut illis resistere posse consideret, minime tantopere ab illis sibi metueret; nec ut insuperabilibus sese ipso excessu timoris submitteret. Quod si omnino aliquis, non satis rebus necessariis instructus, tantae molliciei futurum se metuit, ut ab talibus Paganorum scriptis peccus suum conspurcandum iri persuasum habeat; age sibi caveat, ut libet, eo nomine, neque molliatur exitum contrariis, ut habeat, quae etiam fugere & detestari pos-

sit. Boni vero & constantis ea solet esse natura, ut opponi sibi gaudeat excrendae bonitatis & constantiae suae materiem, ne lasscescat & faccescat vigor vitutis ipso in usu, velut hoste opposito strenuitas se in pectoribus militum acuit, & subjeicit. Itaque, qui firmo se animo continet, causam neque ipse habet, ut delere velit criminum genus, quo interneccione sublato, ejus etiam robur in bonis moribus viluerit, neque tantopere celebrabitur. Sic neque imbellis contra vitiorum insultationem peccus velit deleta talia scripta; neque constantia peccus munitus tanti illa faciat, uti ipsius nomine minus sint celebrata, minusque legantur à curiosis. Virtus nimirum ipsa, si spoliata fuerit oppositorum duello, nec quid malum sit, cuique inferenda contra tela, agnoverit, nec quo pacto ea ipsius boni in se excellentiam agnoverit. Nul- lum est, nedum ut gloriosum sit, sine adversario praclium. Iners victor, qui sine sudore triumphat. Fortunae aleam fortitudo superare non potest, si ejus iratae vultum non viderit. Multum prodest ingenuae pietati, aliorum scelestia iudicare posse. Exercentur nefaria in seculo cum iustis, ut enitefcant electione proborum mens iustitica, atque castis manibus virtutibus operata. Coactae enim, & non studio suo confirmatae virtutis nulla est gloria.

Haud dubie Dei omnipotentis singulari permissione atque indultu, extremo aevo in lucem reducta sunt talia scripta, per tot seculorum calamitates non exstincta, ut discere posteritas possit, quanta in nocte Dei timorem contemnens mortalitas quondam vixerit. Nostrae quidem aetatis posteritas noctem praeteritorum incusare minime cupit, claudit enim sponte sua, & claudere pugnat oculos, dicit velut nimiae pertaesae, nec in vestigiis perditorum mortalium cursum infelicitatis suae silit; ultra omnia priorum exempla peccare, & obfoenitatem pro laude ducere, plerisque gloriae putatur. Carent enim ut plurimum hodie viventes homines fundamento verae pietatis, nec cor solide intus munitum timore Dei, & veritatis amore habent: sed in diem solis opibus parandis intenti vivunt, Deum & virtutem procul habent: hanc inane nomen, neque extra utilitatem quippiam valere autumant, illum nec esse credunt, aut omnino curam rerum terrestrium, & humanarum infra sese exillimare. Stulti, qui non videant curam apud Deum nullam esse, sed gubernare omnia sola Deitate sua numen illud, quod omnia miris rerum interventibus, ad reteti tamen ordinem, dirigat. Nobis sane, apertis paulum cordis oculis, etiam à scopo ipsorum scriptorum, ad emendandos nimirum mores, recedere licet, & ex vitiorum ipsis etiam narra-



narrationibus emaculandae vitae monita & praecepta petere.

Quod si omnino fateamur, Paganorum multos, inmemorabilia multi, atque scelera condidisse litteris, & ornata floribus eloquentiae, etiam eo sine in lucem dedisse publicam, ut corrumpere animos simplician: sine perierint isti tales, ob haec talia facinori. Ideo vero ego scripta ipsorum legere non abhorream, ut sciam propter quid tanto ingenio homines interierint, ut me instruam, mihi caveam, mihi exinde curior sim, quam ut magistris vitiatorum obsecundem, etiam minus doctis & eloquentibus, quoniam nec instruendis tot copiis bonarum rerum credere me debeam. Adde quod pericula eorum, qui perierant, prudentiorem me facere debeant ad vitanda mea: cum nemo sit, qui per se cavere sibi sitis possit; melius autem prudentia nemini comparetur, quam ab exemplis male rebus suis utentium. Exempli itaque damnatorum impiorum, praeceptorum mihi loco sint, ad emendam vitam meam, & salutem necessaria praecipienda. Quo alium merito damnatum esse duco, id ego nunquam equidem commissurus sum, quamdiu quidem mihi constitero, & sanae mentis fuero. Perfecto vero scripta talia specula sunt clarissima poenarum, quibus inspectis admoneri debemus, vitiatorum obsequia quantam vim suppliciorum trahant. Singula enim & universa tantae impietatis facinora, certum est impunita à Deo evadere non posse. De cuius sanctitate & voluntate, si praecepta animo & confirmata est scientia nobis, impossibile certe futurum est, non corrigi mores, etiam sitis antea casus, vel ex his foedis & turpibus historiis, qualibus fortuna, hoc est malitia mortalium, ludit in executione malignitatum suarum. Quod si animus, insectus criminibus, Dei iudicia non cognoverit, is sane vel à castissimis facilius ad facinus impelletur, quam ab huius generis scriptoribus. Odio enim habet utique monita salutaria, quae cum invitae leget, omnino vel contemnet, vel ad opprobrium eorum in vetitum nitetur. Quod quidem in dubio futurum duplex est de simplice peccato. At mens & nata & educata ad virtutem, generositate quadam ad gloriam & decus enitens, tum conscientia etiam roboratae usu virtutis non adspernabitur, nec poterit naturam vitiatorum penitus cognoscere, ut, cum quibus monstris colligat, inspicere eo possit accuratius. Invidiosum igitur erit subducere infandum hostem explorationi melioris. Nemo imperator bellum parat, qui non cupiat, quatenus possit, vel cogitationes ipsas, nedum consilia, adversi hostis resciscere: nec sumptibus ei rei, nec labori parcat, nec ingenio, ad exploranda omnia, ut ipse damnum aliquod in-

ferat, & inferri cogitatum ingenio avertat atque amoliat. Nobis autem, qui in cognitione malorum eorumdem detestationem, atque adeo debellationem etiam, habemus, subducatur adversariorum subtilissimi, ut ne eorum valeamus explorare calliditatem; quorum si semel in manus potestatemque venerimus, adum utique longo & dubio tempore de nostra foret incolumitate.

His omnibus nec trepide, nec obscure permotus, fateor & prae me fero, Patronum non alio dignum esse supplicii genere, quam quo habentur foetiles ipsius, eisdem census scriptores alii, quorum praecepta à viris acque piis ac doctis ubique terrarum hodie leguntur. Etiam cum istis dictis auctor esse nolim ignarae juventuti, & immeditatae, scriptorum huius notae quippiam, vel ad linguae cultum, vel ad sapientiae instructionem, proponi. Tenella enim aetas sitis habet in Dei cognitione, & linguae usus mediocribus addiscendis, sese occupare, ad quae ipsa etiam raro sine vi quadam & praecipitium importunitate summa adigi potest: in deteriora vero quavis cera fluxior, longe praevenit ad nequitiam ingenia descendunt. Naturam quippe solam sequens, nec usu adhuc experta, quantillam dulcedinem voluptatum quam immensa sequatur amarities. Sed ideo tamen penitus elidi extra fines vitae vitalis spiritus tot secula natos, non erit ingenii animi probare. Multa sunt in talibus, immo plurima omnino, quae ignorare turpe sit viro erudito, quique antiquitatis notitiam talem profiteatur, quali sit opus ad declaranda, quae in successibus temporum, & versionibus eruditorum, spinosa atque duriora occurrunt.

Hoc vero longe consultius rear futurum, si non omnibus, tamen multis, si arcere studeant à conversatione eorum adolescentes, qui talia cum ipsi patrant, tum in libris scripta, diris omnibus detestationibus execrantur. Quod genus mortalium sane perquam crebrum atque densum hodie invenire est. Nam quotuscumque est, qui auctoritatem aliquam habere velit, quin in iis \* regionibus vitam aliquando egerit, ubi & quotidie haec talia sunt, & palam tamen atque vulgo pessimis omnino modis ex libris veterum exsculpuntur auctorum, in vita autem relinquuntur; quoniam à majoribus descendunt perpetuo ordine ad liberos, qui parentum vestigiis insistentes, id demum liberum & licitum factu non esse consent, quod nesciunt fecisse alios. Ignorare autem non possunt, vitia fere nulla puniri, quoniam omnia quotidie patrari vident: rideri insuper eos, qui prudentiam &

picta-

\* Italiam atque Hispaniam intelligit.

pietatem in libris quaerunt: iis autem vitorum memoriam exiunt, qui ab aliis commissa diris incessunt, ut illudant simplicibus animis, absterrendo eos, velut à vetitis rebus, iis, quorum ipsi magistri exercitiis insenuerunt. At multo sane, mea quidem persuasione, & pro sapientia consultius, & pro vita beata sanctius, institutum foret, ordinem morum emendare prius, & ab rerum turpium usu abstractum animum exercendis iustitiae & innocentiae addicere, quam persequi velle per maria & terras, stabula & cubilia foedarum nequitiarum, earundemque ad vanam sanctimoniae tumorem, & inanem castitatis ostentationem, memoriam eradere ex libris antiquorum. Sed, quae perfidia hodiernorum morum est, sceleratissime illud peccatur, quod sub ambitu pietatis committitur. Fatentur enim, qui sub huius umbra facinoribus flagitiosis indulgent, conscientiam repugnare factis ipsorum, & turpitudini inhumanae non sponte velum praebere virtutem. Quare etiam duplex reatus eos perturbat, flagitiorum videlicet profectio, & veritatis iustitiaeque agnitarum contentus atque illusio. In omnibus rebus primum ad innocentiam gradum facit simplicitas. Neque ulli ignoscitur aequius & facilius, quam qui candore suo deceptus, aliena culpa erravit. Sic etiam, qui naturae ductum sequens, ignarus quid contra iustitiae vigor posset, impigit aliquando, quoniam peccare necesse est hominem natum, facilius veniam à communi necessitatis lege impetrat. Qui vero cognitam habens malitiam vitorum, iis tamen non abstinet, sed eo libentius peccat, quo magis invitus debebat, quoniam perispectum habeat ingenium criminum, ei utique optimo jure gravior poena incumbit: praecipue si ad haec ejus auctoritatis est, ut exemplo ipsius ducantur alii. Hoc genere vercor, ne sint plerique magistrorum, qui scriptis vernilioribus ideo infesti sunt, quoniam tam prolixum usum habent maliarum rerum, ut summa earum dulcedine afficiantur, eamque porro ipsam etiam invident aliis. Quo plerumque ordine peccant, qui ita sese vitiis ingurgitarunt, ut retro pedem ferre non possint. Generosa vero & candida mens, neque ullius obstinationis in humanitatis erroribus vel conscia sibi, vel imperium umquam passura, nequaquam eo admittet veterum libidinum recensiones, atque historias, ut ad earum exempla peccare velit ipsa, sed tenorem perpetuum bonitatis, & generositatis suae secum servans, ideo & malorum hominum scripta legere non fastidit, ut quanta etiam in eruditis peccatoribus vitia regnent, perspicere valeat; neque satis esse disciplinis mentem instruere, sed usu ipso etiam servandam virtutis legem, neque dissolutam vitam bonis praeceptis vivendam; neque

praecepta minus consistere in vitorum fuga, quam virtutum obsequio, gnara, ideoque ad nil sese foedum inclinans, omnia sese inferiora censens, quae constantiam captae virtutis convelleere audeant.

Hanc ipsam autem, ut ad institutae orationis finem veniamus, mentis excelsum, ignara veritatis coelitus manifestandae, eruditorum praecorum sapientia etiam in contemptu omnium mortalium, & quidem non immerito, collocavit. Omnia enim ad finem eundem festinare videns: gloriam, ambitionem, opes, potentiam, voluptates, poenitentiam, curas acrimoniaeque in vita perptuas sequi: his dedit, omnibus momentis pendere; nullo non tempore agi, & ferri à domina instabili eorum bonorum, quae ipsis utenda, ad incertum tempus tradita sint; institit vota, & curas, & libidines omnis vitae contemnere, & pro nullius precii rebus aestimare. Ut vero eandem hanc suam aestimationem pluribus ostenderent, & miseratione generalis illius erroris, docerent velut de plano genus humanum, in quantis versaretur tenebris, libellos composuerunt, quibus, fictis & excogitatis personis, repraesentarent & expingrent velut potentium & fortunatorum in rebus humanis vecordiam, eamque, velut in tabella publice suspensam, omni posteritati ostenderent.

Horum in genere fuisse PETRONIUM, ipsa ipsius mors testatur. Tam enim omnia mortalia contempsit, & pro ridiculis vanisque habuit, ut in ipsa etiam mortis vicinia jocaretur & cantillaret, velut in theatro, ludis spectandis exstructo. haecenus moratus, jam vero memoria ludicrarum rerum haerente adhuc, cantillans, & animum praeteritis fabulis reminiscendis obiectans. Et haec quidem cum summa sit sapientiae humanae, neque altius ejus curae umquam subierint, quis nos jubebit solam eorum hominum auctoritatem potius sequi, qui scripta tanti viri aboleri cupiunt, quam rationem ipsam, quae utique nemini non persuadebit, alio omnino honore dignum esse hominem, tam bene de posteris mereri cupientem, ut ipso etiam vitae suae periculo non dubitaret evulgare, facillimi & libidinosissimi omnium mortalium Neronis flagitia: ut nimirum in suavi ipsius & eloquentia admirabili scriptione, velut in speculo, cernere potuerit aetas sequens, quousque bacchari valeat malitia humanae naturae, ubi in fummo rerum fastigio fuerit aliquando collocata. Nos vero tanto intervallo abest, ut tam preciosum scriptum legere possimus integrum, ut vix centesimam ejus partem ad nos pervenisse, conjectura possimus adsequi: hanc vero ipsam etiam aboleri velle, cui tot barbara fucula pepercerunt, quae furialis, rogo, futura

fit barbariae immanitas? Praecipue tantillo isti fragmento, cum tot tamque ex mediis vitae negociis haullae infint sententiae, tam suavia dicta, tam venusta, tam gravia etiam & concinnae venustatis carmina, ut cum nobilissimis omnis aetatis ingenis contendere hunc scriptorem merito omnes fateantur. Immenſa sit materies, si diducere singula velim. Neque ego alium ordinem totius commentationis fuisse existimo, quam ut recensita aliqua historia, ejus fuerit utilitas quopiam epigrammate, aut aliquoquin carmine, demonstrata. Caetera non patitur nobilitas scripti alio, quam ei rei destinato opere exsequi. Nos vero à discendis multis insigniter bonis, quorundam crasse obscenorum malignitas non deterreat.

## PRAEFATIO,

*Quae praefigitur editioni Parisinae,  
anni 1677.*

CANDIDO AC BENEVOLO

## LECTORI SALUTEM.

Inter omnes, quotquot Satyras scripsere, Lector benevole, vix quemquam lepidius rem aggressum, majorique studio & animi candore pertractasse, quam hunc nostrum Titum Petronium Arbitrum, quidquid etiam eius hodie superest, serio deprehendo. Hic enim adoleſcens (quem seipſe auctor fingit) senili instructus prudentia, omnium pererrans cubilia, scholas atque pulpita, forum, curiam, templa, convivantium triclinia, peregrinantium denique navigia atque itinera, speculator sagacissimus, tandem nobis quid ubique locorum in grandi orbis theatro observaverit, in quas personas & exempla inciderit, ea ingeni amoenitate, fide & infucata verborum simplicitate refert, ut in ipsummet, ceu primarum partium in hac fabula auctorem, omnis redundet invidia, confessum nimirum qualis ex mundi contagione evaserit, quidque pertulerit. Qui cum sit principalis scopus hujus operis, ut ut à paucis observatus, quin potius anreum hoc scriptum pro nescio quo purgamento, ipseque auctor pro maleſano Epicureo, ex cuius ore & calamo nil nisi obscena & turbida fluere, magno errore à praecipuis quibusdam viris habitas, age hic prima statio esto. Deinceps visari, an quid certi indagari possit de aetate, qua hic noster Petronius vixerit; & qua ratione sit cum fructu legendus.

Certum est auctorem nostrum esse Petronium Arbitrum, solum de praenomine, Titusque an Cajus, & aetate variant. Lil. Gregorius Gyraldus Ferraricnsis de Petronii vita: Ab Eudemone & Libanio non longe aberat Petronius, Arbitr dictus, & Massiliensis à plerisque existimatus. Quo tempore vixerit, quodve institutum vitae sectatus fuerit, haud sane compertum: in declamationibus tamen versatum, ex iis, quae extant, elicimus. Litteratores quidam cum ante Quintilianum florasse suspicantur, sed Placidus Lactantius illum vult Statio posterorem, quod ab eo versus sumpserit, suisque inferuerit, ut illud,

*Primus in obe Deos fecit timor.*

Non alium quam Petronium Arbitrum significari putarim illis Apollinaris hendecasyllabis.

*Et te Massiliensium per bortos*

*Sacri stipitis Arbitr colomum,*

*Hellespontiaco parem Priapo.*

Quidam C. Plinii codices, ut & Plutarchus in lib. de diser. amic. & adulat. Titum vocant: sic in lib. xxxvii. Nat. hist. scriptum est: Titus Petronius Consulatus morituum incidia Neronis Principis, ut mensam ejus exberedaret, trullam murbinam CCC. HS. emptam fregit. Petronius alius, ejus Tacitus meminit libris xiv. & xv. est Petronius Turpillianus. Sic enim apud ipsum legendum est lib. xv. Ann. ex Plutarcho. Eum vero non sub Nerone, sed sub Galba periisse, certum est ex lib. i. Hist. Petroniorum familia equestris fuit, meminitque Plinius lib. vi. P. Petronii equestris ordinis & Praefecti Augustalis sub Augusto ipso. Ex qua etiam familia fuisse verisimile est Petronios, quorum Gennadius Presbyter Massiliensis honorifice meminit in libro de Viris illustribus: sed & Flavium, Sabinum, Probum, Maximum, Primum, aliosque, quorum non apud scriptores modo, sed in ipsis lapidibus monumenta restant: itemque illum, qui iussu Caracallae ante templum Divi Pii occisus à Spartiano traditur. Sed & jureconsultum Petronium, ad quem leguntur Sollii Sidonii epistolae plures. Sane Petronium Arbitrum Domitiani tempora praecessisse, ex eo etiam intelligitur, quod ejus Terentianus (is est, quem suo tempore Siemen rexisse Martialis testatur.) Is igitur, quisquis tandem fuit, Petronii sic meminit, cum de dimetro Jambico claudio agit:

*Horatium videmus*

*Versus tenoris hujus*

*Nisquam locasse jugo.*

*At Arbitr disertus*

*Libris suis frequentat.*

C. Sidonius Apollinaris Arvernorum Episcopus Narbone:

(Tt 3)

Et

*Et te Massiliensium per hortos.*

Ubi illi *Massiliensium hortus* (ut hoc obiter dicam) non tam mihi Arbitri patriam significare videntur, quam mores, qui ex Plautino proverbio, & Athenaei historia notati sunt. In veteri libro Desloratorum, qui fuit Joannis Biturigum Ducis, non usque adeo vetusto, Petronii frustra inscriptionem habent: *Petronii Arbitri Afranii Satyrici*, quod probare non possum. Nam ut, quae de Afranio Quintilianus scribit, inquam esse eum argumenta laedis puerorum amoribus, mores suos fallum, de hoc quoque Petronio dici posse videntur, longe tamen aliam ab Afranio fuisse certum est.

Quod ad Petronium nostrum pertinet, jure meritoque de eius aetate dubitavit Lipsius, & Petronium qui fuit *aequalis Neronis*, cum Petronio Satyricorum auctore confundere timuit: cum animadverteret à Cornelio Tacito in lib. xvi. Annalium relata de Petronio, haudquamquam Petronio Satyrici scriptori majore ex parte convenire. Certe ambo & nominibus discrepant. Prior dictus est *Cajus Petronius*, aut ut Plinius & Plutarchus vocant, *Titus Petronius*, & inter paucos familiarium Neroni assumptus est *elegantiae arbiter*, quod doctos viros in errorem induxit, sed *Arbitri* nomen non tulit: posterior seu Satyricorum auctor, propriis nominibus appellatus est *Petronius Arbitrator*, quemadmodum à Fulgentio in lib. II. & III. Mythologiae vocatur: & nunc sub *Petronii*, nunc sub *Arbitri* nomine à Terentiano Mauro, à Diomede, à Servio Honorato, à Macrobio Theodosio à Mario Victorino, ab Hieronymo, & à Sidonio aliisque laudatur.

Praeterea Cajus Petronius, si qua Tacito fides, Proconsul Bithyniae, & mox Consul extraordinarius fuit, *inter paucos Neroni Aug. familiarissimus*: magnas opes, magnam familiam habuit: homo ignavus & deses, & otio & mollitiis fluens, erudito luxu ac scientia voluptatum acceptissimus vitioso principi. Ac Petronium Arbitrum cum multi laudent scriptores Latini, veteres ac recentiores: nemo tamen magistratus eum ullos gessisse, nemo divitem, nemo amicum imperatoris Neronis fuisse, aut iussu ejus periisse, memoriae prodidit. Bibliotheca quidem Vaticana quaedam Petroniana in codice scripta servat, & his Julii cujusdam epigramma praefixum, in quo Petronius *divi Neronis amicus* vocatur, & *Arbiter arbitrio suo dictus ipse* fertur. Sed hoc hexastichon ut incultum est, corruptum, ac recens, ita nullius apud doctos in historia auctoritatis.

Denique Cajus Petronius paulo ante mortem coactam *flagitia Principis, sub nominibus exoletorum feminarumque & novitate cujusque stupri, perscripsit, atque obsignata misit Neroni*: ut Corne-

lius Tacitus in lib. xvi. Annalium tradit. Quid habent ista cum Petronii Arbitri opere commune. Caji Petronii famosus libellus brevissimus fuit: at Petronii Arbitri Satyra grandis atque verbosa, vel iustum potius opus extitit: Libellus Caji Petronii pro codicillis haberi poterat, & noctes ac supra domini Neronis, & in eum coetum admissorum atque ad omnem libidinem adictorum exoletorum feminarumque nomina, quid quisque ibi novissime fecissent, quid passi essent, paucis exponebat. Ficti nihil, omnia vera. Contra Petronium Arbitrator M. Varonem in Satyris Menippeis imitatus ex parte, prosa oratione variis carminibus mista, sub falsis nominibus, tanquam sub persona, mores hominum notavit, ac vera aetatis suae vitia carpsit, modo eloquentiam, picturam, Dialecticam, & defecisse queritur: modo Trojae Halosim versibus jambicis describit: navigantium etiam rixas, naufragium: fabellamque de matrona Ephesina narrat: interdum regulas carminis exponit. Sequuntur versus de bello Civiletere 300. & elusi captiores. Qui non videt ista singula ac universa nihil ad Caji Petronii libellum, nihil ad Neronis flagitia noctesque pertinere, sed meram esse nudamque ac simplicem vitiorum & desidiae humanae reprehensionem, sale & mordaci aceto conditam: is plane nec in literis nec in ulla alia re quidquam videt aut judicat.

Janus Doufa, ut Petri Pithoei conjecturam de aetate Petronii confirmet, scribit duas sententias aut paroemias, videlicet. *Non bene olet, qui bene semper olet, & ingeniosi gula est*, à Martiale & à Petronio ex aequo usurpari: aliam item gnomen, *primus in orbe Deos fecit timer*, Statio in libro III. Thebaïdos cum Petronio communem: ex quibus tamen sententia primam Hieronymus in epistola ad Demetriadem, postremam Fabius Planciades Fulgentius in libro I. Mythologiae (vere, an falso nescio) Petronio tribuant. Quid tum? Ideone credemus Petronium Arbitrum Neronis Aug. aequalem, & Statio atque Martiale vetustiore fuisse, amboque haec hemistichia Petronio potius, quam Petronium ambobus debere? Nonne Placidius Lutatius putat & disertis verbis ait, Arbitrum hemistichion supra laudatum de origine superstitionis à Papinio Statio accepisse? Idem plane dicendum de versu, quem Hieronymus ad Demetriadem affirmat apud Arbitrum reperiri. Igitur hemistichium de odoribus Hieronymus non Martiali primo auctori, sed Petronio; hemistichium alterum de superstitione Fabius Fulgentius non Statio uti facere oportebat, sed eidem Petronio asseruit, propterea quod utriusque haec apud Petronium legerant & legisse meminerant; apud Statium & Martialem aut non invenerant, aut saltem invenisse non recordabantur, nec multum

multum curabant, an ab aliis scriptoribus prius quam à Petronio fuissent usurpati. Quare facile & libenter accedo Henrici Val. in fratris mei sententiae, qui Petronium Arbitrum principis Neronis multo recentiorum, ac natione Gallum fuisse, atque in provincia Vien-nensi, sinibusque Mulsiensium Graecorum habitavisse credit, adductus hinc Apostolus Sidonii verbis, haut satis haecenus examinatis intellectisque, in eumine SAT. quod inscribitur Narbo.

*Et te Massiliensium per hortos  
Grai ceptis ab iter colonum  
Hellepontico parum Priapo.*

Ita enim emendandum verum medium frater existimat, cum legatur in editis Sidonii exemplaribus,

*Sari stipitis Arbitr colonum;*

Nec dubitat in prisca Sidonii codicibus scriptum fuisse *Grai ceptis* seu *Graji ceptis*: quod cum non intelligeretur à legentibus in *facri stipitis* perperam mutatum sit. Quae vulgata lectio haud dubie vitiosa est, ac ferri nullo modo potest. Quippe si *facri stipitis* nomine Priapum ligneum designare voluisset Sidonius (simulachra enim Priapi custodis hortorum ad eorum ostia collocari consueverant) Priapi in hortis Massiliensium positi *colonum* Petronium Arbitrum vocaturus non fuit, sed cultorem, &c.

Hic virum doctissimum Petrum Pithœcum admodum miror, qui sibi *videri* ait, à Sidonio tribus verbis supra laudatis non tam *Arbitri patriam quam mores designari*, Massiliensium moribus *Plautino proverbio & Athenaei historiae notatis* simillimos. Quasi horti Massiliensium mores eorum corruptos, atque degeneres indicare potius apud Sidonium valeant aut debeant, quam Petronii Arbitri domicilium, ibi voluptatibus vacantis, ac in hortis otiantis, &c. Praeterea Petronii stilus non Romae natum, sed Transalpinum hominem sapit. Quando igitur Petronius Arbitr floruit? quaeret aliquis. Equidem existimo eum potius circa Antoninorum principatum vixisse, quam (ut frater meus arbitratur) Gallieni Augusti aequalem fuisse: cum quod elegantia Petronii in aetatem Gallieni, hoc est, in senectutem Imperii Romani, ac velut in faecem linguae Latinae cadere mihi non videtur. Petronium paulo ante Constantini Augusti tempora, certe longa infra Severum colloco. Hoc mihi persuadet altissimum de illo silentium in scriptis vetustiorum auctorum, Quintiliani, Suetonii, Plinii, Prisciano demum, Diomedis, Victorino & S. Hieronymo memoratus. Nec spernendum testimonium ipsius auctoris *pidurae ne vestigium quidem reliquum esse* volentis, cui ego crimini saeculo Neronis nul-

lum omnino locum reperio, cum ad usque Commodi principatum flatus egregio artificio perfectas adhuc extare in Urbe audiam. Optasem similiter, qui Pithœcum secuti, pro sua sententia causas adduxisse, nec solum nominis umbram hic nobis reliquisse. Mihi quidem quae D. Valesius de stilo tangit, vix, quae D. Stailius assert, praesertim de pictura, cum Arbitr idem de eloquentia atque poësi asserat, plane tanti non videntur, ut à communi recedam, quin potius pro hac confirmanda facere videntur verba haec, *Ece belli civis ingens opus, & in Asiam cum a quaestore stipendio essem re-ardus. Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis injuria vitas. Inaudito more fueri pedes recumbentium unxerunt.* Quae si expendantur, ad antiquitatem auctoris spectant: hoc solum dico me in toto Satyrico, quantum hodie quidem ejus extat, nihil tale invenire, quod Neronem & ipsius noctes prodant. Ajunt Neronem sub nomine Trimalchionis tegi: sed Trimalchio ab Arbitro mitis, senex, calvus, deformis, servus quondam, ex Asia oriundus, qui domino tot annos ad delicias fuerit, mercator deinde & conjux Fortunatae, ambubaiae, quam de maestra sustulit, inducitur; qui, quae haec naturae, actati, flauti, & uxoris Poppaeae, ac priori Neronis congrunt? Noctem quidem seu nocturnam delectationem habemus in Satyrico unam, sed cui non praesuit Nero, si Nero est Trimalchio, nec nocturnus grassator noctem ambiit, sed Quartilla juvenes Encolpium & Asylton in stibulo ultro accessit. Haec rursus ab ingenio & ratione agendi Neronis longissime abstant.

Accedo nunc ad alterum membrum, *Qua ratione Arbitr curi fructu legendus.* Ubi praecipis eximendus serupulus, qui multos tunc, multos eo redegit, ut in sola amoenitate, hunc auctoremvolvendo, acquiescerent: nimirum Petronium opinatos festae addictum fuisse Epicurae, negasse cum Epicuro providentiam Dei, immortalitatem animae, tum sincem, tum summum bonum hominis in voluptate, quae sensu percipitur, collocasse, adducentes pro sua sententia verba Satyrici atque fragmenti.

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

*Ergo vicarius cum licet esse bene.*

*Ipse pater veri doctus Epicurus in arte  
Fussit, &c.*

Nolo me ego hic immittere, quae vera Epicuri fuerit mens, inprimis de voluptate, cum legam apud Laërtium in ejus vita circa finem haec: *Ὁ δ' Ἐπίκουρος καὶ ἀγλαίων Θεοῦ ἢ ἑδονῆς τῶν ἡστέλων μόνον ἦν ἄλλα χοιρῆζαδῶν, οἷον βοοῦδ.* Epicurus autem solum ait virtutem à voluptate separari non posse; reliqua vero separari, ut mortalia.

lia. Et paulo post: Ὅντις ἔστιν ἡδέως ἔχειν ἄνδρα ἢ Φρονίμως καὶ καλῶς. Non licet jucunde, nisi prudenter atque honeste vivere. Breviter solum repono, ad primum, ceu fulcrum reliquorum, allegatum nimirum contra providentiam epigramma: *Primus in orbe Deos*, &c. Potius perlecto toto carmine Arbitrum dicendum, superstitionem & multitudinem deorum pro acumine ingenii sui exagitare, quam superos negare rerum humanarum curam gerere: suadet id ultimus versus:

*Jam sibi quisque deos avido certamine fecit.*

Mirque consonant haec verba. *Nostra regio tam praesentibus plena est munitibus, ut facilius possis deum quam hominem invenire. Ecce duos aureos pono, unde possitis & deos & anseres emere.* Contra immortalitatem animae nihil objicientibus Satyricon suppeditat. trahunt huc verba Taciti: *Audiebatque (moriturus) referentes, nihil de immortalitate animae & sapientium placitis, sed laeta carmina & faciles versus.* Qui nihil aliud probant, quam quid Petronius (sive ille nostri operis auctor, sive alius) tunc egerit, non quid revera senserit de voluptate: O miserandam jucunditatem, quae tot amaritudines & perpetuas poenas, caesque in dies saeviores, secum trahit! jam juvenis ludens loris caeditur, jam anasium inquirens dispoliatur, eundem infelicissimum praedicat, ipse ad suspendii necessitatem redigitur, Tryphaenam suam damnatam mulierem, & in toto navigio solam verberandam clara liberaque voce pronuntiat, hocine voluptatis praemium, Epicurei summi boni, in quo ille vivere & mori cupiant? Vix mihi persuadeo, ullum tam dementem inter mortales unquam extitisse, qui in momentanea corporis voluptate finem hominis collocarit. In talibus igitur auctoris fictio agnoscenda, cum sub scemate hic omnia agantur, Epos si excipias belli civilis, Halosin Trojae, & si quae hujusmodi, ac sententiosa per totum scriptum sparsa, quae quo spectent, continuo liquet, in aliis mimum componit: nunc ex persona ficto semper gaudens nomine, nunc ex utroque, ut quo collineat, saltem in circumstantiis, non perinde obvium sit. Laudat quoque Epicurum somnia condemnantem, non ceu magistrum & ex animi sui sententia, sed argumento inserviens, quemadmodum saepissime etiam Seneca eundem Epicurum pro suis placitis stabilendis adducit, cui tamen de caetero non adhaesit. Ut vero uno quasi ictu cadat Epicureismi objectio, & lector ab hac frivola opinione minime praecoccupetur, ecce verba Satyrici nostri pro Deorum providentia. *Ni Deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti excussisset indicium. Deos immortales curam humanarum rerum agere, puto intellexisti.*

*Rerum humanarum divinarumque potestas  
Fors cui nulla placet nimium securae potestas,  
Quare age fors, muta pacatum in proelia vultum,  
Romanosque cie, ac nostris da funera regnis.*

Haec Pluto, seu Dis pater, de castiganda luxuria Romanorum ad Fortunam, quam Epicurus plane non admittit: ut vel ex hoc uno appareat, Arbitrum ab Epicuri dogmate alienissimum fuisse. Caesar ad Jovem.

*Jupiter omnipotens, & tu Saturnia tellus  
Arms laeta meis ---- Testor ----  
Haec ubi personuit de coelo Delpbicus alos  
Omnia laeta dedit, &c.*

Pro immortalitate animae Fortuna ad Ditem, *Pande age terrarum sitientia regna tuarum,  
Atque animas arcesse novas: vix navita Por-  
thmeus*

*Sufficiet simulacra virum traducere cymba,  
Classe opus est.*

Pro sine & summa hominis felicitate in actione consistere virtutes, invictis argumento ex contrario sensu, ex ore ipsius Encolpii, (qui ibi Polyaeus audit) seu auctoris: *Di, deaeque, quam male est extra legem viventibus! quidquid meruerunt, semper expectant; ut fileam haec: O maxima rerum pictas, &c.*

Habes, mi Lector, metam operis & cynosuram lectionis. Superest modo, ut paucis evolvam, quid caetera praeter principalem hunc scopum in Satyrico tractetur, occasione nempe personarum & locorum, in quae Encolpius incidit. Primum itaque in hisce fragmentis (nam maximam partem desideramus) enormem morum proliuim severus Arbitr noster profertur, quomodo de eo loquitur Putcanus loco paulo ante allegato, in bonarum artium professores, ipsosque adeo parentes ob pravam educationem, & institutionem invenitur. Mox procuratorum forensium & advocatorum calumnias, judiciumque justitiam taxat. Tum in sacerdotum infandas libidines atque hypocrisis invecus, transitum ad luxum convivorum facit, quem sub Trimalchionis nomine ac lautitiis prolixè perstringit. Hinc de scelerata paedagogorum nequitia & philosophorum hypocrisis parentes atque amicos serio monet: accusat literatorum, & artificum focardium: reprehendit publicarum balnearum turpitudinem. Postmodum maritorum & negotiatorum quorundam sive fortunam, sive ingenium tangens, acerrime in levitatem seminarum animadvertit, quam facile adament, & peregrinos quidem juvenes ultro ambiant. Porro in imposturas ac fraudes exulum & natale solum vertentium, quibus hospites suos & creditores, dum amplos alibi census jaectant, circumscribunt, stylum excucit. Infamiam denique testatorum & captatorum, nefariis conditionibus sibi invicem insidiantium,

notat. Et haec tantum reliqua sunt hujus Satyrici capita: caetera injuria temporum nobis invisi. Hicque quod interpretes monent, meminisse juvabit, Epi. t. ad Rom. cap. 1. & 13. tum ad Galat. cap. 5. & Epi. t. ad Cor. cap. 6. quibus locis Apostolus de flagitiis Romanorum & Graecorum agit, non melius, quam perfecto hoc Satyrico, intelligi posse.

Superest, ut *quid hoc in editione praestitum* edisseram: Satyricon damus vetus, simul & fragmentum ejusdem. Deinde P. Petronii Rhetoris declamationem & Petronii Grammatici fragmenta adjungimus. Postea plerumque tum Petronii nomine insignitorum, tum aliorum, quos recensere labor foret inutilis ac plane frustra, subicimus Epigrammata, & Sulpiciae Satyricon carmen. Joannis Bourdelotii notas criticas, quae ad Petronii Satyricon intelligendum maximae erant utilitati, ac pariter ipsiusmet Petronii glossarium (quo nil lucidius aptissimum ad verba Latino sermoni penitus ignota, graecumque potius redolentia, quod non mediocre afferet commodum, explananda per scrutandaque: omnis denique variorum interpretum commentariis, transvolamus ad Priapeia seu diverforum poetarum in Priapum lusus, cui succedunt veterum poetarum Errones Venerei, Pervigilium Veneris, Floridi de Qualitate vitae, Epigramma Valerii Aeditui, Ausonii cento nuptialis, Cupido cruci affixus, ejusdem Rosae, Priapifinus cum Ecloga Tobiae Guterleth. Haec satis sint. & priusquam te, mi Lector, deferam, unum moneo, nimirum suppleta suppleas benignus, omniaque legitime ac honesto sine legas. Quibus sic indicatis, vale, & studiis nostris fave.

## P R A E F A T I O ,

Quam sub Typographi nomine praemiserunt Tragurienfi fragmento, qui id primum Patavii edidit.

**M**arinus Statileus Tragurienfis, vir diligens, & eruditus, cum olim post absolutum jurisprudentiae studium, Patavio reversus in patriam, offendisset in Bibliotheca Nicolai Cippi, amici omnibus officiis conjuncti sibi, antiquum volumen, in eoque, una cum carminibus Horatii vulgaris exempli, Satyricon Petronii Arbitri, in quo praeter ea, quae de operis hujus auctore circumferuntur, plurima notasset nova, neque in impressis legi solita: deliberare apud se coepit de scripto publicae literatorum delectationi non invidendo, cum praeter antiquitatem codicis, ad pretium inventi confer-

re plurimum videretur, quod liber Hecitori quondam Cippico possessus putabatur, hujus Nicolai abavo, viro longe doctissimo, magnaeque inter suos auctoritatis, & famae, quemque tradunt literis & optimarum artium gloria proximam floruisse *Coriolano Cippico*, consobrino suo scriptori elegantis historiae de bello Asiatico, quod Veneti cum Mahomete Secundo Turcarum Principe gessere Petri Mocenici ductu; cujus quidem scriptoris honorifica mentio exstat apud Palladium Iustum in opusculo de situ orae Illyrici, & apud M. Ant. Sabellicum de antiquae linguae reparatione: cumque idcirco satis caute habere se crederet, ne, quod invenerat contemnendum putaret, cum doctioribus quibusque suum consilium, primo in patria, deinde Venetiis, ac Batavii communcavit; sed inprimis cum *Johanne Rbodio*, profundae eruditionis, & solidi judicii viro. Et quia res visa omnibus est magni imprimis momenti, propter singulare auctoris de puritate & elegantia linguae Latinae meritum, cujus germanum hunc partum ut crederet, multis atque indubiis argumentis adducebatur: destinavit commodiori meditationi curam vulgandi scripti, & castigationibus illustrandi; sed quoniam suum propositum aliis occupationibus distentus exequi disterebat, cruciabatque ea mora multorum doctorum hominum commotos expectatione animos, Venetus ad Summum Pontificem Orator suum ei restudium, auctoritatemque commodavit. Quamvis enim gravissimis urgeatur negotiis, intentaque & assidua mentis agatione opus habeat, & ut suo amplissimo muneri, ea, quam omnes in eo admirantur, prudentia, consilio, dexterritate respondeat, studia tamen optimarum artium pulcherrimum sapienti viro molestis a curis laxamentum existimat: utque est amantissimus literarum, reique literariae promovendae maxime cupidus, egit cum Statileo vehementer, ut saltem exemplum ejus partis libri, qua Petronius hic Tragurienfis ab exemplaribus vulgatis diversus est, Romam ad se mitteret, quod non tarde, nec operose obtinuit. Itaque tanti legati beneficio doctissimi cujusque in urbe censurae subiectus liber, opinionem sui, quam e Dalmatia, Venetiisque ac Patavio attulerat, facile retinere est visus. Primo, quia antiquitas scripturae ducentorum amplius annorum, quam illi nemo, non tribuit, omni illum suspitione suppositionis liberat, quod eo seculo non adhuc adeo subtiliter sapenter sermonis Romani lautitiae, ut hujus auctoris non alia re, quam elegantia, commendati, famam anxie ac laboriose altruere voluerint lucubrationibus suis eruditi viri: Deinde, quod lacunae pleraeque, & hiatus, quibus laborant vulgati codices, egregie per haec scripta explentur, &

complanantur, & sicubi in ipsis lacunis verba aliqua pauca, nec integrae sententiae extant, hoc supplemento suis locis aptata, & suo sensui restituta leguntur, idemque accidit de narratione casus infelicis illius vasorum artificis quam à Johanne Sarisberienfi accepimus Petronianam esse: cujusmodi etiam est eodem auctore porcus Trimalecionis aliis animalibus, atque eis, gravidus qui in hoc fragmento lepidissime describitur. Accedit res omnium gravissima, stilus non abhorrens à Petronii caractere: Verum quia hoc ipsum nequaquam perpetuum est, nec paucae dictiones occurrunt insolentes Romanis auribus, ac sententiae etiam quaedam non usquequaque Petroniani saporis, non nemo est qui dubitat, ne id accidat scripturae vitio non ex omni parte germanae: aliis librariorum culpa esse videtur, qui exscribendo alia ex aliis exemplaria errores erroribus accumularint, notisque fortasse in margine librorum inventas auctoris verbis immiscuerint. Nobis rem in medio ponere consilium est, & iudicio legentium integram relinquere. Itaque fragmentum ipsum Statili, ejus inventoris, manu diligenter à suo veteri exemplari descriptum, nudum, & quale ab eodem impetratum accepimus, correctis dumtaxat nonnullis gravioribus orthographiae mendis, publici juris facere decrevimus; quo materia praebeatur decoris ingenii, & hujusmodi linguae Latinae munditiarum intelligentibus, in hoc se pulvere exercendi, scriptoremque omnium lepidissimum hac etiam sui parte à temporis injuriis vindicandi. Accipe igitur, humanissime Lector, hunc nostrum, qualiscunque est, laborem, & conatum promovendi pro virili parte Latinas literas boni consule; operisque elegantissimi integritati, quantum licuit, consultum esse pro tuo erga bonas artes studio gratulare.

*Serenissimo Principi*

LUDOVICO BORBONIO,  
PRINCIPI CONDAEO, &c.

*Serenissime Princeps,*

Cum fragmentum Petronii Arbitri superioribus annis apud Tragurium Dalmatiae civitatem repertum acceptaque Patavii publica luce Parisios advectum studia doctorum virorum in partes non leviter distraxisset, aliis illud scriptum pro legitimo & genuino sui auctoris foetu agnoscentibus, aliis adulterinum & supposititium quovis pignore esse certantibus; accidit illi perhonorifice, ut nequaquam indigna res

videretur, quae tuum, Princeps Serenissime, aspectum subiret, tuumque iudicium experiretur. Summa namque humanitate (ut rumor est) codicem Patavio allatum in tuam Bibliothecam admisisti, & ad gravissimarum curarum, quae coelestem mentem tuam assidue intentam & exercitam habent, laxamentum, lectionem & cognitionem ejus adhibere non semel dignatus es. Ne autem temere de illius statu pronuntiares, viros doctrina & eruditione praestantes in consilium advocasti, qui propositis in utramque partem rationibus & argumentis hanc literariam causam coram te diligenter ac serio disceptarent. Huic ego rumori, summo cum plausu atque approbatione doctissimi cujusque excepto, quin fidem haberem, minime, Princeps Serenissime, dubitavi. Veniebat enim in mentem divini ingenii tui nobilitas, cujus immenso captu non solum administrandae Reip. & rei militaris exercendae, & copiarum ducendarum rationes, quas Viris tui fastigii convenientes etiam vulgus putat, sed etiam haec amoeniora Musarum studia complecteris, & inter caeteras regias artes recensendas existimas. Nec injuria; earum namque beneficium est, ne animus humanus, serendo seriarum cogitationum continenter oneri impar, ad otia ignava respiciat, sed consultius ad vires rescindendas in curarum varietate, quam in supino torpore, momentum positum esse ducat. Cum autem ea disceptatio manca quodammodo videri possit ob nondum inspectum à viris doctis codicem manuscriptorum, quo fragmentum continebatur, à quo praecipue petendae erant necessariae ad instruendum iudicium conjecturae, nec multum temporis intercessisset, ut is codex adniten- summi viris Antonio Grimano, Veneto ad Pont. Max. Legato, & Antonio Priolo, Dalmatiae Praefecto, Romam mitteretur, & publice visendus & examinandus proponeretur, essentque mihi sub praelo omnes hujus auctoris reliquiae, cum notis & commentariis paulo, quam alias editae, instructiores, ornatioresque: meorum partium esse putavi, codicem ipsum Tragurio allatum, sicut est mendosum & a veterum librariorum imperitia male multatum meis typis publice legendum proponere, unaque novam Marini Statilii, ejus domini, Apologiam, quo habent literarum studiosi collectum in unum veluti corpus totum hujus causae conspectum; & quid cuique de ea pronuntiandum esset, facilius apud se quisque statueret. Et quoniam te, Serenissime Princeps, arbitro & quasi consilii praesidio quaestio haec verbis exerceri coepit est, absurdum prorsus & à iudiciorum consuetudine alienum fuerit, si eundem te caeterae quoque ejusdem iudicii partes, quae scripto consignatae sunt, disceptato-

rem



rem non haberent. Prodit itaque liber tuo potissimum inscriptus nomine, tuaeque summae dignitatis splendore conspicuus, quo illum frui & in luce fulgentissima literarum gloriosum incedere, quae tua humanitas est, & in literas & bonas artes studium, facile patiere Serenissime Princeps, minime detrectaturum fortunam, quam huic causae gravissimus iudicii tui calculus esse volet.

*S. renissimae tuae celsitudinis devotissimus*

J. BLAEU.

D. D. GULIELMO ET PETRO  
FRATRIBUS BLAEU

JOANNES LUCIUS

Salutem.

Cum praeteritis hisce annis allatum esset in Urbem fragmentum T. Petronii Arbitri, integram coenae Trimalchionis fabulam continens, quae trunca, & mutila haecenus legebatur, exscriptum à vetusto codice Tragurienfi Bibliothecae Cippicorum, in quo plurima alia Petroniani Satyrici cum jam editis congruentia descripta sunt: cumque res visa esset ereditorum oculis, & cognitione non indigna, exemplum ejus ad vos, viri Clarissimi, ut perveniret efficere conatus sum, quorum opera publicam lucem acciperet; sed intervenit casus, ut alio, quam quo erat destinatus, literarum mearum fasciculus abiret, qui tamen post varios errores incidit commodum in manus (ut audio) Viri summae dignitatis, summaeque doctrinae apud Parisios, ejusque cura doctorum hominum iudiciis commissa est: nata exemplo nobilis inter ejus lectores controversia, germanusne parentis, quem praeferebat, foetus, an spurius & suppositivus videretur. Et quando codex antiquus, quem dixi, nusquam comparebat, nullique satis idonei testes proferebantur, qui scripturam vidissent, deque ea judicare possent, si qui ejus causae favebant (quos quidem plurimos, & fere doctissimum quemque fuisse accepi) non nisi cunctanter & timide tanta de re pronunciaré visi sunt. Quamvis autem ipse hunc codicem, cum essem Tragurii, saepe inspexissem, ac perlegissem, & cum exemplo typis vestris impresso, quod apud me est, contulissem, & utriusque locos, tum congruentes, tum discrepantes in margine ejusdem editi adnotassem, vobisque, dum in Urbe eratis, ostendissem, aetatemque manuscriptorum saltem ducentorum an-

norum productionem esse indicassem: tamen testimonium hac de re meum, nec apud me ipsum tanti feci, nec in aliorum animis tanto in pretio futurum judicavi, ut prolato ipso codice, & in loco celebri palam inspecto, ad fidem ejus antiquitatis ascendendam opus non esset. Eoque magis, quod idem fragmentum Patavii interim editum est, nequaquam satis accurate, & dimissa pallim ejus exemplaria & studia & stilum hominum cruditorum excivere in utramque controversiae partem proluxe disputandi. Itaque & ipse, quantum in me fuit, & plerique alii, quibus absterfa à provinciae nostrae nomine hac tam foeda macula opus erat, summa ope contendimus, ne Marinus Statilius, codicis possessor, in suo proposito hujus scripti occulte habendi perseveraret, sed Romae conspicere, & judicari patere: donec summorum virorum interventu Antonii Priuli, Dalmatiae Praefidis, & Antonii Grimani, Veneti apud Urbem Legati, confecta res est, eoque facultas summa fuit codicis per otium legendi, & pertractandi; agnitaeque est ab amicis meis in hoc codice cum Amstelodamensi, quam dixi, collatio; & scubi ab illo discrepabat, aut cum illo congruebat adnotatio ductis lineis, & appositis numeris paginarum designata, simul autem totum scriptum describere commode potuit: quod quidem ut fieret, curatum diligenter est, summo adhibito studio, ut editio ejus prodire posset quam fidelissima, una cum adnotationibus marginalibus eadem manu, qua contextus exaratus est, appositis (aliae vero quae recentiores vitae sunt consulto omissae fuerunt) Item cum suis mendis quantumvis enormibus, & manifestis: nam non solum corruptae plurimae voces, sed etiam peccata orthographiae in diphthongis tum omittendis, tum peperam collocandis, in litteris majusculis non adhibendis, in negligendis interpunctionibus, & si quae alia vitiosam scriptionem faciunt, intacta relicta sunt. Qua quidem in re diversum consilium meum fuit ab editoris Patavini diligentia, quae nequaquam (ut mea fert opinio) satis opportune, & sine dubio multo quam opus erat remissius, in adornanda ejus correctione versata est. Hoc itaque exemplum ut quam exactissime typis vestris expressum appareat, magni interest proposito hujus editionis, & rationibus causae à Statilio susceptae: cuius defensionem ad vos mitto una cum hoc exemplo imprimendam. Eruditis autem doctorum virorum laboribus, si quis hac de re scribere praeterea volet, alia editione opus erit, vel si placet hac ipsa uti poterit: Ita tamen, ut quae quis de suo his scriptionibus adjienda putaverit, omnino separatim adsciat, quo ipsae integrae & propria cum specie visendae, & judicandae legentium oculis subsiciantur.

Romae die 14. Novemb. an. Domini MDCCLXVII.  
(V v 2) J O.

## JO. CAJI TILEBOMENI

DE TRAGURIENSI FRAGMENTO

PETRONII

Judicium ad Typographum.

Di boni! vir amicissime, quam delinitum is apte, quam bene permulsum animos eorum, quibus adhuc cordi sunt Romanae Musae venustiores; tersa de more, quam paras, editione novorum veterum quantivis pretii, Fragmentorum Petronii, quae Tragurii reperta sunt, nuper in rara & ad invidiam usque felici librorum inibi suppellectile Cippicorum illustrium. Quid enim felicem non appellem illam, quae talem, ut ita dicam, aspergit aquam indies deficientibus ac sensim percuntibus literis amoenioribus? unde vires ipsae nonnullas valeant resumere? Nec poteris certe, Vir optime, quidquam jucundius, vel gratius adornare sapientibus ac patricii gustus hominibus, quam reticentia sepultam huc usque secretioris historiae portiunculam illam, in apricum proferre: & spurcae Neronis aulae flagitia, quae, sub exoletorum foeminarumque personis, perurbane in scenam traduxit ac una perstrinxit Petronius, omnium oculis & odio subicere. Ubi subit abominari maxime facinus indignum prorsus illorum hominum, qui desideratissimi jure merito Satirici Caji Petronii, Arbitri inquam illius sui nequitiarum Principis, integrum corpus celant ac posteris invident. Macte igitur hac nova virtute, Vir ornatissime, perge tuis alacriter typis beare hanc ipsam, quam per amicos illustres faustis avibus ex Italia es nactus, mellitissimam partem comoediae hujus (ita vocat hoc opus Policraticus Joannis Sarisberiensis, cui aeque ac Ciceroni Terentius, familiaris fuisse videtur Petronius.) Nec vero, an illa sit perlepidi, ut erat prorsus, ingenii Arbitri nostri genuina proles, ullus dubito: cum id satis superque conficiant & probent, tum constans ac nihil turbata narrationis series ejusce literariae auctionis, cujus interventu, cupientissimo sane, vulgatorum jampridem Petronii fragmentorum hiatus & lacunas expleri: peregrina, quae irrepperant, verba, migrare: contraque propria in eorum locum redire, ac postliminii quasi jure, plane mireris revertere: Tum etiam suavis, ac nulli cum illa communis, nitor & concinnitas orationis: ut alia praeteream argumenta, non minoris addicenda. Sed objiciet quis forte, multa notari in illa, quae vix audiant Latine: multas voces insolitas ac ita obscuras, ut vel ipsi Oedipo negotium facessero; adeo

ut tam purum, tam nitidum tamque politum scriptorem minus redolcant. Cedam equidem: sed ille quoque concedat necesse est, (si quid illi saporis ac solertiae bonis in literis) Petroniani sermonis leporem, gratiam atque venustatem, haec inter micare, & ut stellas inter luna minores, clarius resurgere, ut isthaec proinde aut male nitenti, vel deficienti ἀπορροια, aut amanuensi non satis perito imputari debeant. Neque mehercule haec impudens dico; cum noverim probe, id infortunii genus accidisse huic ipsi Petronio, cum primum Venetiis anno millesimo undequingentesimo, praeflo commissum est, atque publicatum Satiricum illius

----- *lacerum crudeliter ora,*

*Ora manisque ambas, populataque tempora rapitis*

*Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.*

Verum enim vero bono politiorum literarum fato, tempore ex illo poene nullus, cui paulo blandius arriserint ipsae Musae, non amissus est ei ferre suppetias ac medicinam facere; imprimisque Hermanus Buschius, inde Johannes Alexander Brassicanus: ac ita deinceps, ordine commentationis cujusque, Joannes Auratus: Henricus Memmius: Alphonsus Delbenius: Claudius Puteanus: Joannes Sambucus, Pannonius ille doctissimus, qui MS. Codicis longe amplioris meliorisque, quam qui tum editi erant, opera, Petronium in multis perfectiorem, & paginis etiam solidis auctiorem reddidit Antverpiae centum abhinc annis minus uno: Joannes Tornaesius, qui suam editionem Lugduni, paulo post instruxit, sane praestabilem: Henricus Stephanus: Petrus Daniel, qui, sub Pierii Aureliani nomine, eruditissimas suas in Petronium notas in vulgus exire, si visisset, constituerat: Pithoeus uterque: Mamertus Patissonium, qui, praeter varietatem lectionum, quas elegantibus quidem formis, cum ipso Petronio Lutetiae chartis illeivit perpulchris anno M. D. LXXVII. Aliam insuper tam magis nitentem, quam esse potest, locupletioremq; authoris illius editionem perfecit ibidem, annos post decem, Joannes Passeratius, cujus exemplar & id sufferum manu propria lectionibus variis notisque innumeris, quin & felicibus conjecturis ditatum ac illustratum asservat Parisiis I. Jacobus Mentelius, Vir Nobilis. Michaël Gaspar Lundorpius, qui *ιστορικόν* de Petronio praeclara collegit, falso Erhardi nomine alias edita. Germanus Coladonius; Janus Doufa Pater, in quo perfecta semper eruditio certavit cum ingenii pulchritudine: quique inter caetera de Petronio Arbitro, hoc etiam est promeritus, ut insignia duo loca ipsius: alterum de ductili vitro, alterum de coena Trimalcionis, quae sibi

quondam assumferat Joannes ille Sarisberienfis, in Satirici ordinem authoris ejusdem, primus ipse redegerit. Petrus Guirandus: Joannes Ricardus: Gulielmus Dupeyratius: Claudius Binetus: Janus Doufa, Filius: Conradas Rittershufius: Jacobus Bongarfius: Joannes à Wouweren, & ille quid utique non praestitit? quos pluteos non excuffit, ut Petronium nova luce fuffunderet? Gafper Scioppius: Jofephus Antonius Gonfalius à Salas, qui fuis in Petronium Commentis, iisque felectis Juppiter! & amuffitatis exacte, curavit ad Sirenem Latinam feu puriffimarum vocum illius quasi promptuarium, nulli ni fallor, qui Romane loquendi amat veneres, non valde gratum, ac propemodum neceffarium. Joannes Bourdelotius: qui Commentario, illoque brevi ac mire diferto atque accurato, eundem enucleavit. Renatus Morellus; Joannes Petrus Lotichius, qui notis ad Petronii verba *ἱεραρχικὰ ἔργα* praemifit, curiofa omni doctrina referta atque ad miraculum erudita: Thomas de Judicibus: aliique adeo funt multi, ut enumerando vix fuffineas. Qui omnes invicem fecere Animadverfionibus & Colleftaneis, Calligationibus & Schediafmatis, Racemationibus & Scholiis, Obfervationibus & Symbolis, Excurfibus, & Conjeftaneis Notulis, Differtationibus ac Spicilegiis: ut, quem quondam turpi ubique fcitentem fribilagine, mutilum, dederat vetus editio, Venetiis: vel ex ipfa poftmodum Calderiana, Parifii: emaculatum nunc tandem, ac tantum non reftitutum feliciter habeamus. Quod certe cum tuo, Vir eximie, novo hocce fragmento, quod e vetuffiffimo (ne quid fraudis in eo fubefle quis putet) fimul & integerrimo Mureti Codice Manufcripto, cujus meminit Petrus Daniel in notis, deferibi fortean fibi olim curaverat Venetiis, dum doctis quibusque percharus juvenis hic commoraretur Muretus, Hektor Cypio feu Cypicus, civis Tragurianus, vir apud uos magnificus, & optimarum artium gloria laudatiflimus: fimiliter actum iri, mihi facile perfuadeo, ftatim atque fecundo artis tuae munere dimiferis, publicaveris; illiusque falutem *ἢ ἰδὲ τὸν χαριεντῆρα* adpofite commendaveris. Sed interim, Vale.

JOHANNI CAPELLANO

*Illuftri viro, & Chriftianiffimi Regis  
Confiliario,*

JOH. CHRISTOPHORUS  
WAGENSEIL

Salutem &amp; obfervantiam dico.

SI fatendum, quod res eft: oritur utique frequenter amicitia ex occulto quodam animi impeta, & intus latente inexplicabili caufa. Neque enim alio referre poffum fumam benevolentiam, qua me hominem peregrinum & ignotum, necdum ullius in ftudiis nominis, omnium omnino meritum expertem, atque adeo à nemine commendatum, ubi primum inter cultores tuos admitti popofci, ilico complexus es, quamque mirifico in me ftudio perpetuo comprobati. Nempe patuere mihi affidue aedes tuae: licuit è tuis dietis, factis, ac inftitutis fanctioris philofophiae monita haurire, & ea edifcere, ad quae fi non admiifus fuiffem, non erat operae pretium ad excolendum ingenium meum, nofcendofque hominum mores totam fere Europam luftraviffem. Enimvero uti haec beneficia tanti, quanti bonam mentem, aeftimo: ita teftimonium ac iudicium tuum, quo ipfius OPTIMI MAXIMI REGIS Numen, Majeftatem, divinanque liberalitatem mihi propitiati, nec ullis verbis exprimere valeo, ac ne fatis quod idem mente concipere. Cui tantae benignitati tuae quando aliam referre gratiam nequeo, ejus me tota vita memorem futurum polliceor. Has ergo litteras confefforiae tabellae, ac velut pigroris loco, te habere quaefo, & fimul aequi tonique confulere munus, quod adjunxi. Eft enim quae de meo contuli, levia & non fatis digna funt in cujufquam manus, nedum in tuum confpectum venire, quippe quae petafatus in ipfo Hispanicae peregrinationibus procinctu, multas inter occupationes celeriter effudi: quia tamen Summi Viri HADRIANI VALESII infignem Differtationem elicuerunt, ideo quam à fe non habent, auctoritatem & lucem ab ea mutuuntur, & cum tibi, tum Reipublicae litterariae, nonnihil fe illo nomine commendabunt. Nam fine illa fuiffet, meae profecto nugae, ad amicum majori fiducia quam cura privatim fcriptae, numquam prodiffent in publicum. Valesianum autem acre de novo Petronii fragmento iudicium ex Hispania reverfus fupprimere ditius fine flagitio non potui. Tam perfpicue enim (audacter dico) omnem errorem nobis diffolvit.

*Ut contra fi quis fentiat, nil fentiat.* Vale Illuftris Vir. Data Luteciae vi. Id. Januarii Ann.

M. DC. LXVI.

(V V 3)

JOH.

JOH. CHRISTOPHORI WAGENSEILII

D E

## CENA TRIMALCIONIS

Nuper sub Petronii nomine vulgata

A D

CHRISTOPH. ARNOLDUM V. C.

## DISSERTATIO.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

V. C.

JOH. CHRISTOPH. WAGENSEIL

*Salutem dico.*

ANTE hoc biennium cum Romae commorarer, convenit me aliquando eruditus vir, qui nunc fato sanctus est, *Abrahamus Ecchellenfis*: cumque vario sermone inter cetera de Itolorum recens editis, ac postmodum edendis ingenii fetibus colloqueremur, mentionem injecit Petroniani nequaquam mutili codicis, quem in Dalmatia repertum Venetus ad Pontificem legatus possideret, & post suum in patriam, quem maturabat, reditum, esset facturus publici juris. Cumque eo nuntio vehementer me gaudere animadverteret, recipiebat pro sua erga me humanitate, acturum sese hoc gnaviter, ut ipsius libri legendi mihi faceret copiam. Convassaverat autem jamtum sua Amplissimus Orator domum rediturus. Quare etsi illius opera, meumque elusum desiderium, nihilo tamen minus emolumento recip. litterariae, & mihi quoque, quem Petroniana venustas serium semper habuit amatorem, tacite gratulabar: neque me continui, quin ilico eos qui affectu benevolentiaeque mihi junguntur, (quos inter Te V. C. tuo erga me merito praecipue numero) ingentis meae voluptatis reddere participes: Enimvero hanc animo conceptam laetitiam paullo post apud Taurinos degenti mihi, Venetorum litterae non parum imminuerunt, quod haudquaquam totum Petronium, sed insigne tantum fragmentum ab interitu vindicatum memorerent. Imminuerunt autem, non tamen abtulerunt funditus. Quippe perspectum habeo non vilius coli ab eruditis librorum, quam ab antiquariis statuarum, fragmina,

*Et Curios jam dividios, nasoque minorem Corvinum, & Galbam auriculis nasoque carentem.*

Erutus fuerat quondam Romae fortuito e rudibus truncus sine pedibus, capite & brachiis. Ei nihilominus quotquot in Urbe sunt signorum principatum detulit immortalis Michael Angelus, & illius lineamentis inhaerendo, summae suae arti, cujus rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia, animorum etiam picturam monstrabant, multum contulit: ideoque inter toto orbe nota antiquitatis specimina ultimosque humanae industriae conatus, Venerem nimirum pudicam, Antinum, Nilum cum septemdecim puerulis, & trium (quod non tam Plinio, quam oculis, credimus) artificum divinum illud opus, Laocoontem, simulacrum hoc in Vaticanis hortis honoratiore loco reposuit. Similis Petroniani foedum in modum laceri corporis haecenus apud litteratos fors fuit. Idem ergo novo huic membro ominabar, proindeque summopere optabam, expleret aestuantium cupidinem gravissimus Senator, neque nimis diu spes nostras moraretur. Ex eo deinde tempore Gallicum iter ingresso mihi, nihil de Petronio amplius rescire licuit: donec hisce diebus eruditorum confessui, qui in celeberrimi *Menagii* musco singulis hebdomadibus habetur, interveniens non prodiisse solum comperio in Italia Petronianum fragmentum, sed etiam Luteciae novam editionem ad ejus exemplum adornatam. Quaesito itaque Bibliopolae nomine & domicilio, celeri gradu ad illum me confero: & pretio quod poscebat exsoluto, domum repetens, librumque in manus sumens, curiosos oculos admoveo. Cum vero initia pridem aliunde nos habere animadverterem, his praetermissis, novitate animi oblectare unice desiderabam. Vix autem unam & alteram pagellam perlegeram, & statim moto diutius capite, spondere (intra memet inquam) ausim, hunc sermonem non esse Petroniani saporis. Quare cum dicente haecenus nostro, *nequaquam recte faciat, qui cito credit*: judicio ad hoc agendum evocato, veritatem explorare, totumque libellum cum annexis praefationibus sollicitè evolvere institui. Cui operi dum defixus incumbo, bene multa ultra sese mihi offerebant, ex quibus confectum esse a plano quodam istud Trimalcionis convivii supplementum, non suspicari, sed citra trepidationem affirmare posse existimabam. Quod num bene, num secus abs me factum sit, ut didi-ces, rationum quae succurrebant momenta inter festinandum in chartam conjicere, & ad te, *Arnolde clarissime*, perscribere visum est: ut pro ea qua polles singulari doctrina, hisce vel addas vel demas fidem, atque si & tu pedibus in

no-

nostram sententiam iveris, popularium juvenum animos ad magna surgentes a pestilenti hoc fidere cavere sibi jubeas, nec illam laciniam Petronianae purpurae apud nos quoque assui patiaris. Qui enim talibus nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere qui in culina habitant. Equidem nullus ignoro, periculosae plenum opus alicae esse, de aliquo scripto, num genuinum aut adulterinum sit, velle pronuntiare. Nec longe quaerenda magnorum virorum exempla, qui toto hic coelo misere aberrarunt. Opus multa eruditione, limato judicio, accurata circumspeditione, & familiariter, ut ita loquar, cum scriptoribus necessitudine: quo quem non tam cum vulgo ad alloquium, quam ad intima arcana, admissum appareat. Quae omnia etiam in me perexigua esse sentio, ac praeterea in hac longiore peregrinatione mihi libri nulli praesidio sunt: non tamen coram Te, tam benigno rerum aestimatore, hanc causam agere reformido. Hic enim Judaei mei mihi obversantur, quorum in Talmudicis Digestis cum a τοῖς εἰρημολογῶσι prolata argumenta sunt, saepe mulier aut servus magistro responsum praeripit, causaeque bonitatis fiducia, secum adversarium committi deposcit. Eadem & mihi mens: aut si major, jure bono utor Quiritium, quod cum lex Cornelia de Fallis violata est, persecutionem criminis etiam cuiusvis e populo indulget. Prius autem quam rem ipsam aggredior, geminis qui contra me dicunt testibus aurem nonnihilo porrigan. Etiam enim repellere eos possem tanquam minus idoneos, quod alter pro amico Typographo ex compacto, alter Typographus pro se se, atque sic ambo in rem suam loquuntur: ne tamen habeant quod querantur, age tantisper audiamus, quo nobis commendent modo Deorum hoc munus scilicet.

Sunt in ipso statim limine aliqua, quae me offendunt, quibus tamen neutquam vacare constitui. Nolo enim operose disquirere, quae vocabuli Ἀνέκδοτῶν germana vis sit. Tolerabo quoque illum Euripidis versum etiam (quod fateor) aegerime, cum certum sit Christiani cum hominis pietatem fere lacerare. Postquam enim sancto Spiritui Menandri effatum in divinis oraculis dignitatem evehere, omnesque fideles graviter hortari placuit: Μη πῶρον ἄπο τοῦ ἑσθίου ἕδν γένησ' ὀμιλίαι κακοί. istud adversa fronte pugnans Euripidis: Ἡθεὺς δὲναιε Φαλαῖ & ψαυδῆ λογῶν, non putarim nude & simpliciter laudare, eoque librorum fontes exornare cuiquam esse integrum. Esto, commoda molliri queat interpretatione: sed nobis caste sobriusque non sentiendum solum, sed & loquendum. Alioquin uti nihil tam probe dictum, quod perversa ingenia in pravum sensum detorqueere non queant: ita quoque haud ullae tam execrabiles voces,

quae bonum sensum sibi asringi non patiantur. Adde, quod Euripidis dictum prorsus ἕλετ' ἄπο τοῦ εἰρημολογῶσι Satis enim honeste pleraque peraguntur in hoc convivio, ita ut nullius animus moresque ex huius fragmenti lectione noxam sint contracturi. Haec autem, uti dixi, late nunc non prosequor. Illud vero quod porro ibidem exprimitur praefixo judicio de filii ratione ipsius, condonari nullatenus potest. Quis enim alius ita loquutus? Et quam misera est haec innocentis pronominis e sua sede in aliam deportatio? Immo quorum quaevis de filii ratione iudicium? Si enim omnino Petronii est hoc fragmentum, haud ultra de stilo admodum laboramus, satisque constat, quo censu sit habendum. At longe melius Cajus Tulebomus suam Epistolam de Tragurienti fragmento Petronii iudicium inscripsit. Ad eum autem nunc nostra pergit oratio, libratura rationum illius pondera, ob quas fragmentum hoc nobis obtrudere molitur.

Principio urget constantem ac nihil turbatam narrationis seriem; quodque hoc auctario vulgatorum pridem Petronii fragmentorum hiatus & lacunae explantur. Convenienter profecto ex Rhetorum praecepto hoc argumentum primo loco posuit. Tam leve enim est, ut nihil supra. Equis adeo hospes est in bonis litteris, ut nesciat omnem aetatem tulisse ineptos lycophantas, qui otio & ingenio suo abusi, ingratis Gratiis ab aliis scripta inersitare & pro suo arbitrio interpolare fategerunt, servato utcumque ordine rerum? Quin si ista valet collectio, tum quidem Livii aut Curtii supplementa illis ipsis auctoribus tribuamus licet, ob retentam sane seriem rerum gestarum, & utcumque expletas, quibus illi scriptores laborabant, lacunas. At vero praeterquam quod vetera & recentia in hoc fragmento ante cohaerere dicuntur, Petronianum insuper genium, ac nulli cum illo communem nitorem & concinnitatem orationis, offendi, urgetur. Ingenue fateor majoris hanc rationem esse ponderis, si idonee probari queat, sed an quisquam id sit praestiturus, vehementer etiam atque etiam dubito: mihi enim rem recte pensitanti contraria omnia verisimilia apparent, & clarum certumque discrimen inter veri & simulati Arbitri orationem indicare me posse mihi met videor. De hoc autem in progressu erimus solliciti, illud interim verbo indicandum, Tulebomoni conjecturam qua suspicatur, fieri potuisse, ut Hecker Cepio novum hoc fragmentum e Mureti vetustissimo & integerrimo codice descripserit, non satis (si quid ego prospicio) rem acu tangere: nec enim plane constat Muretum unquam talem habuisse codicem, & Petrus Daniel, qui solus illius meminit, ita rem narrat, ut facile appareat, e vagis ac incertis rumoribus eam haustam, quales

les saepe viris etiam doctis imponere, nemo tam rerum humanarum ignarus est, qui nesciat: & longe probabilius est, credere, ipsum Muretum palam iactaturum fuisse, si tale quid ei obtigisset. Sed esto, habuerit Petronii optimum codicem Muretus, quia tamen Traguriense exemplar ducentos amplius annos agere voluit, utique nullo modo fieri potest, ut ex Mureti libro sit expressum Ceterum quae adversus Tilebomenum differuimus, faciunt eadem ad impugnandum Patavinum typographum, qui supra typos sapere ausus est, & non imprimendi tantum, sed & iudicandi partes citra Quiritium suffragium sibi praepostere arrogavit. Nempe idem alta voce crepat, *lacunas plerasque & hiatus, quibus vulgati laborant codices, egregie hoc fragmento explorari; quin & stilum à Petroniano charactere non abhorreere.* Ad quae quia pridem Tilebomeno aut satisfecimus, aut de satisfaciendo fidem oppignravimus, non est cur idem bis repetamus. Tantum quaedam circa ea, quae alter non indicavit, monere operae est pretium. Postulat nimirum is homo, ut ei credamus Marinum Statileum codicem suum *primo in patria, deinde Venetiis & Patavii cum doctoribus quibusque, imprimis autem cum Johanne Rhodio, profundae eruditionis, & solidi iudicii viro, communicasse,* qui omnes quantum indicant sequentia, plurimum ei detulerint. Haec autem si ita sunt, quare nihil ex his quae maxime opus habemus, aut videmus? Quare tantorum virorum iudicia supprimunt? Cur gravi & perenni se opprobrio exponere, quam illa fragmento annectendo, eidem sibi quae auctoritatem conciliare malunt? Quid tergiverfantur? Quid nos suspensos tenent? Quando igitur tam subdole, tam inique, nobiscum agitur, condonabit nobis typographus, si in eam deveniamus opinionem, nihil cum praeter atram suam fuliginem nobis vendere, omniaque turpiter esse conficta. Ecce enim alioquin, obsecro, ex bene multis Venetiis & Patavinis, egregiis viris, unum tantummodo nominasset Rhodium, nisi quod is rebus humanis exemptus, *ἐν μακάρον νησοῖσι* degens, de tanta contumelia, quae per flagitium nomini atque doctrinae ipsius infertur, agere non potest? Claret inter Patavinos profundae elegantiorum litterarum cognitionis vir *Octavius Ferrarius.* Quare huic non exhibitus liber? aut quare ne tum quidem cum ista ederentur, rogatus praefaretur aliqua, & quo gratiosius esset ignotum fragmentum, haut gravatim efficacem ejus commendationem susceperet? Ea re aut totus fallor, aut vappam hanc indignam iudicavit, cui ederam suam appenderet; eoque ire iussit, quo Volusi Annales à Catullo ablegantur. Interim certum est cum ego Patavii degerem, nihil Ferrarium de Petroniano fragmento habuisse perspectum. Secus enim

non id clam me habere voluisset, quem inter cariores admisit, & non privatim tantum, sed & publice propensi favoris crebris testimoniis est prosequutus, adeo ut & varias lectiones, quas ex optimo Apuleii M. S. excerpfit, nec non alia quae in pretio habeo, ultro communicarit. Quomodo autem latere poterat optimum Virum Petronii hoc fragmentum, si cuiquam Venetiis aut Patavii, in primis Johanni Rhodio, cum quo arctam, quoad Deum & fata siverant, coluerat amicitiam, cuiusque defuncti etiam funus supremo humanitatis officio curavit, vel minimum innotuisset? Quemadmodum vero clavus clavum, sic nugae hic trudent nugae. Venetorum enim & Patavinorum litteratis derelictis, Romam mox pergite nos, atque nobilissimum legatum fragmentum, quod impetraverant, doctorum in Urbe censurae subiecisse, obque ducentorum in primis annorum aetatem, pro libri bonitate iudicatum fuisse perhibet. Elumbis est autem haec collectio eorum; nam nemo unicus cordatus Romae (uti mihi persuadeo) potuit *πρὸς εαυτὴν συνομιζειν.* Nam si postremis temporibus fias haudquaquam facta, idneone confestim unquam admilla? Atqui non heri, aut nudius dum tertius nati, cum qui *παλιῶς* aliorum serinia compilant, tum qui à se confictis vel antiquitatis, vel magni alicujus nominis auctoritatem tribuunt: immo vero cum ipsis litteris, nec prius definent, quam omnia in priscum chaos relabantur. Plautina auctaria, Ciceronis contra Sallustium, & hujus adversus illum declamationes, Scenecae ad Paulum Epistolae, aliaque ejus farinae, duorum saeculorum facile aetatem agunt, neque tamen ea propter fidem male ambulantiem obtegunt. Sed deseramus haec, quia notiora sunt, quam ut verbis opus sit: & potius miremur os frontemque typographi, qui quantum apparet, reliquos mortales fungos credidit, dum incogitantur temereque quidvis effudit. Praemissit enim *saltem* (tantum dicendum erat) *exemplum ejus partis libri, qua Petronius Traguriensis ab exemplaribus vulgatis diversus est, Romam ad illustrem Legatum missum:* sub finem itidem diserte fragmentum hoc Statilei manu diligenter è suo veteri exemplari descriptum proficitur. Ergo si Statileus veterem suum codicem retinuit, quomodo viri docti Romae de illius acate tulere iudicium? Si autem omnino tulere, qui fragmentum sua manu descripsit? Quamprimum ista inter se conciliaverit Frambottus, tum non amplius typhothetes, sed confestim

*erit mihi magnus Apollo.*

Nunc vero missos tandem faciam geminos praecones, atque adversus ipsum depugnabo fragmentum decretoriis armis: & injuriam inquam Arbitri vindicabo, & dignitatem: evincamque *malae & adulterinae notae esse hoc fragmentum,*

ita manifestum facientibus indicium tam VERBIS quam REBUS. Ad quae digito monstranda dum me accingo, illud interea arbitrandum relinquo, annon suspectus merito nobis esse debeat Statilius, quod solum hoc fragmentum protulerit. reliqua autem, quae in suo codice leguntur superflerit. Nam cum in aliquibus locis non tracticia deformitate Petronius adhuc sit insignitus, saltem quidquid erat lezionari varietatis, indicare debuisset: ut haberent unde tentarent Philologi, num totam illi formam suam reddere, & omnem scabitudinem sine cicatrice delere possent. Proinde jam statim conticiat quis, prorsus nihil praeter hoc fragmentum illum possidere in universo suo censu. Jurabat tamen simulata, Petroniano codici haec esse inserta; ne si nada & separata tantum diceret inventa, de furo ejus moveretur illico suspicio.

Praeterea & illud mirum videri queat, quod commodum Trimalcionis cenam fragmentum persequitur. Nam si rem recte pensamus, nulli bi facilius planus aliquis dolus & versutias exercere poterat. In ceteris majoris operis laborisque res fuisset, vel ad speciem aliquid subornare: hanc autem telam semel coeptam valde pronum erat pertexere. Praeparato sic duplici dubitatione animo, nunc denique majoris momenti rationes inculcare satagemus. Igitur quod ad Verba attinet, a'o illa barbara, monstrosa, immo ne humana quidem, quae adeo frequenter hic offendere est, imposturam prodere. E multis quaedam per futuram proferam in medium. Scilicet habemus *habaeccalis*, *credrae*, *culusta*, *bocalusias*, *pataracina*, *multispultarium*, *caldiceer*, *mixcix*, *burdubasta*, *constreim*, *resaptum*, *cro-mataricas*, *offin colaris*, *aerophirragiae*, *selodatae*, *mu nec ma*, *dignitoffo*, *marcellia gerge*, *matari-tata*, *copo copilatus*, *cbiam*, *ipin*, *caeritus*, *minuciolium*, *vaccatonem*, *jaucumbulum*, *gizeria*, *excattariffasti*, *artiffellium*, *coricillum*, & qui alii occurrunt horribiles soni, sive, ut ille ait, lapides cerebrum excutientes. Atque hic nemo mihi regerat, occurrisse jamdudum huic dubio utrumque hujus fabulae prologum, cauendo & scripturae vitio, & librariorum imperitia ista potuisse accidere: talem etiam reliquorum, quae de Petronio supersunt, & aequae sordidam fuisse olim faciem: expectare nunc Aristarchos nostros, ut in hoc pulvere sese exerceant, ac palmam in medio positam consequi laborent. Nulla subit animus oblivio: jam haec teneo memoriter: immo quod isti tam instanter flagitant, ego anbabus ulro largior; non tamen ideo meum eludent ictum. Ingenue fateor undecumque potius, quam ex Latio ortos fuisse librarios, qui talia scripserint: nec fieri posse, ut homo paucula Latinorum edoctus vocabula, tam inhoneste dictiones deturpet. Bonum factum! Si tales

erant, quare sui se nper non existere similes? Quare bene multae illae, quae de Trimalcionis cena ad nos per se nos remanserunt verae reliquiae, adeo immunes esse potuere ab omni fere labe? Nam prout istae hic exprimuntur, certant cum emendatissima, quotquot existunt, editionum: in ceteris autem nulla non pagella enormibus scater mendis. Quod ergo istud quaequo praepositorum fatum, ut tantum quae aliunde victura, aliunde edita dudum erant, in eolumia & compta ad nos è codice Tragarientis pervenirent? Quare, inquam, librarii nullum exordio rubiginem asfricere, sed fidem ac peritiam suam nobis comprobant? Quomodo autem tam repente oestro perciti ea membranis illinunt, quae non hominum verba, sed pecudum mugitus, videantur? Nempe hic quidam manifeste tenemus planum, qui non satis ex Arbitro nostro didicerat, *multa oportere una consentiant, ut mendacium aliquid consistat*. Ideo dum *γῶτα* a Petronii fragmenta pulchra atque ornata, sua autem affectato situ rancoreque squalentia in hoc theatrum educit, prodit se miser forex, & captus est: habet. Nondum argumentum de Verbis me dimittit: & quamvis inductione earum phrasum, quas Petronius in deliciis habuit, ac frequentissime ingeminavit, noster versa vice planus vel rarius, quam par erat, vel nunquam per suum stuporem adhibuit, ἀποδείξω formandi sese offerat occasio: sciens tamen, cum aliunde satis probationum suppetat, ista praetergredior. Quin potius suas impostori voces reddam, & uti ab omnibus ceteris mortalibus distinctum (perfrictum tamen) vultum vocemque habet: ita & peculiarem ei esse loquendi idiotissimum, cum quo Petronius nihil commune habeat, eum quod forsitan in se ipso non agnovit, edocebo.

Ne autem nimietate fastidio sim legentibus, delectu instituto quatuor inprimis loquendi modos, quibus ipse Petronius nec semel usus deprehenditur, signabo. *Primus est, quando toties ineptissimae humanitatem aliquibus hominibus admittit, & nescio quid in locum reponit*. Dixit quidem disertissimus noster Arbitr, *Quid vos me jumentum putatis esse, aut lapidariam navem? Hominis operas locavi, non caballi: nec minus liber sum, quam vos*. Dixerat quoque alibi: *Lorum in aqua, non inguina habet*: quibus sane nihil excogitari potuit argutius. Sed Pseudo-Arbitr, servum pecus, ineptus imitator, longe aliter & per summam vilicatem *ἐπιτορνυαλικός* c. 38. *Plus vini sub mensa effundebatur, quam aliquis in cella habet: phantasia, non homo*. item c. 43. *Durae buccae fuit, linguosus; discordia, non homo*. item c. 43. *Durae buccae fuit, linguosus; discordia, non homo*. iterum c. 44. *Sed meminì Sasinium. Tunc habitabat ad Arcum veterem me puero; piper, non homo*. iterumque c. 74. *At inflat se tanquam rana,*

& in sinum suum confuit; codex, non mulier. Adde quod c. 58. *Bella res iste qui te haec ducet, Musfrus, non magister.* Proxime inculco phrasin aliam, nimirum *plusquam*, quam rei augendae causa plusquam par est, aut oportet, usurpat falsus Arbiter, verus non usurpat. c. 38. *Plus vini sub mensa effundebatur, quam aliquis in cella habet.* c. 37. *Argenti in ostiarii illius cella plus jacet; quam quisquam in fortunis habet.* sic c. 34. *Hereditatem accipit, ex qua plus involavit, quam illi reliduum est.* cap. quoque 44. *Plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet.* denique cap. 57. *Cujus pluris erat unguis, quam tutotus es.* Tertio nimis saepe *dejerare* mihi videtur Pseudo-Petronius. Putares ex natione fuisse, quae pravam tertio cuique verbo jusjurandum interjiciendi contraxit consuetudinem. Genuinus Arbiter, etsi non omnino abstinuit, rariuscule tamen & vix semel aut iterum in universo, quale existat, Sattyrico ad sacras obtestationes delapsus est. Subditiuus autem in tam brevi fragmento passim jurat. cap. 44. *Ita meos frunifcar, ut ego puto omnia illa Adilibus fieri.* cap. 57. *Ita tutelam hujus loci habeam propitiam, ut ego, si secundum illum discumberem, jam illi balatum duxissem.* cap. 58. *Ita satur pane sum, ut ego istud cum liberto meo dono.* c. cod. *Ita lucrum faciam, & ita bene moriar, aut populus per exitum meum juret: nisi te toga ubique perversa fuero persecutus.* cap. 61. *Omne me, inquit, lucrum transeat, nisi jamuludum gaudimonia distilio, quod te talem video.* cap. 59. *Sic me salvum habeatis, ut ego sic solebam ipsum Ammeam debatuere.* cap. 70. *Ita crescam patrimonio, non corpore: ut ista coquus meus de porco fecit.* cap. 72. *Sic vos felices videam: conjiciamus nos in balneum.* cap. 74. *Sic genium meum propitium habeam; curabo domata sit.* Postremo etsi constat reperiri quandoque apud primae classis auctores vel in eadem, vel in simili dictione usus: parissime tamen, & tamquam sale ad condiendum, non ad vitiandum, sermone, talibus sunt usi. Nostri certe Arbitri generosior spiritus grandem & pudicam orationem, non vero vanitatem amans, indelectatus his est, nec unquam (nisi memoria me fallit) verborum ejus status argutias. Is econtra, qui sub nomine ejus irrepit, longe aliter animatus fuit. Nam enormiter hic impingit, atque adeo manifeste eis  $\Psi\upsilon\chi\omicron\gamma\lambda\omicron\varsigma\iota\alpha\nu\ \kappa\epsilon\iota\ \alpha\iota\upsilon\gamma\gamma\lambda\omicron\varsigma\iota\alpha\nu\ \epsilon\alpha\pi\iota\tau\epsilon\alpha$ . Ecce tibi testimonia: cap. 37. *Quem amat, amat: quem non amat, non amat.* cap. 38. *Vides illum, qui in imo imus recumbit?* cap. 39. *Qui me hominem inter homines esse voluit.* cap. 43. *Crevit quidquid crevit, tanquam favus.* Ibidem. *Frater ejus fortis fuit, amicus amico.* &, *Longe fugit, quisquis suos fugit.* cap. 44. *Serva me, servabo te.* Ibidem. *Illos Iemes, quos ego hic inveni, cum primum ex Asia veni.* Ibidem. *Amicus amico: cum quo audacter posses in tenebris ni-*

*care.* cap. 45. *Modo sic, inquit, modo sic.* ibid. *Mortuus pro mortuo.* cap. 46. *Tu qui potes loqui, non loquere.* ibid. *Crede mihi, quidquid discis, tibi discis.* cap. 48. *Si factum est, controversia non est: Si controversia non est, nihil est.* cap. 57. *Homo inter homines vos capite aperto ambulo.* ibid. *Spero sic moriar, ut mortuus non erubeam.* cap. 58. *Ecce quidem vobis longe venio, late venio: solve me.* cap. 61. *Satius est rideri quam derideri.* cap. 71. *Facies & totum populum sibi juociter facientem.* cap. 74. *Hominem inter homines feci.* cap. 77. *Hospitium hospites capit.* ibid. *Habes; habeberis.* Huc revoco ejusdem dictionis, quam Rhetores appellant,  $\epsilon\pi\lambda\omicron\gamma\epsilon\iota\nu$ : à qua similiter elegantiarum Arbitrum, tamquam à vehementiore figura, consulto abstinuisse non animadvertit is, qui pro eo supparafitari nobis decrevit. Quare more suo incienter cap. 44. *Hei, hei, quotidie haec colonia retroversus crescit, tanquam coda vituli.* Inde cap. 46. *Modo, modo, collo suo circumferebat uneri venalia.* hinc cap. 49. *Quid? Quid? porcus hic non est exenteratus?* cap. 67. *An, an, illa proclamavit, aberrante tunica super genua composita.* Profecto si quis ista insubida & insipida, quae haecenus recensuimus, pro Petronianis accipit, bonam mentem non amat, neque viam vidit, qua itur ad Latinitatem.

Pugnavit fortassis non perfunctorie prima mea legio, nondum tamen cano receptui. In insidiis enim quamdam ejus cohortem collocavi, quae fugienti hosti omnem elabendi praecladit viam. Quaero enim, an verus Arbiter sacras litteras legerit; an hodiernam linguam Italiam fuerit edoctus? Legit enim Pseudo-Arbiter, fuit edoctus iste suppositicius. Videlicet verba cap. 37. *Ipsè Trimalcio fundos habet, qua mihi volant, nummorum nummos, Hebraismum & sacrae scripturae loquendi modum sapiunt; magis illa* cap. 44. *Nomina omnium reddere, tanquam unus de nobis.* Videntur enim ex divinis, *Ecce Adam factus tanquam unus ex nobis*, per scelus detorta: sed manifestissime omnium quae cap. 60. *Doctus è lacunaribus subito circulus ingens, de cupa videlicet grandi excussus demittitur; cujus per totum orbem corone aureae cum alabastris unguenti pendebant.* Hem! fieri-ne potest, ut phrasin *Alabastris unguenti* aliunde, quam è Lucae cap. 7. de prompta sit? Hellenistica enim & Evangelistica peculiaris est, neque ejus exemplum apud profanos auctores ullibi reperitur cap. 46. *Scimus te prae litteris fatuum esse: haud dubie desumptum est, ex his Festi Praefidis ad Paulum Apostolum verbis: Insanis Paule: multae litterae te ad insaniam convertunt.* Atque hujus quidem argumenti tantum robor est, ut si nihil praeterca occurreret, solum per sese ad Pseudo-Petronium confundendam abunde sufficiat. Statueram Italiae linguae gnarum fuisse planum nostrum,



frum, & confido omnes idem opinaturos, ubi primum hos loquendi modos perpenderit. cap. 27. *Unus serous Agamemnonis interpellavit.* cap. 76. *Non mehercules mi haec factura gusti fuit.* paullo post: *Mi centum aureos in manu posuit.* Denique cap. 47. *Multis jam diebus venter mihi non respondit: nec Medici se inveniunt.* Extra controversiam est, nequidquam ad barbarissimos hosce defendendos idoneam quaeri auctoritatem. Purum enim putum Italorum redolent idioma, quo dicunt, *Un fervidore d'Agamemnon ci interrompe.* *Io non n'ebbe gusto di questa perdita.* *Mi mise cento scudi d'oro nella mano.* *Gli medici non si trovano.* Quin & in cap. 44. *florabat pro fluctabat* scriptum est: in quo Italorum pronuntiationem statim agnoscas, pro u ou proferentium. Quam in phrasibus hucusque ostendi deformitatem, nunc de toto quoque sermonis probare debebam contextu, atque ostendere, quam naturali pulchritudine exurgens, satisque sibi constans Arbitri oratio, numquam in unum corpus coalescere possit cum altera maenulosa, hiulca, sententiosis vibrantibus picta, nec magis cohaerente, quam male tessellata solent esse pavimenta. Hoc autem tam peripicuum est, ut non ulterius quam verbo id tetigisse, & ad cuiusvis attentus lectoris assensum provocare opus sit.

De Verbis plus satis dimicatum: adversus Res nunc ordines instruam, ac signa movebo. Atque hic ante omnia illud mihi concedi postulo, de quo inter cruditos propemodum convenit, esse hoc in Neronem scriptam Satyricam, eoque illius mores & vitam turpissimam traduci: hoc est, non de alio, quam de nostro, loqui Tacitum, cum in 16. *Annalium, Petronius, inquit, ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigillinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque & noxitate cujusque stupri perscripsit, atque obfignata misit Neroni.* Liptius quidem in notis videtur fuisse ambiguus. Quid autem causae habuerit, non liquet. Mihi enim Arbitrum cum Suetonio comparanti, nulla dubitandi relinquatur occasio, & verisimile fit, insignem hunc scriptorem multis in Petronio, & praecipue his, quae de Trimalcione, hoc est de Nerone recensentur, plus lucis conferre, quam quidquid in eum congestum est Commentariorum: ut valde mirer, a nemine interpretum Petronii, quos mihi videre contigit, (usus autem sum Lugdunensi editione,) id fuisse animadversum. Paucis itaque assertioni meae fidem faciam. Inducitur a Petronio Trimalcio ludens pila inter pueros capillatos forma conspicuos: hinc in unius ex eis capite, postquam aquam poposisset ad manus, digitos paullulum adpersos tergit: mox discubitoris pueri Alexandrini aquam in manus ni-

vatam insundunt, suaviter inter ministeria sua cantantes. Ad haec illustranda mire facit Suetonii locus in Neronis sui cap. 20. *Castus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo comitatu Neapolin confluxerant; plures Alexandria evocavit. Neque eo jegenius adolescentulos equestris ordinis, & quinque amplius milia e plebe robustissimae juvenutis undique elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condicerent, (homines & imbrices & testas vocabant) operamque novarent cantanti sibi, insignes pinguissima coma & excellentissimo cultu pueri.* Petronianus Trimalcio balneis delectatus: delectatus & Nero, de quo idem cap. 27. *Refotus saepius calidis piscinis, ac tempore aestivo nicatis.* Bene lotus Trimalcio lecticae impositus est, praecedentibus phaleratis cursoribus quatuor, & chiramaxio, in quo deliciae ejus vehcebantur, puer vetulus, lippus. Sic Suetonius cap. 44. *In praeparanda expeditione primam curam habuit deligendi vehicula portandis scenicis organis, conubinisque, quas secum educeret.* Ostiarius prafinatus, qui in aditu stabat, arguit Trimalcionem fuisse prafinae factionis, in quam propendisse quoque Neronem e cap. 22. colligere est. Trimalcionis splendida domus, porticibus & picturis, quae vitae anteaetae rationem reddebant ornata, Encolpium ex admiratione rapiebat in stuporem: & quem non illa Neronis domus aurca depraedicata hunc in modum Sueton. cap. 31? *Domum à Palatio Esquilias usque fecit, quam primo transitoriam, mox incendio absumptam restitutamque auream nominavit.* De cujus spatio atque cultu suffecerit hoc retulisse. *Testilium ejus fuit, in quo colossus centum triginta pedum flaret ipsius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices millenarias haberet, item stagnum maris instrer, circumseptum aedificiis ad urbium speciem: & quae sequuntur.* Trimalcionis grande armarium, praeter Lares argenteos Venerisque signum marmoreum, etiam in pyxide aurea non pusilla barbam ipsius asservabat. Suetonius de Nerone cap. 12. *Barbam primam (inquit) posuit, conditamque in auream pyxidem & pretiosissimis margaritis adornatam, Fovi Capitolino consecravit.* Trimalcionis Chaei praenomen (hoc enim indubie restituendum) Petronius in inscriptione tribuit, nec sine causa. Nam ita scribente Suetonio in cap. 1. *Qui ex Neronis familia fuerunt, nulla praenomina praeter Chaei & Lucii usurparunt.* Lepide tesserarum lusum in Trimalcione Petronius perstringit, prorsus uti Suetonius in Nerone cap. 30. dum eum *quadringenis in punctum sestertii aerae luxuriae* memorat. Fortunata uxor & topanta Trimalcionis, quae numos modio metiebatur, & ex nihilo in coelum abierat, aut valde fallor, aut est illa *Aeta liberta*, quam (uti habetur in cap. 28. & 30.) *paullum absuit, quin iusto matrimonio sibi conjun-*

geret, *submissis Consularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent: quaeque mortui Neronis reliquias monumento Domitiorum condidit.* Trimalcio postquam adamavit: quare inter epulandum accessit inde sermone se suosque convivas exhilarare coepit. Nero, fidem faciente Suetonio c. 10. *recitavit carmina non modo domi, sed in theatro tanta universorum laetitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum aureis litteris Jovi Capitolino dicata.* Denique Trimalcionis cena inter exoletos ad mediam noctem protracta: uti saepe saepius fecisse Neronem patet è cap. 27. nec abludit Tacitus loco supra indicato. Sic ergo abunde constat, nihil eorum, quae Trimalcionis à Petronio tribuuntur, temere confictum esse, sed vivam ad amissum in eo expressam Neronis imaginem. Revertamur nunc è diverticulo ad planum nostrum: discutiamus parumper, num is nobis idem praesliterit, Neronisque vitia pariter satyrico sale perfricuerit. Minime gentium: & alia omnia potius quam hoc egisse videtur. Putares ex eis esse, qui inter elegantiarum Arbitrum & Bononiensem Episcopum diferimen facere non valuerunt: adeo supinam suam officiantiam, hebesque ingenium omnium oculis ingerit. Non longe quaerenda argumenta: statim aberrat à janua, dum ad postes aedium Trimalcionis libellum cum hac inscriptione desigit: **QUISQUIS SERVUS SINE DOMINICO JUSSU FORAS EXIERIT, ACCIPIET FLAGAS CENTUM.** Pauperis (quod ajunt) est, numerare pecus: ideo iste titulus vel ipsum Crassum ἀνδραπόδον in cachinum solvere queat. An enim aliquid indignum erat, quam Trimalchionem, qui greges puerorum, exoletorumque per nationes colorisque descripta agmina possidebat, ita delineare, ut nemo ex abjectissimis mancipiis sine ejus expressio jussu pedem domo efferre possit? Ipse Pseudo-Petronius cap. 37. familiae Trimalcionis ne decimam quidem partem dominum suum nosse, sancte nobis jurat, & cap. 47. solorum coquorum decurias numerat quadraginta. At si plano cap. 53. fides est, Mithridates servus sine dominico jussu etiam in crucem actus est. Nempe ad capitis supplicium. de servis fumendum, Trimalcionis jussu nullatenus: ad foras prodeundum, plane opus fuit. Lepidum vidimus initium: suaviora sunt quae cap. 40. succedunt. Allatus fuit in mensam aper primae magnitudinis, cujus latus cum quidem, ad hoc subornatus, venatorio cultro vehementer percussisset, ex ejus plaga turdi evolaverunt, quos parati cum arundinibus aucupes momento exceperunt, & inter convivas diviserunt. Euge! Sic ea tempestate crudis homines vescabantur volucribus: vel quod credibilius, jam assite, ut in Utopia, per auras circumvolabant. Nam

etiam cap. 45. porcorum coetorum ambulantium fit mentio. Quae de strepitu obscuro (ut noster honeste circumscripsit Arbitrum) cap. 47. garrientem facit Trimalcionem, nihil ad Bacchum, minus quoque ad Neronem pertinent, sed è Suetonii Claudio videntur accepta. Pariter Apuleji asino vectus est planus, cum historiam de Cappadoce cap. 63. compilavit. Obruit me errorum multitudo. Interim tamen majora & clariora fraudis sunt ostendenda *κενθήρια*. Cap. 50. jaecat Trimalcio se solum possidere vasa Corinthia, & causam addit, quia aerarius à quo ea emat, Corinthus vocetur. Scio: vult traducere Trimalcionis imperitiam. Hoc ergo tantisper transeat: illud nunc urgeo, apertam in verbis esse contradictionem. Etenim si publice prostabant Corinthia, qua ratione eorum possessione solus gloriari poterat Trimalcio? Habebat utique vasa Corinthia & non unus mercator; habebant & divites alii complures, quos haec merx emptores similiter invenerat. Sequitur ibidem. *Valde bene scio, unde primum Corinthia nata sint. Cum Ilium captum est, Hannibal. homo vaser & magnus scelio, omnes statuas aeneas & aureas & argenteas in unum rogam congregavit, & eas incendit. Factae sunt in unum aera mychiana. Itaque ex hac massa fabri susculerunt, & fecerunt catilla & parosides, statuncula: sic Corinthia nata sunt.* Ain vero? Siccine tanta ignorantia Trimalcionis aut Neronis animum obderat, ut nec Trojam prae Corintho, nec Achillem nosset prae Hannibale? Sed haec cras credemus, hodie non item. Auscultamus enim Tacito Suetonioque, qui Neronem omnibus liberalibus disciplinis, Philosophia excepta, probe imbutum esse discrete perhibent; atque etiam Trojanas res didicisse ad unguem. Sic enim de eo Tacitus XII. Annal. *Ut studiis honestis & eloquentiae gloria nitesceret, causa Iliensium suscepta, Romanum Troja demissum, & Juliae stirpis auctorem Aeneam, aliaque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus, impetravit ut Ilienses omni publico munere solverentur.* Suetonius vero cap. 7. *Tener adhuc, necdum matura pueritia, Circensibus ludis Trojam constantissime favorabiliterque ludit.* Et iterum cap. 38. *Incendium Urbis è turri Maecenatiana prosectans, latusque flammae, ut ajebat, pulchritudine *αὐτοῦ* Ilii in illo suo scenico habitu decantavit.* Atque ex his etiam intelligitur, quam male Trimalcio histrioniam exerceat, dum cap. 52. *Habeo, inquit, capidem, quam reliquit patronus meus, ubi Daedalus Nioben in equum Trojanum includit:* possum tamen insuper singulare & proprium istis opponere testimonium Suetonii cap. 21. *Utique constitit, peracto principio Nioben se cantaturum per Cluivium Rufum consularem pronuntiavit, & in horam fere decimam perseveravit.* Piget me pudetque intulsi impostoris. Sed

tamen ne vel sic quidem finem facit affaniam. Narrat cap. 59. Homeritas cenaculum intrantes Graeca recitasse carmina: quae cum simul discumbentes non assequerentur, Trimalcio sumpto sibi interpretis munere, *Sitis*, inquit, *quam fabulam agunt. Diomedes & Gany-medes duo fratres fuerunt. Horum soror erat Helena: Agamemnon illam rapuit, & Dianae cercam subiecit. Ita nunc Homerus dicit, quomodo inter se pugnent Troiani & Parentini. Ficit Jecet, & Uligentiam ipsam suam Achilli dedit uxorem. Ob eam rem Ajax injurat, & statim argumentum explicavit.* Ob ea quae modo dixi, nullo dubium relinquitur, laborasse impostorem illa infamia, quam Trimalcionem imputatum it. Ne tamen vel in hoc fortuito rem acu tetigisse quis putet, quod Trimalcionem Graecae linguae expertem facit, ecce iterum Suetonius in 7. & 46. capitibus contrarium discrete testatur, Neroneque Graeca cum soluta tum ligata oratione excelluisse observat. Possem plura ejus notae afferre in medium, nisi videretur futilium affaniam plus satis esse. Quare id unum adhuc restat, ut quando evicinus pessimo consilio à veteratore quodam Petronium esse interpolatum: nunc, quo tempore id factum videatur, disquiramus. Etsi enim tanti id non est momenti, superaddam tamen istam veluti mantissam. Paucis autem me expediam. Recentissimum enim hunc esse inepti alienus homuncionis abortum suspicor, idque inde colligo, quod verum Petronii textum tam castigatum restitutumque exhibuit ex conjecturis novissimorum Criticorum. Nam quod legit cap. 33. *Accissimi nos cochlearia non minus selibras potentia*, id ex Gruteri, Dufae, & Erhardi haudit emendationibus. In textu est, *sex libras*: quamvis, ut verum fatear, de hujus correctionis bonitate adhuc dubitem. Ibidem habemus. *Gallina erat lignea, petentibus in orbem alis, quales quae incubant ova. Incumbunt vulgo excusum, ejus in locum incubant Tornaeius substituit.* Porro cap. 35. *Obiter & foeditissimi servi minorem nobis aestum infrequentia sua faciunt*: ita referbere nos jubet Gruterus. Vulgo imprimunt: *Obiter et foeditissimi servi minorem nobis aestum sui frequentia faciunt.* Illa tamen correctio neutiquam aridet. Quare pridem legendum censueram. *Obiter & foeditissimi servi majorem nobis aestum frequentia sui faciunt*, sensu plano & facili. Habiti est Trimalcionis cena aestate, quia aqua nivata manibus infusa. Invehitur ideo Trimalcio in ministrorum turbam, quae circumflans aestum jam aliunde satis magnum augebat. Deinde pag. 11. *Super taurum bubulae frustum.* Quondam erat *bubulae*, quod correxere Tornaeius, Scaliger, Casaubonus. Eodem capite. *Super pisces duos mulos*: quomodo legendum monuit

Wouwerius pro veteri *mulos*. Noto mihi insuper novas quasdam, & ante hunc diem inauditas correctiones, probas tamen, & quo solo nomine machinator horum apud me gratiam inuit. Talis est illa loci depravatissimi emendatio cap. 29. *Ijse Trimalcio cassillatus caduceum tenebat, Alinetzaque ducente Romam intrabat.* Nam *tentia intrabat* quid esset, nemo explicare poterat. Item cap. 33. *Pinguissimam ficedulam interni piperato vitello circumdatam: καλας ὑγι 2042s.* Haec enim legitimus piperato vitello piperatam. Amplius cap. 34. *Larvam argenteam attulit servus sic aptam, ut articuli ejus vertebraeque laxatae in omnem partem verticerentur.* Collaudo & hanc emendationem tumquam eruditam, multisque nominibus praefereendam lectioni, quae codices infedit: *Larvam argenteam attulit servus sic aptam, ut articuli ejus vertebraeque locatae in omnem partem flecterentur.* Denique cap. 27. *Ijse patrisfamiliae, qui soleatus pila praefina exercebatur.* Editiones nostras occupat *pila sarsiva*. Verum enimvero hujus potremi loci morbum equidem probe perspectum habeo, quis Aesculapius curaverit. Fuit is sine dubio laudatus *Ostavius Ferrarius*, qui mihi ipsi aliquando suam hanc conjecturam suggessit, inductus, tum quod in aliquibus MSS. esset *sarsiva*, tum quod Trimalcio inter praefinos nomen professus erat. Jurare itaque ausim superiores castigationes quoque *Marinum Statileium Tragurientem, cum olim Patavii jurisprudentiae studium absoletet*, ab eodem magistro accepisse. Tot ergo rationibus inductus, si possem, in aurem Statileio infuturarem, videri mihi ipsum totum *Arbitri* fragmentum ex *ijse* finisse tamquam araeum, & bene factum, si grave crimen, quo *ijse* commaculavit, quod republicae litterariae patrius conscriptos, & injurissimum *Tremam* Senatorem asprecetur. Certo cap. 59. sine ulla causa mentio fit Parentinorum, quos constat à Tragurio insula & urbe Statilei patria parum abesse.

Ad te nunc tandem redeo, *Arnolde Clarissime*, longiorique dissertationi, qua te sum moratus, ignoscere te obsecro. Crevit tamquam herba irrigua sub manibus, & urecum cum pararem, exivit amphora. Quidquid autem ejus est, non tam docendi quam emendandi causa memineris tibi esse transmissum. Finio argumento, quod omnibus meis potentius duco: nempe viros sumos, quos ex animo veneror. *Talesios fratres* idem penitus de hoc fragmento judicare: judicare & illustrem virum *Johannem Capellanum Christianissimi Regis Consiliarium*: cujus singularum erga me propensionem, propter magnitudinem gaudii, quo delibutus sum, non me contineo, quin apud te depraedicem. Numero enim eam inter prima munera, quae bona fortuna mihi largita est: nec ipsum aliter suspicio, quam

quam almae sapientiae sacerdotem, qui foco suo, tamquam arae affidens, semper sacra facere, & oracula consulentibus effundere videtur. Itaque si nullum alium longinquae meae peregrinationis fructum perciperem, abunde mihi sufficeret dulcis cum tanto viro conversatio: à quo numquam discedo, quin altum ac praeclarum aliquod reconditae illius doctrinae, ingenuaeque virtutis monitum mecum referam, utile ac salutare futurum tota deinde vita. Vale, Vir Clarissime, & me, quod te facere confido, ama. Deus re fervet sospitetque, cum urbis nostrae columine *Dilberro*, cujus benevolentiae, ut me commendes, vehementer te rogo. Scr. Luteciae Kal. Febr. Anno MDCLXV.

## HADRIANI VALESII HISTOR. REGII

*De cena Trimalcionis, nuper sub Petronii nomine vulgata,*

## DISSERTATIO,

*& de aetate patriaque Petronii, ac ejus operis inscriptione.*

## HADRIANUS VALESIIUS

JOH. CHRIST. WAGENSEILIO

Suo S.

Quaesisti a me, doctissime WAGENSEILII, an pro Petroniana habenda existimarem, quae anno MDCLXIII. exeunte Patavii, ac iterum Luteciae nuper, essent sub Petronii Arbitri nomine vulgata. Cum Petroniana esse prolatis quibusdam argumentis negarem: rogasti ut ea mandarem literis, atque idem tibi videri dixisti, ac tuam de tota re sententiam in Dissertatione ad Christophorum Arnoldum te fuisse aperuisse. Qua ego perlecta, etsi intelligebam sufficere, quae docte ac magno cum judicio scripsisses: tamen tumultuarias observationes meas raptim tibi aperire, breviterque exponere constitui, ut & desiderio tuo satisfacerem, promissioque me solverem, & si qua tibi excidissent ac diligentiam tuam fugissent, in Dissertatione mea lector inveniret.

Ac primum solent codici scripto, atque è bibliothecae latebris recens eruto auctoritatem dare claritas & dignitas inventoris, magnitudo

urbis, in qua inventus dicitur, ejus, apud quem repertus est, fama, & doctorum hominum de codicis vetustate favorable judicium. Nunc repertor voluminis, de quo fermo est, inducitur à Paulo Frambottio Typographo Patavino Marinus Statileus Dalmata, juvenis ignotus postquam Patavii jus didicerat, reversus domum: locus, in quo repertum fertur, bibliotheca Nicolai Cippici, hominis obscuri, in urbe ignobili Dalmatiae Tragurio. Denique ex omnibus, qui Venetiae, Patavii, Romae judicium de codice isto apocrypho tulisse dicuntur, unus Johannes Rhodius natione Danus laudatur, vir doctus quidem, & in evolendis dignoscendisque veteribus codicibus diu multumque versatus: sed qui ante editionem cenae Trimalcionis Patavii decessit: ita ut, quid de codice Tragurienii fenserit, jam ex ipso scire non possumus. Sed quid opus est, quemquam de codice consulere, cum ejus partem editionem Patavinam habeamus, cujus in singulis paginis tot indicii suppositio se prodit & impostura?

Petronius verbis utitur usitatis. At haec occurrunt portentosa verborum: *saplutus*, *lupatria*, *matus*, vel *mattus*, id est animo defectus & languens, tristis & maceratus, & velut contusi contritique cordis, Picardis nostris atque etiam Germanis, ut audio, notissimum vocabulum. Dicunt enim illi de se, quum languent, *je suis mate*: hi similiter, quum lassii sunt, defecti atque fatigati, *Ich bin mat*. ego sum *matus*. Occurrunt *abstinax*, pro abstiniens; *caldierebrius*, pro iracundo & calido; *nesapius* hoc est (ni fallor) insipiens, rudis, ignarus; *madeia*, *perimadeia*, verba, ut arbitror, Syriaca; *homo dignitosus*; *occupo*, nomen substantivum; *gaudimonium* pro gaudium, *triflimonium* pro trititia; *baciballum*; *corporaliter*: *Orcus apoculanius*, vel *aboculanius*, id est caecus: recentiores *aboculum* & *abocellum*, ac nonnumquam, ab oculis, dixere, ut infra, *librum ab oculo legit*, id est, clausis oculis legit, *aveuglette*: *exopinissent* pro opinentur: *Ego me apoculo*, pro discedo è convivio, pocula relinquo: *Palamedes*, quo nomine pelamydes ab Italis appellantur: *strubonus* pro strabo; *monstruosum* pro monstruosum; *coricillum* pro corculum. Quae monstra si quis Petronio tribuere potest, ne quid gravius dicam, Petronium & linguam Latinam non novit. His adde nomina propria virorum ac mulierum *Mamma*, *Cicara*, *Saturna Dea*, *Gavilla*, *Plocrimus*, *Habima*, ac similia: quae cujus linguae sint, ignorare me fateor: cum apud Petronium, qualem editum habemus, nomina propria omnia, uno excepto *Bargatis* nomine, aut Graeca sint, aut Latina.

Sunt haec & nonnulla verba recentiora ac minime Latina, quae Petronii aetate nondum in usu

usu erant. Qualia *frens expudrata* pro inverecunda & attrita: *bonatus*; *porcus silvanicus* pro apro vel fure fero; sicuti apud Paulum Langobardum *equus silvaticus*; *minutiolus* pro infantulo; *amiquicula*; *fulcipellus*; *flaminatus*; *herox* teu herbix, quod est in gloriis vervecis nomen; *moleolare* pro vexare; *a jutare* pro adjuvare; *oricularii forei* vel auricularii; *nystrum variatum* pro labris & ore hominis; nomen Hispanis in faciei significatione nodique usitatum. Contra aliqua hęc reperies vocabula veterrima & rancia, quę ante Arbitri natalem dudum exoleverant: ut *frangere* pro frui, quod Catonis majoris est; *Jovis* non semel pro Jupiter, quod Ennii; similiter *bovis* pro bos; *fræsijcini*, alięque. At *adjuvare*, *frui*, *Jupiter*, Petroniana sunt. Quis ergo sanus putet Petronium, in scribendo tam varium, tam inaequalem, tam sui dissimilem esse voluisse, ut nunc *frui*, nunc *frangere* diceret; modo *adjuvare*, modo *adjuvare*; nonnamquam *Jupiter*, interdum & *Jovis*?

Jam vero in Arbitro, qui *divertus* à Terentiano Mauro merito appellatur, quis ferat mutationes generum & declinationum & casuum in nominibus, quales nobis codex iste Tragarientis obtulit? *Babeus*; *Caelus* non semel; *malus fatus* ter & amplius; *ille slips* pro *stipes*; *solidi* pro *solidos* in IV. casu plurali; *statuncula* pro *statunculas*; *lactem* pro *lac*; *vajum* pro *vas*; *virus*, *reticulus*, *candelabrus*; *strigas*, & *nercia* in accusativo plurali, cum & *striges* veteri terminatione, & *nervos*, sincerus Petronius dicat his verbis: *Quę striges comederunt nervos tuos?* Item alibi. *Recipies, inquam, nervos tuos, si triduo sine fratre dormieris.* Quamquam dici potest *striges* à *strigis* distingui oportere, cum *strix* avem nocturnam quandam ignotam & fabulosam; *striga* vero mulierem veneficam in lege Salica, & in legibus Langobardorum ac veteribus Glossariis significet. *Striges* porro aves ut hominum intestina exedere, ac praesertim infantium viscera carpere, dicuntur à Plauto & Ovidio Poëtica fide: ita *strigae* sive *striae*, quę & *malcae*, mulieres maleficę vivos homines intrinsecus comedere, falso ac ridicule credebantur à plebe etiam Christiana. Omitto solocecium insignem: *Ego puto medicum & numularium: medicus qui seit*, pro *medicum*: item alium ei similem, *aerumrosi*, quibus *prae mala sua cornu nascuntur*, id est, *prae malis suis*: nec non *nummos in publico effundere*, *in solio descendere*, *vocare cocum in medio*; pro *in publicum*, *in solium*, *in medium*. Quis in Arbitro toleret, aut potius quis æquus arbiter Arbitri esse putet, verba activa ex passivis facta, passiva ex activis, aut in eis mutatas perperam conjugationes: *Aedes non somniatur*, pro *somniat*: *quid iste argutat molestus?* pro *argutatur*: *convicere* pro *convivari*: *dum*

*mater amplexaret corpus filii sui*, pro *amplexaretur*: *nicini nos delodaris*, pro *delenas*: *auti jbi defraudie*, pro *defraudit*: *scias oportet hunc vinciturum*, pro *victurum*: *rebellitus jun*, pro *falsus sum*, *deceptus sum*: *effrangi* pro *effringi*.

Quis præterea tales Arbitrio phrasas assignet? *Trocha* pro *trocha* *trois*, pro *imposuerunt*: *quantus est istius*, pro *magnum sui desiderium reliquit*: quod nostri similiter dicerent. *Il a le bien plaint & regreté*. *Puellarius erat*, *canis Mimerus homo*, pro *omnium virginum vir & corruptor*, aut *saltem amator*. *Admissus ergo Cæsari* *est cum suo munere*: *deinde ferit retrorrigere Cæsari*. Admitti ad aliquem, vel ad videndum salutandumque aliquem, dicunt Latini scriptores; erga aliquem *admitti*, non dicunt. *Tu beator es: bis pranderis cena*. Sic apud nos plebs hominem divitiis superbum irridere consuevit, ac *bis pranderi* jubet. *S'il est riche, qu'il d'jue deux fois*. Sed prandium & cena male confundantur. Nec enim magis dici quis potest, *cena pranderi*, quam prandio cenare. *Habuius in primo porcum*, pro *habuimus primum*. Sic vulgo diceremus: *Nous avons en premier lieu un cochon*. *Quinque naves aedificari, onerari vinum*: & paulo inferius, *onerari vinum, lardum*, pro *onerari naves vino, lardo*: *vinum, lardum* in naves imposui. Sic vulgo nostri mercatores loquuntur. *J'ai charge du vin, du cotton, du soie*. *Mi ceci etiam vitulos abeno coctos solere facere*; item *Gallus allatus est, quem Trimalcio jussit ut abeno coctus fieret*. *Coctum facere* pro *coquere* barbarum est. *Libertorum, qui omnia ad se fecerunt*; pro *in finem suum omnia domini bona conjecerunt*. *Nestini nihil boni facere oportet*; item *Nec sursum nec deorsum non crescit*. Utrubique duae negationes sunt, quarum altera supervacanea. *Si quis nostrum voluerit sua rem causa facere, non est quod illum pudeat*. Ibidem nescio quis de pane autopyro ait. *Et vires facit; & cum mea rem causa facio, non ploro*: id est (honus auribus sit) *alvum solutam habeo*, nec nitor aut durum caco. Cui, præterquam huic Pseudo-Petronio, *sua rem causa facere* idem fuit, quod *status crepitusve alvi emittere*, vel *cacare*? Nos quidem Franci honesta circumlocutione *eum*, qui *alvum exonerat*, *res suas agere* dicimus, *faire ses affaires*; Latini non item, *multo minus, rem sua causa facere*. *Quare tangomenas faciamus*. *Vita vitium est*: iterum, *Itaque tangomenas faciamus, & usque in lucem cenemus*. *Tangomenas faciamus*, id est *laute epulemur, vivamus, gaudeamus*. Utrubique *tango minas* disjunctim legendum & emendandum puto, & ex Plauti male intellecto versu hoc loquendi genus esse desumptum. *Sentin' senem tactum esse triginta minis*? Nam juvenes qui pecuniam recens acceperunt, eamque habent in

manibus, digitisque contrectant & tangunt, laeti opipare convivari gaudent.

Interdum inpostor ut fucum legentibus faciat, & nugis suis auctoritatem aliquam conciliet, Persii; aliquando etiam Martialem imitatur. *Meum enim intelligere nulla pecunia vendo: ex Persii Satyra 1. petium est.*

*Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo Iliade.*

*Aut non deridebis, licet barbam auream habeas, Persii Sat. 11.*

*Nam fratres inter abenos*

*Somnia pituita qui purgatissima mittunt*

*Praecipui sunt, sique illis aurea barba.*

*Ipse Trimalcio fundos habet, qua milvi volant: ex hocce versu Persii Sat. 14.*

*Dives arat Curibus, quantum non milvus ob-erret.*

*Si nos coleos haberemus, non tantum sibi placeret; ex Persii Sat. 1.*

*Haec fierent, si testiculi vena ulla paterni Viveret in nobis?*

*Frigori laecasin dico. Laecasin seu λακασίν emendandum est, quod fellare significat. Notus Martialis versus.*

----- *Sed lota mentula lana*

*Λακασίν dicere alicui, metaphorice est, aliquem irridere ac illudere.*

Quid, quod praeter plurimas mendas leviores, quarum pleraeque sunt à nobis inter legendum restituta, graves aliquas ac (si ita loqui licet) capitales & infamabiles de industria sparit inpostor, ut se vetusto quidem, sed corrupto codice usum esse, lectori persuaderet, & ut quaecumque alia Petronio indigna ac damnanda occurrerent, vitio exemplaris, aut librarium transcribentium negligentiae inscitiaeque possent imputari. Tales sunt in cap. XLIV. *Similia Sicilia interiores & larvas sic istos peridopabant: ibidem, Puto enim nescio quid Asiadis (vel potius à Siadis) habuisse. Item cap. XLV. Adeo de magna turba adbebeate acceperant. cap. LII. Nam Hemerotis pugnassent petratis in poculis. In cap. LXII. Et omnia vestimenta secundum jam posuit mihi in animo in naso esse. In cap. LXIII. Cum adhuc capillatus essem (nam à puero vitam cibam gessi) ioin nostri delicatus decessit, mebercules margaritarum cacritus, & omnium numerum. Quae forte sic emendanda sunt. (Nam à puero vitam Tyanis gessi) ibi infans magistri delicatus decessit, mebercules margaritarum Charitos, & omnium numerorum.*

An commemorem è foro piscario petita convicia, non modo Arbitro, sed etiam quovis scriptore ingenio indignissima? Fortunata uxor Trimalcionis vocatur malae linguae pica pulvinaria. *mulier milvinum genus; moecha obsceno*

vocabulo *matella* dicitur; alius *berbex & bellum pomum; Larifuga nocturnus, qui non valet lotium suum. Giton cepa cirrata* ob capillos crispas & densos; *crucis ossa, corvorum cibaria, terrae tuber*, id est terrae filius, *volpi juda*, id est vulpes sudans. Fortunata ipsa funis incensa virum suum praesentibus convivis *canem* appellat; Trimalcio invicem eam *codicem* ob hebes & stupidum ingenium, & *ambubajam* nomine Syriaco, *milvam* à rapacitate & avaritia, *sterteram* à sterendo, etiam *viperam*.

Pudet pigetque me diutius hisce Grammaticis quilibet immorari. Tempus est jam, à verbis & a stilo ad res ipsas transire: ut clare omnibus appareat, à vero Petronio suppositivum istum in utroque ex aequo discedere. Ac primum videtur dedisse operam inpostor, ut Trimalcionem in cunctis ridiculum legentibus exhiberet. Sed dum sine modo ac delectu nugis adjungit atque superfluit, dum ineptiarum genus omne consuit: inposturam suam ipsamet aperit, nugacem se ac ineptum, Petronique infelicissimum imitatore prodit, ridendum denique se universis praebet. Nunc *aper pileatus* inseritur, circa se porcellos habens, cujus è dentibus duae sportellae dependent, & cuius è latere percusso turdi evolant, mox ab aucupibus excipiendi: aper, inquam, pileatus, seu libertate donatus ac manumissus, quod à convivis pridie totus & integer esset remissus. Nunc postquam surrexit Trimalcio, sermones habent inter se convivae ineptos, humiles, ac demissos, solis fatuis & sensus communis expertibus convenientes. Ganymedes quidam de annonae caritate queritur more modoque mendicorum: ait se *jam annum esurire*; negat se *ea die buccam panis invenire potuisse*. Trimalcio qui surrexerat, ut obscenis naturae desideriis indulgeret, reversus ad mensam, dat convivis eadem omnia vel in triclinio, faciendi libertatem, quod Imper. Claudius edicto statuere voluerat, multisque verbis, usque ad nauseam ac risum audientium, in continentem invehitur. Coquus propterea, quod porcum non exenteraverat, nudatur in convivio, & inter duos tortores constitit: at idem, mox secto ventre porci, argentea corona donatur à Trimalcione, & in lance Corinthia potat: quasi lances tam vina quam cibos caperent, seu vasa potoria simul ac escaria essent. Sequuntur de vasis Corinthiis fabellae relatu indignae, nulla temporum habitata ratione, Ilii halosis Hannibalis aetate & opera: scyphorum & capidis emblemata, Caspandrae virginis filii, & Niobe à Daedalo equo Trojano inclusa. Pro acroamate *Homeristae* inducuntur Graecis versibus colloquentes. Trimalcio vero dum fabulam, quam agunt, vult exponere, res, homines, tempora ac loca in-  
ferre

fere confundit, ita ut ipse fabula fiat. Interea vitulus affertur *galeatus*: quem unus ex Homericis Ajax furens gladio concidit, partiturque convivis. Quis haec legens risum tenet? aut potius quis non indignetur, talia & tam putida Petronio tribui? Jam vero fabulae aniles de homine veripelli in lupum mutato, & de vestibus ejus lapideis factis, nec non de strigis seu nocturnis maleficisque mulieribus, quae infantem mortuum rapuissent ad comedendum, & pro eo stramentum supposuissent, Apuleio conveniunt magis, quam Arbitro. Quamque ista fibella posterior de strigis ex hisce veri Petronii Arbitri verbis mihi videtur desumpta. *Quae strigis comederunt nervos tuos?* In codice Bibliothecae Vaticanae, qui Palatinae olim fuit, reperitur *Indiculus superstitionum & paganarum*, in quo haec de strigis verba legimus. *De eo, quod credunt, quod feminae linam comedant, & quod possint corda hominum tollere juxta pag. 705.*

Taedet talia fusius persequi. Pergendum est tamen. Jussu Trimalcionis ingens canis catena vinclis adducitur in triclinium ab ostiario. Quid agrestius, quid indignius tanto convivio, & tam divite convivatore potest excogitari? Trimalcionis jussu puer mollis & dorsum ejus inscendit, & scapulas plana manu pulsat. Quid indecentius? Jubet idem in cap. LXIV. *potiones discidi inter omnes servos, qui ad pedes sedulant.* Quid indulgentius? immo vero quid minus Romanum? Bibere famulos domino praesente ac epulante; *sedere ad pedes servos*, domino discumbente. An sedens famulus ministrare potest? More Romanorum, aut potius more omnium gentium, succincti in convivis stabant famuli, ut essent ad ea, quae poscebantur, quaerenda ac convivis porrigenda paratores & expeditores: quemadmodum vetera marmora ac picturae docent. Sufficiant ad id probandum vel duo Juvenalis vericuli è Saty. I. v.

*Quippe indignatur veteri parere clienti,  
Quodque aliquid possas, & quod se stante recumbas.*

Tamen impostor eadem in re iterum erravit: quum in cap. LXVIII. *servum ad pedes Habinniae sedentem fecit*: Nec umquam aut usquam memini legere, *ad pedes sedisse pueros*, nisi ingenuos in conspectu parentum convivarumque discumbentium. Apud Suctonium invenio, Claudium Aug. *adhibuisse omni cenae & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes rescerentur.* Hunc morem non ignoravit Arbitr: Arbitri corruptor ignoravit. Sed quid ego *sedentes ad pedes* famulos Trimalcionis tantopere miror, quos paullo post visurus

sum recumbentes? Quippe in cap. LXX. Trimalcio famulis suis, etiam coctis, permisit ut discumberent. Itaque *totum triclinium familia occupat, & convivae paene delectis deserviuntur.* Credis Saturnalia celebrari. Permisit, inquam, id stulte & novo more Trimalcio, is, qui initio cenae adeo timuerat, ne *servi sui convivis assium frequentia sua facerent*, & ob id *juam cuique mensam jussit assignari.* Unde ille sui tantopere dissimilis tam repente factus? Unde tam cito oblitus dispositionum suarum? An ebrius erat? An non jam fatuus stultusve, sed plane demens?

In cap. LXVII. Fortunatae uxoris Trimalcionis *perisfelides tortae*, quales in usu nobis sunt matronisque nostris, & quas vulgo à poplite, cui subligantur, *arredarias* vel *jarretarias* vocamus, nec moris Romani sunt, nec Graecanici. Nam Graecorum Romanorumque perisfelides erant fasciae, quibus crura involvebantur, ac tegebantur.

In cap. eodem Fortunata discubitura postquam manus lavit, *tergit eas sudario, quod in collo habet.* Verba Pseudo-Arbitri seu impostoris sunt. *Tunc sudario manus tergens, quod in collo habebat, applicat se illi toro, in quo Scintilla Habinnae discumberet uxor.* At erant quidem Romanis (ut Catullus, Suctonius in Nerone, aliique docent) sudaria è lino, sed ad detergendum oris sudorem, unde & appellationem traxere: sudarium circa collum nullum umquam matronis Romanis fuit. Atque ut gratis concedam fuisse: an Fortunata Trimalcionis, ditissimi & nitoris ac elegantiae amantissimi viri uxor, tam fordida esse potuit ac immunda ut eo linteo, quo collum velaverat, velut mantili in triclinio, tergeret manus? Omnino existimavit impostor, uti suae ac nostrae aetatis matronae collum haberent sudario lineo circumdatum & tectum, quod vulgo *muscarium colli* (*Mouchoir de col*) appellatur, quia collum tegit & defendit à muscis: sic & olim matronas Romanas habuisse. Haec tanta moris Romani ignorantia non in Petronium, sed in impostorem cecidit totius antiquitatis ignarum.

Jam enim suum testamentum in convivio recitari jubet Trimalcio, quo servis omnibus dat libertatem: & quale monumentum sibi fieri, quidque ei inscribi velit, exponit. Nec contentus his, funebrem vestem, quam *vitalia* vocat, unguentum nardinum, & cetera inferri triclinio praecepit, convivisque ostentat: ac demum tamquam in funere suo cornicines canere jubet, atque ad balneum saturos convivas invitat. Quid his ineptus? O sermones convivales! O spectacula festivis epulis convenientia! Etiam haec ignarum moris Romani sese prodit (Yy) Pseudo-

Pseudo-Petronius, qui cornicines pro tubicinibus funeribus adhibeat. Mortui enim efferebantur ad tubam, aut etiam ad tibiam: ut post Ovidium in lib. vi. Faistorum, post Persium in Satira iv. & Agellium in lib. xx. cap. 11. verus Petronius vel solus satis docet his verbis. *Quod si idem frigus genua manusque tentaverit tuas, licet ad tubicines mittas.* Ubi *tibicines* sine causa legi vult Petrus Pithoeus.

Dare operam saltem debuit impostor, ut finis cenae Trimalcionis cum sequentibus, hoc est, ut falsa & ficta cum veris cohaerent, nec falsa haberi possent, neu fraus facile deprehenderetur. Finis cenae Patavinae talis est. Cum cornicines insonuissent, vigiles regionis proximae rati ardere Trimalcionis domum, cum aqua & securibus accurrunt, & januam effringunt. Encolpius, idem & Polyaeus alio nomine dictus, Ascyltus & Giton laeti oblata occasione discedunt. *Nos occasionem opportunissimum nacti, Agamemnoni verba dedimus, raptimque plane tanquam ex incendio fugimus.* Contra apud verum Petronium, qualem dudum editum habemus, Encolpius, cujus sub persona tota fabula narratur, nec cornicinem, nec vigillum, ullam mentionem facit: aitque, cum post cenam ex aedibus Trimalcionis ipse & Ascyltus ac Giton vellent discedere, & per amplissimas longissimasque porticus, media jam nocte sine lumine, hora paene tota hac illacque erravissent ebrii, & locorum etiam interdum obscurorum ignari; se tanquam filo Ariadnes *Gitonis acumine explicitos tandem esse, qui omnes pilas columnasque pridie notaverat creta: quae lineamenta evicerint spississimam noctem, & notabili candore ostenderint errantibus viam.*

Anno MDCLXIII. ineunte edidi Panegyricum de laudibus Berengarii Augusti, quem ante annos aliquot ex urbis Patavii Bibliotheca Monastica à Johanne Rhodio Dano & à Nicolao Heinsio, viris clarissimis, erutum acceperam. In meis in Panegyricum illum notis, quid esset apud Gregorium Turonicum Episcopum *barbatorias celebrare*, & quid *barbatoria* significaret, fuscè docui pag. 191. & sequentibus. Missus est statim Berengarius meus in Italiam: missus in primis Patavium, unde venerat, & lectus à Patavinis. Placuit observatio mea impostori, homini Italo è provincia Venetia, vel Dalmatae, qui (si qua fides) Johanni Rhodio Pseudo-Petronianas quisquillas suas approbaverat. Itaque digna ei visa, quam suae cenae Trimalcionis infereret. *Tum Trimalcio: Amici (inquit) hodie servus meus barbatoriam facit, homo frugi & micarius. Itaque tangonenas faciamus, & usque in lucem cenemus.* Sed tamen mos hic quidem aetate Petronii multo vetustior: nomen autem ipsum, *barbatoria* ejusdem aetate (ni fallor) re-

centius. Sic idem impostor, qui de cena libera aliqua ab Henrico Valefio fratre meo observata esse didicerat, voluit & liberae cenae meminisse, atque ab ea suam suppositiciam cenam auspiciari. *Venerat jam dies tertius: id est expellatio liberae cenae.*

Sic igitur judico, nova omnia, quae sub Petronii Arbitri nomine primum Patavii, deinde Luteciae publicata sunt, falsa, ficta, suppositiciaque esse, barbara, futilia, judicii doctrinaeque vacua, ac plane omni ex parte ridicula ac rejicienda: eademque tam in verbis, quam in rebus, ab Arbitri genio, elegantia, ac nitore longe recedere.

In uno tamen, mi WAGENSEILLI, à te dissentire cogor, quod miraris Justum Lipsium, virum magni in literis nominis summique judicii, de Petronio nostro dubitavisse, ac *deliberavisse*, an is esset C. Petronius, Tacito memoratus in rebus Neronis: audacterque sequeris tenui sultam tibicine opinionem, vel potius conjecturam Petri Pithoei, Claudii Bineti, Jani Doufac, & infrequentium plerorumque Petronii commentatorum, qui Neronis Augusti aequalem faciunt, ac putas Trimalcionis nomine Neronem à Petronio designari. Atqui Trimalcio inter servos venales advectus est Roman: ubi *raticinari didicit, deinde dispensator factus est*: uti Petronius ipsemet verus ac pridem editus docet. An ista in imperatorem Neronem conveniunt, paterno genere nobilissimum, materno etiam familiae Caesarem adnexum? Jam uxor Trimalcionis fortunata re & nomine fuit: femina viri sui simillima, ex egente locuples facta, adeo ut *nummos modio metiretur*: sicuti Petronius indicat hisce verbis. *Et modo quid fuit? Ignosceat mihi genius tuus: noluisse de manu ejus panem accipere.* At Neroni Aug. uxores non aliae suere quam nobiles & clarae, Octavia & Poppaea: è quibus Octavia etiam Claudii Aug. filia existit. Nam Aescen libertam pellicis habuit, non justae uxoris loco. Praeterea jam senex erat Trimalcio: at imperator Nero annum aetatis xxxii. non excessit. Trimalcio illiteratus & fatuus inducitur à Petronio; quales multi divites, qui obscurissima initia habuere; Nero Aug. & eloquentiae & historiae studuit, ac poeticae. Trimalcioni *in deliciis fuit puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior*, si Arbitro credimus. At Neroni tot & tam lectae cum aetate, tum forma, deliciae erant, ut Juvenalis de eo delectu sic referat in Sat. x.

*Nec praetextatum rapuit Nero loripedem, vel Scrumosum, atque utero pariter gibboque tummentem.*

Quod ad Petronium nostrum pertinet, jure meritoque de ejus aetate dubitavit Lipsius, & Petro-



tronium, qui fuit *aequalis Neronis*, cum Petronio Satyricorum auctore confundere timuit: cum animadverteret ab Cornelio Tacito in lib. xvi. Annalium relata de Petronio, laudatamquam Satyrici scriptori maiore ex parte convenire. Certe ambo & nominibus differant. Prior dicitur est *Cajus Petronius*, aut, ut Plinius & Plutarchus vocant, *Titus Petronius*, & inter paucos familiarum Neroni assumptus est elegantiae arbiter, quod doctos viros in errorem induxit: sed *Arbitri* nomen non tulit: posterior, seu Satyricorum auctor, propriis nominibus appellatus est *Petronius Arbitr*, quemadmodum a Fulgentio in lib. 11. & 111. Mythologiae vocatur: & nunc sub *Petronii*, nunc sub *Arbitri* nomine, à Terentiano Mauro, à Diomede, à Servio Honorato, à Macrobio Theodosio, à Mario Victorino, ab Hieronymo, & Sidonio, aliisque laudatur. Praeterea Cajus Petronius, si qua Tacito fides, Proconsul Bithyniae, & mox Consul extraordinarius fuit; inter paucos Neroni Aug. familiarissimus: magnas opes, magnam familiam habuit: homo ignavus & deses, & otio ac mollitiis fluens, erudito luxu ac scientia voluptatum acceptissimus vitioso Principi. At Petronium Arbitrum cum multi laudent scriptores Latini, veteres ac recentiores: nemo tamen magistratus cum ullos gessisset, nemo divitem, nemo amicum imper. Neronis fuisse, aut iussa eius perisisse, memoriae prodidit. Bibliotheca quidem Vaticana quaedam Petroniana in codice scripto servat, & his Julii cuiusdam epigramma praefixum, in quo Petronius *diri Neronis amicus* vocatur, & *Arbitr arbitris suo dicitur ipse* fertur. Sed hoc exalichon ut incultum est, corruptum, ac recens; ita nullius apud doctos in historia auctoritatis. Denique Cajus Petronius paulo ante mortem coactam *flagitia principis, sub nominibus exoletorum seminarumque, & novitate cuiusque stupri, perscripsit, atque ob signata misit Neroni*: ut Cornelius Tacitus in lib. xvi. Annalium tradit. Quid habent ista cum Petronii Arbitri opere commune? Caji Petronii famosus libellus brevissimus fuit: at Petronii Arbitri Satyra grandis atque verbosa, vel iustum potius opus exstitit: ut ex Petronianis quae supersunt, & ex his, quae laudantur à variis auctoribus, desideranturque, facile intelligi potest: adeo ut jure forsitan queratur Doufa simul & affirmet, decimam totius operis partem ad nos pervenisse. Immo & plures erant Petronii libri, non *Satyricon* in recto singulari, sed *Satyricon*, hoc est, Satyrum, in secundo casu plurali inscripti; ut Ciceronis Rhetoricon, Virgilii Maronis Bucolicon & Georgicon, Valeri Sorani Epopticon, Aurelii Nemesiani Cynegeticon, Marciani Felicis Capellae Afri Carthaginensis Satyricon lib. vii.

de nuptiis philologiae. Certe Terentianus Maurus de dimetro jambico claudo sic ait,

*Arbitr disertus*

*Libri suis frequentat.*

Et à Mario Victorino de Metris Arbitr *Satyricon* laudatur, non *Satyrico*, aut in *Satyricon*. In veteri quoque Glossario Petri Danielis haec verba reperio. *Excellissimus dicitur à Petronio in primo Satyricum*: quod idem est, atque in primo libro *Satyricon*. Missum facio Fabium Plancidum Fulgentium in libro Continentiae Virgilianae, à quo *Petronius in Egecio* laudatur. Libellus Caji Petronii pro codicillis haberi poterat, & noctes ac supra Domitii Neronis, & in eum coctum admissorum, atque ad omnem libidinem adicitorum exoletorum seminarumque nomina, quid quisque ibi novissime fecissent, quid passi essent, paucis exponebat. Ficti nihil; omnia vera. Contra Petronius Arbitr M. Varonem in Satyris Menippeis imitatus ex parte, prosa oratione variis carminibus mista, sub falsis nominibus, tamquam sub persona, mores hominum notavit, ac vera actatis suae vitia carpsit: atque uti ipsemet ait, *in opere novae simplicitatis*

*Sermonis puri non tristis gratia videt:*

*Quodque facit populus, candida lingua refert.*

Si, quod faciebat populus, retulit Arbitr, ut ipse affirmat: de Neronis stupris ne cogitavit quidem. Non igitur sua Neroni flagitia, sed sua populo, sua juventuti ac fenibus, vitia Arbitr, & corruptos mores exponavit: ac ficti vere asserit epigramma Vaticanum, (cur enim ejus testimonio in re apertissima & omnibus patente uti mihi non liceat;)

*Petroni carmen divino pondere currit:*

*Quo juvenum mores arguit atque senum.*

Nimirum fictos casus amatorum opus Petronii Arbitri continebat: veri nihil; omnia ficta. De quo opere Macrobi Theodosii in lib. 1. Commentariorum in Somnium Scipionis verba sunt haec. *Fabulae, quarum nomen indicat falsi professionem, aut tantum conciliandae auribus voluptati, aut adhortationi quoque in bonam frugem repositas sunt. Auditum mulcent, velut comediae, quales Menander ejusve imitatores agendas dederunt: vel argumenta fictis casibus amatorum referata, in quibus multum esse Arbitrum, vel Apulejum nonnumquam luisse, miramur.* Denique nunc in declamationes umbratiles, & scholasticas invehitur Petronius Arbitr: nunc Poetas deridet carmina sua in theatro, in balneo, in pinacotheca populo inemptive recitantes: modo picturam, statuariam, dialecticam, philosophiam, astronomiam, eloquentiam, ceterasque artes ingenuas defecisse, queritur: modo Trojae halosin versibus jambicis describit:

(Y y 2)

navi.

navigantium etiam rixas, reconciliationem & naufragium, bellamque de matrona Ephesia fabellam enarrat: interdum regulas carminis exponit. Sequuntur de bello civili Caesaris & Pompeii versus heroici fere trecenti, & de captatoribus aut heredipetis elusis non pauca. Qui non videt ista singula ac universa nihil ad Caji Petronii libellum, nihil ad Neronis flagitia noctesque pertinere, sed meram esse nudamque ac simplicem vitiorum, & desidiae humanae reprehensionem, sale & mordaci aceto conditam: is plane nec in literis, nec in ulla alia re quidquam videt aut iudicat. Janus Doufa, ut Petri Pithoei conjecturam de aetate Petronii confirmet, scribit duas sententias aut paroemias, videlicet *non bene olet, qui bene semper olet*, & *ingeniosa gula est*, à Martiale & à Petronio ex aequo usurpari: aliam item gnomen, *primus in orbe Deus fecit timor*, Statio in lib. III. Thebaidos cum Petronio esse communem: ex quibus tamen sententiis primam Hieronymus in epistola ad Demetriadem, postremam Fabius Planciades Fulgentius in libro I. Mythologiae (vere an falso nescio) Petronio tribuant. Quid tum? Ideone credemus Petronium Arbitrum Neronis Aug. aequalem, & Statio atque Martiale vetustiorum fuisse, ambosque haec hemistichia Petronio potius, quam Petronium ambobus, debere? Nonne Placidius Lutatius putat, & disertis verbis ait, Arbitrum hemistichion supra laudatum de origine superstitionis, à Papinio Statio accepisse? Idem plane dicendum de versu, quem Hieronymus ad Demetriadem affirmat apud Arbitrum reperiri. Igitur hemistichium de odoribus Hieronymus non Martiali primo auctori, sed Petronio: hemistichium alterum de superstitione Fabius Fulgentius non Statio, uti facere oportebat, sed eidem Petronio asseruit, propterea quod utrique haec apud Petronium legerant, & legisse meminerant; apud Statum & Martialem aut non invenerant, aut saltem invenisse non recordabantur, nec multum curabant an ab aliis scriptoribus prius, quam à Petronio, fuissent usurpata.

Quare facile & libenter accedo Henrici Valesii fratris mei sententiae, qui Petronium Arbitrum principatu Neronis multo recentiorum, ac natione Gallum fuisse, atque in provincia Vienensi, finibusque Massiliensium Graecorum habitavisse credit, adductus haec Apollinaris Sidonii versibus, haut satis haecenus examinatis intellectisque, in carmine XXIII. quod inscribitur Narbo.

*Et te Massiliensium per hortos  
Graji cespitis Arbitrator colonum,  
Hellepontiaco parem Priapo.*

Ita enim emendandum versus medium frater

existimat, cum legatur in editis Sidonii exemplaribus,

*Sacri stipitis Arbitrator colonum,*  
nec dubitat in praesens Sidonii codicibus scriptum fuisse *Graji cespitis*, seu *Graji cespitis*: quod cum non intelligeretur à legentibus, in *jacri stipitis* perperam mutatum sit. Quae vulgata lectio haud dubie vitiosa est, ac ferri nullo modo potest. Quippe si *jacri stipitis* nomine, Priapum lignum designare voluisset Sidonius, (simulacra enim Priapi, custodis hortorum, ad eorum ostia collocari consueverant) *Priapi* in hortis Massiliensium positi, *colonum* Petronium Arbitrum vocaturus non fuit, sed *cultorem*. Deorum enim vel simulacrorum cultores Latini scriptores dixere: *colonos Deorum* aut statuarum nequaquam dixere. Praeterea etiam gratis concessero, *colonum Priapi* pro cultore & veneratore Latine dici posse: tamen nec vel tum suis tribus hisce versiculis sensus constabit: fatendumque erit Sidonium his duobus in versibus continuis Priapi sine causa bis meminisse. *Te Arbitrator per hortos Massiliensium jacri stipitis*, seu *Priapi lignei cultorem, Priapo Hellepontiaco parem*. Quo quid frigidius scribi, quid etiam ineptius excogitari potest? Sidonius igitur scriptor Gallus in suo Narbone apertissimis verbis Arbitrum Gallum agnoscit: quem propter obscenitatem, & ob amorem hortorum Priapo comparat, & in hortis Massiliensium spatiantem, ac delicate desidentem nobis exhibet. Quae Petronii in hortis mora, & iudicium ejus de Epicuro, quem *patrem doctum in arte veri*, id est in Philosophia vocat, & *hominem esse divinum* ait, qui somnia, & *ejusmodi ludibria facitissima ratione condemnet*; turpis quoque flagitiorum, adulteriorumque relatio cum impietate conjuncta mihi persuadet, ipsum secta simul ac vita Epicureum fuisse, summum bonum in voluptatibus corporis ponentem. Haec virum doctissimum Petrum Pithocum admodum miror, qui sibi *videri* ait, ab Sidonio tribus versibus supra laudatis, *non tam Arbitri patriam quam mores designari*, Massiliensium moribus *Plautino proverbio, & Athenaei historia notatis* simillimos. Quasi *horti Massiliensium*, mores eorum corruptos, atque degeneres indicare potius apud Sidonium valeant aut debeant, quam Petronii Arbitri domicilium, ibi voluptatibus vacantis, ac in hortis otiantis.

Certe ipse Arbitrator moris cujusdam Massiliensium mentionem fecit, tamquam sibi notissimorum: quoties pestilentia laborarent, unum è pauperibus, qui se sponte obtulisset, per annum sumtu publico delicate alentium, ac postea ornatum verbenis & vestibus sacris per urbem circumducentium cum execrationibus, ut in ipsum mala civitatis reciderent, atque ita de-

munum

mum praecipitantium in mare. *Quod in Petro-  
nio sibi lectum esse*, scribit Servius Honoratus  
in illud libri III. Aeneidos hemistichium, *Au-  
ri sacra famae*. Sed nunc in Petronii opere  
maneo ac mutilo, quale habemus, de more  
itilo Gallicano Massiliensium, homines pro sa-  
lute publica deoventum, nihil reperitur.  
Proinde non miror Petronium Massiliensis agri  
cultorem, patria quidem Gallum, sed domici-  
lio semigraeculum, libenter Graeca nomina  
usurpare, ut *Joedium* pro malo & extempora-  
li poëmate; *tropica*; *embolus naxis* pro ro-  
stro; *metoaium*, *paronychia*, *corymbion*, pro  
capillamento seu galericulo, *hypogeum* vel *hy-  
pogaeum* pro conditorio, seu monumento ca-  
fulave subterranea; *τα παυ.*, *fehema*, pro  
figura orationis; *apodixia*, *telos*, *automata*,  
pro motu corporis voluntario; *planos*, *paropsi-  
dem*, *trichiuarchem*, *chiramaxium*, *jymphomam*,  
*hydranlem*, *pinacotbecam*, *diaetam*, & similia.  
Non miror eum Graecis in nominibus, Grae-  
cas terminationes fere semper retinere: v. g.  
*Ajeyltos*, *Polyaenos*, *Giton*; *Ajeylton* in iv. ca-  
su, *Eucoption*, *Polyaenon*, *Jayrion*; *aëra*, *plata-  
nona*, *daphniona*, *Coraca*, *Crotona*, *Platona*, *Gi-  
tona*, *Iliada*, *Naiada*, *Dorida*. Non demum  
miror, ab Arbitro transicum Alpium mariti-  
marum Alpibus Graiis continuum viginti versu-  
bus, ac portum Herculis Monoeci exacte de-  
scribi his verbis,

*Alpibus aëriis, ubi Grajo nomine pulso  
Descendunt rupes, & se patiuntur adiri,  
Est locus Herculeis aris sacer. Hunc nive  
dura*

*Claudit hiems, canoque ad sidera vertice tol-  
lit, &c.*

Adest enim ab urbe Massilia Graecorum por-  
tus, vel statio Herculis Monoeci, in Alpibus  
maritimis, sive Ligusticis, millia passuum non  
amplius cclxxxvi: sicuti in itinerario mari-  
timo portuum, & positionum navium ab Ur-  
be Arelatum usque Ethicus docet. Idem Pe-  
tronus Arbitrator ut Massiliensium Graecorum,  
sic & Gallorum, nimirum popularium suorum,  
non semel meminit. *Increta facies, ut juos  
Gallia cives putet*: item, *Ego autem frigidior  
hieme Gallica factus*. Ex quo apparet Arbi-  
trum hiemes ac frigora in Gallia tulisse, &  
candorem Gallorum notum habuisse. Praeterea  
quavis linguae Latinae peritus in Petronio co-  
thurnum Gallicanum prima fronte statim agnos-  
cat. Ejus enim stilus non Romanum seu  
Romae natum, sed plane Gallum & Transal-  
pinum hominem sapit, & Antoninorum tem-  
pora potius quam Domitii Neronis: cuius  
principatus similes Arbitri scriptores non ha-  
buit. *Dijertus* quidem Arbitrator vocatur a Te-  
rentiano Mauro: & est sane disertus: sed

nec Senecae, Quintiliano, nec ambobus Plin-  
iis, ac ne vel Tacito quidem aut Suetonio  
comparandos: cum ad inferiora tempora per-  
tineat. Interdum letulentus fuit, nec ubique  
purus, nitides est ne illimis.

Quando igitur Petronius Arbitrator floruit?  
quaeret aliquis. Equidem existimo eum potius  
circa Antoninorum principatum vixisse,  
quam (ut frater meus arbitratur) Gallieni Aug.  
aequalem fuisse: cum quod elegantia Petronii  
in aetate Gallieni, hoc est, in senectutem im-  
perii Rom. ac velut in faciem linguae Latinae,  
tot undique gentium barbararum incur-  
sionibus corruptae atque depravatae, cadere  
mihi non videtur: tum quod Macrobius in  
Somnium Scipionis Arbitrum Apulejo non con-  
jungit modo, sed velut aequalem aut etiam ve-  
tustiorum praeposit, prioremque appellat hisce  
verbis jam supra laudatis. *Auditum mulerit  
argumenta fidei casibus amitorum referta: in quibus  
vel multum esse Arbitrum, vel Apulejum  
nonnumquam luisse, miremur*. Constat autem A-  
pulejum ante Septimium Severum Pertinacem  
Aug. nimirum imperante Marco Aurelio An-  
tonino natusse. Unus ex editoribus Petronii  
Janus Doufa scribit, quosdam Petronium Lu-  
ciano posteriorem, hoc est recentiorem, *credi-  
disse*: qui mecum de aetate Petronii plane  
conveniunt. Nam & Lucianus Antoninorum  
temporibus vixit.

Ne quis autem forsitan putet gratis me scri-  
pisse, Petronii Arbitri sermonem (quidquid  
ipse de se dicat) non ubique purum, sed quan-  
doque inelegantem ac incultum esse: omis-  
si Petronianis verbis, quorum & structura ple-  
rumque vitiosa, & obscura ac intricata senten-  
tia est; in soluta oratione Arbitri, pauca de  
pluribus Neroniano saeculo indigna, a me ob-  
servata subiciam, quae nec membranarum ve-  
tustati, & litu attrituque evanescentibus litte-  
ris, nec librorum in transcribendis priscais  
codicibus negligentiae, nec editorum incuriae,  
nec typographorum insectitiae, nec ulli alii,  
quam ipsimet auctori, assignari possunt. *Sed de  
remedio non tam valde laboro: item, Giton semel  
ictus, tam valde exclamavit. Tam valde, pro  
tam, aut adeo, non memini apud veteres  
scriptores legere; quod nos vulgo dicimus,  
si fort. Neque enim tam magnum facinus ad-  
mimus: scripisset Neronianorum temporum  
auctor, tantum facinus admittimus*. Sic tamen  
ubique Arbitrator loquitur. *Timebam, ne tam  
grande minus suspectam faceret humilitatem meam,  
Habeat enim inguinum pondus tam grande. In-  
bibuit Tryphaena tam grande facinus. Nec se  
minus grandi vexatam injuria, quam Lycam. Nam  
familiam quidem tam magnam per agros Numi-  
diae esse sparjam. Tam magnum aequae clamorem  
scitu.*

*festulit. Ut tam magna fortuna solus uteretur. Nescis, quam magnum flagitium admiseris? Ubi tam grande minus, tam grande pondus, tam grande facinus dici non oportuit, sed tantum minus, tantum pondus, tantum facinus. Tam magnum familiam, tam magnum clamorem, tam magnam fortunam dici non oportuit, sed tantam familiam, tantum clamorem, tantam fortunam. Minus grandi vexatam injuria dici non oportuit, sed minore affectam injuria. Quam magnum flagitium dici non oportebat, sed quantum flagitium. Nostri Petronium hodieque imitantur. Nam ut ille tam magnum aut tam grande usurpavit; ita dicunt si grand. Ut ille minus grande dixit; ita nostri usurpant moins grand: ut ille quam magnum; ita nostri combien grand. Jam istud Petronii, bene mane surrexi, pro summo mane, aut prima luce surrexi, nostrum hodieque est, bien matin. Nostrum & illud: Et jam plena nox erat. Plenum enim diem, ac plenam noctem vocamus; en plein jour, en pleine nuit. Repositum in pristinum decorem puerum gaudebam: id est, restitutum in pristinum decorum. Sic nos dicimus, remis en son premier éclat. Ex his intelligitur, Petronium natione Gallum exstitisse, cum nos Gallo-franci ejus adhuc in multis sermonem sequamur. Eundem autem a temporibus Neronis Aug. longe abuisse indicant quae apponam. Indignatus rusticus, quod nos centonem exhibendum postularemus. Dicit oportuit exhiberi, non exhibendum. Ostrum nostrum satis audaci strepitu impulsu exsonuit. Satis pro valde recentiorum Nerone scriptorum est; exsonare verbum ea actate inusitatum, quod tamen Petronius saepe usurpat. Omnia mimico risu exsonuerant; item, exsonat cantibus totum navigium. Ideo vetui hodie in hoc diversorio quemquam mortalium admitti. Dicendum erat, in hoc diversorio quemquam mortalium admitti. Trimalcio ad symphoniam allatus est, positusque in cervicalia minutissima. Dicendum fuit in cervicalibus minutissimis, aut in cervicali minutissimo. Ne absentivus essem: pro abessem. Absentivum pro absente, alibi non legi. Quales esse solent, quae incubunt ova. Incubare ova, vel etiam ovis, gallinae dicuntur: ova incubere non dicuntur. Ficedulam inveni piperato vitello piperatam. Ficedulam pipere piperatam non melius dixeris, quam gypso gypsatam parietem, pernam sale salitam, alas Icarum cera ceratas, & similia. Si bona fide poenitentiam emendas. Poenitentia culpam aut peccatum emendare, dici possumus, & solemus; Poenitentiam emendare, dici nec possumus nec debemus. Amictus discoloris veste. Discolor dici solet, ut decolor, concolor, unicolor, bicolor, versicolor; discolorius dici non magis solet a veteribus scriptoribus Latinis, quam decolorius, concolorius, unicolorius, bicolorius, versico-*

*lorius. Aratro domesfacta tellus pro subacta vel domita, Neronis aetate non dicebatur, nec domesfacere, pro domare. Nam verba primae conjugationis, quale est domo, nulla in compositione recipiunt facio, sed tantum plurima secundae, & paucissima tertiae. Tantum omnem scabitudinem animo, tanquam bonarum artium magister, deleret sine cicatrice. Iram appellat animi scabitudinem Petronius novo & inusitato nomine pro scabie, aut scabritie, vel scabredine, quam & ulcus, animi scilicet, alibi vocat. Gubernator, qui pervigil nocte siderum quaque motus custodit. Siderum motus vel sidera custodire, pro servare aut observare, improprium est. Certe diutius junctos nos mare feret: vel si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut praeteriens aliquis tratatia humanitate lapidabit. Lapidare posuit Petronius pro lapidibus tegere, ut humare est humo operire vel tumulare: cum significet lapidibus petere. Coaequale natalium suorum sinciput, pro aequale, nusquam apud veteres alios scriptores Latinos reperire memini. Ephebus plenae maturitatis, & annis ad patiendum gestientibus vocatur à Petronio, casum mutante contra regulas Grammaticae. Debuit enim dici ephebus plena maturitate, & annis ad patiendum gestientibus, aut certe, Ephebus plenae maturitatis & annorum ad patiendum gestientium. Psyche acu comatoria mihi malis pungebat. Acum comatoriam vocat Petronius acum crinalem, ne servata quidem analogia. Nam à coma non fit comatoria: sed fortasse legendum est, acu comatrice, hoc est ornatrice. Solum militares, solum fortissimi habentur. Militaris militaribus honoribus digno, recens est haud dubie, nec faeculi Neroniani. Jam melliti verborum globuli, & fabulosum sententiarum tormentum, & controversia sententiolis vibrantibus pitta, ac similia apud Arbitrum, verba sunt magnifica, rerum ac sensus paene vacua. Omittere non possum versum hunc Petronii,*

*Has inter jedes Ditis Pater extulit ora.*

*Ditis Pater vocatur Arbitro, qui ceteris omnibus Dis Pater: ut hic Quirites in numero singulari, pro Quiris, quemadmodum Sergius & Pompejus in Arte affirmant.*

*Haec sunt, mi WAGENSEILI, quae tuis precibus inductus de Petronio Traguriensi, vel Patavino properatim exaravi, adjungenda observationibus tuis, aut si malueris, tamquam mnemosynon amici tui domi servanda. Vale V. C. & amare me perge. Scribebam Luteciae Parisiorum v. Nonas Martias anno Domini MDCLXV.*

MARINI STATILEI

*Traguriensis J. C.*

RESPONSIO

A D

JOH. CHRISTOPHORI  
WAGENSEILII,

E T

HADRIANI VALESII

DISSERTATIONES

De Traguriensi Petronii Fragmento.

*AD M. MOGAENICUM V. P.*

NUMQUAM existimarem fieri potuisse, ut qui pro virili rempublicam literariam adjutum esset; ob eam causam conviciis ab illius reipublicae civibus profcinderetur. Enimvero id nunc mihi usu venire silem facit mutuus libellus, quem ad me misisti, amicitilime MOGAENICE,

*Di magni horribilem & sacrum libellum!*

Hic duas continet dissertationes; unam Christophori Wagenseilii, Germani: alteram Hadriani Valesii, Parisiensis, quibus homines illi confiditissimi fragmentum à me repertum, & bona fide in communem studiorum utilitatem prolatum, impugnant. Nec modo fragmentum impugnant, (id enim tolerabile esset) sed etiam auctorem, quem longe alium à Petronio autumant, atque ipsum inventorem maledicis incessunt. Ac Valesius fraudis atque inscitiae postulare auctorem non desinit: ceterum neminem designat, solam mihi, qui id scriptum protuli, ut juveni ignoto, fidem non esse adhibendam censeat. Alter multo insolentius agit, & cum de illo scripto pronuntiaffet, suspicari se hunc inepti alicuius homuncionis esse abortum, non multo post hunc mihi abortum donat, tum se in aures, si posset, mihi insurraturum dicit, *videri sibi me totum illud Arbitri fragmentum ex me finxisse velut araneum*, ut videre est in *sine dissert.* Tametsi vero intelligo, quam turpiter nugator iste hallucinetur, dum homuncioni eum abortum tribuit, ad quem haud scio, an magnorum, quotquot nunc vivunt, virorum legitimi partus adspirare possint, nihilque magis in

notis habeam, quam ut mihi quidquam simile aliquando scribere contingat: Attamen non ferenda est tam impudens hominis improbi contumelia, qui me cum esse homuncionem, quem arcolatur, ineptissimae scriptionis auctorem praedicat. Proinde si eum, quibus modis meretur, accepero, non erit quod me accuset: sed petulantiam suam, qua prius in me non solum immercentem, sed & de literatis hoc munere, ut spero, bene meritum, tota illa dissertatione debacchatus est.

Quia autem primas in hac scena loquendi partes sortitus est, primum eum ipso agam. Mitto fumos, quibus in hanc scenam ingreditur: colloquium cum Abrahamo Ecchellenfi, spem sibi factam ab eo integri fragmenti Petroniani in Dalmatia reperti, literas deinde à Venetia transmissas ex quibus didicerit, non plus fragmento inventum; tandem se Lutetiae de fragmenti editione certiore esse factum. Veniam praefari, quod libris destitutus in alieno solo causam hanc agere audeat; utpote qui, uti etiam in epistola nuncupatoria testatur, petasatus in ipso Hispanicae peregrinationis procinctu, multas inter occupationes, eam dissertationem effuderit. In quo utrum magis admirer, ambigo, hominis temeritatem, an vanitatem. Nam si, ut praedicat, minus se instructum paratumque tantae disceptationi sentiebat, primum quis eum coëgit scribere? Deinde cum non nisi multo post tempore, redux scilicet ab Hispania, & in Galliam appulsus, ac Lutetiae commorans istius dissertationis edendae consilium cepit; quis eum prohibuit, quominus lucubrationem festinanter conscriptam in eundem redderet, ex sententia sua digereret, atque emendaret? Si autem, quod magis verisimile est, hac effusi inter professionis occupationes operis professione gloriolam celeritatis quaesitum sit, quis insuli hominis vanitatem & ineptias satis lato cachinno excipere possit? Neque enim ut crassos, quibus tota ejus dissertatio scateat, deprecetur errores, ad eam tumultuarie operae confessionem impelli potuit, qui tam arrogans est, ut nusquam non sese velut Atydamas laudet, efferat, venditet, ac triumphum canat. Ejusdem levitatis est, quod cum Valesii sui tripodem consulisset, (quod ex ipsius Valesii dissertatione initio apparet) non expectato responso in medium profiliit, suamque ipse sententiam velut Batti filiphium indicatura sua obtrudit. Nam si tanti momenti rationes, quanti videri ipse vult, habebat, si ictus inevitabiles, si ἀποδείξεις daturus, ut de se insolenter praedicat, cur alium seiscitabatur? Doceret simpliciter, nobisque omnibus epistolam imponeret. Merito itaque ab illo socio suo vapulat, qui sua Petronii Massiliensis commentatione bonam eius disser-

dissertationis partem inducit. Denique tam parum illis censoribus convenit, ut unius verbis, alterius dicta refelli possint. Sed his missis ad rem veniamus. Prima censoris velitatio est in typographum Parisiensem, quem statim de titulo & versu Euripidis praefixo explodit. Dehinc in Tilebomenum stili mucronem convertit, ejusque conjecturas exagitat. Postremo & in typographi Patavini praefatione ἀλογίας notit. Quas castigaciones illis viris, quorum magis interest, sigillatim consutandas pro ipsorum arbitrio, factus est relinquere. Illud hominis argutuli non praeteribo. Inter alias conjecturas, quibus viri illi utuntur, haec erat: Hocce novi fragmenti auctario vulgatorum Petronii fragmentorum hiatus & lacunas commode expleri. Hoc levissimum argumentum videtur Critico: si (inquit) ista valet collectio, tum quidem Livii aut Curtii supplementa illis ipsis auctoribus tribuamus licet: ob retentam utique seriem rerum gestarum. Non videt autem disporem esse rationem. Cum enim de iisdem rebus variorum historicorum commentarios habeamus, non est difficile unius seriem ex aliorum scriptis explere. At ludicrae scriptiois & fictitii argumenti, quod totum ingenio auctoris nititur, hiatum unde expleas? Praeterea τὸ φεῖται dividit, quae conjungi debent. Non enim satis est, habere, unde rerum series continuetur: sed illa, quibus vacua implentur, etiam orationis filo & charactere prioribus congruere, atque, ut ita dicam, congermanescere oportet, ut ab eodem auctore profecta existimantur. Cum etiam convenienter ex Rhetorum praeceptis primo loco id argumentum positum dicit, quia sit admodum leve; tenuem ejus artis peritiam ostendit. Etsi enim Fabius lib. v. *Inst. Orat.* vetat, ne à potentissimis ad levissimas decreseat oratio; tamen Homericam, ut vocat, dispositionem, qua, quae validissima sunt, primo summoque loco; infirma medio collocantur, non obscure nobis tenendam insinuat. Sed missis his atque aliis ejusmodi assaniis, quibus deinceps in me, & in typographum Patavinum inepte velitatur, ad illa, quae magis ad rem pertinent, quaeque ipse majoris momenti censet, stilum convertam.

Fragmenti primum stilum ut Petronio indignum carpit; dein res quae tractantur. In stilo monstrosa, uti appellat, vocabula notat, loquendi modos, non à Petronii quidem genio abhorrentes, sed nimis frequenter, & ad fastidium usque legentium inculcatos: postremo hodiernae linguae Italicae phrasas, & Hebraeos. In rebus ignorantiam antiquitatis & ἀλογίας animadvertit.

Primum de stilo agamus, deque illis monstris vocabulis. Enimvero si ista obiectio valet,

vix ullum erit ejusquam vetusti auctoris scriptum, quod non imposturae suspectum esse debeat. Cujus enim scriptoris non primae editionis mendis prope infinitis sciant. Varronis fragmentum de lingua Latina, prout est editum ab Antonio Augustino, consideret, & pudebit eum suae istius obiectiois: multo enim plura ibi verborum portenta reperiet, quam in hoc Petronii fragmento. Quid alia referam veterum auctorum monumenta Plauti, Catulli, Tibulli, Propertii, Plinii, quam foedis ubique maculis contaminata essent, priusquam in doctorum hominum manus venirent. Quibus viris eruditissimis si eadem ac nostro Critico mens fuisset, non illis emendandis quantum videmus, operam possissent, sed explodendis, ut adulterinis, dissertationes scripissent. Quid igitur ea obiectioe levius, quid eo catalogo ineptius? in quo & suam inscitiam miser prodit, qui voces notissimas pro barbaris, & nihil significantibus habeat, *caupo* pro caupo, ut solebant veteres scribere, *nesapius*, pro insipiente, quae vox extat apud Terentianum Scaurum. *Gigeria* vel *gigeria*: (nam quis non videt peccatum in litera?) sunt autem gigeria Nonio interprete gallinarum intestina: earundem ventriculus Scaligero; Lucilius usurpavit lib. VIII. *Satyr.*

*gigeria* sunt,

*Sive adeo hepatica.*

Cujus porro inscitiae est ne *chius* quidem epithetum quid sibi velit, intelligere; aut quo sensu sese vitam chiam egisse dicat Trimalchio? Nam Chios, perinde ut Coos, ob mores praetextatos male audisse, Graecorum proverbialiter indicant, *χιῶν ἀπαισίων*, apud Aristophanis Scholiastem, & *χιῶν*, apud Diogenianum de molli lascivoque lusu. Nec vox *dignitoffo* seu *dignitofso* (ita enim legendum) monstrosa ipsi videretur, si saltem Philoxeni glossarium legisset: ibi *dignitofso* exponitur ἀξιώματός. à dignitate enim dignitofus, quemadmodum à calamitate calamitofus. Quod & ipse viderat, priusquam Philoxenum consulisset, sicut *Burdubasta* mendose scriptum pro Butubata, quod est apud Festum. Et *muncema* quoque divisim legendam, *mu nec ma*. Nam mu pro mutire dicebant veteres. Lucil. *Satyr.*

*Nec laudare hominem quenquam, nec mu facere unquam.*

Auctor Charisius lib. 2. Ex quibus istius censoris temeritas patet, qui, quae non intelligit, damnat, & ut barbara & monstrosa explodit. Nam & alia ad eum modum à viris solertibus emendari posse quis dubitat?

Sed instat, si librorum imperitia istiusmodi mendae irrepperunt, cur non per omne fragmentum ejusdem imperitiae manus vestigia comparent? Nam coenae exordium, ut in editionum

emen-

emendatissima, purum ab omni labe legitur. Hinc vero de industria aspersas eiusmodi maculas ab impostore colligit, huncque icium inevitabilem putat; nempe quia alios ex sua turilitate aestimat. Quis enim, qui sensus communis atque scintillulam habet, non facile intelligat, fieri potuisse (quod & factum scio) ut ex prioribus editionibus apud praeta, multa fragmenti huius relictuta sint loca ex iis, quae pridem edita fuerant, reliqua autem tum primum in lucem prodeuntia, sic ut erant, corrupta eruditorum iudicio ac censurae relicta. Quod non erat in proclivi, tam insigniter & foede corrupta statim emendare. Ecce quem idem inevitabilem putat, quam exiguo negotio eluditur?

Phrasae praeterea & idiotismum novi fragmenti, ut Petronii elegantiae parum congruentem, vituperat. Rem autem totam ad quatuor reducit loquendi modos, quibus interim usum non semel Petronium fatetur; sed quod iidem in hocce fragmento crebrius ac sine ratione ingerantur, id vitio vertit, atque inconsultae imitationis indicium putat. Primi modi ex veteri Petronii editione exempla haec profert: *Homini operas locavi non cavalli; horum in aqua non inguina laebet.* Alterum loquendi genus est, quo plusquam rei augendae causa adhibetur, ut *plus vini sub mensa effundebatur, quam aliquis in cella habet.* Tertia forma est, quod nimis frequenter dejerat pseudo-Petronius. Quarta, in eadem dictione lusus, cum scilicet idem vocabulum argute in eadem sententia iteratur: ut *tu, qui loqui potes, non loquere.* Coarcevat deinde loca ad fidem faciendam, & multa similia, ex toto scripto excerpta, sub eundem aspectum conducit, ut frequentia moveant fastidium legentibus, quae in fragmento commode distincta, non modo offensionem nullam, sed etiam gratiam, habent. Haec vero via infamandi bonos auctores cui non, quantumvis rudi & indocto, patet? Quis cuiusque scriptoris verba in hunc modum retexendo, ac perturbando non illum deformant ac prorsum ridiculum concinnat? Conferantur in unum loca omnia Ciceronis, in quibus clausula, *esse videatur*, periodum terminat, aut ubi verbum *versari, familiariter aliquo uti*, aliasque phrasae sibi familiares usurpat, & habebit iste calumniator, unde parentem eloquentiae apud sui similes traducat. Quod de Cicerone dixi, transferre licet ad alios scriptores. Nemini enim non quaedam locutiones familiares, & quasi vernaculae, quarum ceu caractere ab aliis dignosci possit. Sicut de Hermolao Barbaro viro inter recentiores absolutissimo observatum est, saepius hunc verbo *ferrumino* usum, eamque ob causam ab obtrectatoribus ferruminatorum vocatum. Denique quod saepius dejerant

hujus fragmenti interlocutores, id quoque Criticus vitio vertit, sed imperitissime: quando constat hanc veterum illorum, dum inter se agerent, morem fuisse, ut non temere quidquam affirmarent sine juramento. Res plana ex Plauti & Terentii fabulis, quas novus Criticus nondum videtur, aut valde oscitanter, legisse, qui id non obtineverit. Quid enim haec sibi volunt nisiquam non interpolata, *Pol, ecastor, perecastor, Hercules, per Jovem, dispaream*, & alia id genus. Sed & id ipsum epistolarum Augusti fragmenta illa indicant, quae citat Suetonius in Tiberio; *Jucundissimè, & ita sim felix, &c. sive quid incidit, de quo sit cogitandum dignitatis, sive quid somachor valde, mediis fidus Tiberium, &c.* Item: *atenuatum te esse continuatione liberum cum audio & lego, Dii me sedant, &c.* In epistola Antonii ad Augustum apud eundem Suetonium: *ita valas, ut tu hanc epistolam cum leges, &c.* De iis postremo, quos vocat, lusibus, cum videlicet idem vocabulum in eadem sententia repetitur; non minus absurdus est, cum eos in fragmento saepius, quam par sit, frequentari arguit; nec ludicrae scriptoris genius quid ferat, advertit. De quo infra adversus Valesium dicemus. Nunc operae pretium est videre cohortem illam, quam se in insidiis, catus scilicet imperator, collocavisse jactat, quae fugienti hosti omnem elabendi praecludat viam. Ita enim loquitur magnifice, ut semper alius: *meum non eludent idum. Captus est, habet. Pugnavit non perfunctorie mea prima legio, ut Trafonem aut Pyrgopolynicem mihi audire videar. Quare, inquit, an verus Arbitrator sacras literas legessit, an hodiernam linguam Icelam fuerit edoctus? Legit enim Pseudo-arbitrator, fuit edoctus ille supposititius; videlicet verba cap. xxxvii. Ipse Trimalchio fundos habet, qua milvi volant, numerorum nummos, Hebraismum & sacrae scripturae loquendi modum sapient.* Siquidem nullum huius loco subest mendum. At mihi vera lectio videtur *nummorum modios*: qua locutione & supra utitur Petronius *nummos modio mittitur*. Fortassis & foenus ingens his verbis notari aliquis conjiciat, neque displicet conjectura. Pergit Criticus ineptire; magis illa Hebraismum sapient, cap. xliiv. *Nomina omnium reddebat, tanquam unus de nobis; videtur enim ex divinis per scelus detorta.* Nempe quia apud Mosem Dei verba sunt: *ecce Adam quasi unus ex nobis factus est*: igitur censoris iudicio haec phrasis *unus de nobis* Hebraica est. O infcitiam & temeritatem! ceu vero necesse sit, quicquid locutionis extet in Latina bibliorum versione, id ex Hebraeo idiomate expressum esse. Alioqui & illa quae in cap. lvii. leguntur: *Nemo mihi in foro dixerit, redde quod debes*, ex Matthaei capite xviii. pariter sumpta esse dicerentur, ubi ita scriptum est:

est: *Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens, redde quod debes.* Credo & si in hoc fragmento verbum magnifico alibi reperiretur, exclamaret censor, ex Virginis Deiparae cantico apud Lucam promptum esse, *magnificat anima mea Dominum.* Et nobis Plautum, & Terentium, Romanae linguae lumina, qui id verbum usurpant, circumcideret: ut & in eorum scriptis Hebraismos explicaretur. Denique si Latina est locutio, *unus de nobis*, cur ex sacris literis potius quam ex communi linguae Latinae usu fluxisse credatur, non video. Esse autem Latinam nemo haecenus excepto censore isto dubitavit, cum Cicero ita loquatur pluribus in locis; pro Planco c. 32. *is enim unus fuit de magistratibus, qui* &c. item pro Milone c. 24. *Deinde dixit, se gladio percussus esse ab uno de illis.* Nam si unus de illis dicitur, quidni & de uno de nobis? Eadem enim ratio est. Sed quod subdit multo magis ridiculum est. *Manifestissime omnium, inquit, quae cap. 60.* (supple è divinis sumpta:) *deductus è lacunaribus subito circulus ingens, de cupa videlicet grandi excussus demittitur, cujus per totum orbem coronae aureae cum alabastris unguenti pendebant.* Hic demum triumphat. *Hem* (inquit) *serine potest, ut phrasim, alabastris unguenti, aliunde quam è Lucae cap. 7. deprompta sit? Hellenistica enim & Evangelistae peculiaris est, neque ejus exemplum apud profanos auctores ullibi reperitur.* Omitto barbaram vocem *ullibi* pro usquam. Illud cujus ruditatis & insectiae est, non putare *alabastrum unguenti* phrasim esse Latinam, quia Graeci ita loquantur? An quisquam tam hospes est in literis, ut linguam Latinam magna ex parte è Graeca expressam nesciat? Optimum quemque Romanorum scriptorum Hellenismos non solum non reformidasse, sed etiam affectasse? Ut quisque ex illis elegantissimus fuit, eo plures Graecanicae phrasae aspergendas orationi censuisse? ut ex compluribus Plauti, Terentii, Virgilii, Horatii & Ciceronis, atque aliorum locis pridem viri docti observaverunt. De hac autem phrasim *alabastrum unguenti*, quam censor Latinam negat, libenter ab eo quaesierim, num Horatium parum Latine locutum putet, cum *nardi onychen* dixit,

*Nardi parvus onyx eliciet cadum?*

Quid enim interest, quantum ad phrasim attinet, dicere *alabastrum unguenti*, & *nardi onychen*. *Alabastrum* è lapidibus est pretiosis, sicut *onyx*. Ex his quia vulgo fiebant vasa unguentaria, ob hanc causam ipsi lapides metonymice pro ipsis vasibus usurpantur: sicut in illo Horatii versu *nardus* pro *nardino unguento*. Plinius lib. xiii.

cap. 2. *unguenta optime servantur in alabastris.* De *onyche* Martialis epig. 93. lib. vii.

*Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat,*

*Olsecit postquam Pafilus, ecce garum est.*

Liquet igitur eodem modo dici *alabastrum unguenti* & *nardi onychen*, ut si unum è Lucae Euangelio sumptum sit, non possit non & alterum indidem pari jure promptum videri. vident censor, quemadmodum persuadere possit cuiquam, Horatium è novo testamento phrasas multo accepisse. Pergit novus Criticus gratisimo Deo risui ex Hypatinorum instituto litare, dum se acutis illis animadversionibus deridendum omni coetui literatorum liberaliter propinat. Id quoque è libris sacris expressum putat, quod in fragmenti cap. 46. legitur: *scimus te prae literis fatuum esse*, propterea quod in Actis Apostolorum Festus praefes sic Paulum compellat, *insanis Paule, multae litterae te ad insaniam convertunt.* Quasi vero haec sententia sit ejusmodi, ut nemini potuerit nisi ex scripturae loco in mentem venire, ac non insanire, etiam vulgus experientia compertum habeat. Ita enim idiotae literarum studia infamare solent. Sic Democritus Abderitanis insanire creditus; sed & ipse Democritus excludit sanos Helicone poetas. Seneca nullum ingenium sine mixtura dementiae. Apud Aristotelem literarum studiis praestantes melancholici. Domitius grammaticae artis clarus, iudice Phavorino, insanus. Aretaeus medicus de stomachi imbecillitate tradens, cui morbo studiosi literarum, Celso teste, obnoxii, istos ex studiorum intemperie delirantes, *ὄπρὸ διανεύς κουφούς* appellat. Quae ergo ineptia est, cujus sententiae passim apud tot profanos scriptores extant elementa aut vestigia, eam putare non aliunde quam ex Actis Apostolorum promi potuisse? Et quis Criticum istum non rideat, dum ejus argumenti vim tantopere commendat, ut solum per se ad Pseudo-Petronium confundendum sufficere gloriatur?

Videamus deinceps, ut probet Italicae linguae gnarum fuisse auctorem fragmenti. Tria loca in medium producit, cap. xxvi. *Unus servus Agamemnonis interpellavit.* cap. lxxvii. *non me Hercules mi haec jactura gusti fuit.* Item, *mi centem aureos in manu posuit.* Denique pag. 47. *multis jam diebus venter mihi non respondit; nec medici se inveniunt.* Ut ostendat haec Italorum esse idiomatis, Italice mox reddit: *un servidore d'Agamemnon ci interrompe,* &c. Quo quid putidius & indoctius fieri potest? Principio qui potius haec phrasae Italicae, quam Gallicanae? Nam & Galli dicunt *un serviteur*: eaque voce un cu articulo demonstrativo utuntur. Praeterea *unum* pro quemdam Latinis dici, licet rarius, vox *unumquodque* indicat. Terent. Adolph.

Nam



*Nam jam unum quicquam, quod quidem erit  
bellissimum,*  
Carpsam.

Non enim eo loco unum significat solum, ut ferè alias; sed rei particularis nota est, ut hic *unus ferens*. Sed & Cicero ita unum usurpat epist. 16. famil. lib. 15. *Quamquam quicumque loquor? cum uno fortissimo viro*, &c. Item in 1. de oratore, *sicut unus paterfamilias his de rebus loquar*. Ita & Plautus Mostell. act. III. scen. 2. *Iterum jam ad unum saxum me factus ferunt*. Plura Scipius Animadvers. in Voss. Non solum igitur unus Latina est phrasîs, sed etiam elegantiae Romanæ. Quare vapulet nugator.

Sequitur hæc locutio: *non mi hæc factura gulli fuit*. Quæ quid commune habeat cum Italicâ, quam adducit, non video. Plane aliud agebat, cum id describeret. Illud singularis infelicitiae, cum Latinam negat *mi centum aureos in manu posuit*: propterea quod Itali similem loquendi modum habent. Neque illud Terentii legit in Phorm.

*eho dic quid velis dari  
Tibi in manum.*

Quid enim interest *in manum dare*, an *in manus ponere* pecuniam dicamus? eandem quippe esse loquendi formam nemo non videt. Denique neque illud Latinum deputat: *neq. m. dari se invenirent*. Fac ita esse, an Petronianum negabis? En tibi,

*Quærit se natura, nec invenit.*

nam *si se invenit* Latine non dicitur; neque *quærit se* Latine dicitur. At Petrus usurpavit: *neq. te quæseris extra*. Hæc quippe verba ita mutuo respondent, ut ubicunque unum ponitur, ibi alterum aut expresse poni, aut subaudiri debeat. Tum ut paulo ante Hebræissimos & Hellenissimos somniabat, sic nunc nihil non ad Italiam phrasim trahit. Ut quia in cap. XLIV. *Plorabat, pro pluedat* scriptum est. Itolorum prononciationem *u* in *ou* vertentium cornicatur: adeo rudis est, ut veterem hunc fuisse Romanorum prononciandi modum ignoret. sic in vet. epigram. *joussit, pro jussit*, ut videre est in lib. Passeratii de literar. inter se cognat. & permutatione. Et *perplorare* apud Festum in voce, *pateram*. Quod autem Petronius hæc in Satyra Menippæ ab archaisinis non abhorruerit, sed eos dedita opera operi asperferit, ut alii ferè quicunque eo genere luserunt, ex veteri fragmento, quod Petronii esse nemo dubitat, cognosci potest. In quo adverbium prisæ notæ valgitur usurpatum de Quartilla, *commovebat valgitur labra*. Item *clostellum* ἰπποκρίτης, ἰπποκρίτης a claustris, ut à plaustris *ploustellum*, mutato au in ο κροστῆρας, *histrionia*, *mulcavit*: *leccatores*, vel, ut alii legunt, *lena-*

*tores*. Quod antiquæ glossæ exponunt, *gulosos & lenones*. Hæc autem ex Petronii reliquiis à Doufa collectis. Præterea phrasæ antiqui saporis. cap. x. *in memoriam revocatus injuriæ*. Quæ locutione utitur Plautus in Persa. Item *audemus* pro *volumus* & *sustinemus*, unde *solus* alibi. Atque alia id genus, quæ lector non oscitabundus observare poterit. Sed de Petronii archaisinis, iterum ad Valesii dissertationem dicemus.

Hactenus de stilo Germanus Criticus. Deinceps vero ad rerum examen transit, ut earum quoque argumento probet, non recte Petronio id fragmentum adscribi. Principio illud demonstrationis suæ fundamentum ponit, ac sibi concedi postulat, Petronii Satyricon in Neronem esse scriptum, quo turpissimi ejus mores ac vitia traducerentur. Quod ipsum nihilominus collatione quorundam Suctonii locorum, quibus Neronis studia & mores tanguntur, cum iis, quæ de Trimalcione prodit Petronius, probare instituit. In qua collatione operam suam ita venditat Germanus Criticus, ut omnibus in Petronium editis commentariis præferre non dubitet. Etiam miratur à nemine Petronii interpretum eam congruntiam fuisse animadvertitam. At ego admiror, qui se Lugdunensi Petronii editione usum dicat, non advertisse, id quibusdam locis factum à Doufa in Præcidaneis, certe viam defabulatam: tamen is Trimalcionem esse Neronem non decernit. Cui opinioni & Valesius Germani Critici in censura collega vehementer reclamavit, ut videbimus. Sed nimirum novus Criticus qui nunc primum ἡγεμονία, hæc tam eleganti observatione ingenii sui florem illustrare voluit, atque, ut dici solet, ex hoc mustaceo lauream affectavit. Quam tamen frustra hujus operæ sit, videor me sanioribus judiciis probare posse.

Apud Petronium Trimalcio ludit pila inter pueros capillatos forma conspicuos: hinc in unius ex iis capite, postquam aquam poposcisset ad manus, digitos paululum asperfos tergit. Mox discubituris pueri Alexandrini inter ministeria cantantes aquam in manus nivatam fundunt. His Germanus Criticus confert hunc Suctonii locum de Nerone: *Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo comætu Neapolim confluerant, plures Alexandria evocavit. Neque eo segnius, adolescentulos equestrii ordinis, & quinque amplius millia è plebe robustissimæ juventutis, undique elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent (bombos & imbrices, & testas vocabant) operamque navarent cantanti sibi, insignes pinguisima coma & excellentissimo cultu pueri. Quæcio quid hæc ad Trimalcionem pila inter comatulos ludentem? Hic pueri Alexandrini aquam*  
(Z z 2) niva-

nivatam in manus discubitoris infundunt: illic operam navant Neroni cantanti, & varii plausibus adulantur. Haecine est congruentia, hic concentus? At utrobique Alexandrinorum fit mentio. Quid tum postea? An quisquam antiqvitatis, aut certe illorum temporum tam ignarus, ut nesciat Alexandrinos pueros vulgo illis beatis in deliciis habitos? Quod nunc Martialis testimonio, ut in re haud obscura, sufficiet ostendere ex epigram. 47. lib. IV. ubi qualem puerum velit, explanat:

*Niliacis primum puer is nascatur in oris,  
Nequitias tellus sit dare nulla magis.*

Subdit: Petronianus Trimalcio balneis delectatus, delectatus & Nero; de quo idem Suetonius cap. 27. *refectus saepius caudis piscinis ac tempore aestivo nitentis.* Quis non miretur dialecticam Germani Critici? Petronianus Trimalcio balneis delectatus, delectatus & Nero: igitur Trimalcio est Nero. Atqui in tota illa comparatione idem iudicii acumen apparet. Trimalcio lecticae impositus est, praecedentibus phaleratis cursoribus quatuor, & chiramaxio, in quo deliciae eius vehbantur, puer vetulus, lippus. Nero apud Suetonium, in praeparanda expeditione, primam curam habuit deligendi vehicula portandis scenicis organis, concubinisque, quas secum educeret: igitur Trimalcio est Nero. Eadem opera Criticus iste efficit Trimalcionem esse Pub. Clodium, quem Cicero in Miloniana testatur semper secum scorta, exoletos, lupas ducere solitum. Item Marcum Antonium, cui idem ab eodem exprobratur in Philippica secunda. Quid autem istos memoro, cum constet Senecae testimonio locupletiores fere omnes illis temporibus sic peregrinari solitos, ut agmen cursorum antecederet, rhedae catamitis plenae sequerentur. Verba magni scriptoris ex epistola 123. *adscribere placet: omnes jam sic peregrinantur, ut illos Numidarum praecurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedit.* Et paulo post: *omnium paedagogia oblita facie vehuntur,* &c. Quae ergo focordia est, quod multorum, imo omnium fuit commune, uni Neroni tamquam proprium assignare? Eiusdem farinae sunt, quae deinceps sequuntur: Trimalcionis splendida domus porticibus & picturis: Neronis quoque magnifica domus apud Suetonium. Trimalcio tesserarum lusui impensius deditus fuit, & item Nero. Habuit Trimalcio uxorem Fortunatam: Nero Acten liberatam prope matrimonio sibi conjunxit. Trimalcio poësim amavit: Nero eidem studuit, & carmina sua domi, & in publico recitavit: igitur Trimalcio est Nero, Fortunata Trimalcionis, ipsa est Acte concubina Neronis. Non me fugit haec esse indigna, in quibus redarguendis bonas horas colloceam, quae sunt ho-

mine indigna & extremi stuporis: & profecto me istiusmodi nugarum piget. verumtamen quando semel istud saxum volvere coepi, quicquid id est molestiae ac taedii devorandum est. Cum tam crasse ubique hallucinetur Germanus Criticus, tam obtuse omnia colligat, tamen impostori, quem hujus fragmenti auctorem somniat, supinam oscitantiam atque ingenii hebetudinem exprobrare audeat, hoc est, lepus pulpamentum quaerit. Quid ita? quia ad postes aedium Trimalcionis praefigitur libellus cum hac inscriptione? *quisquis servus sine domino jussu foras exierit, accipiet plagas centum.* An (inquit Criticus) aliquis indignus erat, quem Trimalcionem, qui greges puerorum, exoletorumque per nationes coloresque descripta agmina possidebat, ita delinere, ut nemo ex abjectissimis mancipiis sine ejus expresso jussu pedem domo efferre possit? Ipse Pseudo-Petronius cap. 37. familiae Trimalcionis ne decimam quidem partem dominum suum nosse sancte nobis jurat. At si plano cap. 53. *fides est, Mithridates servus sine domino jussu etiam in crucem actus est.* Nempe ad capitis supplicium de servis sumendum Trimalcionis jussu militatus; ad foras prodeundum, plane opus fuit. Ipsamet verba sunt istius nugatoris, qui nodum in scirpo quaerit. Nisi enim obitigillandi morbus ejus mentem praeligaret, non ita in rebus apertis & planis caecitiret. Adeone stupidus est, ut non videat illa agmina servorum, quae possidet Trimalcio, non fuisse in unis aedibus congregata, sed per alias ejus domos, per villas & latifundia dispersa? Quorum proinde multis ignotum dominum fuisse haud absurdum est. At vero cum & in illis aedibus, in quibus hospites coena excepturus erat, multos itidem haberet Trimalcio famulorum omne genus greges, quidni, eorum quantum ibi erat, titulo postibus affixo exire vetaret, non ob eam causam solum, ut diligentius ministraretur, sed eo maxime, ut posset homo dives & stolidus ambitiosus, opes & magnificientiam ex ingenti illa servorum aliorum aedibus succedentium multitudine ostendere. Non ergo impostoris, ut putat, sed suam ipse inconsiderantiam atque incredibilem stuporem Germanus Criticus prodit. Id quoque ut absurde confictum vellicat, quod extat in cap. 40. Cum aper primae magnitudinis in mensam allatus esset, ejusque latus quidam, ad hoc subornatus, cultro venatorio percussisset, terdi ex plaga evolaverunt, quos parati aucupes cum arundinibus momento exceperunt, & inter convivas dividerunt. Hic Criticus exclamat: *euge! sic ea tempestate crudis homines vehebantur volucrilus, vel, quod credibilis, jam esfae, ut in Utopia, per auras circumvolitabant.* At enimvero, Germane Critice, non vides in illo

illo repositoꝛio, in quo ille aper illatus, non solum quae in praefens ederentur, ut ipsum aprum, sed etiam apophoreta extitisse, quae tibi quisque domum auferret, videlicet porcellas ex copto placentis factos, in quo genere illae aves, Thebaicaeque, & Caryotae fuerunt, quas pueri itidem dividere coenantibus, non quas tunc abstulerent, sed fecam, ut dixi, auferrent. Quid hic absurdi, in quo risum tollant coronae? An non tute dignus, Germane Critice, cum isto tuo risu inepto, qui in Utopiam ablegere avibus illis assis per auras volitantibus pascendus?

Sed & Apulei asino vestum esse planum insinulat, cum historiam compilavit de Cappadoce cap. 62. Quasi vero solus Apulejus de istiusmodi maleficiis & praetigiis scripserit, ac non multi ante eum auctores Graeci multa de iis rebus memoriae prodiderint. Ut videre est apud Plinium, qui aliquot ejusmodi historias ex eorum commentariis recitat, lib. VIII. cap. 22. *Euanthes (inquit) inter auctores Graeciae non sinitus tradit, Arcadas scribere, ex gente Arabaei cujusdam sorte familiae lectum ad stagnum quoddam regionis ejus duci, vestitumque in quercu suspensum transire, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, &c. Ibi & consimilem fabulam ex Agriopae, qui Olympionicas scripsit, monumentis refert.*

Trimalcio per jocum unum se esse gloriatur, qui vasa Corinthia habeat, quod aerarius, à quo ea emerit, Corinthus vocaretur. Ibi Germanus Criticus manifestam contradictionem invenit. Si, inquit, publice proflabant Corinthia, qua ratione eorum possessione solus gloriari poterat Trimalcio? Ineptus cavillator semper nodum in scirpo. Sanè publice proflabant Corinthia, sed quae pro Corinthiis non habebat Trimalcio; utpote quae neque Corinthi facta essent, neque ab opifice Corintho. Neque enim sufficere censet, ut vas Corinthium censetur, ex aere Corinthio esse factum, quale aes à Corinthi expugnatione olim Romam magna copia advectum; sed si à Corintho vel Corinthi confectum. Quod ipse his verbis significat eodem loco: *Quid est autem Corinthium, nisi qui Corinthum habeat?* scribendum: *nisi quia Corinthus habeat?* Nempe vel urbs, vel opifex. Est enim lus in voce Corinthus. Adde Septimae fraudem in iis vasis. Unde illud Martialis,

*Consuluit nares, an olerent aera Corinthum.*

Quin Plinii tempore artem illam temperandi aeris desitam fuisse, ex ejus verbis colligi potest, lib. XXXIV. cap. 2. *Quondam aes confusum auro argentoque miscebatur, & tamen ars pretiosior erat: nunc incertum est, pejor haec sit, an materia.* Non solum igitur ars aut statuas ex aere effigiendi,

aut vasa fingendi, sed & ipsius aeris materia Plinii aetate degeneraverat. Quid mirum igitur, si Trimalcio eo sensu, quem dixi, & per jocum se solum Corinthia vera possidere gloriatur?

Ibidem idem Trimalcio Corinthiorum origine explananda turpiter hallucinatur, personas & tempora confundens: *valde bene scio (inquit) unde primum Corinthia nati sunt. Cum Hannu captum est, Hannibal homo caeter, &c.* Hunc sermonem hominis indocti & ebrii, ceu à Nerone aut quovis alio sobrio prolatum, ad veri normam explorat Germanus Criticus. Siccine (inquit) tanta ignorantia Trimalcionis aut Neronis animum obsederat? Quasi vero hominum vitis insectandis modum ullum teneat Satyrice petulantia, & non caecata ultra verum ac fidem exaggeret? Quid si Petronius de Nerone ne cogitavit quidem. Quid enim necesse est Trimalcionem esse Neronem? Mihi Petronium nihil aliud voluisse, quam sub persona Trimalcionis stultorum divitum, quorum magna tunc Romae manus, ineptam eruditionis ostentationem urbanis traducere, propemodum constat. Sic & cap. 59. idem Trimalcio Homeritis triclinium intrantibus (non enim coenaculum, ut Germanus Criticus in seipso interpolat) quam ii aduri essent, fabulam stultissime interpretatur. Haec si recta, ut decuit, reputasset vitio literio iste, non exscribendis Suetonii locis de Nerone moribus ac studiis lectorem occideret. Neque impostoris inscitiae adscriberet, quod Trimalcio hocce in supplemento Graecorum literarum expertus inducitur; neque in eo resutando toties Suetonii verba obtruderet, quibus citationibus nihil insulsius magisque *κατακλισησεν* dici, aut excogitari potest.

Postremo velut plane demonstrasset Germanus Criticus, non esse Petronii hoc fragmentum, etiam hanc operam velut mantissae loco sumit, ut ostendat, quo tempore id factum videatur. *Recentissimum (inquit) hunc esse inepti alicujus homuncionis abortum suspicor, idque inde colligo, quod verum Petronii textum jam castigatum restitutumque exhibuit ex conjecturis novissimorum Criticorum.* Ita quidem ariolatur improbus iste calumniator, literarum, quantum in ipso est, everfor; ceu non potuerit ex codice emendatiori describi hoc fragmentum, ex emendatiori, inquam, quantum ad illa attinet loca: quae haud secus leguntur, atque postea à viris eruditis ex conjectura restituta sunt. Non enim eadem est manuscriptorum conditio & facies; alii aliis locis mendosi; alii emendatiores. Alii mutiliores, alii ampliores; ut quae Joannis Sambuci opera Antverpiae centum fere abhinc annis prodit, in multis, quam qui vulgatus antea fuerat, amplior, integrisque

paginis auctior. Haec decuit maturo iudicio pensare, qui vellet de hoc fragmento sententiam dicere, non autem futillum objectionum Jarvis impelli ad obsecrationem. Sed sunt quidam ita fervidi & praecipitis ingenii, ut nulla rationis ope sufflaminari possint, quin statim, quo eos naturae impetus rapit, velut ἀνεπιμετρίως ἐπιόησα, ut loquitur Plato, serantur: quale profecto ingenium novi istius Critici esse ex illa insulsa dissertatione apparet. At nunc saltem Phryx iste admonitus, sero licet, sapiet: nunc inscitiam suam ac temeritatem agnoscat; & si non omnino ejuravit bonam mentem, palinodiam canat.

Deinceps mihi etiam ad partes vocandus ille alter censor, Hadrianus Valesius, in eadem non solum censurae vanitate versatus, sed etiam factionis signifer, imo imperator. Cujus numine afflatus Germanus Criticus, & cum Delphico oraculo insinctus videtur. Primum igitur hic, quemadmodum initio dissertationis fragmenti auctoritatem elevet, videre operae pretium est. Exinde enim patebit, quam nihil in imposturae lite, quam nobis intendit, omitendum duxerit, etiam quod levissimum videretur. Solent (inquit) *codici scripto atque e bibliothecae latebris recens eruto auctoritatem dare, claritas & dignitas inventoris, magnitudo urbis, in qua inventus dicitur, ejus apud quem reperitur est fama, & doctorum hominum de codicis vetustate favorabile iudicium. Nunc repertor voluminis, de quo sermo est, inducitur à Paulo Frambottio Typographo Patavino Marinus Statileus Dalmata, juvenis ignotus: locus in quo repertum fertur, bibliotheca Nicolai Cippici, hominis obscuri, in urbe ignobili Dalmatiae Tragurio. Denique ex omnibus, qui Venetiae, Patavii, Romae iudicium de codice isto apocrypho tulisse dicuntur, unus Job. Rhodius Danus laudatur, &c. Quam haec ἰσχυραῖαι, & populariter homo astutus dixerit. Credas animum ibi esse. Atqui, ex his tribus conditionibus, ex quibus codicis manu exarati pretium aestimandum censet, quid duae priores ad rem pertineant, non video. Solam, quae postremo loco assertur, alicujus momenti esse fateor. Quaeso quid facit ad manuscripti bonitatem urbis magnitudo, in qua inventus est, si, ut Suidas testatur, Origines scripturae sacrae vetustissimum exemplar (quo quid praestantius dici potest?) in Hierichuntis oppidi rudertibus, dosio inclusum, reperit? Si Poggius Florentinus olim (ut certi auctores tradunt) Quintilianii libros Institutionum oratoriarum illos pulcherrimos è falsamentarii taberna, atque iuciorum ac botulorum patria, quibus tunicas debebant, redemptos, in studiosorum usum vendicavit? Quid denique inventoris dignitas,*

cum ipsum Apollinis oraculum, caprarum iudicio monstratum, & patefactum dicatur? Cum non paucae morborum medelis praestantes herbae, belluis monstrantibus in hominum notitiam atque usum pervenerint? Cum Jos. Scaliger (ut magis propriis exemplis urgeam) castig. ad Catullum, librum manu exaratum, omnium vetustissimum & optimum, eundemque ab homine Veronensi ignoto, uti testatur, in Galliis repertum toties commendet? Quod vero me ignotum esse arguit, non video, quo argumento id tam confidenter affirmare possit, nisi quod haecenus nomen meum non audivit. Atqui neque ego ad hanc usque diem Hadrianum Valesium, an inter homines esset, noveram. Valesios Francorum reges ex fama & historiarum monumentis noveram. Sed hi, opinor, nihil ad Criticum. Noveram & Franciscum Valesium Covarruvianum medicinae arte & scriptis clarum: item Henricum Valesium Ammiani Marcellini Eusebique editorem in Gallia. At vero usquam aliquem existere, qui Hadrianus Valesius vocetur, neque haecenus scivi, neque quemquam vidi, ex quo inter literatos verbor, sive in nostra Dalmatia, sive aliis Italiae locis, qui sese de eo quidquam vel fama accepisse diceret. Qui ergo ignotus magis ego, quam iste superciliosus censor, qui me ex sua ignorantia ignotum praedicat. Fortassis clarum inter populares suos nomen adeptus: at mihi ne istud quidem verisimile sit, quantum quidem ex ejus scripto coniectare licet. Hicce Lutetiae, in urbe tot nobilium ingeniorum parente & hospita, aliquod nomen habeat, qui in una dissertationucula tam saepe, tamque turpiter hallucinetur, quique (ridiculum) dum errores in aliorum scriptis expiscatur, in crassissimos ipse nusquam non incidat?

ἰατρὸς ἄλλων αὐτὸς ἔλασσι βρόνον.

Equidem malim semper ignotus esse, quam hoc modo innotescere. Et tamen si nondum satis multis notus sum, utpote juvenis, sciat, mihi non deesse artes, quibus ad famam pervenire possim. Sed de his haecenus. Quod denum in illo eruditorum numero, qui Venetiae, Patavii, Romae de hoc fragmento iudicium tulerunt, unus Rhodius, isque vita functus, laudetur, viderit ipse Frambottus typographus, & qui eam editionem curarunt, quorum vel negligentia id fieri potuit, vel iudicio potius, quod eam testium enumerationem parum necessariam putarent, ubi res ipsa propriis dotibus aestimanda in manus hominum veniret. Quam viam scriptorum probandarum, cum longe certissimam ipse censor fateatur, ideoque ad fragmenti ipsius examen mox accedat, age ipsum sequa-

sequamur, & quid contra afferat, diligentius consideremus.

Petronius (inquit) verbis utitur usitatis. At hic occurrunt portentosa verborum: *Siphutus*, *Isipatris*, *mattus* seu *mattus*, id est, animo defectus & languens. Primum, quod ait Petronium, verbis uti usitatis, si simpliciter, ita ut verba sonant, accipiat, concedi poterit. Liquet enim pleraque vocum, quibus Petronius utitur, tritas esse, & in communi Romanorum scriptorum usu positas. At si id vult, nusquam verba minus usitata reperiri apud Petronium, in veteri inquam Petronii editione, quam solam Petronii genuinam agnoscit, fallitur: neque satis diligenter eam editionem pervolutavit. Nam quis alius scriptor *banare* dixit, pro hamis defigere? quis *indelectatum*? quis *epilicotentuberitum*: *allicitas*, pro angustiore casa; *judurae pensionem*, pro pensione? Quas voces partim in veteri fragmento, partim in Grammaticorum commentariis, ex iis locis Petronii, quae non extant, citatas atque explicatas legimus. Neque porro iste censor cogitat, vix decimam Petronii Satyrarum partem nobis manere incolumem, ut ex tam paucis, quae supersunt, quibus verbis usus sit Petronius, quibus abstinerit, dici non possit. Praeterea quae portenta verborum vocat, non sunt. *Siphutus* vox Graeca est, composita ex  $\sigma\iota$  &  $\sigma\alpha\phi\tau\epsilon\varsigma$ , qua voce Euripides utitur; hoc quemquam, vel mediocriter literis tinctum, non animadvertisse mirer, nedum eum, qui tam superbam censuram exerceat. Nec de voce *Isipatris* temere pronuntiandum censeo, cum sit corrupta. Quod autem nomen *mattus* inter potentia recenseret, & tamen Picardis & Germanis notissimum fateatur, an non contradicatio est? Si in Latina lingua id portentosum iudicet, sciat in vetustissimo glossario *mattum* pro tristi annotatum extare. *Abstinax*, *callicerebrus*, *nesapius*, novae quidem voces, sed Latina moneta percussae. Hinc *nesapius* vel *nesapius* haud novum vocabulum, nec Latinis auribus ignotum, utpote quod apud Terentianum Scaurum extet. *Mideia* & *Perimadeia* Syriaci idiomatis censet, vel potius ariolatur homo, ut audio, linguarum Orientalium omnino expertus. Neque videt acclamationem esse hominum in plausu graecisstantium, ut fere illis mos fuit,  $\mu\epsilon\ \delta\iota\zeta$  perite  $\mu\epsilon\ \delta\iota\zeta$ . Nam & iis, qui recitabant, per adulationem *sophos* Graece acclamare solebant, ut compluribus locis videre est apud Martialem. *Dignitosus* à dignitate, ut calamitosus à calamitate, cur repulari debeat, non video, cum nobis in ea voce analogia tam manifesto suffragetur. Sed & in glossario Philoxeni, ut supra adversus Germanum criticum notavi, haec ipsa distinctio exponitur. *Gaudimontum* pro *gaudium*, & *tristimonium* pro *tristitia*, non pos-

sunt explodi, nisi & *mundicimonium* & *moechimonium* damnentur, quibus vocibus usum esse Laberium ex Nonio & Gellio discimus. Ex quo consistere est, eas in comicorum theatris, atque inter plebem vulgatas fuisse. Monstri item simile videtur censori, *omnino* substantivè usurpari. Qui potius quam *comelo* apud Varronem pro gulo, cuius verba citantur a Nonio in hac voce? Et nugo pro nugatore apud Apuleium, quæ vocem magnus ille antiquarius non posuisset, nisi apud veteres legisset. *Bacibonum* si nullum est mendum, è plebis faece & theatris sumptum vocabulum autumo. Quod in ludicra scriptione non est nefas. Cum praesertim vilis persona loquitur, ut hoc loco Niceros: *Cum ab hoc jereirem*. Proinde idem suae bambaginis conficius, cum roicaretur à Trimalcio, ut fabellam narraret, sic praefatur: *omne me lutrum transeat, nisi jam dudum gaudimmo assitio, quod te talem video. Itaque hilaria mera sicut, estis timo istos scholasticos, ne derideant, viderint: Narrabo tamen*, &c. Quid igitur mirum, si tales homines, rudes literarum, educationis expertes, desitis aut sordidis vocabulis utantur? Annon iustius miremur, censors non intelligere, Petronium de industria id fecisse, ut decorum servaret? Itaque ejusdem Nicerotis sunt illa, quae deinceps idem censor ceris suis miniaturis notat, *corporaliter*, *oreus apoculanius*, *exopinifent*. Quamquam nec Trimalcio non easdem voces usurpat, utpote quem juxta vilissima mancipia ineruditum, sutilem, & stolidè ambiciosum exhibeat Petronius: Hinc esse arbitror, quod non ita exoletis & rancidis vocabulis squallet vetus fragmentum, quod in eo non nisi eruditus Agamemnon, Encolpius, Aescylos, Eunolpus, Gyton, aut ubanioris notae mulieres interloquantur, Circe, Quartilla, Chrysis. In hoc autem fragmento Trimalcio ejusque uxore Fortunata è nihilo magni, Habinna lapidarius & monumentorum redemptor: liberti, coqui, & alia extremae fortis mancipia? Adde nequioris convivii & liberae, ut vocat, coenae licentiam, ipsamque vinolentiam, quae ejusmodi voces ineptas & sordidas etiam honestis nonnumquam exprimit. Caeterum *Oreus apoculanius* quid sit, si intellexisset censor, non emendaret, vel potius depravaret. Legit pro *apoculanius* *aboculanius*, & caecum exponit. *Recentiores* (inquit) *aboculum* & *abocellum*, ac nonnumquam *ab oculis dixere*, ut *infra librum ab oculo legit*, *id est clausis oculis legit*, *aveuglette*. Nugae. *Apoculanius* vera est lectio à verbo *apoculo*, quo infra utitur Petronius cap. LXVII. *Nisi illa discumbit, ego me apoculo*: hoc est ego me à poculis removeo, potare desisto. *Oreum* autem *apoculanium* facetissime appellat, quod homines apoculet, hoc est a mensa & poculis abstrahat. Nemo enim

nim apud inferos potat. Et alludere videtur ad illud Horatii i Carm. 4.

*Jam te promet vox, fabulaeque manes  
Et domus exiis Plutonia: quo simul mearis,  
Nec regna vini sortiere talis.*

Hoc igitur sensu orcum apocalanium eo loco dici putandum est, epitheto inter pocula & comestiones nato, atque in ore ejusmodi popinorum frequenti; quod iis orci instar videtur longe à poculis degere.

Sunt & alia quaedam censori isti minus probata, ut *Palamedes*, pro Pelamydes hodierno Italarum idiomate. *Palamedes* (inquit) *quo nomine Pelamydes ab Italis appellatur*. Nempe ab Italo nupero adornatum id fragmentum hinc arguit. At nihil necesse est, potuit enim librarii culpa error non magni momenti accidere. Sicut in voce *strabonus* pro *strabo*. Nihil ita scribendum est: *Strabo bonus*. *Monstruosum* quoque pro *monstrifum*, non putat ferendum. At veteres sic pronunciasse ex antiquis glossis liquet. Pro *monstro* item habet *coricillum* dici pro *coreulum*. Quid si *coricillum* scripsit Petronius, diminutivum à *coreulo*, ut ab os *oseulum* *oseillum*, à poculo *pocillum*, unde *pocillator*? Sed & nomina, inquit, personis indita haud ex instituto Petronii, apud quem ea aut Graeca, aut Latina sunt, uno excepto *Bargatis* nomine. Hic vero res aliter se habet; *Mammea*, *Cicaro*, *Saxina* *Dea*, *Gavilla*, *Plocrimus*, *Habinnia*. quae cujus sunt linguae, censor sese ignorare fatetur. Cui vero non potuerit Petronius variare nomina, pro personarum conditione, quas inducit, aut ex veteri fragmento, quod vix decima est totius operis pars, de toto opere iudicium ferri possit. Nec tamen concedendum est, ea nomina, quae recenset, non esse Graeca, aut Latina. Potest enim *Mammea* esse à *mamma*: potuit *cicaro* à *cicco*, quod, teste Festo, significat membranam tenuem punici mali. *Saturnam* autem *Deam* ea ratione dictam apparet, qua *Saturnum* Deum, à voce *fatu*, quae partem, qua viri fumus, notat. Denique *Gavilla* nomen à *Gavia* ave, quae & *larus* dicitur.

Pergit acutus ille censor, & verba quaedam recentiora & minime Latina, quae nondum Petronii aetate in usu essent, in hoc fragmento observat. In his est *frons expudorata* pro *inverecunda*. At enimvero libenter ab eo quaererem, unde sciat Petronii aevo atque ante ipsum non fuisse id vocabulum in usu, cum non pauca ejusdem formae ex vetustissimis scriptoribus in Grammaticorum commentariis citata extent: *eliminare*, *expapillare*, *egurgitare*, *exdorjuare*, *evallare*, *expektorare*, *eliminare*, *elucifacere* & *elucificare*. Quae si veteres illi usurparunt, quidni etiam verbum *expudorare*, licet in tanta praeceptorum librorum vastitate ad nos non pervenerit?

Sed esto, non fuerit in usu id verbum ante Petronium: Quid tum postea? Non potuit veterum illorum jure atque exemplo uti Petronius, ut novum verbum procederet in ludicra scriptione, sicut *Laberius* in *Mimis* *elucifacere*? nonne ipse in dissertationis calce vocabula & phrasas, Petronio peculiarias, nec satis, ut quidem autumat, probas annotat? Quidni ergo & verbum *expudorare* in illo sensu? Accedit, quod in glossis *Isidori* id verbum reperitur. *Bellus* vero est, cum & *porcum silvaticum*, pro *apro* vel *sue sero*, inferioris Latinitatis censet, quia equus *silvaticus* apud *Paulum Longobardum* legatur: unde apparet videri ipsi epithetum *silvaticus* recentioris notae, neque Latinae. Atqui *Cato* hac ipsa voce utitur de *re rustica* cap. cxliiii. *Mela* (inquit) *Scantianu in deliis & alia quae condi solent, & silvatica*. *Murem* quoque *silvaticum* dixit *Plinius*: atque etiam *erraticum* eadem forma. *Vitruvius* *arenam silvaticam* lib. i. cap. 2. Quidni ergo & *silvaticus* pro *silvestri* dicatur? Idem statuendum de aliis vocabulis, quae item ut parum Latina explodit, *minutiolus*, *amafuncula*, *fulcipedia*, *flaminatae*. Quae tametsi apud nullum scriptorem hodie extarent, temerarium tamen esset nobis rei Latinae *ναύργια*, ut *Demadis* verbis utar, *πολιευομένοις*, quibus è tanto naufragio nihil praeter tabulas aliquot casus multa vetustatis carie corruptas superest, ea vocabula negare Latina esse, quia in nostris libris non reperiantur. At enim censor *berbex* pro *vervece*, ut inferioris aevi, aut barbarum, carpit. quod tamen in vet. gloss. legitur. Et *molestare*, pro *vexare*, explodit, cum in veteribus Petronii fragmentis id verbum reperiat, eo etiam *Modestinus* & alii veteres *J.C.* usi sint. Cum porro in hoc sensu non nisi verba recentiora aut minime Latina exagitet, nequeo satis mirari in iis verbum *adjutare*, quod passim apud *Terentium* & *Varronem* legitur, ab eo taxatum esse. Tum *oricularii* pro *auricularii* eadem censura notari. quod quam sit indignum homine vel mediocriter erudito, facile ostendi potest. Quis enim nescit, veteres plerisque in vocibus *diphthongum au* in *o* mutasse? Cujus mutationis exempla aliquot supra attuli, & nusquam non obvia sunt. Sed de voce *oricularii*, pro *auricularii*, aurem vellam censori ad *Catulli* epigrammate, quod sic habet.

*Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo,  
Vel anseris medullula, vel imula oricilla.*

*Adducam* & *Celsum*, latinissimum rei medicinae scriptorem, qui *clysterem*, Graecis *ἀστεργυριον* dictum, ipse *oricularium* vocavit. Quia vero deinceps multa desita vocabula coaevrat, quae hocce fragmento passim occurrunt, quibus usum esse Petronium, scriptorem elegantem & politum

tum incredibile iudicat; propterea quod non ita frequentes archaismi in veteri editione occurrunt: quae inaequalitas aliquam fraudis suspitionem fiteere potest, certe ei argumento censoris istius praecipue insilunt; maxime ad rem pertinet, quae ratione illicitum sit, semel explanare, ut nemini amplius de ea re serupulus haereat. Sic itaque existimandum est; cum Latina lingua primis temporibus, ut aliae res omnes, rudior existisset, magis ac magis subinde limari ac perpoliri coepisse, donec ad Ciceronis aetatem pervenit, quo tempore maxime effloruit, & summam adeptam est perfectionem. At vero cum sub doctissimorum virorum lima vetustatis situm ac rubiginem poneret, non est putandum, vulgi domi, in foro, in triviis loquentis eandem fuisse rationem, ut etiam plebei & indocti homines, mulierculae, servitia eidem linguae cultui studeant: imo penes eruditos & elegantis ingenii homines hic cultus linguae primum fletit, in plebe autem diu pristini horroris vestigia, magisque in sequiori sexu & infima hominum sorte, manserunt. Idque ex nostris rebus coniectare licet. Adhuc enim muliercularum ac rusticeorum sermo non pauca obsoleta vocabula ex prisca squallore retinet. Quod in omni non barbara lingua eodem modo se habere verisimile est. Huc spectare arbitror, quod Cicero 2. Philipp. Antonium castigat ut inereditum & ineptum, quod *contumeliam facere* dixerit, quae tamen locutio Plauti & Terentii temporibus viguit, & tempore Ciceronis in ore plebis viguisse dubium non est: tunc vero honestis ita insolens erat, ut non intelligeretur, ut eo loco idem arguit: *quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur?* Et infra: *nonne fatius est mutum esse, quam quod nemo intelligat, dicere?* Hujus & argumentum est, quod Augusti aevi Julius Hyginus, licet Grammaticae artis peritus, quia tamen obscuris natalibus & ex servo libertus, multa vocabula veterum ritu pronuntiat, ut *Jovis* pro *Jupiter*. Quod *Phaedrus majores* pro *majoris*, *cavernam nanta* pro *nacta*, *pulera juvenis*, & alia ejusmodi antiqui squaloris vitare non potuit: quod Vitruvius homo è plebe, licet non inereditus, *frigorem* in accusandi casu pro *frigus*, *similitates* pro similitudines, aliquando usurpat, atque omnino pinguem quandam dicendi Minervam praese fert. Proinde studiose id observatum satyrarum Menippearum & mimorum scriptoribus, ut personis, quas introducerent, quae fere obscurae & ignobiles, congruentem dictionis formam, nempe antiquam, imponerent: eoque maxime, quod magis haec ad risum movendum idonea est. Nec vero vetusti sermonis squalor atque obsoletorum verborum caries ita in plebe haesit, ut non ea multis do-

ctis & nobilibus placeret. Testatur Seneca vel sua acate antiquarios Romae complures vixisse, de quibus ita prodit epistola 114. *Mul-ti* (inquit), *ex alieno sercubi petunt verba: duodecim tabulas loquuntur, Graecus illis, & Crassus, & Curio nimis curi & verentes sunt: ad Appium usque & ad Ciceronem rediunt.* Adde & quae Gellius ex eodem Seneca afferit lib. XII. cap. 2. Haec si quis maturo iudicio consideret, facile rationes inveniat, quibus nostro fragmento patrocinetur. Sunt in eo archaismi frequentes, quia mancipia & inerediti loquuntur: fortassis & Trimalcio ex illis antiquarios; quam personam mihi videtur instituisse Petronius, non solum in qua mollitiem & luxum sui aevi, sed etiam illorum antiquiorum ac populi Eubiani ineptias prolixius rideret.

Sed jam graviora crimina audio, solocicinos ingentes, *ego puo medicam & nummularium: medicus qui scit*, pro *medicum*. item, *aerumnosi quibus prae mala sua cornua nascuntur*. Quod ad priorem locum attinet, valde morosum, immo iniquum esse oportet, qui ejusmodi solocicinum auctori potius, quam librario aut amanuensi, adscribendum putat: Qui enim primum lapsus, quam in *s* pro *m*? quod vero & posteriore loco solocicinum esse *prae mala sua*, & *prae malis* scribi debere censet, saepe in literatorum circulis albis dentibus risimus. Nempe egregius censor sibi *mala* neutrum plurale somniat: at non ita est: nomen est substantivum feminini generis, & in auferendi casu, *mala malae*, unde maxilla. Ita in fragmento legitur capit. XXIX. in *Capricorno aerumnosi* (supple nascuntur) *quibus prae mala sua cornua nascuntur*. Agit eo loco astrologum Trimalcio, & signorum coelestium vires in hominum natiuitatibus exponit. In *Capricorno* nasci aerumnosos, quibus prae mala sua, id est, ante & juxta malam, cornua nascuntur, ad aerumnas alludens, hoc est furellas, quibus, ut Festus testatur, religatas fascinas viatores gerebant. Id autem *Capricorno* adscribit, quod ita pingi solet cornibus ad malas retortis ad instar furellarum, quae aerumnae vocantur. Unde egregius astrologus colligit, nasci infelices & aerumnosos sub *Capricorno*. Ex his censoris istius supina osecantia apparet, qui ne auctoris quidem, quem reprehendit, verba intelligat. Eiusdem incogitantiae est, quod non multo post notat: *nihil nos delectaris* pro *delectas* positum. Locus est in cap. LXIV. *Tibi dico*, (inquit) *Plocrine, nihil narras? nihil nos delectaris?* Et putat *delectaris* passivam esse terminationem, ceu auctor *delector* active usurpasset. Ubi est acumen criticum? non videt *delectaris* syncopen esse, pro *delectaveris*, ut in his Horatii versibus 1. Carm. Od. 4.

*Fam te premet nox fabulaeque manes  
Et domus exiliis Plutonia : quo simul inearis ,  
&c.*

id est, meaveris. Similiter haec culpatur, *fomniatur* pro *fomniat*; *argutat* pro *argutatur*; *amplexaret*, pro *amplexaretur*, & alia id genus praefigurata & conjugata. Sed huic objectioni supra abunde obviam itum.

Dehinc quas in eodem fragmento phrasas improbet, audire operae pretium est. *Toralia prae posuerunt toris*, pro *imposuerunt*. Item, *planctus est optime*, pro *magnum sui desiderium reliquit*. At quam facile & gratis haec, tam nos facile iudicium ejus improbamus & explodimus. apage. Id quoque confodit : *puellarius erat, omnis Minervae homo*, eadem temeritate. Item illud : *admissus erga Caesarem est*. Admitti (inquit) ad aliquem, dicunt Latini scriptores : Erga aliquem admitti, non dicunt. At ubi est *naris critica*? non enim odoratur mendum in voce *erga*, & quidem leve : Nam vera lectio est *ergo* : *Admissus ergo Caesarem est*, omiſſa praepositione, *ad*, ut saepe alias apud bonos auctores. Plaut. in Pseud. *Nunc adeo hanc editionem nisi animum advertitis omnes*. Eodem modo Virgilius in ix. magni operis, suppressit praepositionem *cum*,

*Tum demum praiceps saltu sese omnibus armis  
Proiecit Iluvio.*

id est, cum omnibus armis. Sexcenta ejusmodi occurrunt exempla. Pergit censor, & cum Germanus Criticus Hebraismos & Italici idiomatis phrasas invenerit, hic Gallicismos expiscatur. *Tu beatior es. bis prandebis coena*, quia Galli dicunt, *s'il est ricke, qu'il dinne deux fois*. Quasi vero non longe plures locutiones afferri possint Franco-Celtis cum Romanis scriptoribus communes; Ita quidem didici ab Henrico Stephano, homine Gallo & eruditissimo, qui librum ejus argumenti conscripsit, cui titulum fecit, *De Latinitate falso suspecta*. Hunc librum oportet censorem non legisse: Alioqui non ita inconsulte phrasas Latinissimas pro Gallicismis exploderet. At quam bellam mox animadversionem subjungit : *sed prandium & coena male confunduntur. Nec enim magis dici quis potest, coena prandere, quam prandio coenare*. Quis deinceps hunc censorem ferat? qui ne hoc quidem perspicere potest, sic distinguenda esse haec verba : *bis prandis, bis coena*. Quo modo nulla fit prandii cum coena confusio. Haec quoque Gallici idiomatis putat : *habuimus in primo porcum*: quia videlicet Galli dicunt, *nous avons eu en premier lieu un cochon*. Ubi eum quoque Critice destituit. Nam aut deest vox *ferculo porcum coronatum*. Vel sic : *in primo porcum ferculo*, pro eo quod scriptum est, *porculo*. Nam non multo post subdit; *sequens ferculum fuit*. Alium Gallicismum in hisce ariolatur censor: *quinque naves*

*aedificavi, oneravi vinum*: propterea quod in Gallia vulgus mercatorum ita loquitur: *Fay chargé du vin, du coton, du poivre*. At fallitur: Latine esse hujusmodi locutionem, spondeo multis veterum exemplis; atque ipsius Petronii in veteri fragmento: *dolorem naturali convivio exoneravi*. Quippe onerare vinum; & exonerare vinum, & dolorem exonerare eadem loquendi formâ dici palam est. Sed & Plinius lib. xviii. cap. 16. *deplere sanguinem dixit*; pro *deplere venas aut corpus sanguine*. Tum Plautus Latinae linguae columnen, *onerare samiam* in Aulularia. Qualis hypallage & in hoc Maronis versu,

*Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acces.*

Et in iis:

---- *onerantque canistris*

*Dona laboratae Ceresis.*

In capit. lxxiv. fragmenti ita scriptum est: *dicto citius de vicinia gallus allatus est, quem Trimalchio jussit, ut aëno coctus fieret*. Coctum facere (inquit censor) pro coquere, barbarum est. Ita quidem illi censori videtur, quia in suis lexicis aut ecclesiasticam locutionem non reperit. Nos tamen non habemus ostendere hanc ipsam phrasin in illis, qui supersunt nobis, Latinae linguae auctoribus: cum tamen apud Plautum legamus *factum facere*; & in testamento Corocottae (quidni enim in hoc negotio citemus) haud dubie veteris scriptoris, & Neronis temporibus supparis, si vera est Schotti conjectura, qui id scriptum Porcello Grammatico adscribit, ejus Seneca pater meminit in Suasoriis, certe citatur id scriptum à S. Hieronymo nostrate, & Apuleji fabulis de asino jungitur: cum inquam in eo testamento *cruentum facere* legamus, pro *cruentare*, non video cur tantopere abhorrens a lingua Latina haec phrasin videri debeat. Sed esto non sit bene Latina: at Petronianam non esse, quo pacto censor iste probabit? De hoc enim agitur. Nonne ipse fatetur apud Petronium multa occurrere parum Latina? Ego vero, ut non ausim ita ineleementer Petronii Latinitatem damnare, tamen non pauca in ejus stilo reperiri non publici saporis fateri cogor. Ejusmodi sunt illa: *mibi notavi, fortiter facere*, pro *coire cum muliere*, *solitudinem aut lassitudinem imponere alicui*, *exhibendum postulare* pro *exhiberi* & alia id genus. Quae si Petronii propria, licet minus proba, censor agnoscat, quidni & *coctum facere* pro coquere, & *sua rem causa facere* pro *alvum exonerare* in ejusdem idiotismorum numero habeamus? Illud quoque reprehendit censor, *nemini nihil boni facere oportet*: item *nec sursum nec deorsum cresco*. Utrobique (inquit) duae negationes sunt, quarum altera supervacua. Perquam grammaticè. Mihi videor audire praefatum Porcellum Grammaticum



ticum Corneli Severi carmina arrodentem apud Senecam Suafor. 2. Scripserat eximius ille vates de Romanis militibus edicta in posterum pugna epulantibus:

----- *fusique per herbam,*

*Hic meus est, dixere, dies.*

Quibus verbis nihil efficacius ad exprimendum affectum animarum incerta forte pendentium dici potuit. At Porcellus ille soloeisimum in eo versu notavit, quod poeta de pluribus loquens, *hic meus est dies*, non dies hic est noster, dixisset. Ita isti magistri à regulis Grammaticae, vel latum unguem discedi nolunt. At Seneca, pro poeta & sensu, adversus istos censors stare non dubitat: *Cum (inquit) ad sensum revertaris, ne Grammaticorum quidem calumnia, ab omnibus magnis ingeniis submovenda, habeat locum.* Hac igitur magni viri formula, geminas in verbis Petronii negationes, adversus Grammatici huiusce nostri serulam, tueri possum. Sed quo vehementius eundem repercutiam, libet Ciceronis loca proferre, in quibus ille eloquentiae parens negationes sine necessitate geminat. Pro lege Manilia: *erat enim metus injedus iis nationibus, quas nunquam Popul. Romanus neque laceffendas bello, neque tentandas, putavit.* Item pro Cornelio. *Neminem unquam alterius rationis atque partis, non re, non verbo, non vultu denique offendit.* Sed neque Livius veretur: *Ad ea munera data à Diis, & ipse addiderat multa belli decora, facundiamque in foro: ut nemo, non lingua, non manu, promptior in civitate haberetur.* Id autem more Graecorum, quibus negationes sic ad negandum geminare nulla religio est. Quid porro non movet censor, ut novum fragmentum in suspicionem adducat? Etiam Martialis & Persii imitationes exprobat: idque factum ab impostore autumat eo consilio, ut nugis suis aliquam auctoritatem conciliaret. Quid hoc iniquius? Primum, quid vetat eandem sententiam Petronio, & illis poetis sponte oblatam: & quotus quisque ingeniorum concursus, extra omnem imitationis suspicionem, in variis scriptoribus non agnoscat? Deinde cur potius auctor fragmenti illos poetas, quam hi illum imitati? Postremo, si imposturae indicium imitatio, nullum erit opus non supposititium: quis enim unquam ita scripsit, ut neminem imitaretur? At quam indiligens censor, qui non & Horatii & Phaedri & Apuleji imitationes animadverterit? siquidem imitari dicendus est, qui aliis similia dicit. cap. 71. Trimalcio de sepultura sua mandans, *Praeterea (inquit) ut sint in fronte (nam sic legendum pro in fronte) pedes centum: in agro pedes ducenti: non illis Horatii gemella?*

*Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum  
Hic dabit.*

cap. 62. illud: *homo meus coepit ad stellas facere, &c. an non Phaedrum sapit fab. 83. lib. v. homo meus se in pulchro totum proflerit?* Eiusdem fragmenti pag. 70. *ipse mihi ajeiam in crus impégi.* Hinc censor poterat probare ex Apulejo, auctorem huius fragmenti hausisse: eo quod hac ipsa locutione utatur Apulejus in 111. Metam. *An (inquit) vulpinoris amaso, meque sponte ajeiam eruribus meis illidere compellis?* nugae. Ex communi rerum & linguae usu, non imitatione, casu, non industria, evenit saepe, ut auctores in eundem sensum, eadem verba, incurrant. Caeterum quae in ea locorum collatione similia putat, non sunt. In fragmento haec: *si nos colos habereamus, non tantum sibi placeret, non eundem sensum habent atque illa:*

*Haec fierent, si testiculi vena ulla paterni  
Viveret in nobis.*

Prior locus significat; si mares effemus, vigoremque masculum haberemus: posterior; si paternae virtutis aliquid in nobis esset. Haec autem eadem non esse, satis constat acrius contenti. Nam & foeminae dicere possunt, *si testiculi vena ulla, &c.* quae scilicet & patrillare, & degenerare à paterna virtute possunt. At eadem non dicent; *si colos habereamus*, hoc est si mares effemus, quia repugnat foeminam esse marem: non repugnat foeminam esse generosam. Non minus hallucinatur, cum *λεπτα* in Martialis epigrammate exponit *fellare*: cum simpliciter *scortari* id verbum significet. Nam *fellare* Graeci *λεπτα* dicunt. At illud incredibile prorsus, nedum absurdum, quod mendas illas capitales, ut vocat, & insanabiles, quae passim in fragmento occurrunt, ab impostore de industria sparsus censet hoc consilio, ut se vetusto codice usum esse lectori persuaderet, & quaecunque alia Petronio indigna notarentur, vitio exemplaris aut librorum transferentium culpa imputari possent. Quasi vero non id omnium primarum editionum (veterum scriptorum editiones intelligo) commune vitium sit, ut plures ejusmodi mendas capitales habeant; ut supra adversus Germanum Criticum disserui. Deinde quis tam stolidus est, ut existimet solis gravioribus erratis fidem vetusti codicis fieri posse, nisi & dictio & res, quae tractantur, & alia omnia ad amullum respondeant? Nam cum multa in hoc fragmento inoffensa sermonis serie decurrant, si ea sunt Petronio indigna, quis librorum inscitiae aut negligentiae, & non potius auctoris stultitiae adscribenda iudicat? An quis tam bardus est, ut scripturae vitia ab iis, quae auctoris tarditate & imperitia irrepunt, non distinguat? Valeat igitur censor cum isto colore tam infuso.

(Aaa 2)

Ar-

Arguit postremo, petitis è foro piscario conviciis in eo fragmento certari, quae non modo Arbitro, sed quovis scriptore ingenuo, indignissima sint. *Fortunata*, inquit, *uxor Trimalcionis vocatur mactae linguae, pica pulvinaris; mulier miltvinum genus, moecha obsceno vocabulo matella dicitur.* Quidni ab irato Trimalcione & ebrío, à convivis Trimalcionis similibus, hoc est, parum honestis & liberalibus? Alius *berber* & *bellum pomum*, *larisuga nocturnus*, qui non valet lotium suum. At haec maledicta comicum decant, qui ibi rixans introducitur. Eiusdem namque sunt & illa; *cepa pyrata*, vel *pyrrha*, vel *capitata*, ut aliquis conjiciat. *Crucis ossa*, *corvorum cibaria*, *terrae tuber*, *vulpisuda*. Addit censor. *Fortunata ipsa furiis incensa virum suum praesentibus convivis canem appellat. Grande scilicet flagitium, & propter quod fragmentum explodi debeat. At quis miretur mulierem furiis incensam, & qualis Fortunata inducitur, talia maledicta jaectare? Trimalcio invicem eam codicem, ob hebes & stupidum ingenium, praedicat. Scilicet maledictum è foro piscario, & non è communi omnium sermone. Senex Terentianus Heaut.*

----- in me quidvis harum rerum convenit,

Quae sunt dicta in stultum, caudex, stipipes, &c.

Denique Trimalcio uxorem *ambubajam* nomine Syriaco, *miltvam* à rapacitate, *sterteram* à sterendo, etiam *viferam* vocat. Et haec convicia num sint piscarii tantum fori lector eruditus iudicet: num satyrae parum congruentia. Certe Horatius *ambubajarum* collegia dixit in satyris. Et Suetonius de Nerone: *Coenabat nonnumquam in circo maximo inter scortorum totius urbis, ambubajarumque ministeria.* Quid ergo flagitii est, in satyrica fugillatione Neronis temporum, *ambubajarum* mentionem fecisse? Tandem taedio (ut inquit) grammaticarum quinquiliarum, à verbis & silo ad res ipsas censor transcendit, demonstraturus in his non minus à veri Petronii ingenio demutatam. Hic vero est, ubi censor iudicii, & eruditionis suae egregium specimen edit, oblitus quid ludicra scriptio, quid satyricum institutum promittat; singula quaeque dicta & facta in hoc convivio, ex philosophorum, ac morum antiquorum norma expendit, omnia ad vivum, quod ajunt, unguem refecat. *Ac primum*, inquit, *videtur dedisse operam impostor, ut Trimalcionem cunctis ridiculum legentibus exhiberet.* Quid tu Trimalcionem pro uno è septem sapientibus exhiberi à Petronio autumas? An tibi res adeo intolerabilis videtur, induci in satyra stultum divitem in coena hilari & libera, ea agentem & dicentem, quae sicis & sapientibus minimè

congruant? cum illorum ipsorum locupletum, apud Horatium, confessione *stultitiam patiantur oves.* Ecce stultitiam fatentur beati, tu eam in divitis persona rideri, idque in satyra, ineptum & Petronio indignum censet. Cur autem, si tales homines tunc Romae extiterunt, qualis Trimalcio inducitur, nefas sit, eos propriis coloribus depictos ridendo propinasse posteritati? Multa inepta fiunt & dicuntur in hac Trimalcionis coena: An alia ludicae & satyricae descriptionis materia? An tu hic dicta sapientium, & è disciplinis liberalibus problemata, velut in Platonis aut Xenophontis convivio, aut Plutarchi Symposiacis, aut Athenaei *de sympoticis* libris proponi velles? Enimvero tunc jure aliquis fucum esse factum suspicaretur? Nunc cum nihil in hoc fragmento non apprime congruae ideae, quam nobis de Trimalcionis ingenio Petronius in veteri fragmento objecit, non ineptus, qui, quae fiebant, ceu in theatro exhibuit: sed qui haec tam inconsulte atque in seite reprehendit, is ineptus est, & nihil intelligit. Quod autem multi tunc Romae fuerint Trimalciones, indocti, inepti, futiles, somnia, non homines, dubitare non potest, qui vel Senecae epistolas legerit; ex quibus unum exemplum proferam. *Calvisius Sabinus* (inquit) *memoria nostra fuit dives: & patrimonium habebat libertini & ingenium. Nunquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam male erat, ut illi modo nomen Ulyxis excideret, modo Achilles, modo Priami, quos tam bene noverat, quam paedagogos nostros novimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam tribus, quam ille Trojanos & Achivos persalutabat. Nihilominus eruditus volebat videri.* Reliqua, quae sequuntur facetissima, ne sim longus, praetereo. Quis ergo non videt similem Trimalcionem induci à Petronio, dum eum facit enarrandis poculorum caelaturis, aut fabulae argumento, quod Homeristae acturi sint, tempora, personas turpiter confundere? sed singula excutiamus.

*Aper* (inquit censor) *pileatus infertur, &c.* Quid hoc abhorrens à Petronio? An non in veteri fragmento, asinus Corinthius in promulsidari cum bisaccio positus exhibetur, & gallina lignea incubantis habitu, cum ovis & palea mentis infertur? Ita histrioniam in coena facere amat Trimalcio, ad exhilarandos convivas. *Postquam surrexit Trimalcio, sermones habent inter se convivae ineptos, humiles, ac demissos solis fatuis & sensus communis expertibus convenientes.* An ignorat censor, tales fuisse beatorum illorum convivas? Enimvero non haec humilia sunt, quam dialogus Afellii Sabini, in quo boleti & ficedulae, & ostracae & turdi certamen inducebatur. Quo tamen Dialogo ita

delectatum Tiberium tradit Suetonius, ut auctorem HS. ducentis remuneratus sit. Denique apud Juvenalem Domitianus Caesar cum proce-ribus in consilium vocatis de apparatu rhombi deliberat. Pergit censor: *Trimalcio eandem, quam Claudius imperator, convivis libertatem in triclinio facit, & in alvum continente mrobitur.* Quidni Trimalcio idem, quod antea Claudius, permittat? *Cocus praeterea, quod porcum non exenteracerat, mulatur in convivio, & inter duos tortores conficitur.* At haec minica sunt, hi Trimalcionis ludi. Non placent censori, at alii factum id inventum, nec à tali coena abhorrens judicent. *Et in lance Corinthia potat: quasi lances tam vina, quam cilos caperent.* Non sunc capiunt, neque ea mente scripsit Petronius; sed Trimalcionis ludum & lasciviam expressit. Nunquam audiit censor in nequioribus convivii & comestationibus quosdam a modimperatore in calecis potire iussos. Absurdum id fateor, factum tamen. Denique non hic de moribus atque institutis pop. Romani; sed de lascivia, jociis & ineptiis divitum agitur.

*Sequuntur de vasis Corinthiis fabellae relatu indignae, nulla temporum habita ratione.* Quid mirum de sene indocto, oblivioso, et riuo? Nonne Calvisius Sabinus loco Senecae supra adducto, ob eandem ineptam eruditionis, in summa inscitia, ostentationem, ridetur? *Interea vitulus offertur galeatus: quem unus ex Homeristis Ajax iurens gladio occidit, partiturque convivis.* Hoc tetricus censor acerbius explodit. *Quis (inquit) haec legens risum teneat?* Et tu censor ride, sodes, atque etiam cachinna. Nec enim opinor, alio haec consilio Petronius refert, quam ut risum legentibus moveat; sicut nec Trimalcio (si vera narratio est) alia mente id faciebat, quam ut convivas suos exhilararet. *Jam vero fabulae aniles de homine versipelli in lufum mutato, Apulejo conveniunt magis, quam Arbitro.* Vellem hujus iudicii nobis aliquam rationem explicasset censor, ut intelligeremus, cur, quod in ludicra seriptione Apulejo licuit, non liceat Petronio. *Jussu Trimalcionis ingens canis catena vinctus, adducitur in triclinium ab ostiario.* Quid agrestius, quid indignius tanto convivio? Jam dixi (quod & omnibus, censore uno excepto, perspicuum arbitror) nihil ferium dici aut agi in ea coena, nihil ex consuetudine & moribus, sed ex luxu & lascivia hominis improbi, & vanissimi ostentatoris. Et nunc quod canem ostiarium in triclinium adduci jubet, non feriat agresti aut inscitiae, sed protervitati, adscribendum est. Nisi existimamus agrestem fuisse Helogabalum, qui (ut refert Lampridius) leones & leopardos exarmatos, ad secundam aut tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis esse exarma-

tos, ad pavorem & ridiculum excitandum: aut illum patremfamilias ditissimum, de quo Miliarius. lib. x. mentionem facit Apulejus, qui asinum suis ipse manibus in triclinium perduxit, eique mensa posita, omne genus eduliorum solidorum, & illibata ferula iussit apponi, merum etiam propinari. Hi sunt beatorum lusus & nugae, non ignorae iis qui veterum libros diligentius legerunt, quique urbanioris notae hominum mores non penitus ignorant.

Idem Trimalcio cap. 64. *Potiones avidi jubet inter omnes servos, qui ad pedes sedebant. Quid (inquit) indulgentius? imo vero quid minus Romanum, bibere famulus domino praesente ac epulante, sedere ad pedes servos domino disjumbente. An sedens famulus ministrare potest?* Non est hoc Romanum, fateor, sed Trimalcionianum. Quae autem haec inscitia est, ne animadvertere quidem, quid personis, quas Petronius exhibet, conveniat? quippe Trimalcio, ut ex veteri etiam fragmento apparet, non solum exquisitissimas lautitias ubique affectat, sed etiam ludis inustitatis, ac minicis, conviviarum admirationem captat, moris atque instituti Romani securus. Quod ut magis pateat, nonnulla de eius moribus, ex illo veteri fragmento, censori suggeram. Trimalcio è folio balnei egressus, unguentoque perfusus, palliis ex lana mollissima factis tergitur. An hoc Romanum est? Eodem pila se exercitante, spado in parte circuli stat cum metella argentea, quam ludenti signo dato subjiciat. An id Romanae consuetudinis? Idem in postibus triclinii faeces habet cum securibus fixos: an hoc censor dicit Romani esse instituti, ut sevir Augustalis (nihil enim amplius Trimalcio) faeces cum securibus habeat? Quippe istis magistratibus colonicis & municipalibus, non faeces, sed virgae nudae aut bacilli praeferebantur. Itaque Encolpius, cuius sub persona fabula narratur, id ut novum notat & admiratur: *& quod praecipue, inquit, miratus sum in postibus triclinii faeces erant cum securibus fixi.* An denique moris Romani est, servos inter ministrandum cantare? Haec & alia quae brevitate causa praetermitto, à Romano usu abhorrentia, cum de Trimalcione prodantur in veteri fragmento, qui fronte potest censor culpae, quod in novo fragmento quaedam praeter Romanorum consuetudinem, in eadem Trimalcionis coena observentur? Nec tamen, ut ad propositum revertar, ita Trimalcionis proprium fuit habere servos ad pedes sedentes, ut non huius aliquot exempla in litteris extent. Nonne idem de Calvisio Sabino cuius supra mentionem feci, prodit Seneca? *Magna (inquit) unum erit servos, unum qui Homerum teneret, &c. Postquam haec familia illi comparata est, coepit convivis suos inquietare. Habebat ad*

pedes hos, &c. Idem de quodam Zoilo, quem Malchionem appellat, homine Trimalcionis simili, notat Martialis.

*At ipse retro flexus ad pedum turbam,  
Inter cateilas anserum exta lambentes,  
Partitur apri glandulas palaestritis,  
Et concubino turturum nates donat.*

Quare hunc cenforem aut paucae lectionis, aut parum diligentem, aut minus bona memoria praeditum esse oportet, qui neget sese meminisse unquam legere, ad pedes sedisse pueros, nisi ingenuos. Sed & futili ratione objectio nititur: *An (inquit) sedens famulus ministrare potest?* Certe qui sedet non potest ministrare. At ubi est multitudo servorum, ut apud Trimalcionem, & alios ejusmodi locupletes, quidni aliis sedentibus, alii ministrare possint? Caetera quae de Trimalcionis coedis discumbentibus addit, non minus aliena & frivola.

Alia objectio ex cap. 67. *Fortunatae uxoris Trimalcionis periscelides tortae, quales in usu nobis sunt, matronisque nostris, & quas vulgo & poplite, cui subligantur, arretarias vel jarretarias vocamus, nec Graecanici.* Primum unde habet censor, periscelidas haec Fortunatae, ejus generis esse ac eas, quibus poplites ligamus? Nempe quia tortae dicuntur. At id epithetum longe alio spectat, quam iste censor putat. Nihil enim aliud significat, quam eas fascias, quibus crura tota involuta mos esset, cum aliis de more latae & simplices essent, huic tortas fuisse. An autem exinde sequitur, non iis tota ejus crura involuta atque amicta fuisse? Non sane, sed haec censoris interpretatio est a mente, & verbis Petronii aliena. Miseret me atque pudet istius censoris, qui ne illa quidem quae legit, quo sensu dicantur, mente assequitur. A cruribus Fortunatae ad collum censor ascendit: ibi quia sudarium invenit, ignarum antiquitatis auctorem fragmenti clamat. *Sudarium circa collum nullum unquam matronis Romanis fuit.* Ita sane, sed quaero num viri sudarium in collo habuerint: minime gentium, si consuetudo spectetur. Nam sudaria, ut ipse censor fatetur, non cultus causa, sed ad sudorem oris tergendum, & viri & foeminae habebant. Quid est igitur, quod Neronem Suctonius, ligato circa collum sudario, prodiisse in publicum dicit? Nempe quia Nero, ut in aliis rebus, sic in cultu vulgi consuetudinem spernebat. Si igitur Nero praeter morem sudario collum ligavit, quidni & uxor Trimalcionis, cultus insolentis perinde amans, praefertim domi, tamen id vulgo matronarum consuetum non fuerit? Pergit censor: *Fortunata Trimalcionis ditissimi & nitoris, & elegantiae, amantissimi viri uxor, tam sordida & immunda esse potuit, ut eo linteo, quo collum volaverat, velut mantili in triclinio terge-*

*ret manus.* Nimirum censor matronae illius manus suis similes putavit, ut fordibus linteae, dum tergerentur, commacularent. At scire cum conventiis student, manus ita lotas & nitidas semper esse, ut si leviter aqua tingantur, ut iis delicatis mos est, nullam linteis labem afferant. Non enim ad abluendas fordes Fortunata manus ut lavat aut tergit, sed ad speciem & dicis causa.

Trimalcio fenex ebrius de testamento suo mandat, funebrem vestem, unguentum nardinum, & reliqua ad funus pertinentia afferri jubet, & convivis ostendi, ac demum tanquam in funere suo cornicines canere jubet. Hic censor exclamat. *Quid his ineptius? O sermones convivales.* Verum his declamatoriis officiis atque *ἱεροῖς ἀνακεινυμομασι* comprimendis, sufficere ea proferre, quae de Pacuvio Syriae propraetore Seneca in epistola 12. prodidit; ipsamet ejus verba adscribam: *Pacuvius, qui Syriam usum suam fecit, cum vino & illis funereis epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur à coena, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωκε, βεβίωκε, nullo non se die extulit.* Sive igitur Petronius sub Trimalcionis persona, hanc Pacuvii insaniam traducere voluit, sive hujus, quem Trimalcionem appellat, eadem petulantia fuit, patet quam sint ridiculae censoris exclamationes, qui Senecae & satyricorum scripta videtur numquam attigisse, ac ne quidem quid satyra sit, intelligere. Etiam hic Pseudo-Petronium ut Romani moris ignarum carpit, quod cornicines gro tubicinibus adhibeat funeri. Neque videt homo acutus non esse verum id funus, sed mimicum, quale Syriae propraetoris, qui ut vidimus inter plausus & cantus exoletorum efferebatur. Quaero enim utrum magis sit praeter morem Romanum, cornicines funeri adhibere, an plausus & symphoniam? Ita idem Seneca in ludo Claudium ad tibicinum & cornicinum cantum facit offerri: *interrogat Mercurius, quid sibi velit ille concursus hominum, num Claudii funus esset? Et erat omnium formosissimum & impensa cura plenum: ut scires Deum offerri: tibicinum, cornicinum, omnisque generis aeneatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire posset.* Quid restat, nisi ut censor Senecam, ut parum Romani moris gnarum, in ordinem cogat.

Objicit praeterea finem coenae Trimalcionis cum iis quae sequuntur, hoc est, ut ejus verbis utar, falsa & ficta cum veris non cohaerere; Videmus quomodo id ostendat. Finis (inquit) coenae Patavinae (ita novum fragmentum vocat) talis est: *Cum cornicines insonuissent, vigiles regionis proximae, rati ardere*

*Tri-*

*Trimalcionis domum, cum aqua & securibus occurrit, & januam effringunt.* Encolpius, Alcyltus, & Gyton lacti oblata occasione discedunt. Nos occasionem opportunissimam nulli, Agamemnoni verba dedimus, raptimque plane, tanquam ex incendio fugimus. Contra, inquit, apud verum Petronium, qualem dudum editum habemus (obiter notandus censor, qui dudum pro pridem hoc loco imperite usurpat) Encolpius cujus sub persona tota fabula narratur, nec cornicinum, nec vigillum ullam mentionem facit; sed ait, cum ipse & Alcyltus & Gyton abire vellent, & per amplissimas, longissimasque porticus, media jam nocte sine lumine errarent ebrii, &c. Haec censor; vel inconsiderate admodum, vel parum bona fide. Aut enim non videt, aut dissimulat, lacunam esse in veteri Petronii fragmento ante illa verba, neque fax ulla in praesidio erat, quae iter aperiret errantibus. Quam lacunam non recte expleri iis, quae in calce novi fragmenti habentur, neque feriem fabulae apte continuari ostendat censor, & tunc ipsum non in tota illa dissertatione hallucinatum credemus. Quin etiam censor sua serinia compilasse impostorem Pseudo Petronium quirirat, & vocabulum *barbatoria*, quod in cap. 73. legitur, sibi furto ablatum è notis suis in Berengarii Augusti panegyricum vindictiarum jure repetit. *In meis* (inquit) *in panegyricum notis, qui esset apud Gregorium Turonum Episcopum, barbatorias celebrare, & quid barbatoria significaret, fuisse docui. Placuit observatio mea impostori, &c.* & mox; *sed tamen nos hic quidem aetate Petronii multo vetustior: nomen autem barbatoria, ejusdem aetate (ni fallor) recentius.* Bene est quod addit (ni fallor) & hac praefatione iudicii periculum declinat. Cur ergo cum fieri possit, ut in eo ipse fallatur, ac sese de eo incertum esse fateatur, quo tempore id nomen usurpari coeptum sit, tam asseveranter postea pronuntiat, hanc vocem è suis notis acceptam? Neque enim quicquam assert ad id probandum, sed sententiam suam sine ratione Pythagorico more velut edictum proponit: At nos ratione & conjecturis ducti probabilibus censemus, cum res sit, ut fatetur, aetate Petronii vetustior, & vocabulum, quo ea res designatur, Petronii aevo antiquius credi oportere: tametsi in aliis veterum monumentis, quae nobis ex tantis literarum cladibus paucissima supersunt, non reperiantur. Idem statuendum de libera cocna, cujus & initio fragmenti mentio habetur, ita fuisse ab antiquis nominatam, non, ut iste nugatur, impostoris fraude ex fractis sui observationibus notatam.

Haecenus videri possim duorum censorum tela & machinas non segni manu repereussisse. Restat ut eisdem nunc de veteris fragmenti ve-

ro auctore inter se digladiantes spectemus. Germanus Criticus ex vulgata opinione Petronium Neronis familiarem, cujus Tacitus meminit, Satyrici auctorem defendit, ut supra vidimus. Hic ad alium Petronium refert. In quo duo agit: primum ostendit nihil illud Satyricum ad Neronis noctes spectare; deinde ab alio Petronio Massiliensi scriptum esse. De primo, cum mihi admodum verisimile videatur, non est opus lectorem morari. De altero autem rationes ejus & conjecturas expendere, non ab re erit. Ita igitur statuit praeter Petronium à Tacito memoratum, alium fuisse Neronis aevo multo recentiorem, natione Gallum, qui in provincia Viennensi, finibusque Massiliensium Graecorum vixerit. Id autem Sidonii Apollinaris testimonio probat, cujus versus hocce adducit ex carmine, quod Narbo inscribitur:

*Et te Massiliensium per hortos*

*Sacri stipitis arbiter colonum*

*Hellepontiaco parem Priapo.*

Primum audaciam censoris & facinus ταρακενιδουσιδωνου λεκτορ observet. Cum in omnibus Sidonii codicibus *sacri stipitis* scriptum extet, audet pro *sacri, Graei*, pro *stipitis, cessitis* legere. Tum nobis testem fratrem adducit, qui non dubitet in vetustis ejus scriptoris libris scriptum fuisse *Graei cessitis*, quod quidam non intelligentes in *sacri stipitis*, perperam mutant. Quasi vero *Graei* pro *Graeci* epithetum sit ejusmodi, ut alicui in eo aqua haerere potuerit. Hanc autem conjecturam censor in hunc modum confirmat. *Si* (inquit) *sacri stipitis nomine Priapum ligneum designare voluisset Sidonius, Priapi colonum Arbitrum vocaturus non fuit, sed cultorem.* Ita quidem si auctor ille Latini sermonis puritatem in poematis coluisset, quam ne in soluta quidem oratione assequi poterat. Quis enim Sidonium parum tersa ac limata dicendi ratione usum ignorat? Instat: *Etiamsi gratias concessero colonum Priapi pro cultore Latina aetate posse, tamen nec vel tum suis tribus hisce versiculis sensus constabit; fatendumque erit Sidonium bis duobus in versibus continuis Priapi sine causa meminisse. Te, Arbitrator, per hortos Massiliensium sacri stipitis, seu Priapi lignei, cultorem Priapo Hellepontiaco parem.* Esto: quid in eo incommodi aut flagitii? Hoc, inquit, nihil frigidius atque ineptius videtur. Ita credo videri censori isti; at iis, qui aures poeticas habent, ea repetitio non friget. Quin si bis eandem vocem Priapi in duobus illis versibus iterasset poeta, non parum gratiae addidisset; sed non est omnium de poematis iudicium ferre. Tamen ex hac tam audaci Sidonii interpolatione, & tam frivola disputatione audet pronuntiare, Arbitrum natione Gallum a Sidonio agnosci: tum & Petronium Epicureum fuisse exinde col-

ligit.

ligit. De hinc Pithoeum miratur, quod iis verbis non tam Arbitri patriam, quam mores, designari ob Massiliensium mores Plautino proverbio, & Athenaci historia notatos, existimaverit. *Quasi* (inquit) *horti Massiliensium, mores eorum corruptos potius, quam Petronii domicilium apud Sidonium indicare debeant.* At Pithoeus, si viveret, non parum tam importunam censoris istius interpretationem miraretur, quae & verbis auctoris vim facit, & a mente ejus alienissima est. Nam si Petronium Arbitrum Massiliensem, & Antoninorum aevo supparem Sidonium putasset, non cum inter veteres scriptores, qui priorum Caesarum temporibus floraverunt, proximumque Cornelio Tacito in illo ipso poemate posuisset. Sed reliqua hominis confidentissimi argumenta spectemus. *Ipse Arbitri moris cuiusdam Massiliensem mentionem fecit, tanquam sibi notissimum.* At pudet me respondere tali argumento. Adcone iste censor lectores indoctos, immo sensus communis expertes putavit, ut eos tam frivolo & nugaci verborum strepitu permoveri posse crederet? Quid enim ista collectione levius, quid futilius? Isto enim modo probari posset Platonem fuisse natione Persam, qui de Persidis regum educatione & magnitudine, tam multa exquisitissime in Alcibiade 1. disputat: aut Scytham Hippocratem ob ea, quae de Scythicae gentis & Amazonum moribus Nomadumque institutis in lib. de aëre, locis, aquis tradit: qui & in lib. 1v. de morbis modum casei conficiendi apud Scythas tam dilucide explanat. Item Maro sicut Moschus aut Sarmata, aut Dacus, eorum argumento, quae in 3. Georgic. prodit de frigoris inclementia in regionibus septentrioni subjectis, ac populorum qui ibi degunt, vicu tam graphice descripto. Similiter Galenum Teutonem dicemus aut Gallum, qui tot locis Gallorum candoris & flavorum capillorum mentionem facit. Sed & Celsum indidem natum: Quidni? qui eorum quae in Gallia fierent, meminert, lib. vii. cap. 7. *Nil est (innuit) melius, quam quod in Gallia quoque comata sit, ubi venas in temporibus, & in superiore capitis parte legunt.* Sexcenta ejusmodi loca ex variis auctoribus proferre possum, quibus istius rationis imbecillitas amplius demonstraretur. Non minus temere, ne quid gravius dicam, ex Graecis vocabulis quae in illo Satyrico passim occurrunt, Petronium ortu Gallum fuisse colligit, domicilio tamen semigraeculum. Nam & Lucilius & Varro & Plinius, & Columella, & Suetonius hac ratione semigraeculi & Massilienses habendi essent, in quorum scriptis tot Graeca vocabula observantur. Nolo hinc eorum vocabulorum catalogum instituire. Sufficit hujus lectores admonuisse. Quis enim ne-

scit Lucilium in Satyris tantum Graecarum vocum admiscuisse, ut eo nomine reprehendi ab Horatio meruerit. Similiter Varro frequenter in libris graecislat, praesertim in satyris, nempe quibus & titulos Graecos praefixit, in Margopoli *αἰὲρ ἄφροδίσια*. Cosmotoryne *αἰὲρ φροσφίς κρημνα*. Triodite tripylio *αἰὲρ φροσφίς κρημνα*. Est modus matulae *αἰὲρ μίλιος ὄνυξ λυγρὰς γεωμετρικῶς ἀλάφ*. Vinalibus *αἰὲρ ἀφροδίσια*. τὰρ ἢ Μιλίππας, & sic de aliis. Ex quibus satyris sunt illa: *di enos lemmatos logos Antipatri stoici filius vultu caput displanat.* Et *metamelos inconstantiae filius me reprehendit.* Idem vitae exodium Graece pro exitu in istdem satyris dixit; in libris de re rust. ornithonas, pelagios greges piscium, & alia ejusmodi *ὄνυξ κρημνα*. qualia & apud Columellam & Plinium & Suetonium crebra reperiet diligens lector.

Id quoque pari levitate adjungit: *non demum miror ab Arbitro transitum Alpium maritimarum Alpibus Grajis confinium viginti versibus, ac portum Herculis Monacis exacte describi.* Ceu vero non Claudianus patria Alexandrinus, multis versibus Alpes Rhetias lib. de Bello Gildonico, & Silius Italicus origine quidem Hispanus, sed patria Italus Alpes Graias item studiose descripserint. Cuius porro vanitatis est putare, quidquam ad rem pertinere, quod Petronius Gallorum non semel meminerit. Ut cum ait, *increta facies, ut suos Gallia cives putet.* Ego autem *frigidiior hyeme Gallica factus*: atque ex his locis colligere Arbitrum hiemes & frigora in Gallia tulisse, & candorem Gallorum notum habuisse? Sed me talium nugarum pudet, pigetque: ad alia transeamus.

*Stilus* (inquit) *Petronii non Romanum seu Romae natum, sed plane Gallum & transalpinum hominem sapit.* *Quisvis linguarum Latinae peritus in Petronio cothurnum Gallicanum prima fronte statim agnoscit.* Igitur censoris judicio cuiuscunque scriptoris oratio quodam cothurno assurgit, is Gallus censendus. Quid igitur Senecae faciemus? Quid Fabio; quid duobus Pliniis & Solino, quorum non minus floridus & grandis stilus? Non videt autem rebus debere esse aptum dicendi genus. Imprimis vero ludicra scriptio ejusmodi stilum postulat, qui inter astrictam & solutam orationem quasi medius decurrat; quique numeris licet absolutus, tamen licentiore & poetico cultu hilaritatem quandam & lasciviam prae se ferat. Ita magnus Criticorum dictator Lipsius seiscit lib. 11. Elect. cap. 21. ubi Apuleji stilo patrocinatur: *Janu* (inquit) *argumentum miscel- lum est & satyricum, quod amat hunc cultum quaesitum, pinguem & squalentem quodam auro. Varronis fragmenta è Satyris vident? Etiam exa-*

minent. Reperient ea haud longe esse a Mileſiis iſtis Punicis, & inculti cultus ſtilo. Quo viri magni iudicio etiam illa repercutiuntur, quae mox de nonnullis phraſibus Petronio propriis, ac minus, ut quidem autumat, Latinis idem cenſor diſputat. Addit ſtilum Petronii Antoninorum ſapere tempora potius quam Domitii Neronis, cujus principatus ſimiles Arbitri ſcriptores non habuit. Sumit pro maniſeſto quod in controverſia verſatur, nempe non fuiſſe Neronis principatu ſcriptorem ullum, qualis Petronius.

Nam nos Petronium ipſum tunc extitiſſe contendimus. Sed & Senecam eodem genere luſiſſe in Apocolocyntoſi quis non videt? Hoc quippe ſcriptum nihil aliud quam Satyra Menippea in Claudium, quemadmodum illud Petronii in Neronem: nec dubitandum, quin illis temporibus alii ejuſmodi ingeniorum luſus extiterint, qui ad nos non pervenerunt. At, inquit, Macrobius in ſonnium Scipionis Arbitrum Apuleio non conjungit modo, ſed velut aequalem aut etiam vetuſtiorẽ præponit, prioremque appellat his verbis: *audietur multent argumenta pitiſ casibus amatorum reſerta: in quibus vel multum eſſe Arbitrum, vel Apulejum nonnumquam luſiſſe, miramur.* bonum factum; hoc ſcilicet reſtabat, ut ſe ſuo ipſe gladio Ajax iſte jugularet, quod nunc facit. Nam ſi eo loco, ut diſertim fatetur, Macrobius Arbitrum Apuleio ut vetuſtiorẽ præponit, prioremque citat, quomodo hoc ipſo loco probari poteſt Petronium aequalem fuiſſe Apuleio, & imperante Marco Aurelio Antonio viſiſſe? Quis non miretur hominis inconfiderantiam, qui ea ex auctoribus adducat, quae ipſius ſententiae tam maniſeſto adverſentur?

Jam illud quemadmodum probet, Petronii ſcilicet ſermonem non ubique eſſe purum, ſed quandoque inelegantem & incultum, conſideremus. Multa quidem in Arbitri oratione culpata, criticique unguibus conſcribillat ut parum nitida & pura. Sed cur ea culpet, non dicit, ſolum ſe illa non meminiffe apud veteres ſcriptores legere: ceu res Latina ejus memoria pendent: ita ſi qua vox ipſum fugerit, continuo civitate Romana ejeſtetur & capite minuetur. At nos cucurbitae caput non habemus, ut præſentibus libris, quorum ſides vacillat, in cuiuſquam memoriam, quantumvis bonam & felicem, quam in ſolida illa antiquitatis monumenta, incumbere malimus. Nam quam ſaepe haec cenſorem fruſtra habeat, jam faxo, ut omnes atque ipſemet fateatur. Haec igitur ut parum Latina ex Petronio aſſert, *Sed de remedio non tam valde laboro*: item, *Giton ſemel iſtus tam valde exclamavit. Tam valde*, inquit, pro tam, aut adeo, non memini apud veteres ſcriptores legere: quod nos vulgo dicimus *ſi fort.* At nihilo

fecius Cicero in epiſtola ad Atticum 8. lib. VII. ita loquitur: *Quod opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare*; in libris de Divinatione, *nihil eſt tam vulgare quam nihil ſapere*: & *tam vehementer* lib. de Orat. Haec quoque cenſor Latina non putat: *Neque enim tam magnum facinus admiffimus, & tam grande munus, pro tantum facinus, tantum munus.* Quia videlicet non meminit hujus apud Terent. in Adelp.

--- --- *an federe oportuit*

*Domini virginem tam grandem, &c.*

Sed & Apulejus eandem locutionem uſurpat; magnus antiquarius, atque, ut Sanctius in Mincerva cenſet, puriſſimus Latinae linguae ſcriptor. Non temere enim quidquam vocabuli aut locutionis uſurpat, quod non apud antiquos legerit, ut de eo Scaliger ſcriptum reliquit. Unde à Prifciano & aliis Grammaticis ſaepe laudatur. Is igitur IV. Metam. ſic loquitur: *nec noſtris tam magnis, tamque periculofis laboribus ſolatiũ de tam ſera reſeſtione tribues.* Pergit cenſor: *minus grandi vexatam injuria dici non oportuit, ſed minore aſſeſtam injuria.* Si cenſorem audimus, neque minus multa ſignora dicere hecbit, quae tamen loquendi forma utitur Cicero II. de Oratore. Rurſus *quam magnum flagitium* dici non oportebat, ſed quantum flagitium. Atqui inter ſententias Senecae & Pub. Syri à Grutero collectas, haec extat.

*Quam magnum eſt non laudari & eſſe laudandum.* Jam illud Petronii (inquit cenſor) *bene ſurrexi mane pro ſummo mane aut prima luce ſurrexi, noſtrum bodieque eſt: bien matin.* Ita fatis vehemens ratio eſt cenſori, cur aliqua phraſis minus Latina cenſeatur, ſi ſimilis ei in Franco-Celtarum lingua reſpondent. At quam ſit ineruditum, quam inſcitam, id argumentandi genus, abunde citato opere demonſtravit Henricus Stephanus, quem lector conſulat. Nunc conſultando huic cenſoris iudicio mihi ſufficiet Ciceronis auctoritas, qui in IV. Epiſt. ad Attic. ſic ſcribit: *Ante diem quartum Calendas Maji, iens in Pompejanum, bene mane ſurrexi.* Eadem locutione utitur in libro de Oratore: *Cum ei qui rogaffet, num tibi moleſtus futurus eſſet, ſi ad te bene mane veniſſet.* Sunt & alia, quae ut parum Latina expungit eodem iudicio, quod ſcilicet Galli ſimilem loquendi modum tenent. *Jam plena nox erat. Reſpoſitum in priſtinum decorem quærum gaudebam.* Quia Galli dicunt, *en plein jour, en pleine nuit: remis en ſon premier eclat.* Quod poſtremum quam ab illo poëtae diſcrepat,

---- *Sic nos in ſceptra reponis.*

aut ab eo quo, utitur Fabius, *in gradum reponere*, hoc eſt in dignitatem? In his autem quae ſequuntur, cenſoris vel inſcitia, vel obliſio apparet maniſeſte: *Satis pro valde* (inquit) *recenter*

(Bb b)

tionum

tiorum Nerone scriptorum est. Ergo recentior Nerone Terentius, cuius in Phorm. haec sunt,

----- *satin' superbe illuditis me?*

Recentior Cato, qui teste Charisio lib. 11. *satis* pro intente usurpat: cuius & verba haec citat: *jam apud vallum nostri satis agebant*. Etiam verbum *exsonare*, Neronis aetate inusitatum decernit. Mira confidentia vel potius temeritas: scilicet omnium, quicumque Neronis temporibus vigerent, scriptorum phrasas & vocabula, in numero habet censor, ut, quae tunc in usu necne, verba & locutiones fuerint, pronunciare possit; qui ne illa quidem vulgata & trita in Terentii comœdiis & Ciceronis epistolis tenet! Qui enim *exsonare* magis inusitatum, quam *exclarare*, pro illustrare, quod Vitruvius Nerone etiam antiquior usurpat? Dehinc librariorum & amanuensium erratis Petronium oppugnat. *Ideo vani in hoc dicerio quosdam a niti, pro dixerio. Trimalchio ad gymnasium allatus est, posicijque in cervicali minutissima*. Dicendum (inquit) fuit in cervicalibus, &c. Neque videt extritem syllabam, in pro *inter*. *Quales esse sicut quae incumbunt ova*, pro incubant, atqui ita pridem docti emendarunt. *Picedulam inveni piperato vitello piperatam*, pro circumdatam. At in novo fragmento ita legitur. Negat & *discoloris* usurpatum veteribus scriptoribus Latinis. Si quidem eum omnes veterum libros legitse conflet, credemus. Alias non. Eadem conditione assentimur de aliis, quae ibidem pro inusitatis affert, *absentius* pro absens, *domesacere*, *scabitudo*. Dixit Petronius; *Gubernator qui peregril nocte siderum quoque motus custodit*. Quis putasset in his esse locum reprehensionis? Atqui censor hic invenit, quod obelo confodiat: *Siderum (inquit) motus vel sidera custodire, pro servare aut observare, improprium est*: Igitur Cicero improprie locutus, qui acitone 1. in Catil. dixit: *Mittorum te oculi speculabuntur, atque custodient*. Et Juvenalis, qui custodem pro observatore posuit Satyr. v.

----- *tibi non committitur aurum,*

*Vel, si quando datur, custos affixus ibidem,*

*Qui numeret gemmas, unguesque observet acutos.*

Ecce custodem vocat eum, qui appositus ut observet. Praeterea *lapidare* pro *lapidibus tegere*, sicut humare est humo operire, id quoque reprehendit: sane minus id verbum eo sensu usitatum: *saepius enim significat lapidibus petere*. Sed ab trito calle & vulgi semita discedere magnos auctores, quae invidia est, praefertim ubi analogia tam palam invitat, ut hoc loco? *Coaequale* (inquit censor) *natalium suorum sinciput*: pro *aequale*, *nusquam apud veteres alios scriptores Latinos referre memini*. Ita saepe nobis memoriam suam oppugnerat. At satis jam ex multis per-

spectum habemus, quam malum haec ei nomen sit, quae toties ipsum frustra habeat. Et nunc frustra habitum ostendo ex Columella, qui ea voce utitur lib. VIII. cap. 14. ubi de anscribus educandis: *miliium quoque aut etiam triticum miliium cum aqua, recte praebetur, atque ubi se paulum confirmavit (anser) in gregem coaequalem compellitur*. Leges etiam Grammaticae violatas conqueritur: *Ephebus (inquit) plenae maturitatis, & annis ad patiendum gestientibus*, vocatur à Petronio casum mutante contra regulas Grammaticae. *Debuit enim dici, Ephebus plena maturitate & annis*, &c. Primum paucis de illa censoris religione. quis nobis eas regulas posuit? qua auctoritate? Unde illa religio animis incescit? An non ex veterum scriptorum observata dicendi ratione? Igitur ab ipsis auctoribus, quorum scripta leguntur, regulae vim omnem atque auctoritatem mutuuntur, necesse est; Quae autem regula est, cui non aliqua exceptio opponi possit? Quid ita? quia auctores non eundem loquendi modum, ac disciplinam sequuntur, sed & alia aliis magis forma placet. Ut sunt varia hominum ingenia & mores. Hinc illa à magistris Graecis notata *ἐναρξαι*, & *σολοικισμὸς* in Thucydide, & aliis magnis auctoribus; atque ab aliis in ipso M. Tullio in Grammaticae regulas illas vulgares manifeste peccantia, quae nemo nisi ineptus carere aufit. Horum exemplo citata Petronii locutio defendi possit, sed nihil opus est. Non enim ibi casus sine ratione mutatur, ut censor putat; neque varii illi casus ab eadem voce *ephebus* reguntur; sed *ephebus plenae maturitatis*, possessive dicitur. In sequentibus autem verbis est ellipsis, *annis ad sat. gest.* pro in annis, sicut apud Plinium lib. VII. cap. 11. *Fulium viatorem è Vocontiorum gente foederata, in pupillaribus annis*, &c. Item Petronium arguit quod acum comatoriam, dixerit acum crinale, ne servata quidem analogia. Nam, inquit, à coma non sit *comatorius*. Sed bene est, quod ipse mendum subesse in eo vocabulo suspicatur. *Fortasse*: inquit, *legendum est, comotriax, hoc est ornatricis*. Quae tamen emendatio parum comoda. Nam minori interpolatione licet, *acu comptoria*, a in p. Quae haud dubie vera lectio est. Haec quoque castigat, *soli militares, soli fortissimi habentur*. *Militaris*, inquit, *pro militaribus honoribus digno, recens est haud dubio, nec saeculi Neroniani*. at quid opus est interpretatione? Ego verbum *militares*, non alio sensu hic positum arbitror, quam apud Horatium 1. Carm.

*Cur neque militaris*

*Inter aequales equitet?*

Denique Petronium, *Disis pater* pro Dis, *Quirites* in numero singulari, pro *Quiris*, usurpare notat.



tat. Sed haec inter ejus archaismos ponenda esse nemo non videt. Petronium vero exoletis nonnunquam uti vocibus, satis supra demonstratum arbitror.

Habes, CARISSIME MOCAENICE, expectatam omnibus Petroniani fragmenti assertionem ac vindictam, contra temerarios Criticos, vel potius calumniatores. Consequens esset, ut quoniam fati strenue, ni fallor, eorum insolentem impetum repressimus, inscitiam, ac temeritatem reprehendendi, patefecimus: ut deinceps, elegantium, urbanitatem, lepores & veneres, quae in hoc passim fragmento elucent, oculis omnium subijceremus, ut magis constaret non esse Petronii genio indignum id scriptum: sed ea res mihi manifestior videtur, quam ut explanatione egeat apud eos, qui acutum in pectore habent, & iudicii acuminis polleat. Quin veluti deterfendis nubibus, ipsa per se lux solis in omnium oculis incarrit: futurum existimo, ut discussa inceptorum dubitationum caligine, fragmenti hujus pulchritudo perspicua per se omnibus reddatur.

A P O L O G I A  
AD PATRES CONSCRIPTOS  
REIP. LITTERARIAE  
MARINI STATILII  
TRAGURIENSIS.

CUM multa mihi in vita P. C. inter varios, ut res humanae se habent, adversae fortunae casus, prospere & feliciter evenere, tum haud scio, an quidquam laetius, optatius, & unde liquidiore meo animo voluptate perfunderetur, aut acciderit unquam, aut accidere possit, quam quod hodie in augustissimum conspectum vestrum prodire, atque in tam nobili frequentia de mea mediocritate, deque rei vestrae publicae non mediocri negotio, verba facere coactus sum: quod certe si mea sponte fecissem, non sine gravi temeritatis, & arrogantiae, nota facere potuissem. Nam cum praeeritis huiusce annis, novum Satyrarum T. Petronii Arbitri fragmentum de coena Trimalchionis, opera typographi Patavini in publicum prodisset, delatumque esset Parisios; Joh. Christophorus Vagenseilius, insignis levitatis & confidentiae adolescens, recens illuc advectus, quod plausu doctorum virorum, quos sibi colendos homo peregrinus desumpserat, plus nimio delectaretur, talemque se re ipsa esse crederet, qualis

ab amicorum urbanitate, & blanditiis audiebat: cepit consilium plenum vanitatis, atque aetati suae, quam collectae recens prosperae opiniononi, convenientius, insectandi hujus operis, & pro falso & aulicario insultandi. Cum autem praecipuum in hac editione mei mentionem fieri animadverteret, & scriptum ipsum à mea potissimum bibliotheca prolatum audiret; me unum, antequam sciret, ater, an albus homo essem, die ad vos dicta nominatim in iudicium vocavit; imo quasi vestris jam sententiis condemnatum, & legis Corneliae, quae de falsis est, confictum, & irretitum poenis, non tam ad civis dicendam, quam ad crimen jam deprehensum ultro consistendum, justamque ea de causa animadversionem à vestra lenitate, & misericordia deprecandam, hortatus est. Satis autem prolixam ad hoc suum dictum probandum disputationem contexit, quam his potissimum verbis conclusit: „*Si possem, in aures Statilii insurrerem, videri mihi totum Arbitri fragmentum, ex sese fuisse tanquam araneum, & bene futurum, si graeco crimen, quo se commaculavit, apud reip. litterariae patres conscriptos deprecaretur.*” Adiecit sibi tam praeclearae actionis socium Adrianum Valesum, virum alioquin doctum, & gravem, & quem hoc suo tam foedo luto incidere, prorsus indignum, qui altera disputatione hoc idem argumentum, sed aliquando modestius, & verecundius, executus est. His ego geminis contra me actionibus, sine mora censui respondendum, eoque mihi statim ad summum virum M. Mocaenicum, accuratam hac de re disputationem, quam etiam typis editam esse audio, atque in ea, quantum ingenio, & industria committi potui, eum utriusque disputationis argumentis pugnari: solam autem exequi, tunc visum est partem controversiae, quae juris quodammodo esse videbatur, iis dumtaxat argumentis, & rationibus adhibitis, quae ad asserendam ejus germanitatem ex ipsius verbis ac sententiis duci poterant; cum fretus abundantia, ut ita dicam, mearum virium, experiri constituissem, eequid ea sola ad causam obtinendam satis essent, omissis adjumentis, quae codex ipse autographus in medium prolatus asserre posset. Nunc vero repudiato, ut audietis, hoc consilio, & accedente ex codicis inspectione magna copia alterius partis controversiae exercendae, quae magis facti est, rursus ad hanc causam integram, non jam privatim, & cum amicis, sed in iudicio disceptandam, me confero, vosque oro, & obtestor P. C. ut, si, quae dicturus hodie sum, probavero, non solum de mea ipsius, sed etiam de hujus scripti innocentia, & meorum accusatorum vanitate, sine dubitatione pronuncietis. Interim dum mei facti in hoc toto negotio versati rationem vobis expono, ut

jam facere incepistis, quaeso diligenter attendite:

**L**onge mihi alia mens est, P. C. cum de proferendis in publicum ingenti mei monumentis delibero, quam accusatori meo fuit, cum criminibus prius apud vos pronuntiatis, quam apud se cogitatis, in famam nomenque meum grafsatus est. Adeo enim tanta in re nihil inexplorato, nihilque temere mihi suscipiendum existimo, ut gratiam celeritatis, quam illum secutum video, rem pueris modo, ad indolem ingeni probandam in ludo certantibus, utcumque laudabilem, caeterum, ubi quid serio scribendum est, inanem, & futilem, atque ad abolendam ab ineptorum scriptorum fama stultitiae notam infirmam esse statuam. Quanquam enim de fragmento Petroniano, & mea sponte optime sentiebam, & viros doctissimos hujus mei iudicii auctores, & suffragatores habebam; ejus tamen vulgandi consilium, & meis animadversionibus illustrandi, non modo ultra praescriptos a prudentissimo Poëtarum novem annos, apud me pressi, sed tantum non prorsus abjeci: veritus quippe sum, id quod evenit, ne quis litterator infollus, & hujus similis, existeret, qui mei facti reprehensione ad captandam eruditionis gloriam abuteretur. Multo namque fatius duco, ignotum me esse, quam per opprobria, & maledicta, etiam falso jactata, inferi famae, & eruditorum sermonibus celebrari: quippe qui factis intelligam, etiam vitae per silentium actae, & procul à magnarum curarum turbis habitae, suam inesse dignitatem, nec illum male vixisse judicari, qui natus juxta meriensque sesevit. Hujus autem mei propositi, & quam in eo constantem, obfirmatumque me praebuerim, testes sunt optimi, & gravissimi viri, qui codicem, quo fragmentum hujusmodi continebatur, vetustum illum quidem, & Catulli, Tibullique, ac Propertii exemplaribus nobilem, auferre à me, & in vulgus dare quotidiano multorum annorum convitio frustra conati sunt: testis vir sapientissimus Venetus ad Pont. Max. legatus, cujus auctoritas apud me omnium gravissima, non tamen ultra valuit, quam ut hujus scripturae capita haftenus majore ex parte inedita describi curaret, & me invito, & reclamante typis excudi permitteret: testis omnis antiquitatis consultissimus Octavius Ferrarius, merito ab adversario meo laudatus, in cujus amantissimo sinu expositulationes hac de re meas, cum liber à Frambotto typographo edebatur, multa cum molestiae significatione deponebam. Causae autem erant hujus molestiae, non solum vetus meum de hac editione omittenda consilium, sed plurima, eaque foedissima ipsius editionis vitia, quibus mederi, ne auctor facti à me improbatum ulla ex parte vide-

rer, omnino non sustinebam. Siquidem in ipsa praefatione nonnulla cum de fragmento, tum de me ipso aliter ac res habet affirmabantur; neque enim Horatii ulla carmina in codice hoc leguntur, sed poëtarum, quos dixi; nec mihi in mentem unquam venit testem citare in hac causa Joannem Rhodium; propterea quod neque Rhodius unquam codicem hunc oculis usurpavit, & hominis mortui testimonium quanto locupletius, tanto suspectius, futurum erat. Nam quid ego de ipso fragmenti contextu dicam, imperite, atque offecitanter exscripto, & à fide sui exemplaris multis in partibus abhorrente. offensus scilicet ejus editionis curator, quicumque ille fuit, multitudine mendorum ac foeditate, & vocabulorum, quae in illo passim occurrunt, insolentia, correctionem adornavit, ut sibi videbatur intimae cujusdam eruditionis, re vero ineptam & absurdam: nihil enim tam operae pretium fuerat, quam ut scriptio illa subiceretur oculis eruditorum, sicut erat, inculcata, & rudis, quo decoris ingeniis materiam exercendae industriae, in locis corruptis restituendis, integram praerberet, ac ipsa sui deformitate crimen à se removeret suppositionis, & imposturae, cujus cogitatio, ut mox audietis, à sui saeculi genio, & studiorum ejus temporis ratione magnopere abhorrebat. Quod certe si fecisset, nec potius primas fragmenti paginas ex libris pridem editis, caetera vero ex ingenio emendasset, hoc saltem habuisset minus loci adversarii iniquitas ad me criminandum, quasi quae de meo sinxisset, de industria corrupta, quae vero ex aliis descripsisset emendata, ut acceperam, protulisset, eoque duplicem hujus scripti auctorem deprehendendum praebuisset. quae alioquin ratio quam sit a proposito impostoris aliena, quam rursus ad sinceri correctoris rationes accommodata, nemo non videt; cum illi, vel universa seriptione, eodem luto foedata, vel undequaque ejusdem limae beneficio castigata opus esset; hujus vero industriae qualemcumque conatum ipsa operis varietas commendaret. Quid multa? non solum ego editionis auctor non sum, sed nec alius quisquam, cui ego saltem de nomine notus essem, cum in illa pro Statilio, vetere scilicet meae familiae vocabulo, Statileus appeller.

Habetis P. C. rem gestam, quantum ad me attinet, in causa fragmenti Petroniani, cujus conficti, & suppositi reus apud vos factus sum. Sed maculam tam deformem, satis superque, opinor, à vita & factis meis detergent, quae à me, ut dixi, privatim ad optimum Mocenicum hac de re scripta sunt; multo vero prolixius hoc ipsum praestitit, & omnem penitus adversariorum calumniam nudavit, & refutavit, res ipsa, post codicem hunc Romam transmissum, &

& doctorum hominum oculis subiectum, ejusque scripturae non ambiguum antiquitatem ad ecce. annos omnium judicio porrectam: spatio, ut videtis, integri saeculi, quam quod Patavinus typographus profiteri ausus est, amplio. Expegnari namque tandem aliquando passus sum constantiam meam, non tam auctoritate summi viri Antonii Priuli, Dalmatiae praefecti, cui librum in Urbem mittendum tradidi, quam adversarii convitiis, & maledictis, quorum vanitatem revinci, ac patesceri, non mea solum, sed rei litterariae universae intererat, ne monumentum, elegantissimi scriptoris, cui tot saeculorum, ut ita dicam, ingluvies, in veteres libros foede bacchata, peperisset, levissimi hominis livore, ac malevolentia oppressum, atque enecatium interiret. Quid enim jam est, quod hoc prolato codice ad tuam, Vagantelli, tuendam sententiam afferre audeas? An verum illum, an vetustum negabis? sed habes adversarios huic tantae pertinaciae viros doctissimos, & in omnis antiquitatis cognitione apprime versatos, quorum magna est in Urbe copia, nec modo Italos, verum etiam omnium transalpinarum, transmarinarumque gentium, & praecipue curiosae hujusmodi elegantiarum Gallicae nationis, qui codicem in loco celebri ad hoc ipsum propositum inspexere, qui singulas ejus paginas, singulas lineas per otium contemplati sunt, qui in chartas, qui in litteras, diligentissime inquisivere, & quo saeculo editus, qua manu exaratus sit, integris a studio partium animis arbitrati sunt, quorum ego testimonium praefens, & ut sic dixerim, oculatum non vereor, ne quisquam sanus non anteponat tuis inanissimis suspitionibus, & conjecturis.

Jam vero constituta hac tanta codicis antiquitate, quae jam reliqua potest esse in hoc negotio fraudis, & imposturae suspicio? Quem, oro, tanti criminis reum facis, cui diem dicis, cujus nomen desers? Illius opinor, qui librum descripsit aut describendum curavit. At hic ne facti quidem ipsius utcumque admissi, cui fraudem inesse contendis, auctor est. Siquidem novissimam hanc fragmenti partem, quantum in illo est, abjudicat à Petronio, tantum abest ut falso illi tribuat. Inspice, si placet, ejus exemplum, non quale à Patavinae editionis curatore prolatum est, corruptum & mutilum, sed quale nunc demum prodit sincerum, & integrum. Occurret in fronte titulus operis parti fragmentorum jam vulgatae praefixus; conceptus his verbis, & rubris litteris exaratus;

*Petronii Arbitri Satyri fragmenta ex libro decimo quinto & decimo sexto.*

Occurrent summae paginae hanc partem con-

tinentes hoc eodem titulo, & colore notatae, quas ubi omnes evolveris, & congruentes cum omnibus manuscriptis, & impressis exemplaribus inveneris, ostendes ad calcem solemnem illam veterum manuscriptorum codicum clausulam:

*Petronii Arbitri Satyri fragmenta explicitant ex libro xv. & xvi.*

Haecenus, ut vides, ille; nec ultra quicquam Petronio tribuit, quae si germana, & legitima non sunt, planum licet illum, & impostorem, & si quae foediora in buccam veniunt, vocabulis appella. Sequitur exemplum hujus novi fragmenti, cujus scripturam nullo titulo insignitam reperies. Nihil in fronte, nihil ad calcem, nihil in summis aut infimis chartis adnotatum est, ex quo possit elici mens scriptoris, quid de illius sentiat auctore; quae quidem res incertam fortasse hominis, atque stuporem non fraudem ullam coarguit, ut qui ex materia, ex genere dictionis, ex personis, quae loquentes inducuntur, conjecturam facere de autore nequiverit. Ego vero id ipsum candori ejus acceptum sero, & ingenuae cuidam animi simplicitati, quod forte fidei suae minime esse putaverit, ut de suo quidquam adscriberet, cum aliena describeret; quia forte vetustiore aliquo exemplo pariter acephalo, & anonymo, usus est. Quod sine dubio immunem illum à tuo crimine facit, & plane extra calumniae tuae iactam constituit; quandoquidem infectum prorsus esse vides, quod illum fecisse insimulas: ut, si quempiam lege Cornelia de sicariis interrogares, quis te ferret in accusatione perseverantem, ubi non modo nullam caedem factam doceres, sed ipse, quem infectum esse contenderes, exemplo vivus ac valens in judicium conspectum se daret. Nec vero haec à me ejus studio, & gratiae causa, dictum puta, quid enim ille in se habet, quod quemquam ad sui amorem alliciat? qui vel ex hoc ipso infelici suo labore, se prodit hominem plane rudem, omnique expertem elegantiae, & prorsus barbarum, & rusticum; certe nullo modo ad eruditas hujusmodi fraudes concipiendas idoneum; adeo deformibus mendis, tam inepta orthographiae ratione, hoc suum opus inquinavit, ut, cui pro Agamemnone *Agamemnon* est, *cornicipes* pro cornicibus, *causa palestice* pro gausapa lestitiae, *ampliatrum* pro amphitheatro, *volutates* pro voluptatibus: cujus denique errata pene plura, quam verba sunt. neque solum in hoc novo fragmento, sed per omnem vulgati pridem Petronii scripturam, cujus ipso initio turpissime labitur, dum ait: *Cum alio genere furiarum declamatores inquistantur*, & quae sequuntur: quorum verborum sententia frigida, elum

bis, & propemodum nulla est. Mitto enim peccatum in titulo, dum pro Satyrico Petronii Arbitri, Petronium Arbitrum Satyrum nobis obtrahit. id namque vetustioris illius exempli scriptoris peccatum esse potuit, imo saeculi potius: nam & Dantes ille Aligherius illo aevo doctissimus iudicatus, hac eadem ratione Horatium Flaccum, satyrarum scriptorem, Horatium Satyrum vocat, & apud sequioris aevi Graecos D. Gregorius Rom. Pont. suorum Dialogorum opere, quo maxime apud illos notus est, Gregorii Dialogi vocabulum est assecutus.

At enim hoc ipsum de industria fecit, quo fidem adfrueret mendacio, quod adornabat. Quia credo alia exempla Petronii, quae doctorum tunc manibus terebantur integra erant, & castigata, & criticorum lima perfecta, à quorum adeo nitore diversum hoc nostrum, affectata hac sui deformitate persuadere poterit, ut sincerum & legitimum iudicaretur. Equid intelligis, censor insulse, quo in saeculo, quibus in moribus, inter quae hominum studia tua versatur oratio? In haec nostra demum, & patrum, avorumque nostrorum tempora astutum huiusmodi consilium cadere fortasse poterat, post reversam scilicet litterarum lucem, adeoque minus frequentem in hoc genere peccandi morem; & postquam beneficio praeclari typographiae inventi, restituta passim per viros eruditos sua veteribus libris integritas statim latissime patuit, eaque re constitutae ac stabilitae videri poterant verae, ac germanae librorum lectionis, ut merito corruptissimae quaeque scripturae antiquitatem sapere existimentur, integrae autem, & castigatae novitatis suspectae sint, contra vero aetate descripti codicis, cum adhuc ingeniis hominum situs ille à diuturna musarum negligentia contractus haereret: vetera juxta ac nova litterarum monumenta eodem, ut ita dicam, cibo pasta cernimus, eodem affecta morbo, eodem luto foedata, rusticitatis, atque inelegantiae in verbis, in sententiis, in omni denique dicendi, & scribendi ratione. Mire ingenia illius saeculi ab omni genere litterarum, praeter theologiam, & jurisprudentiam, ac medicinam, abhorrebant, cum caetera omnia doctrinae studia, atque in his ipsis omnem cultum, omnemque ornatum orationis, morbos animi, morumque corruptelam appellarent; secumque praeclare agi putarent humanioris doctrinae viri, si pro magis, & maleficis, ab hominum coetu non arcerentur: id quod memoriae Silvestri Secundi Rom. Pont. propemodum usu venit, cum propterea quod astronomiae, & numerorum scientiae intelligens est habitus, quamquam erat egregie pius, ac sanctus, finisris ab imperita posteritate necromantiae, & impiorum sacrorum, rumoribus laboravit.

Sed quid ego de incommodis rei litterariae illorum temporum tam multa disputo? quasi vero sit opus argumentis, & conjecturis in re omnium liquidissima; quamque non solum mente & cogitatione comprehendimus, sed ipsis oculis subjectam, & expositam habemus. Adspicite quaeso P. C. & contemplamini tabulas, ac statuas illius aetatis artificum, in veterum templorum parietibus adhuc haerentes. Quicquamne vobis in eo genere rarius, aut impolitius potest occurrere? ego vero, si vel Giottum illum tanto in honore (& quidem merito) à suis aequalibus habitum, casus aliquis in officinam artificum nostrorum, quamlibet mediocriam, deserret, & ille de pictura disserere ac iudicare institueret, prope est ut existimem auditurum, quod olim ab Apelle Alexander audivit, facefferet illinc properare, nec pueris colores miscentibus risui esse perseveraret. Hoc eodem squalore, eademque rubigne caeteras humaniores doctrinas infectas, ac deformatas, eadem opera vos intueri putate propter arctissimum societatis vinculum, quo inter se (si Platoni credimus) connexae, colligataeque sunt, ut nunquam singulae floruisse visae sint, quin flourerint universae. Unum non inficior, aetas illa tulit Franciscum Petrarcham scriptorem sua lauro dignissimum, qui & ipse, quod Virgilii lectione delectabatur, magus est habitus, non vulgi ille quidem, sed summi tunc hominum Innocentii Rom. Pont. iudicio. Hic tamen, ut rerum copia valuit, & robore quodam ac pondere sententiarum, ita ornamentis, quae à dictionis elegantia scriptis accedunt, & puro illo, qui postea in pretio fuit, Romani sermonis candore, nec omnino caruit, nec multum aut passim abundavit, non solum in soluta numeris oratione, sed etiam in versibus, certe illum negligentiore huiusmodi loquendi munditiam, & hebetioris ad earum gustum palati fuisse, scripta ejus, alioquin laudatissima, declarant; atque hanc eandem conjecturam de omnibus ejus aequalibus licet facere, ac de genio illius saeculi in universum. Verum, si non defuit illis temporibus, qui tam eleganter latine scribere posset, eoque scribendi genere tam effuse delectaretur, quid ita non scripsit accepto alio argumento, in cujus tractatione profiteri suum nomen potuisset, & laboris fructum ferre sincerum & liquidum, nominis & gloriae non contemnendae? qui enim scribere potuit, quo stilo pleraque hujus fragmenti scripta sunt, ubi fesse ad scribendum quacumque de re contulisset, facile, & Petrarcham, & alios etiam melioris aevi scriptores hac dicendi laude superasset. qui ergo factum est, ut hoc uno abortu verius, quam foetu, clarissimi ingenii sui foecunditatem terminandam iudicaverit, aut si quid scripsit, hoc unum ad nos pervenerit? cum praefertim habe-

ret liberum decurrendi per omne genus argumenti spatium, nemine illa aetate ad occupandam clarescendi per huiusmodi scripta materiam admodum sollicito. Sed nullus, mihi credite, fuit, neque enim esset, quod tantopere admirarentur, totque in coelum extolleremus laudibus secutos longo post intervallo doctissimos homines, qui excessum in suis sedibus barbarorum crudelitate Graeciam una cum suis artibus in nos invexerunt, apertisque tota Italia bonarum artium veluti fontibus, Petroniano illo litterarum flumine occidentem univervum inundare. Quid enim attinet illos auctores laudare reverentiae in orbem terrarum humanioris doctrinae, quae jam plusquam integro saeculo illorum exortum praeverterat? Quid Bembus, & Sadoletas, & alii huius notae summi viri aliud praestitisse visent, quam quod inter principes huius rationis constituendae fuere? Quid ipse Leo X. Pont.

*Ducit qui profugas revocavit ad otia Mus-  
jas,*

si gratiam eius facti proavorum aetas jam abstulerat omnem: cuius certe actatis palato si adeo subtiliter sapiebat Petronius, si ejus tunc scripta, quae exstabant, tam curiose manibus terebantur, si quae non comparebant, tam impotentem desiderio conquirebantur. ut viris doctis in mentem venirent extrema ejus singendi, & supponendi consilia; id vero non incipientis, & recens adamatae litterarum elegantiae argumentum est, sed jam provectae, & ad satiatarem usque ac folidum inter eruditos versatae. Ut enim ostra, & boletus, & jubae mullorum apud rudes voluptatum convivas non magno in pretio sunt, quippe quos haecus, & pulvis, & placentiae magis delectant: sic elegantiae genere, quo Petronius valet, hominum ingenia inter primos ad eloquentiam impetus non magnopere capiuntur, sed praecellare secum agi putant, si cum Cicerone, & Livio, & Salustio versari cum fructu liceat. Quod autem de hominibus dico, idem de temporibus dictum accipite, quibus sua indoles, sui mores, sua studia sunt.

In his ergo, ac talibus scriptoribus conquerendis, & ab interita vindicandis satis erat superque tunc occupata doctorum virorum industria, & maxime huius, quem dixi Francisci Petrarchae, ceterorum omnium, qui in hac parte rei litterariae curandae cum laude versati sunt, primi auctoris, ac ducis. Qui tamen veterum librorum cladi, illa aetate cum maxime gliscenti, nequaquam suo illo intentissimo studio tantum opis asserre potuit, quin pleraque ex fatali illo naufragio crepta, & in seculo jam posita, à refluxente rursus veluti aëta illius

vorticis absorberentur: quod sibi vir ille summus usque venisse queritur in duobus Ciceronis libris, qui de gloria scripti sunt; quodque etiam Quintiliano aëvo Petrarchae incolumi, ut fama est, accidisset, nisi Poggium illum Florentinum ad ejuſdam falsamentarii tabernam fors detulisset, à quo est erutus, & centum post annos iterum luci restitutus. Ergo turbo ille, veterum monumentorum devorator, illa temporis procella, qua omnem pene antiquitatem absumptam dolemus, nondum adeo remiserat, ut viris doctis cum illa luctantibus satis vacaret cogitare de nugis Petronianis, toto animo, totisque ingenii viribus in clariores, quos dixi, scriptores, quasi in majoris precii merces servandas, intentis.

Jam si Petronius illa aetate tanti non fuit, quae satis digna causa esse poterat, ut tam esset diligens in eo supponendo cujusquam industria? neque enim quicquam aliud tuos, quos appellas ineptos sycophantas, ad huiusmodi fraudes impulit, quam auctorum, quos supponebant nobilitas, & crebrae hominum eruditum de eorum scriptis desperatis querelae. Sic Annum Viterbiensem ad suas ineptias Beroli Chaldaei nomine illustrandas, desperata vetustissimi scriptoris inventio; sic Sigonium ad consingendam Ciceronis de consolatione disputationem, diu frustra desideratus elegantissimus liber adduxit: sic alios multos; quos sigillatim commemorare infiniti operis res esset. Quid autem, si inter eruditos illius temporis nondum plane constabat, quae pars Petronii integra, quae amissa prorsus esset, quem tandem locum habere potuit absurda huiusmodi de eo supponendo cogitatio? hanc certe persuaſionem non magnopere certam, & pervulgatam fuisse, argumento est: primo, quod neque de aliis auctoribus exploratum id erat, multo quam Petronius clarioribus, tunc cum maxime de coenobiorum angulis cruebantur, quosque adeo latere potius, quam interiisse viri docti existimabant; deinde, quod fragmentorum illius collectiones, aliae aliis cumulatioribus ferebantur, nec dum ullum exstabat typographiae artificium, cuius ope quasi statui possit, quid existeret ex illo opere, quid interisset, & minutae huius naufragii tabulae in conspectum omnium dari, ut sunt illae interruptae sententiae, & clausulae nulli parti ceteri operis cohaerentes:

*In hac re qui vincitur vincit.*

*Non recte facit, qui cito credit.*

*Nemo coelum putat, nemo iusjurandum servat.*

*Nemo forem plaris facit, sed omnes operis oculis bona sua computant.*

*Quod*

*Quod hodie non est cras erit, sic vita traditur.*

*Apes ideo pungunt, quia ubicumque dulce est, ibi acidum invenies.*

*Quod non expectas ex transverso fit, & super nos fortuna negotia curat.*

*Nemo nostrum non peccat, homines sumus, non Dii.*

Et tamen arguere me audes, quod haec ipsa ut aptata suis locis apparent, verba, & sententias intermedias. & universam rei gestae seriem ex ingenio commentus sim. Quid autem minus probabile, imo quid magis alienum à ratione, quam non modo mihi, qui scripturae ante quæc. annos conflatae non interfui, sed ulli omnino hominum in mentem venisse tam frigida, tam jejuna, tam absurda? praesertim si cogites illa, quae dixi, tempora, quorum ingenis, & moribus haec atque talia tribuere nihil aliud est, quam

*Dolphinum sylvis appingere, fluctibus aprum.*

Ut non omnem frugem, neque omnem arborum in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur, summus ille non sentiendi minus, quam dicendi, magister verissime dixit. In magna quadam litterarum, & hominum litteratorum, abundantia, & ex assiduo humanioris doctrinae cultu, atque ut ita dicam attritu, primum satietas oritur, & ex satietate fastidium, inde eorum quae in hoc genere rara, & paratu difficilia sunt intemperans appetitio, ac rerum quae non exstant desiderium: hinc deinde pretium existit huiusmodi fraudum, sine quo friget omnis malitia. Nemo enim gratuito malus est, nec tam infelici conditione virtus agit, ut si par utrinque spes affulgeat, nec dispar ea, quae spes assequendi facultas, non quisquam vir bonus, & innocens, quam pravus, & improbus, esse malit.

Sed ego P. C. vestra in me audiendo patientia nimis abutor intemperanter. & in re minime dubia testes profero non necessarios. Quidquid de caeteris Petroniani operis partibus statuetis, haec sine dubio, quae coenam Trimalchionis exequitur, non multo ante conscriptum hunc codicem incolumis fuit. Adite, quaeso, Joannem Sarisberiensis decimi tertii prope saeculi scriptorem, quem in suo de nugis curialium opere, non minus sermonibus huius integri convivii, quam epulis, effuse delectatum invenietis, ex coque & porcum Trojanum, & ductilem ex vitro phialam, tanquam apophoreta quaequam secum abstulisse, ut his ad illustranda ingenii sui monumenta uteretur. Atqui structuram huius fragmenti (seu germanum illud, sive supposititium dicere placet) multo quam hoc ejus exemplum, vetustiorum

esse constat. Clamat hoc mendorum deformitas & multitudo: clamant orthographiae peccata, aliaeque scripturae vitia, quae neque a vero auctore profecta sunt; neque impostori homini (si quidem fraus ulla in hoc negotio versata est,) minime rudi aut indocto, conveniunt. Vero autem propius est, librorum imperitia, dum alia ex aliis transferendo mendose scripta mendosus exseribunt, hac tanta clade codicem affectum esse: quae quidem si meus accusator admittit, & patitur se, cum iniri chronologiae rationem, jam constat hoc ab illo crimen incidet in tempus, quo committi omnino non potuit: non enim magis impostura aliqua opus tunc erat ad proferendum hoc Trimalchianae coenae fragmentum, quam sit hoc tempore ad carmina Virgilii, & Tullii orationes, & Livii historiam, propterea quod haec omnia vera, & germana supersunt; quomodo & Petronius hac sui parte, ut videtis, supererat legebaturque, & laudabatur; vel si jam interierat, nondum adeo certa, & explorata ejus amissio esse potuit, nec tam anxia inquisitio, inventio tam desperata, ut extremo huic suppositionis consilio locus ullus esset. Certe hoc ejus operis caput maxime omnium cum temporis injuria pugnasse, ejusque expugnationem, & quasi assumptionem in illo communi veterum litterarum incendio, nullo modo certam tunc exploratamque fuisse, argumento sunt, super disertam ejus in auctore, quem dixi, mentionem, multa huius coenae veluti frustra, & semefa fercula, per impressos haecenus codices dispersa, & vaga, quae nunc, ut Patavinus typographus verissime praedicat, scripti huius beneficio suae integritati restituta, & veluti mensae iterum apposita, cernuntur.

Vides, inepte critice, quam in irritum ceciderint insani illi tui conatus. Quid enim nunc illi primae legioni facies, quam mecum prospere pugnasse confidentissime gloriaris? quo te vertes cum caeteris tuis ridiculis copiis, quem locum capies in quo tuto consistere, thraeo magnifice, possis? cum omnes conclusas, & circumventas videas, hac una rationum cohorte ab huius codicis prolatione deducta; ut vereri jam subeat, ne consulto, ac de industria librum tantisper oculuisse videar, & quasi in insidiis collocasse, quo incautos, & sibi nimium fidentes, tuique similes, ad ineptias effutiendas, & risum praebendum elicerem: quomodo ridere saepe videmus,

*In trivitiis fixum qui se declinat ad assem.*

Quid enim tam ineptum, ac tam ridiculum, quam omnis ille tuorum argumentorum apparatus, praesertim cum recentissimum hunc esse ais inepti homuncionis abortum, propterea quod

quod verum Petronii textum castigatum, restitutumque exhibuit ex conjecturis novissimorum criticorum, eosque nominatim commemoras, quos viros, dii boni! Tornaesios, Doufas, Casaubonos, Scaligeros. Cum autem adhuc meliores alias castigationes in hoc scripto agnoscas ad hanc diem inauditas, easque ultro probes, & magni facias, tecumque hac in re sentiat doctissimus Schefferus, & nulla dubitatio reliqua de codicis antiquitate jam sit; alterum fatearis necesse est, aut in machina ordinanda versatam fuisse mentem aliquam inusitatae cujusdam in criticae studio sagacitatis, & tot ac talibus ingeniis praestantiorum; aut verum, & genuinum sui scriptoris factum hunc esse, certe a probis, & contumeliis, quibus a te passim accipitur, longissime remotum: ac nisi ex livore, & malignitate totus factus es, sine cunctatione fatebere, cum primum novam hanc fragmentorum Petronii editionem aspicias, & lectionum varietatem ad corrigenda vetera hujus auctoris exemplaria per otium considerabis, nimisque praeceps tuum iudicium de meo censu hoc uno novo fragmento instructo damnabis.

Quid nunc P. C. pluribus jam attinet immorari in verbis, & formulis, & reliqua scripti hujus dictione, unde suas conjecturas praeclaras antiquitatis magister ad me traducendum deducit; praesertim vero, quod hanc partem meae defensionis executi egregie sunt viri doctissimi populares ejus, qui ingenium industriamque suam tot editis operibus nobilem; in vocibus, quas ille barbaras, monstruosas, & ne humanas quidem appellat, partim corrigendis, & restituendis, partim asserendis, & excusso diligenter Latinae linguae universo penu, suae notioni reddendis felicissime collocare. Nec omnino nihil meritis esse hac de re visus est subscriptor ejus Valesius, qui suam *Barbatoriae* interpretationem, vocabuli pro barbaro & absurdo repudiati, sic amplectitur, sic tanquam unicam filiam exosculatur, & in sinu habet, ut scriptori ante se 200. annos nato furti literarii litem intendat, quasi quae ab illo didicisset, pro suo vendidet: quem etiam profecisse contendit à clarissimo viro, fratre suo, cum epulas illas Trimalchionis *coenam liberam* nominavit. Sed ut jam dixi hanc meae causae partem, satis idoneis defensoribus curandam relinquo. nec vereor P. C. ne illorum adducti auctoritate, sine dubitatione apud vos non statuatis, nihil aliud esse causae, quod conjecturae talium ingeniorum tam belle conveniant cum hoc fragmento, quam ipsam veritatem, quam certe nisi scriptor illius illitteratus, & barbarus secum facientem habuisset,

nullis vestigiis ad tam recondita Latinitatis arcana pervenire potuisset.

Nequeo tamen mihi temperare, quin ad ea, quae de loquendi quibusdam formulis petulant, & absurde jaedari video, paucis respondeam, nec iis contentus sim, quae jam de hoc toto genere in meam ad Mocenicum epistolam congesti. Non placent critico illa verba, *unus servus Agamemnonis interpellavit trepidantes*. Credo elegantius futurum fuisse putat, si dixisset, quidam servus Agamemnonis nos interpellavit: At placet Tacito, qui se satis Latine loquutum existimat, cum dixit, *eadem anno, ni mature jubentum foret, mancipii unius audacia discoratis, armisque civilibus rempublicam percussisset*. Placet Ciceroni, qui disputatione de Oratore, *Lacium Crassium unum patrem familias*; in Philippicis, *Marcus Antonium unum gladiatorem nequissimum* appellat, eoque loquendi genere non necessitatis, sed elegantiae, causa multis aliis locis libenter utitur. Etiam Catullo placet, cui novus hic

*Suffenus unus caprimulgus, & fossor.*

videtur. Denique placet eruditissimo Scheffero, cujus unguis pluris est, quam ipse totus, politamque hanc dictionem, doctam & elegantem vocat. Requirit censor noster puritatem Romani sermonis, cum audit, *tamquam unus ex nobis*, & orationem quasi magis Christianam, quam Latinam, auctorem vero tanquam compilatorem sacri Mosaiici sermii manifestum reprehendit. Haec tamen eadem verba in hanc sententiam, securus ejus supercillii, usurpat Plinius; nec veretur ne se quisquam inelegantem, & barbarum judicet. Audi si molestum non est, quam id ille maxime probat, quod tu improbas: *Unum se ille è nobis, & hoc magis excellit, quod unum è nobis putat*. Minus veretur ne ab illo vapulet Cicero, cum ait: *Ruffo me Divusfidius ita desideratur, ut si esset unus è nobis*. Quod si Plinio, si Ciceroni, licuit uti genere orationis in sacris litteris usitato, sine suspitione furti in illo sacratio facti quid ni liceat Petronio, adversum quem adeo injustum, & rigidum te praebes, ut status idcirco illi, si Diis placet, controversiam moveas, & ut se ipsum ejuret ac repudiet cogis?

Vide autem, quantum in hoc à te dissentiam; quae tibi validissima argumenta videntur abjudicandi à Petronio hujus fragmenti, in iis ego argumentis vel maxima hujus causae praesidia posita esse cenfeo. Qua de re antequam dicere incipio, aliam quandam, quae mihi tecum est, controversiam paucis aperiam; nec sane erit quod moleste id feras, quando-

quidem hac eadem in re à me ipso dissentio: adductus scilicet vi veritatis, ejus mihi studium omnibus meis studiis, & rationibus antiquius est. Nam cum hætenus vulgatam de Petronii ætate opinionem, quæ illum Neroni æqualem statuit, probare solitus essem, nuper accurata eruditi hominis disputatione coactus sum, ut multo recentiorum hunc scriptorem existimem, & paulo ante Constantini Augusti tempora, certe longe infra Severum collocem. Primo hoc mihi persuadet altissimum de illo silentium in scriptis vetustiorum auctorum, Quintiliani, Suetonii, Plinii, qui ingenii sui temporis recensendis, & prædicandis, diligentissimi fuerunt; nisi putas lege majestatis deterritus ob Neronis principis vitia in hæc libris notata: præsertim rara illa Trajani temporum felicitate, ubi sentire quæ velis, quæque sentias, dicere liberum solumque fuit, nec ulla tritior habita via est exequendi laudes principum tunc florentium, quam insectando vitia superiorum, ut vel hoc ipso nomine acceptos vulgi palato Petronii sales, certe minime neglectos, aut famæ incognitos esse oporteret; quomodo minime ignota fuisse constat *dicta factaque* illius Petronii Tacito celebrati, inter quæ scripta etiam diligens Historicus utique commemorasset, si quid memoratu dignum ab illo scriptum putasset: nam codicillos, qui Neroni missi ab illo morituro sunt, ut idem tradit, obsignati, verisimile est, aut suppressos continuo fuisse à principe, ut *faciendis sceleribus prompto, ita audiendi ea, quæ fecerat, insolente*; aut, si mox prodire materiam potius sermonibus garrientis in circulis vulgi, quam seriis scribentium lucubrationibus præbuisse. Qui autem factum est, ut Petronius noster ævo superiore, ut videtis, obscurus, & ignotus, viris eruditis, qui aliquanto ferius florere notissimus esset, & inter præcipuos recti, & emendati, sermonis auctores laudaretur, adeoque inter eos, qui familiam in hoc genere ducunt, recenseretur, Prisciano, Diomedo, Victorino, ipsi quin etiam divo Hieronymo tanti sit, ut ne tum quidem, cum ad foeminam, & virginem scriberet, quicquam offenderetur obscœnitate argumenti, quin ejus nomen, ejusque sententias suo stilo usurpandas putaret, interque illa severa castitatis præcepta inferret? quod sine dubio summæ ejusdem scriptoris auctoritatis, & supra suæ materiæ invidiam positæ, indicium est; qui certe splendor in ipso sui fonte atque origine tam tenuis, ut omnino nusquam appareret omnino esse non potuit; nisi forte Giges aliquis cum annulo fabuloso præsto fuit, qui opus illud suis æqualibus, & proximæ posterita-

ti tantisper occultuit; aut Maroniana illa, quæ mox

----- *circumfusa repente*  
*Scindit se nubes, & in æthera purgat aper-*  
*tum.*

ex eaque tanquam ex machina emerfit,

----- *claraque in luce refulsit*

Titus Petronius Arbitrator, non ille cum exiguis codicillis Neronianarum noctium indicibus, quos Tacitus commemoravit, sed sexdecim amplius voluminibus satyrico sale resertis onustus; quæ statim excepta cum plausu, & ad exemplar omnium elegantiae propolita sunt. Atqui hoc automaton plane factum negat auctor perantiquus Lutatius Placidus, qui Statio Papinio suo posteriorem hunc Petronium facit, quem etiam a suo poeta profecisse affirmat, cum is dixit:

*Primus in orbe deos fecit timor.*

Nec vero spernendum ullo modo videtur testimonium in hac re scriptoris, qui propter antiquitatem plurima ætatis Petronianæ vestigia ex ejus operibus, tunc sine dubio integris, deprehendere potuit. Quid multa? ipse Petronius de hac controversia diserte pronunciat in illa elegantissima de sui temporis vitis querela, ac de ruina bonarum artium, inter quas picturæ ne minimum quidem vestigium reliquum esse dolet. Huic ego querelæ in sæculo Neronis nullum omnino locum reperio, cum ad usque Commodi principatum, statuas egregio artificio perfectas, adhuc extare in Urbe audiam, nec vero propter arctissimam harum artium societatem fieri posse arbitror, ut diverso à sculptura fato usæ pictura sit; sed utcumque potuerit, testimonia certe non dubia florentis tunc etiam pictorum industriæ habemus ex parietibus nuper, ut accepi, repertis in ruderibus thermarum Titi, eorum autem parietum crustas diligenter exceptas ajunt, & in pinacotheca viri primarii collocatas, ad specimen hujus artis longe clarissimum, nec minus ad sæculi, quo proditum est, laudem; ne quis illud notatae a Petronio inelegrantiæ audeat accusare; quæ deinde labes circa Constantini tempora quomodo in picturas, & statuas grassata est, ut argumento sunt insculptæ arcui hujus principis apud Urbem figuræ, sic reliqua omnia musarum studia, atque opera inquinavit. His ego non argumentis, aut conjecturis, sed ipsius rei pro se manifeste loquentis fidei, haud quaquam gravate me dedidi, & a pristina mea opinione discessi. Nec vero, quo minus constanter in hac nova permaneam, tuæ me repertæ nuper inter Neronem, & Trimalechionem comparationes commovebunt, quibus nihil quidquam in omni memoria



moria litterarum ineptius legi, nihil ab re magis, nihil cum ratione pugnantius.

Sed ut jam ad propositum redeam, quo tu ore, qua lingua, loquutos putas primos illos sacrarum litterarum Latinos interpretes, qui designatis hic a me temporibus florere? non opinor pura illa, & exquisita, & doctissimo cuique vix usurpata dictione, sed humili, plebeja, & quam promiscua multitudo usurpabat. Tale enim orationis genus maxime conveniens futurum erat auctoribus ipsis, quorum versionem humane sapientiae verbis, sed nuda, & ab omni eloquentiae fuce remota, veritate pollebent. Quid igitur miraris, quid tantas tragœdias excitas, si usitatas sacro eloquio dicendi formulas in his fragmentis offendis, nec venit in mentem, quibus illae personis, cui hominum generi tribuantur? nempe cocis, pistobibus, lapidariis, caeterisque ex infima vulgi faece petitis, quorum ut a moribus longissime distant altissimi divinae scripturae sensus, sic sermone non admodum oratio discrepat. Hi si tibi videntur inquinatae, si abiecte, si barbare loqui, nil miri, nil novi accidit: hoc enim ipsi etiam Petronio videntur, nec risui temperat cum illos audit; ut crebris interdum potiusculis impotentiam ipsius castigare necesse habeat, ne in cachinnos erumpat, & usque ad lacrymas rideat una cum doctis, & elegantibus viris ad hanc coenam adhibitis. An alia mente hoc suum opus Satyrici titulo inscriptum ab illo putas, quam quod omnigenae varietatis plenum est? quid igitur mirum, aut decore adversum, si cui vitia hominum notare atque irridere propositum est, sermonis vitia inspectetur, eamque materiam suscepto argumento non alienam existimet? Hinc illi affectati archaismi, hinc importunus Graecarum dictionum usus, & cetera, quae tu merito barbara, & solidae esse putas; sed praecipue illa quae tibi videntur nova, & hodiernum Italicum sermonem redolentia. quid autem inde colligis? an idcirco scriptoris proposito convenire negas? quid tu vulgarem hunc Latini sermonis usum, diversis quasi canalibus in Italos, Gallosque, ac Hispanos derivatum, subito credis quasi ranas pluvias extitisse, nec potius paulatim, & valescentibus per intervalla corruptelis ab usque veteri Latio coeptis? In quo etiam illi unius urbis cives, & modici agri coloni aliter tamen vulgo, aliter inter honestiores, loquebantur, eoque magis cum populus deinde

----- coepit agros extendere victor & urbem

Lator amplecti murus -----.

Nec vero dubia res est. Alioquin enim quae tanta laus fuisset aut Corneliae Gracchorum

matris, aut Aureliae Caesaris, multarumque praeterea illustrium matronarum, quod liberos suos inter alias honestas artes ad nitorem Romani sermonis instituisset, quidve opus foret exquisitis illis educationis praeceptis, quae ne nutrices quidem, quarum sermo vitiosus esset, ad puerorum consuetudinem admittunt? Multo latius deinde patere coepit haec loquendi in uno eodemque populo diversitas, post iniusam Urbi, ut ait Cicero, peregrinitatem, & resertam colluvie omnium nationum Italiam; ejus rei exempla litteris consignata proferre magni, & molesti negotii res est. Quem enim tunc, cum pulcherrima, & elegantissima quaeque tam foede negligebantur, quinquilias hujusmodi sua cura dignaturum fuisse putamus, ut communi litterarum calamitati subtraherentur? Illud satis exploratum videtur ex paucis & obscuris, quae utcumque supersunt, vestigiis, aliam atque aliam hujus vitii faciem fuisse pro temporum, in quae incidit diversitate; aliter enim humiles personae in Plauti scena inductae, laborant hoc morbo, aliter postea laborasse credendi sunt Amasius ille & Rabinus, quos M. Varro *vulgari sermone* disputasse in Academicis apud Ciceronem commemorat, quorumque sese vir ille doctissimus dissimilem esse gloriatur: alia in hoc genere alicubi peccat Vitruvius, & si quis alius eo tempore stilium scaevum hac faece sermonis inquinavit: alia longo post intervallo scriptor historiae Romanorum pontificum, quae nomine Ananiasii Bibliothecarii circumfertur; quibus ego adjicio, ut ad nostra tempora propius accedam, Dantis comoediam; ejus enim dicitio adeo popularis est, & ad vulgi gustum accommodata, quemadmodum aequali ejus Francisci Petrarchae placet, ut cauponibus, & sulconibus, ac lanistis in deliciis fuerit; quae tamen hac nostra aetate nisi doctis, & eruditis, nec intelligitur, nec omnino quidquam sapit. Quod certe summo poetae, & eloquentissimo scriptori vitio verti non debet, nam quod antea linguae corruptela, jam proprium novi in Italia idiomatis corpus, suo cultu ornatum, suo nitore conspiciendum esse coepit; neque enim illic Danti Latine loqui propositum, tam ut superioribus, quos dixi, fuit; nec vero si fuisset, non elegantissime, & pro caetera sua summa doctrina, & eruditione loqui potuisset. Jam vero suam vulgarem, & plebejam orationis faciem desuisse, credibile non est etiam Petronii aetate; cujus ego cum expressissima vestigia in hoc fragmento cernam, nec alia in chartis occurrant, cum quibus illa conferam, & sic esse tibi persuadeam, ad ea litterarum monumenta, in quae temporum inclementiae minus licuit, respiciam oportet, ad lapides, inquam,

quam, prisca inscriptionibus insignes. Hæc mecum, imo cum Salmasio, similem hujus nostræ, cum agit de lingua Hellenistica, controversiam agitante, quaeso recognosce, & Gruterum aliosque monumentorum hujusmodi collectores consule, & persuade tibi, si potes, quicquam te ad hanc causam boni consilii, quidquam recti iudicii, denique sanæ mentis aut rationis attulisse.

Certe mihi aliquando peccata illa perpetua in genere nominum, in hoc fragmento reputanti adeo gravia sunt, ut librarii illa negligentia potius, quam auctoris proposito, quamvis invita ratione tribuenda censerem; donec admonitus à pariete, quem dixi, in Titi thermis invento me collegi: nam duas areas inter cæteras ejus historias spectari ajunt his appositis inscriptionibus:

*Forus Olivtorius.*

*Forus Boarius.*

qua re accepta, stuporem illico damnavi meum, ut jam nec *coelus*, nec *fatus*, nec *vinus*, nec *lorus* displiceant. Imo versare statim animo coepi, an hoc proprium valescentis plebeji sermonis inegantia, & veteris linguae probitatem superantis vitium esse putarem, cum etiam apud Gruterum depravationes hujusmodi multis in vocibus animadverterem, cumque *lutus* pro *lutum*, *vase sua* pro vase suo, *hic monumentus*, pro hoc monumentum, scriptum viderem. Nec vero ulterius, quin ita factum esse statuerem, dubitavi, ubi primum a Bembo didici, nullum generis neutri, nec in Italicae, nec in aliarum vulgariarum linguarum, nominibus usum esse; eam igitur corruptelam sermonis, ut omnes alias, paulatim irrepsisse verisimile est, quod sine dubio fieri non potuit, nisi multo antea, adeoque prioribus saeculis incepisset, donec à fermone, qui nunc in usu est, omne penitus exolesceret neutri generis vocabulum. Vides profecto neque phrasas sacrae scripturae, neque idiotismos hodierni Italici sermonis huic fragmento quidquam esse fraudi, quominus probum, & germanum, & antiquum esse censeatur. Ad de veras corruptiones vocum ab imperitia librariorum profectas; adde sciolorum interpolationes, & ex margine in contextum irruptiones; & cætera scriptionis peccata: in quae si quidquam accusatori meo cordis esset, non exanderet, nec scriptum hoc temere supposititium pronuntiaret, nec tam industriam suam operi calumniando, quam castigando, & restituendo collocaret.

Actum erat de pulcherrimis antiquitatis monumentis, si, quae illi in hoc genere mens est, primis illis litterarum aëtoribus superiore saeculo fuisse. Quid enim Plinio corruptius, quid Fabio Quintiliano, quid libris & fragmentis Li-

vii posterius inventis mendosius, aut deformius fuit, cum primum ad manus eruditorum pervenire? quorum tamen vitia doctissimi homines, nequaquam elato, ut facit hic censor, supercilio exceperunt, nec modo corvorum, & vulturum ad laceranda ea corpora quasi vulneribus confecta, sed instar officiosi medici, cum ex parte, quam integram cernebant, vitia, ac spiritu praedita intelligerent, ad cæteras sese sandas ac restituendas accinxerunt. At enim hujus fragmenti deformitas insignis est, nimisque frequens per totum ejus contextum barbaries, quasi vero terminus in hac re aliquis praefcriptus esset, aut modus statui poterit injuriae temporis, intra quem saevire in libros deberet. An vero idcirco praecipites nos esse convenit in serenda contra veritatem manuscriptorum codicum sententia, propterea quod paulo quam cætera durius habitus sunt, nec potius diligenter in utramque partem negotium examinare, plusne momenti esse videatur in vitis ad librum repudiandum, quam in iis, quae integra, & genuina sunt, ad agnoscendum.

Hoc ipsum P. C. vobis hodie diligenter in hac causa faciendum est, nec est quod timeatis, ne nimis proluxa oratione fatigemini, cum alteram hujus propositi partem executi jam simus; satis enim liquet ex iis, quae hactenus disputavimus, quanti sit ad sententiam de hujus fragmenti statu ferendam, quod mendis, & barbarismis, & cæteris sermonis vitis inquinatum, ac deformatum est, cum partim ea vitia de industria adhibita, partim fortuito illapsa ostendimus. Age vicissim, quae integra hic videmus, quae castigata, quae urbanitatis, & elegantiae plena, & ad Petroniani palati saporem perfecta, num à barbaro aliquo, & inconcinno scriptore, qualia erant aequalium hujus codicis ingenia, excogitari, & fingi poterunt: quorum, si placet, nonnulla insigniora in medium proferam.

Auspicari autem libet ab iis, quae doctissimus Schefferus recensuit, *de arenae sparsione in theatris: de vitali lecto: de jejunio tempore siccitatis: de lanatis deorum pedibus: de gladiatore tertiaro: de exhaeredatione cum elogio: de Venere strabone: de puero bederi redimito, & modo Bromium, interdum Lyaeum, Eubiumque confesso: de Priapo cum fragibus in sinu more vulgato.* His adde, *coenam liberam, & barbarioriam cum Valesio, praeterea pueros capillatos, canes Laconicos, ferum Noricum, titulum auctionis, cisternam frigidariam, sponsonis provocationem, si prafinus proximis circensibus primus palmam. monumentum quod haeredem non sequeretur, in fronte pedes centum, in agro ducentos porrectum. adde morem ultimo supplicio in servos animadvertendi, & quod genio domini maledicere capitale fuerit.*

Quid illae notiones vocum ex intimo Latinitatis penu depromptae, *familiae* pro servis: *contubernalis* pro uxore servi: *maligne* pro parum, *pro reliquis sua insolentia*, nec potius, ut vulgus scribentium diceret, iuxta reliquam suam insolentiam: *duravi interrogare* pro sustinui, cum Tacito: ubi ait, *Augustum in nullius unquam suorum necem durasse*. *Praeconis artificium* pro re quaestiuosa, cum Martiale:

*Artes, enim ait ille, discere cuit pecunio-  
fas,*

*Praeconem facito vel architectum.*

*fortunae filius* cum Horatio: *imperare* pro exercere cum Virgilio, ubi ille,

*Exercetque frequens tellurem atque imperat ar-  
vis.*

In signo piscium natos obsonatores futuros, qua conjectura notum videtur huic scriptori, quod eruditionem non vulgarem sapit, *obsonium* pro piscibus, quasi per autonomasiam usurpari. Jam *proferibere*, id est venum exponere: iam *castigare crebris potinuculis risum*, & non potius coëtere: & *interpellare* pro impedire: *subornatus* pro instructus: *supremum diem obire* pro mori. ad summum enim barbarus obire simpliciter dixisset: *offendere* pro displicere. Quid illa? *secundum litteras: secundum statum: ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum serpexit*, nonne in medio Latio videntur nati? & *oli pessimo*, non potius odi maxime. quid illae aliae formulae minime vulgares, & *facinus indignum, aliquis ovillam est & tunicae habet*? ubi notabilis est antiquorum lanae frequentior, quam lini, usas, & ipse vulgo non admodum notus. Item ubi Trimalchio in coquum excandescens, *oblivisceretur*, inquit, *aliquis porcum exenterare*. in quibus ego formulis Maronianam musam elegantissime hunc ipsum affectum exequentem agnosco, cum ait:

*Tunc pater omnipotens aliquem indignatus ab  
umbris*

*Mortelem infernis ad limina surgere vitas.*

Jam illae transitiones lepidissimae, *quid multa? ne multis vos morer*: item ubi convivam oscitantiam coci damnantem inducit, quod porcum non exenteraverit, & dicentem, *non mebercules illi ingaslerem, si piscem praeterisset*, statim subjicit: *At non Trimalchio, qui relaxato in hilaritatem cultu: Ergo, inquit, quia tam malae memoriae es, palam nobis illum exentera*. Adhuc huic illud Virgillii:

*Haec Proteus, & se jactu dedit aequor in al-  
tum,*

*Quamque dedit spumantem undam sub vertice  
torsit.*

*At non Cyrene: namque ultro affata timen-  
tem.*

Audite reliqua hujus narrationis, & nisi lepi-

dissima sunt, & vere Petroniana, me licet impostorem, & planum, & hoc fragmentum supposititium, & adulterinum judicate: *Recepta coquus tunica cultrum arripuit, porciq; ventrem timida manu secuit; nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tunicula cum hotellis effusa sunt, plausum post hoc automaton familia dedit, & Gajo feliciter conclamavit*. Quid expressius, quid lepidissimo scriptori convenientius? sexcenta sunt hujusmodi P. C. quae si velim enumerare singula, & laudare pro merito, nullum dicendi finem faciam. Vos ea, cum librum legetis, tacita vobis cogitatione, quaevo, subjicite. Quod cum feceritis, tingite, si placet, adductam ad vos aliquam ex illis mulierculis, quae sese à malis genis obsessas, & agitas mentiri solent; Has certe, cum de rebus supra captum suum audimus differere, cum de philosophia disputare, cum latine, cum graece memoriter, & expedite loqui, omni illas imposturae suspitione liberare solemus. Non aliter hunc, & sua sponte, & saeculi sui fato rudem, indoctum, inegantem scriptorem cum doctè, erudite, atque eleganter loquentem auditis, à falso confecti, & ex ingenio suppositi hujus fragmenti crimine liberum, & prorsus innoxium pronunciare debetis. Nisi sorte imprudenti illi, casu aliquo, verba tam ornata, tamque exquisita dicendi formulas excidisse putamus. Hoc qui existimat fieri posse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius & viginti formae litterarum aliquo conjiciantur posse ex iis in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quomodo disputabat Balbus ille Tullianus advenis insanam Democriti, & Epicuri philosophiam de mundo, ex fortuito atomorum concursu fabricato. Sed ut maxime casum intervenisse dicamus in illa parte fragmenti, quae constat ex colloquiis, ut supra dixi, hominum imperitorum, ubi dictio elegans rarior est, quid faciemus alteri parti, ubi personae doctae, & auctoris periculo differentes inducuntur: qua in parte sermonis puritas, & elegantia perpetua est, quod auctor hic lepidissimus velit esse non suum?

Hoc autem, ut eo manifestius deprehendatis, signo aliquo ad marginem apposito hanc, quam dixi, fragmenti portionem à reliquis distinguite; & quod non semel a me factum est, separatim legite, ac judicate. aut ego nullum unquam librum Latinum attingi, aut vos scriptionem totam probam, germanam, antiquam, & optimo saeculo natam sine dubitatione pronuntiabitis, & mirari desinetis tantam in hoc fragmento sili varietatem, eamque adeo non exscriptoris crimini, sed auctoris consilio, tribuetis, non solum vitia hominum, ut ante dixi, sed etiam sermonis, & linguae irridentis. Unum excipio, si a-

licubi vitiosum aliquid offenderis, in quo liberrari culpa versata sit, quae auctori fraudi esse non debet; & est, quod minime ignoratis, omnium veterum monumentorum cum primum ab interita vindicantur, communis haec calamitas.

Sed jam fatis, ac etiam nimis multa dicta sunt de argumentis, quae ducit meus accusator ex huius scripti verbis, ac tota loquendi ratione; ad res veniamus. Offendit censorum nostrum Trimalchionis inurbanitas, illiberales joci, sordes convivarum, indoctique & insulsi sermones, & universus coenae apparatus, nequaquam fatis exactus ad normam illius Petronii Neronianarum elegantiarum arbitri à Tacito commemorati, quem cum Arbitro nostro coniundit. Piget hic P. C. iterum ad partes vocare ineptissimum nugatoris de Nerone Trimalchione commentum, fatis, ut arbitror, à Valesio suo, & a me ipso, consultatum; quamquam non stomachari non possum, esse aliquem vel mediocriter in Romanae historiae cognitione versatum, qui Neronem agnoscit in oratione nullo vestigio crudelitatis impressa, quo vitio, cui, Tacito auctore, caeterae ejus libidines cedebant, tanquam praecipua quadam nota insignis est vita illius principis. caetera minime inepti, nec indocti, nec rudis, unde etiam fatis ampla peti poterat non obviandum solum, sed etiam deridendi, & amarissimo sale perfricandi materies. Certe sine his notis, & quasi proprio, ut ita dicam, characteri non magis ad verum pingi potuit Nero, quam sine barba Jupiter, sine crinibus Apollo, sine hasta Pallas, sine tridente Neptunus. Alia omnia in animo habuit Petronius noster cum Trimalchionem in scenam induxit, quam principem ullum Romanum, aut omnino quemquam notae paulo honestioris mortalem. Ecquid intelligitis rem illi tunc fuisse cum genere hominum humili, abjecto, impuro, quibus nulla à natalibus, nulla ab educatione, nulla à studiis honestis, commendatio est? qui cum divites se factos vident, & literas admirari fero incipiunt, inter suas opes inopes, inter studia doctrinarum indoctissimos, se produnt. Quod plerumque usu venit iis, qui repente ditescunt accepto non ab Jove, nec a superis, sed à Dite, & Manibus beneficio, praesertim si malae artes accedant, qualis fuit ille domini sui haeres, a Luciano memoratus, κατεπόων οικίης, ἐκ παιδικῶν τίμιον, ὑπεξυρηκένον ἔτι τὴν γάβρον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παιδαγωγῶν ἡδονῶν, ἃς ἡδὴ ἔξωρας ἀνὸς ὑπερότετησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὀγενναῖον ἀπολαβόν. quibus fortunae gradibus sese ad suam felicitatem processisse Trimalchio non gravate fatetur, nec improbabile omnino est, ejus personam Petronium ab hoc ipso Luciani loco petiisse; id quod certe nemo scriptor qui ccc. abhinc annos vixit,

facere potuit, cum eo saeculo neque Luciano, nec omnino Graeci cujusquam scriptoris ulla paene esset inter Latinos cognitio: ita ut homines doctos quoties consulto Aristotele, aut Platone, caeterisque insignioribus Graeciae luminibus opus esset, ad interpretes Arabas, & horum versiones saeculo superiore à Latinis factas se conferre oporteret: id quod Divum Thomam fecisse memorant, ad illustrandas suas illas admirabiles de philosophia morali & rerum natura disputationes.

Sed ut, unde digressi sumus, redeamus, haec universa hominum stultorum natio à Graecis νεοπλατωνῶν appellatur, vocabulo non fortunae modo novitati imposito, sed etiam ingenio, & vitiis, quae plerumque hanc mutationem sequi solent; indeque usu receptum est, ut cum quid ineptum, importunum, sui impotens, dicere volumus, νεοπλατωνῶν dicamus. Sic in coena, quam Plutarchus paulo hac nostra apparitionem septem praeterea sapientibus instruxit, sermones convivarum in persequendis vini saporibus, & unguentorum odoribus, iusto plus occupati δοστικῶν τι καὶ νεοπλατωνῶν judicantur. Sic nimis exquisitam in vitae cultu magnificentiam Dio ille Syracusanus, accepta à magistro suo Platone doctrina, νεοπλατωνῶν τροφῆν appellavit. Ita Cicero, cum de Campano sui temporis verba ad Quirites faceret: *Uno*, inquit, *hoc etiam magis quam illi veteres, germanique Campani, quod in vetere fortuna illos natos, nimiae tamen rerum copiae depravabant, hi ex summa egestate in eandem abundantiam tradacti, non solum copia, sed etiam insolentia, commovebantur.* Hujus autem saecis tanta copia in vita est, ut Aristoteles, cum sua illa divina de trastrandis affectibus, & permovendis animis praecepta formaret, genusque humanum in quasdam veluti classes partiri instituisse, & suos cuique mores, sua studia assignaret; unam inter caeteras repentinorum hujusmodi divitum posuisset. Διαφίσει δὲ (ait ille) τοῖς νεωστὶ κεκλημένοις, καὶ τοῖς πάλαι, τὰ ἡθῆ, τῷ ἀπαντῶ μάλλον καὶ φιλολόγοι τὰ κατὰ ἔχθρην τοῖς νεοπλατωνῶν. ὡσπερ ἡδὲ ἀπαιδεύσις πάλαι ἔστι τὸ νεοπλατωνῶν εἶναι. quasi divitem esse, ratio quaedam atque doctrina, non merum fortunae beneficium sit; quam Tacitus *luxum eruditum*, quam Flaccus *artem fruendi*, nominavit. Hanc tantam tam uberem jocandi, ridendique materiam, quid, oro, mirum est, à Satyrico lepidissimo delectam esse, & tam obviam, tamque late patentem in hoc vitio hominum intemperantiam ad notandum susceptam, quomodo Rhetorum vanitatem, & Grammaticorum ineptias, & juvenum amores, & foeminarum impudicitiam notavit?

Jam, si placet, videamus an hoc suum describendi, ac traducendi neoplutos propositum recte hic Petronius exequatur, & an ipse Trimalchio

chio impostam sibi ad hoc praestandum divitis inepti personam fatis cum dignitate iutneat. Illum autem ex parte, qua iam pridem notus est, & minime controversus, aestimemus, ex veteri, inquam, & ante edito fragmento, ut ejus mox priora lineamenta, vultumque incessum cum his novis, & recens cognitis conferamus.

Jam primum omnium lusus ille pilae cum pueris capillatis, quam ineptus in sene deliro sit, quam indecorus, videtis: quam deinde fordidam, atque intempertivae deliciae, matellam argenteam paratam habentis, & exonerantis in propatulo veticam, mox lavantis, & ad manus abstergendas pueri capillos pro mappa adhibentis, quantum vero arrogantiae in novo more, primum in convivio locum occupandi, inque solemnem illo ad epulas, quasi ad sacrificium, accessu: in illo ambitioso cursum phaleratorum comitatu, chironaxio, quo veheretur vetulus, lippus, & deformissimo domino deformior cantantus: in procaci fervorum ad symphoniam ministrantium choro: jam repositorium illud operosum, quo convivas suos coelo inferre, & Jovis epulis admovere visus sibi est, jam ferula suis quaeque coeli signis attributa, nulla cum elegantia, eaque vilita, & ad quae ipsi convivae tristes, & nausentis accedunt. Quid illi scissor, qui unius vocabuli compendio, & nomen audiret, & imperium acciperet, quam proximus, & plane germanus est illi in hoc novo fragmento commemorato vasorum Corinthiorum artificii, quorum utriusque nominibus ad frigidissimos suos jocos effutiendos nugator abutitur? Quid sicculae, quas omnino praestabat nudas, aut pipere, ut placet Martialis, adspersas mensae apponere, quam accersita putrium ovorum imagine conspurcare? quod idem deinde facit botulis, ac tomaculis, quae praeclarus hic coenarum magister, nequaquam fatis conciliari potuisse convivarum palato existimavit, nisi foeda stercoreis porcini opinione condidisset. Adde jaecantiam opulentiae & armillarum, anulorumque vanissimam ostentationem, qualem prorsus legimus apud Lucianum in simili convivatore, qui diu fordidus, repente divitem se, & ex Simone Simoniden factum somniavit: adde sermones inconditos, & plebejos, & insulta, atque invito Apolline profusa carmina: adde longam illam de moribus Fortunatae, & de sodalibus Trimalchionis unius convivarum narrationem, cujus dictio non minus rudis, & inelegans est in paucis illis clausulis, quae in calce veteris fragmenti leguntur, quam in reliquo ejus progressu, quem hujus nostri codicis beneficio debemus.

Haec omnia ex veteris coenae fragmento prolata, aliaque permulta, quae etiam proferri

possunt, ruris, & inscientiarum plenissima, si cum iis quae in hoc novo legimus, diligenter attentaeque conferantur, non puto tam aquam aquae, non ovum tam ovo simile visum iri. Quod quidem, si tu, Vagenseili, ut faceres ab ista animi tui levitate impetrare potuisses, si ferio potius, & considerate, quam petasatus, & & longinquo intentus itinere, osecitanter & perfunctorie ad judicandum te contulisses, quamlibet obtusus, tardusque sis, aliter omnino, ac fecisti, de re, quam svides minime dubiam, pronunciaffes: non temere objecisses novitatis crimen nunquam tibi viso codici, quod unica ejus inspectione dilui, & in ventos abire posse suspicari debueras: non accusaffes nullis adductis inimicitis, nulla violatus injuria, hominem profusum ignotum, nec idcirco dum fragili illudere dentem credis, tam solidum, quam nunc experiris, offendiffes. Sed omittere P. C. adolescentem inconsideratum, & improvidum, jam, ut arbitror, hac tanta veritatis luce adversus se opposita obstupescatum, ut mutire, aut hircere contra amplius omnino non audeat. Unum tamen adjiciam quod salva fide praetermittere non possum: adversari nonnihil vetustati hujus codicis adscripta illi Catulli carmina, quem aliquanto serius inventum ajunt. Verum si Josepho Scaligero diligenti hujus poetae commentatori credimus, non integri 50 anni a summa, quam ejus aetati assignavimus detrahentur, quo certe dispendio nihil deperit virium argumentis indutis pro veritate fragmenti, quandoquidem vis eorum omnis in saeculi, quo scriptum hoc prodit, rusticitate sita est, quae profecto addito hoc spatio in immensum crevit, Petrarcha scilicet quasi duce bonarum artium extincto, quo tempore, ut idem Scaliger ait, litteras scire barbaries erat.

Venio nunc ad alterum accusatorem, Hadrianum inquam Valesium, cum quo, quia nullas mihi nominatim inimicitias denunciat, sed litterarum dumtaxat certamen, nullo sibi desumpto adversario, ingressus est, lenius & civilius agendum puto; simul rationem habebam hominis dignitatis, propter laudatos eius in augenda re litteraria conatus, & quod Henrico Valesio ejus fratri novissima Eusebiana Historiae editione, multisque aliis ingenti monumentis clarissimo plurimum tribuo. Itaque amice adversus illum, non accusatorie, nec jurgis, aut maledictis, sed querelis, & expostulationibus certabo, nec tam de causa, quam superioribus argumentis optime constitutam, & in tuto jam positam arbitror, quam de me ipso privatim, & nonnullis meis civibus, ac ipsa de patria pauca dicam. Et primo quidem: quod me ignotum appellat, facile ignosco homini in amplissimo doctrinarum omnium theatro versanti, & magno

conatu, an etiam via, & ratione, ipse viderit, ad famam, ac nominis aeternitatem nitenti. Monere tamen non omitam, ut caute agat, & quantum in se negotii suscipiat, etiam atque etiam consideret, nec vero se utcumque notum, & celebrem esse, rem admodum praeclaram, & viro sapientis expetibilem putet. Id quod sine dubio scriptorem rerum gestarum (inter quos ille nomen suum, ut audio, professus est) propter effusam hominum omnium ordinis in hoc genus litterarum studia, extemplo sequitur, neque enim sine fama, incertum bona, an mala, caeterum ampla, & perpetua esse potest, non ergo de magna, atque aeterna ei fama, quae invitum etiam manet, sed de bona, & prospera laborandum est: ad eam porro, nisi in sua historia conscribenda haud paulo majore diligentia, consilioque utetur, quam in hac agendi causa usus est, nullo pacto perveniet. Nec minus libenter errori illius de mea aetate veniam tribuo, cum hominem quinquaginta amplius annos natum, credo juvenilium studiorum meorum commemoratione deceptus, juvenem vocat; &

*O mihi praeteritos referat si Juppiter annos!*

cum haec audio, interdum exclamo, illud animo satis aequo ferre non possum, quod in patriam meam, non id exigentibus causae suae rationibus, gratuito injurius est, cum eam urbem Dalmatiae ignobilem esse affirmat. Sed prius quam ad agendam publicam civitatis causam descendendo, adhuc pauca tecum privatim exposulare animus est. Ineementer omnino facere videris, ne dicam inurbane, quod Zippicos, cives meos, homines ignotos, & obscuros nominas, quorum familiae à majoribus, & opibus, & honoribus, & artium doctrinaeque cultu abunde superest, quo fe ab hac tua contumelia tueantur; sed ut ea quae fortunae sunt, missa faciam, nihil ne movet animum tuum Coriolani Cippici commemoratio, à typographo Patavino cum laude facta? cui sine dubio egregie respondere comperimus opusculum illud non inelegans rebus in Asia gestis, nisi tuam unam historiam lectu, & cognitu dignam existimas: sed habe aliud ingenii monumentum hujus ipsius Coriolani in Vaticana bibliotheca, ubi inter alios clarorum poetarum lusus carmen hoc reperiri accipio:

*Qualem fons suus, & ruina disci,  
Et dens fulminei peremit apri:  
Qualem sustulit armiger Tonantis:  
Et sterunt Borecyntii leones:  
Et frustra miser Hercules vocavit.  
Hoc Quaterius, beu, jacet sepulchro,  
Jam laus, nunc dolor urbis univrsae.  
Sed spes, hoc satis est, abi viator.*

Hunc non vulgaris impetum spiritus, & ingenii

non mediocriter eruditi foetum apud te, quaeso, diligenter expende, & imprudentem, homini tanta doctrinae elegantia, quantum in eo fuisse vel ex hac parva verborum clausula necesse est, maledixisse poeniteat. Sed vereor ne hac ipsa veteris hujus codicis domini eruditione ad causam fragmenti premeandam abutere, & quid ita factum sit, exclames, ut solus tanto thesauro, cujus pretium non ignorasset, incubaverit, non eo fe reperto sit gloriatus, non protulerit, non vulgaverit? Expectabam ut aderes, non imprefferit, non typis edi curaverit; cum nondum ullus typorum, nullus in scribendo formarum usus esset. Pergitne omnium temporum, omniumque morum rationem confundere, & quid cuique conveniens, quid proprium sit, aut negligere, aut ignorare, & qua facie rem litterariam hodie cernitis, eadem semper fuisse judicare? Sed jam ad publicum patriae meae negotium accedam. Qua in re quoniam turpe est patritio, ut ait ille, viro jus in quo versatur ignorare, ne, quaeso, moleste feras, si te officii tui tantisper admoneam, & in rerum, quodque historiam scribere professio non minori curae esse debet, locorum cognitione non admodum esse versatum ostendam.

Tragurium meo, si nescis, quae summa sapientum judicio urbibus esse solet, nobilitas est: Primum ob vetustatem originis, quae ab usque anno bis millesimo repetatur, quo tempore Syracusii, Dionysio tyranno post porrectas ad vicinam Italiam opes, Adriatici maris imperium animo agitante, Istum urbem, insulae, quam ad sedes figendas delegerant, cognominem condidere; à quibus mox, abundante sobolis copia in vicina Illyrici continente, Tragurium, & Epetium coloniae deductae sunt. hoc autem apud Polybium & Strabonem vetustissimos, & gravissimos auctores, si voles, invenies. Deinde ob conditorum, qui per ea tempora & opum magnitudine, & rebus gestis clarissimi habiti sunt. Quanti autem adversus lutum, quo tu hanc civitatem involvis, est, principem illam fuisse inferendae in oram Illyricam illius tractus humanitatis, & litterarum? quod illi bonum ex monstrato erudito vitae cultu, & mansuetis Graecorum moribus accidisse necesse est: quandoquidem ad temperandam ac veluti cicurandam ejus viciniae barbariem hoc Tragurium nostrum illi parti Illyrici praestitit, quod veteri Sicaniae Syracusae, quod Cumae Campaniae, quod Thraciae Byzantium, quod Massilia Galliae tuae; unde Druidas illos veteres plurima hausisse tum ad religiones ordinandas, tum ad gubernandam rempublicam, argumento est usus ab iis linguae Graecae multis in rebus, teste Caesare, deinde adhibitus. Hoc, inquam, idem veteres cives

mei

mei finitimos barbaros beneficio affecere; neque enim aliter fieri potuit, ut homines antea feri, rudes, inhospitales, bellicam suam virtutem vita piratica, & atrocissimi exercitum iustis militaris disciplinae praeceptis, & institutis temperari, & castigari sustinuerint; nec sine summa ratione, hinc potissimum accepta, vicini Dalminenses, aut initia sumere, aut nomen opesque suas, non amplitudine illi terrarum, sed hominum frequentia, & militaris disciplinae laude, propagare potuerunt, ut consimili Achaeorum, qui & ipsi circa eadem tempora florere, instituto plures civitates in commune confulerent, & in unum veluti corpus coalescerent, eoque consensu, & sibi praesidio, & hostibus terrori, & universae genti ornamento essent: ad quos idcirco debellandos, & sibi adiungendos non minus negotii populo Romano, quam usquam alibi terrarum fuit. Hinc illa Dalmatici triumphus laurus, nobili Flacci carmine celebrata, & splendidum Salomini cognomen; unde non minus honoris Pollionis familiae, quam Metellis à Creta, ab Africa Scipionibus, à Germania Neronibus & Drusis accessit. Succubuit mox sine dubio una cum reliquo terrarum orbe, praevalentibus populi Romani viribus, etiam Dalmatia, atque Illyricum universum, cui tamen ea calamitas incremento potius, quam incommodo fuit, ut fines suos antea modicos ad litum latissime extenderet; quo tempore civitas nostra splendidae inter caeteras civium Romanorum coloniae dignitatem obtinuit, communibusque deinde tam periculis, tam cladibus, à Gothorum, caeterorumque barbarorum, immanitate profectis, deserta usque ad Sclavorum adventum incolumis fuit. Huius gentis infans viribus, inquam eversa, & confecta, ut Salonae, & reliquae ejusdem tractus civitates, oblitit tamen, & in eodem vestigio, quantum afflictatae, & perditae licuit, vetus suum nomen tueri, & patrias leges colere, atque observare perseveravit, vitam, quam agri fructibus non licebat, maritimis quaestibus, & mercaturae industria tolerando; eo majore, quam aliae eodem usae fato Dalmatiae civitates, quod non solum veteres mores, vetusque erga principes Romanos obsequium, sed etiam locum ipsum retinuit, & quoad potuit sibi, & reipublicae, & nomini Christiano summa cum fortitudinis, atque constantiae, laude conservavit. Alteram deinde cladem à Saracenis est passa direptionis, atque incendii; & quamvis se funditus excisam vidisset, non tamen obniti contra fortunam desistit, quin iterum resurgeret, & refloresceret, & fidem suam integram atque constantem tum Ungarico, tum Veneto, imperio egregie approbaret, & priscos Romanos mores, & linguam nullis admixtis vicinorum barbaro-

rum corruptelis ad haec usque tempora tueretur. Hanc, tu Valesi, civitatem tam splendidis ortam initiis, talibus fundatam institutis, tam illustri in utramque partem fortuna exercitam, ne, oro, posthac ignobilem appelles. Reverere, si quicquam humanitatis in te est, veterem ejus virtutem, reverere gloriam, & hanc ipsam, ut ille ait, senectutem; quae in homine venerabilis, in urbibus sacrosancta est. Quod si ad urbium nobilitatem non satis in vetustate momenti esse putas, confer animum ad praesentes hujus civitatis una cum caetera Dalmatia res, & si potes, aude contemnere quotidiana nostrae gentis cum hoste omnium validissimo certamina, ac perseverantem quatuor & viginti annorum luctam, in qua non solum impetum illius tanta vi in nos effusum constantissime sustinemus (id quod in altera belli parte, quae Cretam exercet, summae laudis est) sed etiam ultro in apertum prodire aulemus, & abactionibus praedarum, vastationibus agrorum, & oppidorum expugnationibus, infestissimum illi cedere bellum, quantum autem in nobis est, adeo locum munitum, tot obsidiones passis, nullum amittimus, ut potius Venetam hac ejus parte imperium late propagaverimus.

Quod si principi nostro satis opum, ac virium esset, ut quae nostra potissimum ope, nostrisque sudoribus, ac sanguine haecenus de hoste cepit, retinere, ac tueri posset, quamvis Cretae possessione (quod Deus omen avertat) desisteretur, nihil omnino esset, quamobrem illius hujus belli fortunae poeniteret; contra autem quamobrem adversarius suam vicissim afflictam jam & perditam ducat, si quicquam in eo cordis est, abunde magnas, graveisque causas habet: quod super vastatas, atque in solitudinem prope redactas latissimas regiones, hoc memorabili experimento apud nos factis, ignaviae suae sese convictum intelligit: quod senescentem in mentibus hominum terrorem ejus virium videt, quo maxima adversus majores nostros illi genti confecta sunt bella, & clarissima illius imperio regna, provinciaeque adjunctae. Quod si clarissimo regi vestro uti adversus hos barbaros sua virtute, suisque viribus libebit, si, ut rumor validior in dies est, hoc spectant ejus consilia, & apparatus, & evocati ab aula Ottomanica legati propositum; si Deus propitius aderit, ut huic tanto inceptui fortuna respondeat, quam tu censeres futuram tantarum rerum praecipuam causam, quem, oro, veluti auctorem expeditionum, ac victoriarum facies, quibus iterum in Oriente gens Christiana clarescet? nimirum eam gentem, cujus virtute, ac periculis factum est, ut hoc iter ad laudem, quod haecenus arduum, & inaccessum visum est, planum, facile, expeditum esse constaret.

(Dd d)

quo.

quomodo laudatus ille in vetere memoria Xenophontis cum parva Graecorum manu per infestas Persarum nationes in patriam reditus, eaque re periculum barbaricae ignaviae factum, & mentes hominum à tanti hostis terrore liberatae, prima victoriarum Alexandri & Macedonum, si Polybio credimus, causa fuit. Quod si nihil à nobis aliud ad res tam praeclaras, tamque magnificas esset profectum, quam ut locum, sedemque ipsi otiosi cessantesque praeberemus; non tamen erat, quod cuiquam obsecra, aut ingloria videri posset hominum natio, quorum caput in medium rerum omnium discrimen fortuna coniecerit, &

----- *quorum actus uterque,*

non secus ac Sigaeis olim in campis,

*Europae atque Asiae terris concurrerit orbis.*

Libet enim in optima causa magnifice loqui; nec vereor, ne me quisquam idcirco tumidum potius & gloriosum, quam iustissimae pietati laudabiliter indulgentem existimet. Haec, atque talia assiduis hominum sermonibus celebrata, neque ignorare, neque contemnere impune potes. Quid ergo venit in mentem, importunam de nobilitate controversiam excitare? an quod omnia prae te contemnis, quia forte animos facit praeclarum istud cognomen cum prisca Francorum regibus tibi commune? Quod si mihi res esset cum quopiam alio, quem tanti non facerem, quanti apud me ipse merito es, prope esset ut exclamarem sic:

----- *Natum cujusdam Atlanta vocamus,*

*Aethiopem cyncum, parvam, extortanque puellam*

*Europen, canibus nigris, scabieque vetusta  
Laevibus, & siccae lumbentibus ora lucernae  
Nomen erit Tigris, Leo, Pardus, si quid adhuc est*

*Quod fremat in terris violentius.*

Sed, ut dixi, summam tuae dignitatis habeo rationem, tibi que, & propter tuum ipsum, & propter doctissimi viri, fratris tui, virtutem, cuius ad te redundat gloria, tantum tribuo, ut te unum clarissimum virum, & nullo non praeclaro nomine, nullis non splendidissimis titulis dignum existimem, idque libenter, atque ingenue prae me fero, nec sententiarum inter nos dissensionem ad animorum usque dissidium, quantum in me est, excrefcere patiar: nihil enim homini docto, & liberaliter instituto aequo conveniens esse statuo, quam litterarias huiusmodi controversias modeste, verecunde, civiliter exercere.

Sed jam satis multa in causa, ac etiam plura fortasse, quam oportet, extra causam. Reliquum est P. C. ut non jam rationibus, & argumentis, sed precibus, & obsecrationibus vobiscum agam; nec vero pro me, cuius acta-

tem extra aleam huius, quodcunque periculi est, positam esse videtis; ac ne pro descriptore quidem huius codicis, qui criminis a nemine commissi, & nusquam existantis, aut apparentis reus agitur; sed pro ipso Petronio, ne clarissimi scriptoris commoda & rationes, accusatorum meorum alterius inconsideratae malignitati, alterius praepropero iudicio dedendas putetis: ne ejus miserae, & multum jaectatae fortunae possremus haec reliquias, quasi tempestate quadam in litus eiecitas, mergi rursus, & eruditorum fructui eripi, & extorqueri patiamini. Satis superque discriminum adiit, satis dura, & aspera perpeffus est, vix exigua sui parte incolomis, atque superstes. Nec vestrae videtur esse humanitatis, ut cuiusquam odium, & saevitiam cum blattis ac tincis, & cacteris temporis injuriis, initam ad ejus perniciem conspirationem probasse videamini. Liceat illi vestro fretum praesidio resurgere paulatim a sua calamitate, & convalescere, purgatumque a turpissimo crimine in clarissima litterarum luce cum dignitate versari. Statuite sententias vestris exemplum, ad quod respiciendo homines adolefcetes modum adhibere condiscant ingeniorum libidini, & gloriae cupiditati, tutioremque a sua cuique virtute ad laudem ascensum, quam per alterius ruinas, esse putare. Denique in hoc toto negotio transigendo quid veritas patiatur, quid ratio postulet, quid vestram deceat gravitatem, quid ex usu Reip. litterariae maxime sit, pro vestra singulari fide, ac sapientia considerate.

JOANNIS SCHEFFERI,

ARGENTORATENSIS

D E

Fragmenti huius Traguriani vero  
auctore

D I S S E R T A T I O.

De fragmento istoc, quod sub nomine Petronii non ita pridem publicatum est Patavii, & dubitarunt multi, antequam in lucem ederetur, essetne verus ejus auctor Petronius, uti constat ex praefatione saltem, quam praeposuisse illi dicitur typographus, & nunc, postquam exiit, dubitare quidam non omittunt. Scilicet quod Plauto accidit, ut non paucae ejus complerentur à recentioribus lacunae, integre aliquando adderentur actus: quod Cicero-  
ipfi



ipsi, ut nescio quae illi Consolatio asingeretur, Vellejo etiam, ut fragmento nescio quo, recentioris tamen alicujus redderetur abolerior, idem ne Petronio evenerit, quamplurimi verentur. Nec profecto metus ille absque causâ gravi doctos subit animos. Jam primum enim credita est admodum difficile, potuisse hoc fragmentum tanto tempore latere in occulto, praesertim apud viros doctos, & amantes litterarum, quales Nicolaus Cippicus, abavusque ejus, Hector Cippicus, typographo Patavino memorantur. Neque enim tam ignotum illo quoque tempore Petronii fuit nomen, aut quae ipsi profilita sunt in Satyrico, tam Levia, & ingrata, ut à viro etiam mediocriter instructo literis potuerint contemni. Sed nec ea, tam praesertim, per Italiam, vicinâque terras hominum eruditiorum fuit occitanâ segnicisque, ut, si quid haberent maxime Latinas pertinens ad literas, id temere negligenter, ac ne verbo quidem apud alios laudarent. Deinde quam suspectum, quod non manuscriptum ipsum, unde captum hoc fragmentum dicitur, sed ejus tantum aliquod apographum Romam mittitur, legatoque Veneto, ut in praefatione supra memoratus ait typographus, committatur? Ergo nihil valuit amicitia Statilei apud Cippicum, nihil legati, & legati Veneti, & tam studiose appetentis hoc fragmentum, apud Statileum dignitas auctoritativa? Cumque nihil magis silem facere dubitantibus potuisset, quam liber ipse, ante ducentos amplius, sicut ajunt, scriptus annos, quid ita tenere suspensas per apographum illud, & non monstrata charta, secriptione, literis, similibusque, dubium insipientibus exemerant omne? Adde, quod id ipsum, quicquid tandem est, ad quod excutum hoc fragmentum fuit, tam religiose sit servatum cutoditumque, quod ex viris fide dignis in Italia degentibus ad nos perlatum est, ut id nemini concessum fuerit inspicere vel arbitrari. Sed haec forsitan invenirent excusationem aliquam, nisi scriptum ipsum sese proderet. Quam enim multa sunt, non usque quoque Petroniani saporis, sicut ipsi ejus editores coguntur fateri? Talia abstinax, pro quo Petronius in vulgatis habet abstinent. Fatus masculinae, pro quo ipse semper fatum, neutro genere. Culus, pro quo ille coelum. Nervia, pro quo idem nervos. Vasus, pro quo ipse vas. Lorus, pro quo lorum. Molestare, pro quo molestus est. Gaudinonium, pro quo gaudium, &c. Adde his, quae licet apud eum aliis reddita vocabulis non legantur, tamen alia, quam ut iis Petronius uti voluerit, videntur. Quae sunt luniones, urceatim, lanificius, desomnis, urnalis, ossa, cultrum, larifuga, pedicellum, diguitosus, occupo, corporaliter, manuciohom, vaccato, cassella, debatuere,

fulcipedia, coricellum, nrasrazari, ac id genus. Nec in ipsis formulis locutionibusque non suspecta possunt esse multa, ut, non in vopro, omnia ad se fecerunt, de hucerna, te perjalbam, de prajstitionem, in suum illius demereri, ab oculo, aliaque. His quoque multa hinc antiqua, quorum alias non ita studiosus esse Petronius videtur, ut, I. illoc, verbis, slips fruitus, plodo, boxis, jeni, & similia. Quid dicemus de illis, quae quis crederet aperte sumpti ex aliis, iisque posterioris aevi scriptoribus? ut, fundos habet, qua nubi voluit, quod legitur apud Juvenalem Satyr. ix. frigidi laecostidie, cui familia habet Martialis lib. ii. 5. animam ebullit, quod est Seneca in Apocol. toga percipit prosequi, quod ejusdem, atque ejus unius est, in lib. i. de Ira cap. 15. neque usquam alias occurrit. Amplius & considerationem meretur, quod quae vere sunt Petronii, sine modo hic occurrant. Dicit semel iterumque Petronius, ad Junnam: id oggerit hic paginis singulis. Similiter illud rogo, quotiens est repetitum; Rogo me, Tor, quid putas? Rogo, mensis December est? Rogo, vos oportet creditis. Rogo, inquit, Ilibina, puto interfusisti. Talia observes & in aliis. Quid, si formula nonnulla placuit, quoties ea & ad fastidium repetitur? ut: Piper, non homo, phantasia, non homo, dyuorlia, non Lemo. Quae quis sibi facile persuadeat, sic iteratum fuisse Petronium, non utique nugacem? Sed haec singula: conferamus universa. In quibus quum sunt omnia inaequalia, quam inter se diversa? Interdum incedit polite, ut plane referat Petronianam faciem. Mox ad horrida & aspera delabitur. Est saepe, ubi ad ridicula, & trivialia, & fordes proruit. Nolo asserere fabules de Ulyse, Sybilla Cumana, Diomede, & Ganymede, & Helena, & farinae hujus alia. Quid est quaeo in Trimalcionis conliberti cum Aseyto contentione, quod quem valde possit oblectare? quam ibi multa frigida sunt abjectaque? Possimus hujus generis asserre alia, sed sunt obvia, & facilia deprehensu. Ad postremum ne in rebus quidem ipsis sunt non multa, quae suspicionem praebent multiplicem. Ut quae memorat de lingua canina, de larius bullatis, loco libertino, praetorloque, phaeasis auratis, carne usfna, & non paucis aliis. De quibus diu adhuc cogitandum, quando pleraque aliis sunt ignota. Neque vero ambigendum est, quin hic plurima occurrant neque satis integra, neque sic, ut postulabat ratio, excusa. Sed miretur aliquis, nec id injuria, quare viri docti, qui fragmentum istoc descripserunt, caeterique, qui Venetiis Pataviique judicium de eo tulere suum, tam corrupta manifeste, ac ob id non modo necessaria emendatu, verum saepe & facilia, singulis fere ver-

fibus voluerint relinquere. Nam si eo dicas factum, ut scripturae collicis antiqui sua magis constaret auctoritas, haud sane video, qui non aequè bene id poterit, plerisque istis emendatis. Potius existimet nonnemo, affectata & consista sponte ista vitia fuisse. Atque isthaec quidem sunt, & alia fortassis, quae in mentem cui venire ad Petronio abjudicandum hoc fragmentum posse videantur. Adversus quae, qui statuit contraria, dixerit fortasse, non insolitum videri, ut latent olim lateantque etiamnum hodie apud doctos, quibus quae in hoc illoves desiderantur scriptore, possint expleri. Symmachi epistolas nonnullas edidit non ita pridem Schoppius. Charisii lacunas non paucas explevit Andreas Schottus. Livii ipsius aliquod fragmentum ante annos hocce quinquaginta Romae publicatum accepimus. Neque obstat, quod sint docti, qui possederint haec talia, possideantque. Sunt enim nonnulli alieni ab his literis, alii vocabulum ejusmodi librorum scire contenti scripta inspicere ipsa, & conferre cum editis non sustinent, cum & molesta sit manuscriptorum lectio, collatio illa taediosa. Ita fit, ut aliquando, qui haec talia in bibliothecis suis habent, ipsi se habere ignorent. Alii invidia quadam agitantur, dumque nolunt aliis communicare, edereque ipsi famae studio suscipiunt quidem, at negotiorum aliorum intervntu de die in diem differunt, summo talia silentio ardentissimaque apud se custodia conservant, atque simul tinea interca pabulum lactissimum adorant. Sed nec manuscriptum ipsum, quo de agitur, mitti Romam aut Venetias tuto satis potuit, per incerta maris, & periculosa itinerum, cum praesertim illo semel amisso superesset nihil, quo incertis ambigentibus possit satisfieri. Jam quod illa attinet, quae neque in Petronio, nec aliis ex veteribus occurrunt, quis ex eo satis colligat, nunquam ista sic fuisse usurpata. Quam enim multa sunt in Cicerone ipso rara, de quibus nemini, opinor, crederes, nisi legi apud ipsam deprehenderes: ut *dimititi*, pro, *dimitati*; *etiam*, pro, *ita*, *juratus est*, pro, *juravit*, *successa cui velle omnia*, *putissimus*, *praemolestia*, *partior* pro *dividior*, *obiratus*, *involatus*, *agricultio*, aliaque plura, de quibus integrum quondam scripsit librum Statilius Maximus, quem *Singularia Ciceronis* nuncupavit. Talia occurrunt quoque apud caeteros notae optima scriptores, nec est fere quisquam, qui non aliqua generis hujus habeat. Adde, quod in multis, occurrentibus in hoc fragmento, lex analogiae non repugnet. Item, quod reperiantur apud alios, Philoxenum cumprimis, cujus paene omnia vocabula è probatissimis scriptoribus desumpta facile convincunt, quae in ipsum viri docti pridem anno-

tarunt, & adhuc notare possunt, atque ob hanc causam pluris, quam nonnulli fere existimant, auctoritatem ejus fieri oportere. Neque sequitur, sunt aliqua in hoc fragmento, quorum dari nulla poterunt exempla, quando de his judicandum fuerit ex caeteris. Maxime cum ipse Arbitrator in eis, quae sunt fidei indubitatae, habeat ignota fere alii; ut sunt, *absentivus*, *acceptatus*, *cbiragricus*, *circumtumulatus*, *clinare*, *conffaciantes*, *domefacere*, *gustatio*, *vesticon-tuberium*, *supellepticarius*, & alia hujusmodi. Quae etiam est causa, quod delectatum cum novitate, viri eruditi testentur. Sed videntur quaedam manifeste capta ab aetate junioribus. Ad hoc diceret nonnemo, anceps valde lubricumque esse id conjiciendi genus. Annon enim ea, quae in istis junioribus solummodo leguntur hodie, usurpata esse possunt & vetustioribus? Quam enim multi optimorum scriptorum periere libri, in quibus ista non fuisse lecta, quis est quaeiso, qui ausit certo confirmare? Habemus apud Juvenalem *tot milcos intra tua praedia lassos*. Verum id allusione dictum ad proverbium, *quantum milvi volant*, docet nos non contemnendus Persii Scholiastes, qui Persius id ipsum usurpavit ante Juvenalem. Jam si ex proverbio id usurpavit Persius antiquior Juvenale, cur non Arbitrator Persio antiquior id usurpare potuit ex proverbio eodem? Quod vero non sunt omnia aequalia, id dicat quisquam non modo non vertendum vitio, sed ponendum etiam in laude. Primum enim aliae aliaeque sunt personae, quae loquentes hic introducuntur, quibus unum genus attribueri orationis inconveniens indecorumque erat. Sunt liberi quidam, sunt lapidarii, sunt coci, & id genus alii ex vulgi saepe, quibus nisi fallor, culta castigataque oratio parum apte assignitur: quando hi plebeja, & humilia, & trivialia plerumque loquuntur. Quo fortassis pertinet & bene larga illa copia proverbiorum, quae est in sermonibus eorum ac colloquiis. Ea enim sunt, quibus velut ornamentis excolunt plebei dicta sua. Sed & antiqua plura eo respectu possunt hic esse usurpata, quando plebs retinentior est fere sermonis antiqui, nec nisi sero, quem caeteri arbitrantur, cultum adhibere addiscit. Neque id officere cui videatur ad fragmentum hoc Petronio adtribuendum, quod diversa sint nonnulla, quae in editis prioribus leguntur. Nam cum ibi fere differant mulieres impudicae, ac lascivi juvenes, debebat sane oratio esse comptior, cum hoc genus ante omnia orationi studeat, facundiamque inter instrumenta promovendae artis suae numeret exerceatque. At in nostris sunt plerique omnes adulti, atque in negotio longe alio ac dissimili occupati. Quae res observationem hic videtur promerere maxi-

mu.

nam. Versantur enim in convivio, ubi luxu cuncta distillant: indulgent vino, poti ebriique sunt, quales qui concinne decoreque facit loquentes, is, quod maxime in ipsis est decorum, praetermittit. Atque ex hoc vitio petitionis est, quod de rebus nihili inter se contendant, inque contentione ipsa magna, parva, seria, inepta, cuncta denique inter se permisceant ac confundant. Aecedunt alia quaedam, ut imprimis ineptum, stultaeque ostentationis plenum Trimalecionis ingenium, cui ex toto ridiculae illae fabulae, quae superius commemorantur, matheosque ac rhetorices stolidissima iactatio debent assignari. Habinnas est servilis, malleoque ac subtilibus tractandis ferramentis, quam civilitati, aptior. Sed nec caeteri meliores, ut exigere ab ipsis comptiora, nesciam an aequum sit. Atque eadem videri causa potest, cur non etiam in rebus ipsis, contactu libinibusque, sicut vulgo notae nobis sunt, omnia conveniant. Cum praesertim haec fingantur geri non in Urbe, sed colonia, non satis scio qua, (Neapolim nonnulli suspicantur) ubi non necesse est, ut fuisse omnia Romanis eadem credamus; cum ipsis etiam in Romanorum moribus necdum omnia sint observata, quotidieque illa eruditionis pars amplificetur. Et quia in colonia finguntur geri, ideo fortassis sunt adhibita non pauca ex sermone Graeco desumpta, maxime cum loquantur ii, qui sunt gentis non Romanae. talia sunt *saphutus*, *cataphagi*, *bacelogiae*, *lechasin*, & id genus alia, numero non exiguo. Nam quod quaedam sunt hic sic corrupta, ut intelligantur facile illorum vitia, id accidit & aliis scriptoribus, & alicubi apud nostrum non tam deseribentium, quam typographi errore, omissentis maleve repetentis litteram in fine, vel initio vocabuli, evenisse potest. Caeterum ut ista in utramque partem dici forte queunt, ita nescio, an, si excullis omnibus res tandem ipsa sit definienda, quis negare audeat, aliqua nec ea pauca hic extare, vere docta, nec Petronio indigna. Huc imprimis refero, quod habet de arenae sparsione in theatri, de vitali lecto, de junio siccitatis tempore, lanatis deorum pedibus, tertario gladiatore, exhaeredatione cum elogio, Priapo cum frugibus in sinu, Venere strabone, ac similibus. Nec in dictione minus sunt polita multa, elegantia, docta. Ut, *unus servus*, pro, *aliquis*; *usque hoc*, pro, *bucisque*; *positus super hoc officium*, pro, *constitutus*; *subseffores*, pro, *vervores*; *confessus Euehium*, pro, *refrens eum habitu*; *secum tulit tot annos*, pro, *vixit*, & id genus plura alia. Nolo integras asserere formulas, connexionesque nihil ab antiquis, etiam probatissimis scriptoribus recedentes. De proverbii saltem dicam, in quibus plerisque non opinor fore quenquam, qui sincerum contine-

ri vetustatis gustum non ultro intellecturus sit, et si prorsus pauca eorum doctis viris ante fuerint notata. Quibus omnibus efficitur, ut non aegre patiamur persuaderi nobis, esse in fragmento hoc aliquam multa, non habentia alium, quam Petronium auctorem, atque si quis praeter eum est, qui illa inter se connexuit, cum longe plura, quam quae nobis haecenus innotuerunt, reliqua ex Petronio habuisse. Quod si foret certum, ut fragmenti huius editores tradunt, codicem, unde primum est transumptum, annos aetate sua exercere ducentos, forsitan & longius iremus. Est enim omnino verum, illo tempore vix existisse, qui has tales Romani sermonis suavitates vel intelligerent satis, vel imitari perire possent, vel si poterant, decipere signantis huiusmodi vellent alios, nondum sic in dignitate constituto sermone Latino, ut sequentibus temporibus est factum. Nunc sententiam priorem ut censemus tutiorem, ita fidem facilius apud rerum istiusmodi peritos vix ambigimus inventuram. Sane ne id quidem penitus negari potest, quod adducunt editores illi de hiatibus explctis, complanatisque lacunis, quae in pridem divulgatis Petronii occurrerant. Quin imo & lectiones quaedam diversae praetii sunt quantivis. Ut exemplo utar, est in editis, *ut putares Darium hydraule cantante pugnare*, quod interpretes in universum omnes torserunt. At hic legitur, *ut putares essem Darium*, unde docte ac sagaciter, ut omnia, cl. Gronovius restituit, *putares esfedarium*, qua lectione nemo est, qui non intelligat locum desperatum pulchre esse restitutum. Ita in vulgatis legitur, *piperato vitello piperatum*, at in hoc fragmento, *piperato vitello circumdatum*, quod haud dubie est melius. Quis enim ferat illud, *piperato piperatum*, ingratis repetitione atque sensu penitus inepto. Ad eundem modum credo fore neminem, cui non videatur aptius, *vertebraeque laxatae*, quam ut fuit haecenus, *locatae*. Nolo caetera asserere, quando de quorundam lectione potest esse dubitatio, quaeque receptorum loco hic occurrunt, ipsa quoque sunt corrupta. Sed nec quae de vitreorum tenacillimorum hic artifice habentur, magnifice attoliam. Quanquam ea Sarisberiensis consuetudo sit, ut bona fide aliorum pleraque, ipsis etiam retentis verbis, transferat in suos usus. Cujus rei si quis testimonium requirat, matronae Ephesinae factum ex hoc ipso desumptum apud eum legat, & cum Arbitri narratione conferat. Neque multum discrepet etiam Isidorus, eandem memorans artificis praedicti historiam, sique habet, ubi contra Sarisberiensem convenit cum nostro, ea fere meliora sint, & à Sarisberienae male immutata. De fragmentis saltem caeteris monebo, quae in editis Petronii

hucusque separatim legebantur, videri ea tam opportune ubique hic occurrere, ut in illis ipsis locis nata, non ingenio studiove inserta facile intelligantur. Ad postremum tota fragmenti hujus oeconomia non repugnat vel ingenio Pertronii, vel instituto. Si praesertim, quod persuasum pridem viris doctis est, pars multo maxima Satyrici in Neronem est directâ, cum non pauca eius vitia docte ac subtiliter notata deprehendet hic, quisquis inspicere intimius examinareque volet.

Sed haec hactenus, neque sine alio, quam ut nostrum libere iudicium de fragmento istoc depromendo, libertate illa provocemus libertatem aliorum, id est, si erravimus, quod fieri facillime potuisse non inficiamur, ab aliis deducamur in viam, doceamurque rectora. Quando non cuivis datum omnia perspicere, minime vero nobis, qui propterea noitum hoc iudicium alii doctiorum ac exercitatorum jure meritoque subijcimus.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO

D<sup>o</sup>. JOH. BAPT. COLBERT,

*Regi Christianissimo à consiliis sanctioribus, summi etiam Galliarum aerarum moderatori prudentissimo integerrimoque,*

doctrinarum et virtutum  
omnium confugio

PATRONO INDULGENTISS.

THOMAS REINESIUS D.

Sereniss. Elect. Saxon. Consil.

Quem eminus inter orbis Gallicani sidera hactenus contemplari, tacitaque veneratione prosequi, & admirari cepimus, quotquot in hisce Germaniae oris liberalibus studiis nomina dedimus, & quaecumque habere exultamus, iisdem debemus, cum cominus intueri, audire, adire, adloqui posse in magna felicitatis parte ponendum utique esse, & quibusvis bonis expectabile vel intra prima, nemo distabitur. Mihi Dei omnipotentis munere (huic enim potius tribuere jubet pietas, quam fortunae caecae, iniquae, versatili & fallaci rerum huma-

narum arbitrae creditae) plus contigisse, & majora multo, quam sperare potui, in sinum, etiam quem nondum pandissem, confluisse, tuo inprimis *Illustriss. & Excellentiss.* DOMINE, singulari prorsus favore, satis, intelligo; agnosce autem satis, & pro valore impreciable aestimare satis, & praedicare nequeo. Sive enim fastidium istud, eminentemque dignitatem, in qua REGIS CHRISTIANISSIMI indultu & gratia, proba virtutum tuarum aestimatrice, constitutus late coruscas, suspiciam, sive inusitatae benignitatis, quam novo, & in secula mittendo exemplo adversus hominem hunc exerceas, animo meo subeat cogitatio; sive humilitatem meam considerem, horrore prehendor protinus, & confusus oppressusque rei magnitudine proumbo. Nimirum cum arduis regni negotiis impositus, salutis ejus te tuaique curas omnes impendere soleas; in eam tamen praecipue incumbis, ut quod à bonis literis in republicas manere compertum habes splendoris & vigoris, id vero non tantum sollicitissime computes, inquiras, procures; sed & REGI Maximo, ut eandem rei pulcherrimae utilissimaeque dignationem habere velit, persuadeas. Huic vero instituto tuo laudabili & saluberrimo, luculentum testimonium vel GERMANIA perhibuerit, & in ea viri docti omnis elegantis eruditionis cultores quamplures, quos favore tuo provehi, ornari, & regiae munificentiae ad moveri dignos existimasti: pro quo adfectu, quantum Tibi debendi reae sint, aeterna erit literarum confessio. Beneficiariis istis vestri REGIS iudicio & inclinatione tua potissimum me quoque accenseri nuper accidit; fecisti, puto, ne vel facultas beneficiendi exhausta, vel voluntas lassata videri posset, & ut tenorem bonitatis & constantiae impraeveditum, inconcussumque servare intelligeremini. emeritis vitae stipendiis, annis gravem, & in extremo aevi cardine senem, a quo quidquam operarum, vel meritorum frustra expectaveritis, nexu insolubili Tibi obligasti. Non sufficiebat; quod REGI Maximo me fecerem à turba ostendisses, & secundas egregie agente Per-Illustri Do. CAPELLANO commendasses, etiam effectum Patrocini tui, impetrato dono regio, praetitis, & ne quid deesset ad cumulum gravissimis literis, (sere dixeram *amicissimis*; ita non multo secus atque in privati hominis modum scriptae sunt) voluntatem munificentissimi donatoris mihi significare non subterfugisti: quae si vel cogitem univversa, vel tractem singula, cogor, pro inestimabilibus habere, eoque ad gratiarum vel agendarum inopiam me redigi sentio. Quis enim ulla gratitudinem adsequi praesumat adeo exuberantem gratiam? Invieta ea est; & debitorem in nervo detinet aeternum.

Hunc

Hunc ILLUSTRISS. Do. animum Tibi profiteri possum solum; cæteris quæ ratio polebat, & ingens meritum tuum, desectus & focæus, profiteor cum, inquam, & quantum virium DEUS indulserit, præstabo incorruptum, dum advixero, omnibus. Promissi hujus & observantiae meae pignus, quod solenni patronos honorantium clientum more offerri interim Tibi æquum est, in privatis opibus non reperio nunc, præter *Censuram* & *Scholia brevicula ad Fragmentum Petroni* & *Dalmatia*, quæ paulo ante quam Vestrae advenirent, prelo subjeceram. Debent hoc eruditi literatoribus Patavinis, qui & bibliotheca *Cippicorum Dalmatarum* (olim *Cepiones* adpellabant) acceptum prius typis exseribi fecerant: in quod exemplum cum incidisset reconditoris literaturæ & amoenitatum omnium confaltas *Nic. H. Inſus*, ne possideret solus, in Sardiniam transiit ad V. C. *Prof. Regium Job. Scapularum*, qui cura sua dignum habitum iterum vulgavit, sed paulo comitius, & cum eruditis Notis; ex hujus manu ad me pervenit; & quia rogabat sententiam de novo dubiæque præterea Tæci scripto, *Anico* eam gratificari fas esse putavi; & inde natam mihi, quod hic exhibeo. Opinatur de eo, uti fieri amat, alii aliter; magna manus ineptorum, quod ad farinam nihil facere ejusmodi festimenta putant, non contemnant tantam, nimirum quod non intelligant: veram calumniantur etiam, dum adsequi desperant, talium curiosos: doctorum vero plerique Petronio acvi Claudiani sine dispectu adscribant; alii eodem ob stili inæqualitatem, suspensam multis nominibus Latinitatem sermonis, & nonnulla Romanis moribus difformia a ludicant, & inter signimenta ludæri, quod genus hominum otiosorum festivorumque vanitas, & excessus Gratianum solet e-trudere, reſciant. Ipse neglectis fastuosis illis & indolantibus, ab utriusque discedendum esse vidi, & medio incedendum; temperamentoque hujus judicii robur, qua potui, adtruxi *Prefatione ad Lætorum*, & in *Scholiis*: per quæ subinde prodigiöse corruptorum a librario emacalationes, distortorum luxatorumque restitutiones, verarum leſionum adſertiones, obscurorum explicationes, & alia quantivis precii annotamenta advertentur. Hoc me curasse summa fide & industria, ut Petroni sua redderentur aliena & insulta fecernerentur, opusculum autem multæ eruditionis seculo nostro commendaretur, adfirmo vere: si qua conatui illuſit facultas, veniam, spero, dabunt æqui iudices; sua perspicacia meam avidentiam lectoris bono sublevabunt, conferentque sine invidia, quicquid rei conducere, & senta scriptoris nonnunquam invo-

luta explanare posse judicaverint. Ei vero ILLUSTRISSIMUM nomen tuum, DOMINE, præscripsi, tam ut aliquod gratitudinis adversus Te extaret ad posterios monumentum, quam ut scriptum, quod à vetustate habet auctoritatem, à novitate gratiam habere debet, Tuoposissimum patrocinio fultum tecumque procederet. Deprecarer culpam audaciæ, nisi singularis humanitatis tuæ fiducia, qua sustentor, alia omnia sperare juberet; Peccare etiam in mores tuos videbor, si quod facis ante, benigne habere literas, occurrere desideris clientum, eorumque operas sereno vultu excipere, Te hortarer. Quod superest, ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME DN. complectar voto: DEUS OPT. MAX. Te servet incolumem quam diutissime, commune Gallie & posteritatis cujuscunque bonum; hujus, dum soves literas; illius, dum infersis REGI. DEUS, ajo, Te servet; & omnia, quæ cogitas, quæ dicis, quæ facis, ad honorem ter sancti sui nominis, & regni salutem evadere, Te vero confistorum actionumque prosperrimis successibus longum interesse, & glorioſe lactari elementer indulgeat. Scrib. Lipsiæ 25. April. St. vet. anno MDCLXVI.

## LECTORI PHILOLOGO

S. P. D.

Coenam C. Pompei Trimalcionis, & servili genere inter libertos, à fordibus in rem lautam & ad Se Viratam usque in Colonia provocati. hominis *τερυφειν νει αδυζωνος*. argumenti Satyrico suo, narrationi licet, partem fecerat T. Petronius Arbitrator, scriptor ævo Neronis doctissimus, nitidissimus, lepidissimusque, imitatus (quando & hoc nosse interet) Publium Mimorum Poëtam salibus & dicitate, coenarum etiam compositione, Plin. li. VIII. cap. 5. nobilem. Eam in excusis libris omnibus hæcenus mutilam legimus, quippe comperto prorsus plinissime, exitum ejus, interspersas epulis fabulas potorum ebriorumque, & ludica interim exhibita convivis periiſſe, aliunde expleri desiderantes. Id vero ne faciamus porro, beneficium est typographi Patavini Pauli Frambotti. Hic enim repletam Tragurii apud Dalmatas in Bibliotheca Cippicorum insigne fragmentum, Petronianis editis connectendum, anno superiore ex apographo concessit operis suis & summa communicavit: quem secutus in Suecia vir eruditus, hortatore N. Heinsio, iteravit editionem Upsaliæ, adjectis Notis necessariis, Dissertationeque super vero ejus auctore comita fatis,

& curiose instructa; in qua cum πολλὸν ἰεμῶσ-  
 μὸν & inclinationem in contraria observare quis-  
 que possit, rimari omnia odiosus incivile fue-  
 rit; disputare autem contra utramque contra-  
 dictoriarum tenentem, & hoc ipso nihil λυκάως  
 adferentem, futile & supervacaneum. Interim  
 laudamus, si ἀρεσίαν, ἐποχὴν & ἐπιχρῆσι,  
 quam profiteri oportuit liquidius, iudicii sui  
 temperamentum esse voluit. Certe aliter deci-  
 denda esse causa videtur; nimirum, ut inde  
 exordiar, & finem dicendi post pauca faciam,  
 multo maxima pars ejus fragmenti Petronio re-  
 cte tribuitur; quod nemo eorum, qui vel le-  
 vem deliciarum ejus gustum habent, negaverit;  
 per omnes etiam paene paginas doceri id  
 posset; idemque curatissime praestitum in edi-  
 tione Upsalienti. Caeterum mangonium ali-  
 quod, perinde ac in aliis primae notae scri-  
 ptoribus multis, quos glossemata insecta sub-  
 inde deformarunt, hic intervenisse & ejus ali-  
 quam partem Petroniastri alicujus esse, Arbi-  
 trum imitari & exhibere, velut in scena Mer-  
 curius Sotiam, ausi & apti satis, manifesta  
 fides est. Is cum in fragmento Arbitri praeter  
 ea, quae dudum collecta dederunt commen-  
 tatores, incidisset, hiatus in editionibus con-  
 spicuos impieri sic posse ratus, ea utcumque  
 connexuit: quod ut fieret sine offensa lecto-  
 ris, fingere aliqua & insulcire de suo forman-  
 dis sententiis integrandisque membris, com-  
 muniti etiam, quae nunquam facta memine-  
 rat, necesse habuit. Et hinc est summa illa  
 inaequalitas sermonis, & purissimae Latinita-  
 ti ammixtae extremae barbariei sribligines,  
 non Augustei aurei, sed plumbei illius, quod  
 viros obscuros inter literas reslorescentes illu-  
 strasse scimus, seculi, verba deculpata, inepti  
 putidique archaismi, Graecicae literaturae  
 modica intelligentia, & quae sequi eam solet  
 adfectatio odiosa, & prava prorsus applicatio,  
 nonnunquam auctoribus incidere aliqua vitio-  
 sa; (rem notam de Manilio, de Vitruvio,  
 de Velejo, de Valerio Maximo, fecerunt cen-  
 surae eruditorum, à vulgo sui temporis de-  
 sumisse quaedam, quae non probarent ipsi.)  
 sed ea & rara & tanquam conniventibus sur-  
 repserunt: simul etiam hoc à serio & emen-  
 dati sermonis scriptore Latino non potuisse di-  
 ci, quae hic occurrunt totis agminibus infe-  
 sta & horrida Latinis auribus, etiam postquam  
 purgata fuerint; *Japlutus*, cap. 37. *Scordaliae*,  
 cap. 95. *bacahysiae*, cap. 41. *libra rubricata*,  
 cap. 46. *excattariffare*, cap. 67. *debattuere*, cap.  
 69. *fastiditus studia*, cap. 48. *adjuta* s'es nobis,  
 cap. 62. *haciballum*, cap. 61. *manuciolus*, *vacca-*  
*to* cap. 63. *martiolus*, cap. 51. *caldicor*, cap. 45.  
*strabonus*, cap. 68. *scelio*, cap. 50. *apoculanius*,

cap. 62. *ego me apocolo*, cap. 59. *barcalae*, cap.  
 67. *babaccali*, cap. 37. *inspeciosus*, cap. 40. *sta-*  
*minatae*, cap. 41. *gingilipho exjonare* cap. 73.  
*tangomenas facere*, cap. 34. 73. *coelus*, cap. 39.  
*vajus*, *lorus*, cap. 57. *fatus malus*, cap. 42. 70.  
 77. *literae thesaurum est*, cap. 46. *facere ad stel-*  
*las*, cap. 61. *quod sursum est deorsum facere*, cap.  
 63. *labyrinthum facere*, cap. 73. *stertera*, cap. 75.  
*ossa crucis*, *corvorum cibaria*, cap. 58. *capere sibi*  
*cerebellum*, cap. 76. *per scutum per ocream egragi-*  
*nare*, cap. 33. *ut satisfacere domino homini ma-*  
*lysto & dignitoso*, cap. 61. *qui te haec docet my-*  
*stius non magister*, cap. 57. quorum pleraque,  
 quae cura & notitia aliqua digna adparebant,  
 in Scholiis recentium, excussis, restitui, suisque  
 auctoribus & temporibus, quantum licuit, red-  
 dere conatus sum. Facile autem credidero Pe-  
 tronio, etsi minime omnium nugaci, censori  
 autem nugarum & vitiorum acriculo, excidere  
 potuisse aliquot insulsiōs frigidisque jocos, pe-  
 titos è trivio, nulla eruditione conditos, ine-  
 ptas recitationes & ἀνισορρεΐας, de Niube equo  
*Trojano inclusa à Daedalo*, cap. 52. de origine  
*aeris Corinthii sub Annibale*, cap. 50. *Mathema-*  
*ticen Trimalcionis*, cap. 39. *Philosophiam ejus*,  
 cap. 55. 56. *physicem ejusdem* ἡδὲ πορρῆς, cap.  
 47. *narrationes ridiculosas de mensura sui at*  
*candelabrum*, & *unctione labri de lucerna*, ad  
*barbam celerius producendum*, cap. 62. *de fa-*  
*cto ex homine lupo*, cap. 75. *de strigarum male-*  
*ficii circa cunas infantiles*, cap. 63. 59. *de Ho-*  
*meristarum argumento* cap. 66. *de esu ursinae car-*  
*nis* cap. 38. Inducere enim hominem insubidif-  
 simum, decumanum λυπῖλω Trimalcionem, ne-  
 quam servos, & mulierculas ejusdem farinae,  
 à quibus in vino & joco nihil serii, honesti,  
 comiti & docti expectari posset, proposuerat; at  
 παραμυῶδῶν in brevi scripto magnus adeo nu-  
 merus, majorque multo, quam in toto Satyri-  
 co, quantum hodie est, post variorum tot  
 collectos, repertus facere potest, ut Petronio,  
 ne tam in Oratoriae leges ipse dicendi magi-  
 ster peccarit, id scriptionis genus ἀδεῶς & sim-  
 pliciter abjudicemus. Ea vero ipsa qualia, quae-  
 so, sunt? Certe nec antiqua, nec apud me-  
 diae aetatis scriptores Latinos Graecosse le-  
 cta, sed pleraque tracta a vulgo subrostrano-  
 rum, & è Jano sive medio sive infimo, ὀνομα-  
 ρία σαπρῆ, infeliciter arguta, Petronii vero  
 urbanitate & genio indignissima: *Colonia haec*  
*crefcit retroversus ut coda vituli* cap. 44. cum eam  
 priore statu & felicitate excidisse & decrevisse  
 dicere vellet; *curris, stupes, satagis, tanquam mus*  
*in matella* cap. 58. *inflat se tanquam rana* cap. 74.  
*qui fuit rana nunc est rex* cap. 41. *caldia potio*  
*vetustarius est*, cap. 77. *homo qui non valet lo-*  
*tium suum*, id est, nihili, cap. 57. *in molli car-*  
*ne nascuntur vermes*, cap. 55. id est, divites &  
 deli-

delicati facile irascuntur. *Qui in pergula rarus est, aedes non somniatur*, cap. 74. id est, humilis natu alta non sapit vel adlectat: *more hoc est calidum mofere & frigidum pofere*, cap. 67. *in manu illius plumbum vtrum fofat*, cap. 43. *qui afinum non potiff, ftratum caelste: coltura pifcem nos parit*, cap. 45. *almus in tegulis*, cap. 63. *in alio pedicellum (felluenn) in te ricinum (trahem) non vides*, cap. 57. *Strabones qui holera fpedant, Lydam tollunt*, cap. 39. cuius originem (fignificatio enim aperta est de aliud fimulantibus) agentibus aliud quis quaerat, ei nec ad Graecos, nec ad Latinos, eundem est, quippe quibus holera cocta cum porcina non fuere inter edulia: sed in Germanorum italorumque, qua Germaniae conuales sunt, vifum esse meminerit, & hifce ideo proprium vernaculumque proverbium, ignarum Petronio. Eademque plane ratio est *femularum*, quae creberrimae occurrunt, non  $\pi$  v ullum vetustatis eruditae referentis, sed exucae exanguisque, & vel adulta aestate frigentes, maleque accersitae: *Scitis quid dicam: taceo, quia non fiam de giorifolis*, cap. 75. cum multi se premere intelligi vellet: *Sed, tuae lingua: fiam a dabo*, cap. 58. *Ita fatur pavo fiam*, cap. 69. *Pa fatum me laeatis, ita bene moriar, aut populus per exitum metum juret*, cap. 58. *magis, quod bene moriar, fuit*, cap. 61. *tanquam hoc loco, fatum fit quod tingo, in cian trajectit*, cap. 63. quod a suo corpore plagam avertentis est: *ita Gerium metum proffium habebim*, cap. 74. Praeterea perpensus cogitandum propono doctis, quod observare videor in oeconomia five difpofita Coenae huius: esse in ea alia quaedam, quae Arbitrari ne quidem somnari potuit. Post recensita a veteri Petronio fercula, tanquam soluta coena, hic *aper primae magnitudinis* adponitur, cap. 40. mox *his ingens tomaculis & botulis fartis*, cap. 49. tum *orphonata* cap. 56. ad haec *vitulus elixus*, cap. 68. & *matteeae* cap. 65. & *fecundae menfae* cap. 39. Cum autem matteeae ultimam coenae conficerent, post tertium missum,  $\alpha\sigma\tau\epsilon\upsilon\ \epsilon\pi\ \pi\delta\sigma\iota\upsilon\ \delta\epsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\ \pi\iota\pi\alpha\iota$ , ut ex *Athen.* l. 14. notum est; indeque Molpis Lacedaemonius  $\alpha\sigma\tau\epsilon\upsilon\ \epsilon\pi\ \pi\delta\sigma\iota\upsilon\ \delta\epsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\ \pi\iota\pi\alpha\iota$  exponit  $\epsilon\pi\ \delta\iota\upsilon\ \pi\iota\pi\alpha\iota$ ; qui factum ut cap. 69. *epidipnis e turdis fartis filligine, utis passis, & nucibus; e cydonis conflixis spinis, ansera altilli, circaque pifces & omnium avium genera demum adferatur?* Non cadit in Petronium ea inficitia (nisi si eam fimulare dicere lubeat, cum omnia hic sub fiftione agantur) ut tres  $\pi\alpha\sigma\tau\epsilon\upsilon\ \epsilon\pi\ \pi\delta\sigma\iota\upsilon\ \delta\epsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\ \pi\iota\pi\alpha\iota$  seu missus ejusque coenae, & praeter hos epidipnida, quod patet e *Mart. lib. 8. ep. 32.* mattyas autem & epidipnida eandem esse ignoraret; ita ab interpolatore, vel semidocto vel  $\phi\iota\lambda\omicron\pi\alpha\iota\gamma\gamma\omicron\upsilon\iota$ , qui mensam

breviorem & simpliciorems visam, e corraffis undique conviviorum catalogis, & descriptionibus augeri posse credit, & contulit huc, interfectis subinde Petronianae elegantiae fofculis (nec enim negandum id est) praeter rationem, quicquid sub manum veniffet, etiam maxime difsonum & incongruens Petronio. Mirum autem quod quindecim illa fercula, ad faces & buccinas exhibita in nuptiis Trivultianis Mediolani ab H. Barbato mutuari omiferit; certe huc faciebant. Eademque notum meretur, quod de Colliberto Trimalcionis opulento, & qui tum *odiffenta fua poffidebat, non de nihilo creviffe; dixtem autem factum, quod Incuboni pileum rafuiffet, & inveniffet deffaurum* narratur cap. 38. *Incubonem* vocat  $\Delta\alpha\iota\gamma\epsilon\upsilon\ \delta\iota\alpha\delta\omicron\sigma$ , larem domesticum, quem vulgo *choldum* nominant. (*Auguffinus* l. 15. de *Civ. D. c. 32.* vulgo Silvanos & Faunos adpellari *incubos* dicit) creduntque curari ab eo domum, instrui culinam, purgari stabula, jumenta pasci & ornari, & quaevis ministeriorum genera exhiberi domino aedium, opesque conciliari; haec fuperfiftio, qua hodieque tenentur noffrates, antiquis praefertim Gentilibus incongnita infinuatur ifthic; vel etiam tangitur fabula de Fortunati illius Utopici pileo & faeculo, pueris ad curas inter *omnium* occentari folita. Utramvis admittamus, figmentum esse Petronio multo recentius, ultro dilucefcit. Ex eo vero, quod hiftoriam de fabro vitreorum metalli duritie & dactillum cap. 51. Joh. Saresb. Praeful Carnot. lib. iv. Polycrat. cap. 5. e Petronio repetit, non fatis firmiter colligitur, hoc ipsum fragmentum vifum Carnotensi fuiffe: quin verba nostri ex istius effufis fubftricta contractaque non eodem tenore elegantiaeque decurrere, sed archaiffimo barbariffimoque inquinata & recentioris feculi auctorisque esse, cuius comparanti innotefcit. Non follicitabo fidem relationis, etfi de ejus veritate dubitet ipse; nam & apud Ifidorum lib. 16. Orig. cap. 15. & Petrum Damiani lib. iv. ep. ult. pag. 385. difsimulato tamen nomine Petroni (fortaffis, quod a quibusdam severe frontis ob nudas nequitas & accuratam fparcitiem damnatum norant) legitur: faltem a ffio exemplari five Gallico five Anglicano, non hoc Traguriano, quod putant & fupponunt viri docti, ufum esse Saresberienfem tandem deprehendo. Nam l. 8. c. 7. cum, qui de porco Trojano, aliis animalibus gravido, luxus causa parato & illato menfis, doceri velit, *coenam Trimalcionis apud Petronium ingredi jubet; at ejus generis porcum neque editiones Petronii, neque fragmentum hocce ufquam vel nominant, vel defcribunt: quod tamen perfuadere*

(E c c)

no-

nobis voluit *Frambottus*; nimirum botulos habens pro animalibus, & turdos vivos tantisper clausos in ventre porci pro hujus fartura. Sed de hoc sentiat quisque quod volet; ἀμφότεροι ζῆ δὲ λέξις τῆ Πολυγλωσσῆ. Liquere nunc igitur puto, quod initio dixeram, simul cum Petronio Petroniastrum datum esse. Hominem adeo liberalem, ut possidere solus noluerit, adeo felicem, ut repererit, quod secula tredecim obruerant, digito non possum ostendere; locum tamen; in quo mimum istum composuerit, jam subindicavi. Vixerunt ante annos ducentos, qua aetate circumferuntur codicem Traguricensem, in Italia literatores illustres plurimi, inter Venetos & Patavinos imprimis memorabiles, & de Latinae linguae cultu bene meriti, quos a Scardionio, Jovio, Tomafino petere quisque intextos etiam Pepto Italiae Joh. Mariae Toscani inspicere potest. In turba eorum quidni fuerint, qui Petroni linguam intelligere & imitari lepores possent? Saltem cogitemus Poggios, Aretinos, Guarinos, Vallas, Philifos, Panormitas, Beroaldos, Politianos, Picos, Barbaros, Sabellicos, Pios, Coelios, Pontanos, quibus nec acumen ingenii, nec varia eruditio defuit, nec liberalium facietiarum gratia, nec Barbarici sermonis, quem modo dedecerrant & vernacularum suavitatem latinis interjiciendarum notitia. Et bono igitur jure injuria reputari possit, quod Frambottus praefatur, ei seculo non adeo sapuisse Rom. sermonis lautitias, ut Petroni famam assuere voluerint lubricationibus suis eruditi viri. Sit ita: non citent isti Petroni Satyricon: quis inde fanus colliget, etiam ignorasse? Non citant autem, quia pietatis obtentu publica conspiratione eum infamassent majores; quam tamen censuram contemserunt Grammatici, Servius, Diomedes, Acro, Priscianus, Isidorus, Fulgentius & si qui alii sunt, D. Hieronymus quoque qui cum Petronio fuisse, ejus testimonio usi, profitentur. Fortasse benignius judicavi de factore istius centonis, & praeter meritum ad eorum, quos laudavi, tempora retuli. Obstat enim conjectura non minus probabilis nec absurda, videri posse, praeteriti vel etiam currentis seculi fetum esse; qui cum sub plurium manibus in hanc staturam surrexisset, edi tandem hoc suo tempore, & seculo intemperantia literarum laboranti ac novitatis avido debuerit. Et hoc ipsum neque nos suspicari desinemus, donec de ducentis ab hinc amplius annis scripto exemplari fidem plenam nobis fecerit inventor ejus, & institor mercis Dalmaticae *Statileus*: quod nisi fiat, proximi erimus illudi sibi, vaenire sub habitu veterum mustea quaedam, & fuce latebram quaeri existimanti-

bus. Quod autem magnifice praedicant *lacunas pleraesque, & hiatus, quibus laborant vulgati codices, egregie per haec scripta impleri & complanari*, intra verba res tota consumta est, nec cuiusquam expeditioni satisfactum. Quae enim initio fragmenti offeruntur velut supplementa editorum ante, ea parerga mera, superamenta & inutilia παρεμβλήματα sunt, corrumpuntque sententiam, non adjuvant aut perficiunt; idque adparebit manifesto, si vel non recipiantur in textum, vel recepta ejiciantur. Utrunque enim reliqua concinne cohaerebunt. Neque auctorem Petronium habere potest id, quod se cap. 34. ostentat; qui enim cap. 31. dixerat, *jueros Alexandrinos discubituris aquam in manus nivatam infudisse*, quomodo dicit, quod duo Aethiopes capillati vinum dederint in manus, aquam nemo porrexerit? Nugae sunt istae, malae memoriae hominis & inepte risum captantis. Fortassis dicere licuerit, ea, quae ita inter se pugnant, è duabus ἐκδόσει (sic enim consueverunt scriptores veteres) in unam, criticorum qui talia colligebant inadvertentia, convenisse. Frivolum quoque istud cap. 55. de inscriptione, de disticho Trimalcionis cum elego suo, de epigrammate; Contra belle consonant omnia, si ista dispungantur. Stupor etiam ibidem notari potest descriptoris, qui gnomen allatam pro disticho, & pentametrum pro elego commendat; neque advertit πρὸς istam, *Distichon*, &c. in autographi margine jacuisse, ad orationis vero seriem nihil facere: Idemque alibi quoque patratum esse libere suspicari licet. Et hac igitur accessione Petronius nihil adjutus est; in reliquis, quibus decursus coenae narratur, genuina scriptoris veteris & primi, à telluris novitiis & interpolamento ludicro (lusus enim hic imprimis quaesitus est ab otiosis & facetis literatoribus) tam rerum quam verborum facile discernentur. De re lubrica & latebrosa ita censemus; quae vero praeterea dici supererant, in Scholiis, enarraturis tamen tantum obscuriora pauca, & intacta notatoribus, commodius adparebunt LECTORI: à quo unum hoc summpere contendimus, velit discrepantiam à iudiciis aliorum nostram bene ferre, eamque non libidinem diffentiendi, sed studium veri & recti interpretari. Candidis elegantibusque ingeniiis hoc quicquid est operae navavi, nec nisi hortatu talium, & in usum talium; tetricorum & trivialium, non sapientium ultra quatuor parietes, & nihil magis in deliciis habentium, quam Latine nescire, omnem autem orationem suam barbarissimis & solocicinis instruere, ΟΥΔΕΙΣ ΛΟΓΟΣ, ad haec studiorum istas amoenitates, sine quarum notitia cultuque, solidam eruditionem nullam esse, summi quique viri iudicant, velut



velut doctrinam vagam, incertam, & supervacuam, sive ignorantia sive malitia ea est, criminantium ac contemnentium, contentui jamdudum me paravi. Scr. Lipsiae prid. KL. Febr. Ann. c19 10c LXVI.

HUMANO LECTORI

Christophorus Arnold S. P. D.

**B**arlaco si credas, qui Romanos scriptores acri subtilique ingenio & judicio percensuit, *elegantissimus Petronius* est, *epist.* 132. & *elegantiarum sub Nerone arbiter*, homo Latini sermonis potens, *epist.* 60. à quo Belgicus ille Claudianus *perstringi verborum tumorem & inanes sonos*, *epist.* 129. diligenter monet. Nunc igitur ἀποδο, quo me vertam: Haec enim res est, quae cuiusque animum in hac causa dubium facere possit. Estne ipse Arbiter, an non est? Hic se arbitrio nostro non eximet, si quidem spectatores simus elegantiarum, quas non facile videbit. Quanta illa depravatio & foeditas turpificati fragmenti hujus debet videri? ingens verborum tumor est; & inflata sunt fere omnia: nec suo quodque in loco sonat aptissime. Tantum vero abest, ut negligam ista, & nimis antiqua & stulta dicam; aut illam clarissimorum virorum operam depretem parvi pretii: ut potius vel mihi saltim, si non aliis, persuadeam, quod comicae lenitatis pater de muliere, quae citra speciem erat & delectationem, ait in *Mostellaria*: *Purpura aetas occultanda est; auro turpe mulieris*. Caeterum juro, mihi non liquere; atque ita iudicatu illo solutus ero.

Interea eruditione & dignitate illustres in Galliis viros veneror, quos in Divorum epulis non de vetere solum novaque philosophia, verum de hoc ipso etiam fragmento incredibili iudicio disseruisse, accepi: Cumque producta lis esset longius, celsissimos edixisse Praefides, amplius esse dispiciendum. Hoc quoque in Germania egere docti homines, atque imprimis eruditi; quorum sententias, chartis hisce inclusae paucissimis, tandem, flagitantibus id amicis, in lucem edidi; ne perirent. Vale, humane Lector, & omnia ad tuum de Arbitro arbitrium refer.

EPISTOLAE VARIORUM

D E

NOVO PETRONII FRAGMENTO

A D

CHRISTOPHORUM ARNOLDUM.

*Reverendè &c. Domine:*

**N**ullas abs te literas accipio, quas non exosculer, ita eruditione, & quod caput est, affectu sunt refertae; atque hoc te credere obfero, nec ea propter quid fecius suspicari, quod tardius quandoque rescribo: nam ego profecto frequentiores ad te darem, modo argumentis non delituerer. In eo loco vivo, ubi --- non aliud opus aut labor est, quam in vernacula ingeniosos se facere; nec ullum verbum, nisi papavere & sesamo sparsum, aut pro suggestu, aut cum declamandum est, proferre. Ceterum commodum heri CL. Ecehellenis quid ad me perscripsit, quod scire tua omnino interest: *Legatus Venetus*, qui Romae commoratur, Petronii codicem nactus est, nulla sui parte mutilum; ejusque editionem maturabit, quam primum lares repetere continget: addit, reperit esse in obscuro *Sclavoniae* angulo, & accurate descriptum. Si quid in *Gallia* curare me voles, impera: Parisiis complures menses exigemus; & forte tum deinceps in ipsam *Hispaniam* penetrabimus. Deus te fervet, & laeta novi anni auspicia capere jubeat. Augustae Taurinorum, d. 8. Decemb. 1664.

Tuus

*omni observantia*

Joh. Christ. Wagenfeil.

*Reverendè &c. Domine:*

**D**iu fane defui meo ad te scribendi officio, & liae tamen omnes potius hujus intermissionis fuere causae, quam ut vel hilum de mea in te observantia remiserim: non spero, sed confido, aequum, ac benignum me te habere iudicem, itaque non utar proluxa executione. Ipse nosti, quanto intervallo sejungamur, quantum itinerum consiciam, & quam multa denique ex adverso mihi nascantur negotia. Caeterum ut eo prior sis ad veniam, compenso nunc fere, (E e e 2) quic-

quicquid antehac neglexi; & non tam epistolam mitto, quam libram; Imo si tanti judicas has nugae, publice ab omnibus legatur sinceri hoc mei in te obsequii monumentum, & praefigatur supposititio Petronii fragmento; cujus editionem te ultro suscepturum mihi persuasi. Concepi ista summam inter festinationem & mille curas, jamque ad iter Hispanicum, quod post tertium diem (utinam auspicato) ingressurus sum, accinctus: Quare, si quid peccatum, excusabis id tum apud te, tum alios. Debuissim describere isthaec, sed me tempus deficit; itaque tute facies, ut tuus affectus, quod mihi deest, suppleat; & ne lituris oculi offendantur. Illud autem monendum, quod sum quoque de fragmento hoc judicium communicaturus est amplissimus vir, Hadrianus Valesius, epistola ad me directa; quae cum ceteris typis est tradenda. Nondum illam paravit, confectam tamen me absente in mandatis habent amici ilico ad te transmittere: Dabis ergo operam, ut haec imprimis fideliter & emendate excudatur. Scribo d. 10. Februar. Lutetiae 1665. Iterum vale & salve

à Tuo

humili obsequio

Joh. Christ. Wagenfeil.

*Reverende & Praeclarissime Domine:*

UT primum ex immani itinere, quo totum Hispaniae ad internum mare littus, multa etiam ejus loca mediterranea, nec minus Africae oram perlustravi, pedem paulisper figere, ac quietem captare mihi licet, ex animo salutare te festino. Spero delatum ad te interea Petronii fragmentum, cum adjuncta mea epistola, & quicquid ejus est, aequi te consuluisse bonique: obsequium enim in te meum ostentare volui, non eam, quam non habeo, eruditionem. Pervenere etiam sine dubio alterae illae amplissimi Valesii, sic enim amici scribunt fuisse ad te transmissas, earumque exemplaria communicarunt: quas tamen, tum quod insperata quaedam calamitas mentem omnem pervertit, tum quod tabellarius abitum parat, nondum perlegere licuit: sunt autem dubio procul omnia praeclara, & talia, qualia esse consueverunt, quae Valesii nobis dedere. Itaque si mearum nugarum te piget forte, pudetque, saltem eo nomine mihi debebis, quod haec postremae meo nomine procuratae; nec differes publicam editionem. - - De Valesio autem reverenter loquendum, ut perpetua nobis sit tanti

Viri amicitia: Ceterum eum mirifice devincies, si typographus typos adhibeat elegantiores, & à mendis caveat. In Hispania magna regnat barbaries, omnes bonae literae hic exulant: fortunam tamen admodum propitiam habui, in erudendis è pulvere & icalore aliquibus MSS. codicibus, quo nomine vehementer mihi gratulor. Sunt autem *Ciceronis officia*, & alia quaedam *opuscula: Pomponius Mela: Prisciani nonnulla: Ἡρωδῶτος Ἀλεξανδρείας περιηγητικὰ*: & denique *Historia* quaedam, ut inscribitur, *abbreviata Hierosolymitana*, scripta à *Magistro Thadeo*, in civitate Messane A. D. MCC. XCI. Quaeso te, dispice num postremi duo jam publici facti sint juris, & vale, atque me amare perge. Scrib. raptim Madriti, d. 20. Mai, 1665.

Tuus

*omni obsequio cultuque*

Joh. Christ. Wagenfeil, D.

V. CL.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

JO. LUDOV. PRASCHIUS.

QUANTUM me delectavit Tua fides ac benevolentia, Vir excellens, in Petroniano, quod fertur, ἀποπαρυσίῳ, cujus avidus sane fui, absque mora submitiendo: tantam nauseam movit Romachus mimus ipse. Equidem paratus eram, ut in nuperis indicavi, conjecturis meis, vel utcumque, si γνήσιον esset, illustiare, vel, si minus, coarguere: jamque adeo lecturus manum calamo armaveram. Sed minui consilium meum, ut primum *expectationem liberae coenae*, i. e. principium & caput ipsum considerare attentius coepi. Totum enim tuber est, etiam ubi hoc non simulat: utique si ad Arbitri genium & eloquentiae regulam spectes. Ipsum Trimalcionem haec scripsisse dixeris. Denique manifesto insitiva sunt, planeque, ut habet inscriptio, ἀνιδότα. Pro fidem hominum! ut nihil pudet? Atqui ego non tam scriptura moveor, qua curiositati imperitae plebis illudere id genus hominum quaerunt, quam quod maximis nominibus ad instruendam scenam, & injuriam velandam abutuntur: idque non tam in judiciis privatis ementiendis, quam obtinendis huic rei privilegiis. Num male, quaeso, remp. sibi consulturam credis, quae hoc monstri peperit, si in doli fabricatorem accuratius inquirendo, suam & alienam existimationem digna

digna animadversione vindictam iret? Quae eo pertinent omnia, ut ne ullas expectes à me notas, aut censuram etiam explicatorem, super re, ut ego arbitror, liquida: maxime postquam eruditissimo *Hagenjeitio* fraudis argumenta quaedam speciminis loco proponere, & prologorum ineptias diluere visum est. Nam quod a-junt, *narrationem casus infelicis illius vitreorum vasorum artificis, & porcum Trimalcionis aliis animalibus atque escis providum, ista continent, quae à Job. Sarisberiensis accepimus Petroniana esse: facile vel ex Gellio scias, lib. III. Noctium, cap. III.* quae sit vera in his talibus *judicii norma*. Dein, quis malit hinc efficere, non sefellit, quam, caute sefellit? Quasi legisset Sarisberiensis non quae sit finia; aut non idem aliis in scribitis, haud dubie subditis, usu venerit. Illis vel verbum addere, sit cum nugivendolo istoc pariter infanire: quem hoc magno mercaturum existimo. Nisi tu quid dissentis, vir doctissime. Prudentissimus Kerseherus, qui per omnia mecum facit, officiose te resalutat. Bene vale, & favere mihi persevera. D. Ratisb. a. d. 5. Jul. clo lbc LXXV.

Jam haec enarraveram, cum ecce afferuntur mihi à venerabili Ursino nostro hae, quas vides, literae: quem favere opinioni nostrae laetor. Deus & te, & illum, & inclytum Dilherrum & quisquis bonus literas amat, fervet redamnetque!

CLARISSIMO DOMINO PRASCHIO.

Amico optimo, S. P. D.

REmitto Petronianum fragmentum, *Cl. Pra-*  
*Jubi*, & pro communicatione ago gratias. Perlegi obiter; neque enim occupationes aliter sinebant. Scire aves, quid mihi videatur? Primum, valde corruptum est; sive descriptoris ineptia; sive auctoris studio, ut praeferreret aliquid ἀρχαίας γλώσσης, & crux poneretur Grammaticis, quos lepidus homo hic exercere voluit, ut ad palum. Deinde indignum quidem videtur Petronii ore, quo Musae & Sirenes sedere solebant; sed festivo ejus ingenio non indignum, nisi adeo maculatum esset. Satyrica *μυστα*: totum est: facitque auctor hitroniam; homo non infectus, risus artifex & jocorum. Falluntur, qui Trimalchionem à Petronio introductum arbitrantur, ut solum Neronem traduceret. Seculi sui mores, & ingenium in imagine ostendit; regum imprimis; nam Claudii fati expresse: sed & Libertorum, qui tum soli regnabant, quasi diceret Ter Reges. Id enim Trimalchionis vocabulum facete consuetum. Eandem

viam ingressus est auctor fragmenti, quisquis est, si non ipse Petronius. Tempora illa si quis conferat cum hac Satyra, non negabit. Servi, fortuna manu ducente, qui cretatos in urbem pedes intulerant, mox eo evecti sunt, ut dominarentur dominis suis. Opes è divite illius cornu non modio, sed trimodio affusae. Tum luxus insolens, & perdendi pariter pereundique libido. Cocci in honore, coronis digni habiti; Philosophi ipse, & tota urbe Italiaque proscripti. Stabat & obmutuerat eloquentia; jacebant ingenuae artes. *Alini volabant, Pegasus clitellae imponebantur*. Novae semper voluptates quaesitae studio, & inventae: fastidio praesentium, & cum grandi praemio inventorum: etiam monitrosae, ut in experti se in beatam Utopiam, catarum finiarum patriam, repente delatos, non vivere & sentire, sed somnare, credere possent. Fiebant talia, qualia apud Athenaeum de aera aetate, ni fallor, legere memini; & qualia nobis narrabat in Utopia sua festivus Barnardinus. Affectabant tamen stupidissimi homines illi, docti videri: Grammatici, Philologi, Mathematici, & quid non? applaudebant moriones, & alleclae mensarum; vel serio, ut similes habent labra lactucas; vel assentandi studio, ne dentirent dentes. Hinc ἀστυλιμοι, ἐπὶ πρὸς τοὺς, & tota ista loquendi farrago. Haec per *μυστα* si non reprehendit, ridendo dicere verum amans, Petronius: tamen potuit, & vix aliter, aut magis festivo potuit. Nescio enim, an notatio aut character ejusmodi hominum festivi describi possit? Eadem omnia ejusdem aevi docti, *περὶ τῆς τῶν γλώσσης, Seneca, Quintilianus, Tacitus, sive qui de Causis corruptae eloquentiae scripsit, & Satyrici Poetae reprehenderunt*. Latentque in-  
„ ter faeculentas istas sordes gemmae quaedam  
„ quas Petronius pro suis agnosceret, sibi que  
„ vindicaret non invitus: potuitque mala manus  
„ multa affricare, ut semper sunt in alienis li-  
„ bris ingeniosi, quique maledardas suas inter-  
„ misceant alieno piperi. Verum quidquid sit: nam *δὲ τῶν ἢ θορυβίων τοῦ θωπύρου*: non male me-  
rebitur Cl. noister Arnoldus de curiose eruditus, si quamprimum excitatae eorum expectationi satisfaciat, lucique det hoc, quaecumque est, fragmentum: quod & ingenia acere eorum potest, quibus eruditas nugae agere, quam nihil, magis placet; & moribus seculi nostri thea nigrum praehigere.

*Saturni aurea secla quis requirat?*

*Sunt haec aurea; sed Neroniana.*

Profecto Trimalchionis lingua loqui, ingenio sapere, & moribus vivere tralatitium sit; & quid postera dies allatura sit, etiam non praemanfalu-  
lauru, facile divinabit, cui non pepo salit - -

(E e 3)

Lucas

laevae sub parta mamillae. Vale φίλων χάρις,  
&, quod facis, ama

Summo mane festi-  
nabam, 3. Non. Ju-  
lias, 1665.

Tui

*Studiofissimum*

J. H. Urfinum.

*Reverende Sc. Domine :*

Suaves mihi fuere literae tuae, & in aegritudi-  
ne hac solatio, atque adeo lenimento : Interi-  
m in sinu potius ob eas gaudere, quam pro-  
lixè respondere per valetudinem mihi licet. Va-  
lesianam epistolam haud ad te fuisse perlatam,  
animo dilerucior ; teneo sane ejus exemplar,  
sed quod transmittere tibi non ausim, ante au-  
tori quam illud exhibeam, ut errores ab ama-  
nuense commissos, emendet ; faciam autem id  
brevis : ut primum enim sanitati reconciliatus  
furo, denuo petam Lutetiam. Insignis profes-  
sio est dissertatio, eruditione leporeque pariter  
refertissima, ac digna, quae à te edatur. He-  
ronis Alexandrini editionem olim promissit Fran-  
ciscus Barocius, Patritius Venetus, in suis ad  
Heronem Mechanicum scholiis, in quae forte  
nuper incidi ; an id praestiterit, porro dispici-  
endum : & facile me certiorum reddet summus  
vir, Ismaël Bullialdus, qui in Thuani museo  
praesidet, & amore serivo me complectitur. - -  
Vale Patrone. & me, quod certe facis, ama.

Ser Madriti, d. 24.  
Septemb. 1665.

Tuus

*omni obsequio*

J. C. Wagenfeil. D.

*Vir Plurimum Reverende :*

Petronianum fragmentum, quod cum debita  
gratiarum actione remitto, & cujus usum  
longiorem ne acre feras, enixe peto, lubens  
pellegi. De eo Excell. Urfini & πάλιν judicio  
omnino assurgo, nam & mihi plane sedet, sub  
Trimalchionis nomine non tam Neronis perso-  
nam, quam aulam, sed & ἀντισηοίαν Claudii,  
libertorum illius temporis typum, & egressam  
principale fastigium potentiam traduci. Talem  
etiam Zoilum suum eleganti epigrammate depin-  
git Martialis, III. 82. ubi sub finem *Malchio-  
nem* appellat, in quo epigrammate multa oc-  
currunt, quae cum Petronianis pulchre com-  
parari possunt. Istos seculi sui mores in hoc  
etiam fragmento non illepide expressit iustivus  
sane nugator, & ingeniosus impostor ; si tamen

impostor, [cujus soetum ipse forte Petronius  
non dedignaretur pro suo agnoscere. Quan-  
quam autem Cl. Wagenfeilius *vobiscum* scripti ac-  
curatissima diligentia manifestam facere conatus  
sit, diffiteri tamen nequeo, videri eum quan-  
doque nimio deprimendi studio abreptum, ali-  
quando longius provectum fuisse. Essent certe  
in mundo, quae alicubi reponi possent. cap.  
xxviii. fragmenti verba illa, *unus servus Aga-  
memmonis interpellavit*, quae Italicum sapere i-  
dioma putat, quo dicimus, *un servidore d' A-  
gamemmon ci interrompe*, aliter capio. Hoc enim,  
nisi fallor, vult autor : Deliberantibus caeteris,  
& quid consilii caperent incertis, & quo se  
verterent nesciis, *unus i. e. solus* Agamemmo-  
nis servus evadendi rimam ostendit, & consi-  
lium expedivit, quod reliqui sequerentur. At-  
que ita etiam reliqua forte loca commoda inter-  
pretatione ab Italicis, ut ita loquar, suspi-  
cione liberari possent. Legisse vel verum vel  
Pseudo-Arbitrum sacras literas, quod miratur,  
ego inficiarer. Earum enim cognitionem Et-  
hnicis omnino adimere velle, vel sola Ovidii  
Metamorphosis vetat. Sed non opus eo recur-  
rere. Ebraisimo illi, *numorum numos*, similes è  
profanis scriptoribus alios adduxit, si bene me-  
mini, alicubi Del Rio ad Senecam. Ad exem-  
plum phraeosis, *unus de nobis*, Tacitus dixit  
lib. xiv. Ann. cap. 35. *unam è vulgo*. Turdi  
& apri latere evolantes non ideo à paratis cum  
arundinibus aucupibus capti sunt, & inter con-  
vivas distributi, ut crudis iis vescerentur ; sed  
ad excitandum ridiculum, & conciliandam con-  
vivis voluptatem : quemadmodum etiam in mis-  
siliis sparsione vivae aviculae tesseriis inscri-  
ptae. Imo simile quid nec hodie insolens ; &  
vidi ipse frigillas vel acanthidas vivas tucetae  
immissas, quae ea aperta subito erumpentes,  
non sine jucunda accumbentium delectatione,  
triclinium pervolitarunt. Verborum monstra &  
nomina, ipso paene sono tremenda (qualia in  
vero Petronio etiamnum supersunt) me non of-  
fendunt. Erit forte aliquis in Gallia aut Sue-  
cia haruspex, qui haec prodigia procuret. Uti-  
nam & è Batavia Hercules (Gronovius) existat,  
qui Augiae stabulum purget. Sed nec illa me  
movent, quae differit de veris Petronii reli-  
quiis, quae in hoc fragmento tam ab omni la-  
be immunes comparent, ut cum emendatissima  
editione certent. Possunt enim & illa ibidem  
non levioribus fortasse mendis contaminata com-  
parere ; sed cum jam tot criticorum limam pas-  
sa sint, quare inventis frugibus glandes nobis  
iterum apponeret, aut iis, quae jam in mera  
meridie jacent, tenebras rursus & caliginem  
induceret editor ? cui quidem ipse Wagenfeilius  
gratias agit ob desperatorum quorundum loco-  
rum felicissimam emendationem. Sed tu haec  
tibi

tibi scripta pro candore tuo, boni, ut spero, confules; & vel ex hac scribendi libertate, sinceritatem animi mei aestimabis. Vidor autem in hoc fragmento observasse, duobus locis inserta quaedam esse non *απορως*, ubi in vulgata Petronii editione nulla, quod sciam, lacunae suspicio; unde constare possit, acumen ingenii plano huic non defuisse. pag. 30. edit. Lugd. (qua, beneficio Nob. Praschii, ad paucas horas usus sum) haec verba reperias: *Ceterum, ut movimus dextros gressus* &c. Cohaerent illa cum praecedentibus, nullo interposito asterisco. In fragmento autem cap. xxx. non incommode praeposita leguntur: *His repleti voluntatibus, cum conaremur in triclinium intrare, exclamavit unus ex pueris, qui super hoc officium erat positus: Dextro pede. Sine dubio paulisper trepidavimus, ne contra praeceptum aliquis nostrum limen transfret.* Ceterum, ut pariter movimus dextros gressus, &c. Omnino videtur istud additamentum, & observatio de dextris pedibus non esse de nihilo (de qua an aliquid suboleverit interpretibus Petronianis, quorum nemo ad manus, nescio) nam mox repetit: *Retulimus ergo dextros pedes*, &c. Alter locus vulgo pag. 35. sic habet: *Dum titulos perlegimus, complofit Trimalcio manus, & heu, inquit, ergo diutius vicit! Ferum est vinum Opimianum praesto*, &c. Quam languent haec prae illis, prout in fragmento, quanquam hoc loco Aesculapii indigo, expressa sunt, cap. xxxiv. *Heu, inquit, ergo diutius vicit vinum, quam bonuncio! quare tangoneras faciamus; vita vinum est? Ferum opimianum praesto.* Sed ego patientia tua jam satis diu abusus sum. Vale ergo, mi Arnolde, & si prolixitati meae irascaris, prolixioribus te vindicet.

Ratisb. 28. Sept.  
A. C. 1665.

Plur. Rev. Digni Tuae  
additissimus.

N. N.

*Vir admodum Rever. & Doctissime:*

Quaeso a te, vel ignoscas responsionis meae tarditati, qua effectum forsitan, ut non tam signis aut difficilis, quam ingratus, improbus, sine culpa tamen mea, videar! Delectavit me non parum, quod Schefferi diligentiam in conspectu dare voluisti. Eam schedam ubi legi, ad Kerscherum primum, sicut imperaveras, hinc ad Urfinum (expetebat enim, a te certior factus) detuli: a quo nondum recepi. Sed repetam, ut per manus N.

apud quem bene nuper fuit, tibi remittatur. Ad rem quod attinet, mediam Cl. Scheffero viam, caussam notarum ad mendacium totum, placuisse video. Ego sententiam non muto: nec dubito, a quo aliqua sint, omnia coniecta esse. Quod autem aliqua sint, non tam verba ac sententiae, aut res etiam explicatae, quam interior explicandi ratio docet *leges*, inquam, *narrationis, leges Jatyrae, vix paucis in hoc exercitatis bodie cognitae, Petronio familiares: accedente naturali & inimitabili lepore, singulari denique vi iudicii ac ingenii, itaque non iners operis structura, non otiosus aut abruptus sermo, non involuta, obscura, molesta oratio. Nec ineptit ipse, cum ineptias aliorum ridet. Scit modum servare, scit movere, scit elaborare & implere verbis sensus, scit novae orationis quodam aestu lectorem auferre, scit occulte & callide sub civili schemate jecuros lacerare, scit urbanitatem flectere ad seria, locoque veluti commures, pari decore & eruditione. Sed quis paucis atque ex tempore cuncta complectatur? E diverso alter ille, somnium,*

*Quem si quis non odit, amet tuz carmina,  
Maevi.*

Doctorum tamen & hoc agentium arbitrio omnia permitto, & te, Arnolde Praeclarissime, valere ac salvere jubeo. Vale, & perseveranter mihi fave.

D. Ratisb. a. d.  
11. Octob. 1665.

*Tuae Dignitatis & Eruditionis  
cultor officiosissimus*

J. L. Praschius.

*Vir Plurimum Reverende:*

Redit ecce ad dominum suum fragmentum Petronianum, cum specimine eruditissimarum notarum Schefferianarum, quod ante hoc octiduum Nob. Praschius mihi transmisit. De *αὐτῆς* scripti pulchre in utranque partem differit Schefferus, sed haec *ἀναφορὰ* Nob. Praschio non placet, qui illud omnino pro spurio habet; quod in familiari nuper discursu observavi. An dicemus, quo etiam fere Cl. Schefferus inclinare videtur, esse fragmentum istud vere Petronianum, sed flagitiosa interpolatricis manus liberalitate ignobili accessione locupletatum? Haereo. Tantum adscribo & *μακαριστῶ* Rupertii nostri verba, ex *Olybere. in Besold. pag. 684. editionis tuae: Superjunt in Aeneae posteris, ut multi boni viri, sic etiam nonnulli, qui Transalpinos putant carere judicandi facultate.* Vale, Vir maximum reverende, &, quod facis, constanter ama

Ratisb. 2. Nov.  
1665.

*Totum Tuum N. N.  
Vir*

*Vir Plurimum Reverende :*

De Petronii fragmento nondum mihi satisfactum est. Ferrarii sententiae subscribere non possum. Claustralem eruditionem in multis transcendit illud scriptum. Quod si etiam a te seorsim sentiam, dabis veniam, ut spero, libertati meae. Veritati, ait, nonnemo, non a-nicitiae litabo in praefens, quanquam sententiarum dissentio non est voluntatis alienatio. Ais esse *Politici iustum, qui mores rodit hodiernos*. Sed quorum mores tangit? cui vitio peculiariter insultat? quos deprecandos sibi prae aliis destringendosque sumit? cur larvam Petronii induit? cur non aperte & nudis verbis in vitia invehitur hujus seculi, quo difficile est, fatyram non scribere? cur legi vult, non intelligi? quid opus tot obsoleta motare verba, & ut alicubi Taubmannus jocatur, ex Saturni podice (sit venia verbo) deprompta? Audi igitur & meum somnium. *Duco esse sortum hominis mediocre docti, & in Petronio non perfundorie versati; qui, forte sub initium renascentium literarum, otio vel abundans, vel abutens, exercendi styli causa, Petronium sibi prae aliis imitandum elegit, & in multis sane non infeliciter aemulatus est; in plerisque, ut nunquam par sit imitator auctori, tanquam forex suo se judicio prodit. Inspexit ex aliorum etiam bonorum auctorum viridariis decerptos stulos, & insedisse etiam inprimis Apuleji asino, bene observavit Clar. Wagenheil. Sphalmata & tot verborum portenta, auctoris ipsius, dum antiquitatem nimis affectat, an excerptoris, vitio irrepserint, haud facile dixero, quanquam in istud proclivior sim, qui videam: commodis interpunctionibus & distinctionibus non parum juvari posse, quod alicubi jam feliciter praestitit Schefferus, &c.*

Ratisb. 23. Nov.

1665.

Pl. Rev. Dign. Tuae  
additissimus

N. N.

JOANNES BOSCHIUS

L E C T O R I S.

